
3 1761 06763542 5

VOCABULARIUM
JURIS UTRIUSQUE

Ex variis antea editis, præsertim ex

ALEXANDRI SCOTI,
JO. KAHL, BARN. BRISSONII,

ET

JO. GOTTL. HEINECCII

ACCESSIONIBUS;

OPERA, ET STUDIO


B. PHILIPPI VICAT,

Juris utriusque D. & Professoris.

EDITIO SECUNDA VENETA

Auctior, atque emendatior, juxta Editionem PARISIENSEM, & NEAPOLITANAM.

TOMUS PRIMUS.



VENETIIS, MDCCCV.

Ex Typographia Balleoniana.

SUPERIORUM PERMISSU, AC PRIVILEGIO.


LIBRARY
AUG 20 1968
UNIVERSITY OF TORONTO

PRÆFATIO
AUCTORIS.



Verborum ſignificationis in artibus, ac diſciplinis notitiam eſſe neceſſariam nemo non judicabit, niſi qui aliquid ſcire idem eſſe putet, ac voces, verbaque tenere ſono tantum valentia. Qua in re quæ dicuntur, aut ſcribuntur, minus ſe commendabunt ac in muſica ſoni, qui Artificis induſtria audientibus ſignificare res etiam magnas, eiſque ut ſenſibus præſentes ſiſtere videntur, quod & pictura facit. Nec illam quidem ſcientiam abſolvit cruda rerum notitia, quam facit vulgaris, & grammatica, ut vocant, verborum explicatio, non omnia perhibens, quibus res ab omni alia in quovis loco, & quavis occaſione diſcerni poſſit; quo quidem præſtat philoſophicus terminorum intellectus, quem logica definitione aſſequimur. Quid, quæſo, geometriam diſcenti juvabis, ſi Triangulum dixeris eſſe figuram tres angulos habentem? Quid in Juriſprudentia de teſtamento ſcire tantum, eſſe conteſtationem mentis, vel etiam quod de eo Modeſtinus *l.* 1. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* ait, eſſe voluntatis noſtræ legitimam ſententiam de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit? Haud ſane tradideris, ſufficientem teſtamenti notionem, qua illud ab alia quacumque voluntatis ultimæ diſpoſitione, ut mortis cauſa donatione, & codicillis, rite ſeparetur. Neque rem, qualis in ſe eſt, declaraveris, niſi ſolemnia teſtamenti interna, & externa expediveris. Sed logica, utpote pleniori verborum definitione, ſcientiam adſequeris legum, dum harum non tantum verba, ut fit per grammaticam, vulgaremque definitionem, ſed, ut ait Celſus, eorum vim, atque poteſtatem tenebis; in quo vera ſane poſita eſt juris, legumque ſcientia. Quapropter qui-

bus ſcientias promovere curæ, cordique fuit, non modo eas tractando orationis contextui interſperſas dederunt verborum definitiones, ſed & has in libros quoque ſeparatim, ordineque alphabetico ſcriptos compoſuere. Quin nec ſingulis tantum ſcientiis ſuus cuique liber hujuſmodi ſcriptus eſt, ſed & uno ambitu omnium ſcientiarum, artiumque verborum definitiones complexi ſunt; qua in opera poſt alios hodienum occupantur viri mira arte conſpicui Editores Encyclopædiæ. Símili ratione juris quoque ſcientiæ magnum accedere pretium nulli dubitamus; quod juris ſtudioſi, ubi Libros, in quibus verba juxta ſeriem materiarum, ordinemque diſcendi explicantur, & leges proponuntur, ac declarantur, ſemel aut bis legerint, ſi quos deinceps tractatus, aut ſingulares juris libros aggrediantur, in quibus verba forte quædam occurrent, quorum vim, ac poteſtatem animo effluxiſſe contigerit, eam ex ejuſmodi theſauro facile repetere poſſint, vel etiam ſuperíora analytico ſteluti qnodam regreſſu perſequi.

Equidem in jure res meris ejuſmodi abſolutiſque verborum definitionibus declarare arduum eſt. Etenim tota fere legum etiam multarum materia prius eſt evolvenda, quam verbum hoc, illudve in hac, aut illa lege occurrens ſufficienter intelligatur, ceu ex teſtamenti exemplo jam oſtendimus. Scilicet verborum ſignificatio alia ſæpe eſt in abſtracto, alia quæ ex ratione legis, ſine legislatoris, materiaque ſubſtrata, per interpretationem modo reſtrictivam, modo extenſivam eſt eruenda; quo fit, ut, quod communíter ajunt, omnis definitio ſit in jure periculoſa, quatenus quidem ei ſententiam legis cujuſque, in qua verbum occurrit a te definitum, æquare volueris. Dum enim qui jura condunt, ex præteritis exemplis in futurum proſpicere ſatagunt, voluntatem ſuam aperientes circa ea, de quibus in poſterum ſit judicandum, non omnia in animo poſſunt habere præſentia. Cum porro civibus omnis ordinis ferant leges, non uti non potuerunt verbis plerumque

vul-

vulgaribus, quibus non certa peræque notio respondeat; hujusmodi enim notiones vulgus raras habet. Accedit quod variis fatis in jure mutatione suborta verba sæpe eadem quoad sonum remanserint utpote hominibus familiaria, dum tamen ob mutationem illam aliam, alíamque acceperint significationem sequiori juri comparatam. Sic testamentum qui definierit relate ad tempora legibus XII. Tabularum superiora, rem omnino diversam definiet, ac fuit per has Leges Decemvirales. Rursus aliter definiendum habes post Interpretationes Prudentùm, quibus testandi libertas in actum omnino alium restricta fuit, qui & procedentibus temporibus aliam, aliamque formam recepit. Hujusmodi incommodo gravati quidem non sunt, qui in aliis scientiis, aut disciplinis verba definire aggressi sunt. Harum quippe magistri non vagis, quales vulgus habet, notionibus litantes, sed absolutas concipientes, eas quoque nonnisi certis, constanterque eis respondentibus vocabulis signare soliti sunt: quamquam, ut fateamur quod res est, in quibusdam experientía magistra, rerumque diligentiori indagatione novi vocabulorum usus, novæque definitiones ex nova generum, & specierum distributione orta sint; quod in historia quidem naturali maxime est conspicuum. Sed nec ea parte deficit penitus suum Jurisprudentiæ nostræ præsidium, in qua nisi omnium prorsus, bene multorum saltem dari potest verborum logica definitio. Neque deest verborum aliorum vulgari, grammaticæque definitioni usus: ex hac quippe ad philosophicam attenta cujusvis legis consideratione facilius assurgere dabitur, præsertim ubi verbi significatu tradito ad leges illas, in quibus illud occurrit, & ad alia scripta coætanea, vel etiam ad antiquiora remittuntur lectores. Et hanc quidem operam jam abhinc multis annis præstitere viri de Juris scientia præclare meriti, quos honoris causa serie longa nominarunt alii, illorum vestigia in ejusmodi Vocabulariis adornandis prementes. Nos hocce juris facimus publici con-

cin-

cinnatum ex aliis antea editis, præſertim ex ALEX SCOTI, JO: KAHL, tum ex BRISSONII Lexico a Viro Ill. JO: GOTTL. HEINECCIO perutilibus acceſſionibus aucto. Et id præcipue intendimus, ut in hocce noſtro ex illis conflato compendioſam, Lector, haberes copiam. Quamobrem, quæ in Briſſonio deerant verba canonici juris, ea ex aliis ſupplevimus. Quæ in his ex Jure Publico Germanico conſperſa ſunt, omiſimus; hæc quippe magnum ſatis apparatum ipſa requirunt, jureque ſuo poſtulant. Quas in aliis de verbo eodem uno ſenſu accepto aggeruntur legum plurium, ſcriptorumque auctoritates, brevitatis cauſa ad unam, alteramve redegimus, Indices mendoſos diligenter corrigentes. Quæ porro ex recentioribus tantum juris interpretibus occurrebant petita verba, hujus loci non eſſe duximus. Tandem ubi occaſio fuit, calculo noſtro pauca quædam notandi, id citra omnem arrogantiam, & bona cum venia fecimus. Hæc jam ante quatuor annos in Libri proſpectu præfati eramus. Nunc vero Lectores moneri æquum eſt, quod Themidem ſuam huic Operi conflando haud levem admovit Vir Clariſſimus D. JOANNES EMMANUEL GIRON Hiſpanus J. U. D. Pariſienſis, & S. Sedis Apoſtolicæ Proto-Notarius, qui capita ex Jure Civili nonnulla, ex Canonico multa ſuppeditavit egregii Viri nomine ſubnotata.

Juris Feudalis vocabula, quæ heic ſpargere primum animus erat, in aliud opus reſervanda duximus, in quo ceteræ omnes Medii Ævi voces ad jus pertinentes uno hujus formæ volumine comparebunt ex variis deſumptæ auctoribus, atque etiam ex *Freſnei Gloſſario Mediæ & Infimæ Latinitatis*: hoc quippe tanta rerum etiam ad jus non pertinentium copia refertum eſt, ut Juris alumnis non ſit niſi graviori ære plerumque comparandum. Tu interea utere, fruere hocce Libro, quem Juris ſtudioſum nocturna oportet verſare manu, verſare diurna.

CLAR-

CLAR. VIRO

D. B. PHILIPPO VICAT,

J. U. D. & Antecessori

EDMUNDUS MARTIN

Antecessor Parisiensis.

S. P. D.

VIR CLARISSIME

PErvenerunt ad me duo priora Vocabularii Tui Juridici Volumina. Hæc, ut & tu desiderare videbaris, & optabat rei litterariæ deditus Bibliopola Marcus Michael Bousquet, *qua potui, cum diligentia legi, meaque fuit ex ipsa lectione sententia, tuum hoc, quam methodo digestum est, Vocabularium perutile fore Jurisprudentiæ Studiosis. Sane ad juris cognitionem, & auctorum nostrorum intellectum illi multum contulisse mihi videntur, qui in vocibus, quæ scientiæ nostræ propriæ sunt, & peculiares, interpretandis operam aliquam posuere.*

Quamquam enim fuerit illa Jurisconsultorum Ulpiani, Pauli, Pomponii, Modestini, *& aliorum propria laus, ut Latinæ linguæ nitorem, qui post Antoninos sensim obsolesceret, eumdem purum & incontaminatum retinuerint, & irrumpente barbarie culti, politique sermonis fuerint tenacissimi; attamen, ipsa vis nominum, ipsa verborum majestàs, ipsa sæpius significatio pendet ex intima rerum cognitione, quam qui non habet, necesse est, ut aut ipsas voces penitus ignoret, aut ad alienos sensus detortas eas intelligendo nihil prorsus intelligat.*

Id sensere Jurisconsulti veteres, quorum circa vèrborum intellectum ea cura fuit, ea diligentia, ut si quæ vox jurisprudentiæ propria esset, illam explanarunt veram ejus in jure significationem exponentes. Et has veteres verborum definitiones a Jurisconsultis datas hunc eumdem in finem, hoc eodem proposito suæ Digestorum Collectioni subjecit prudenter Justinianus addens titulum expressum De Verborum Significatione.

Et exstiterunt identidem dignationis maximæ Jurisconsulti, qui tractantes illud idem argumentum, aut doctos edidere de verbis juridicis commentarios, aut etiam Lexica Juridica publici juris fecerunt. Non leve nomen hac in parte sibi fecere FRANCISCUS HOTOMANNUS, ALEXANDER SCOTUS, JOANNES KAHL, *& egregius* BARNABAS BRISSONIUS. *Verumtamen in illis plura desideres, nisi & simul eos omnes conjungas, & multa detrahas, addas plurima. Alii namque dum verba civilia solummodo sectantur, voces omisere canonicas, alii dum brevitati consulunt, uno aut altero legum, vel canonum exemplo vocis, quam definiunt, significationem firmavisse sibi satis habent, alii dum nimiam hanc brevitatem evitare student, ad tædium usque congerunt exempla, vocemque, quam interpretantur, sæpe sine delectu conquisitis auctorum locis obruunt. Optandum*

erat

erat itaque, ut in unum veluti refunderentur, quæ huc usque prodierant Lexica Juridica, & aliquod ex illis omnibus meliori methodo conflatum prodiret, in quo nihil nisi utile, & necessarium utriusque Jurisprudentiæ deprehenderetur.

Et est id ipsum, quod tam felici, quam operoso conatu præstitisse mihi videris, Vir Clarissime. *Tuis igitur curis, tuis opera, & studio proditurum est in lucem Juris Utriusque Vocabularium, in quo equidem nihil arbitror, posse desiderari. Seu namque singulas voces definias, ut breviter, & concinne, sic plane & aperte definis, seu vocabuli cujusque diversam acceptionem in jure firmes exemplis, apposita sunt illa, & pauca quæque exquisita cum delectu, & judicio sufficiant, sive tandem in quibusdam capitibus juris originem enarrare necesse sit, ita paucis eam indicas, ut longiori sermone melius nemo. Vellem hoc solum, (namque veniam dabis, si te cum eo candore compellam, qui litteratos decet) tibi ad vocum Canonicarum interpretationem tot adfuissent auctorum adjumenta, quot ad manum fuere de verbis civilibus agenti. Dubium itaque mihi non est, (nec enim, ut opinor, me fallit animus, nec mea in te me decipit observantia,) quin Vocabularium hoc tuum summo cum plausu sit excipiendum ubique, ea imprimis forma, eo characterum nitore, & elegantia, illis demum curis editum, quibus illud typis cudendum a se spondent honesti, & probi Bibliopolæ Lausannenses* DD. BOUSQUET, *&* CHAPUIS. *Vale.*

Parisiis An. A. S. H. 1759. Die vero 16. mensis Maji.

M. F. Hebert *In Operis, & Auctoris laudem canebat.*

Advena justitiæ percurrens forte libellos,
 Quem nostro opponas, haud facile invenies.
Privata exponit, quoque publica jura recenset,
 Sic Jus Canonicum, Cæsareumque docet,
Moribus instituit, vivendi dogmata sacra
 Indicat, & tutam monstrat ad astra viam.
Sed tibi præcipuum, quid enim memorabo laborem,
 Quem manus artificis contulit? ecce vides.



VOCABULARIUM

JURIS UTRIUSQUE

A Hæc littera in comitialibus suffragiorum tabulis nota fuit antiquandi, in judiciariis absolvendi Cic. *de Legib.* 3. qui litteram hanc salutarem vocat *in Or. pro Mil. c.* 6. Eadem littera postposita Imperatoris nomini Augustum significat, & geminatur pro numero consortium imperii. In nummis tamen, & marmoribus non A, sed G littera in syllaba priore AUG. multiplicatur, e. g. DIOCLETIANUS, & MAXIMIANUS AUGG. Gruter. *Inscript. p.* 24. 8. DIOCLETIANUS, MAXIMIANUS, CONSTANTIUS, & MAXIMINUS AUGGGG. *ibid. p.* 178. 7.

A & AB præpositio observatu dignam habet significationem in aliquot orationibus. Ut ecce, AB ALIQUO possidere fundum, i. e. tenere eo etiam ignorante, & nolente, nec causam ab ipso habere *l.* 1. *D. uti possid.* Simili sensu dicitur, aquam AB ALIQUO ducere in *l.* 1. *D. de aqu. quotid. l.* 1. *de rivis l.* 1. *&* 3. *de font.* item itinere, actu AB aliquo uti *l.* 1. *l.* 3. *de itin. actuq. priv.* Vi A ME possidet, qui me vi dejecit, mihique possessionem abstulit *l.* 1. §. 30. *de vi & vi arm. l.* 3. *pr. uti possid. l.* 4. §. 43. *de usurp.* Porro ædificatum AB ALIQUO habet, qui in alicujus, licet non consentientis, solo ædificium posuit *l.* 45. *D. de damn. inf.* Quin AB ALIQUO fundum pro herede possidere intelligi volunt ex *l.* 21. *D. de usurp. & usuc.* ubi: *Ei*, A QUO *fundum pro herede diutius possidendo* CAPTURUS ERAM, *locavi*, quæ verba potius de *capiendo* AB ALIQUO, quam de *possidendo pro herede ab aliquo* suspicor esse intelligenda. Denique AB ALIQUO precarium habere *in l.* 6. §. 3. *D. de precar.* non dicitur, sed AB ALIQUO precario rogare, pro quo commodius, precario quem quid rogare, quo obtento quis precario habere, vel possidere dicitur. A vel AB sæpe denotat separationem, quod quidem notatu dignum est in *l.* 1. *C. debit. vend. pign.* ubi: A SE prædia ne venumdentur, dicitur aliquis testamento cavere. Si A liberis ne nupserit, idem est ac, ne nubendo a liberis discesserit in *l.* 62. §. 2. *D. de cond. & dem.* Servata scilicet liberorum suorum affectione, ut ait *l.* 6. §. 3. *C. de sec. nupt.* A pro Ex, a vinea vocatus l. 20. *D. de in jus voc.* AB aliqua liberos suscipere *l.* 23. §. 8. *C. de nupt.* Ita AB hostibus capti dicuntur, qui e numero hostium capti sunt. AB aliquo, pro ex ejus familia adoptatus *l.* 5. *D. de senator.* A pro quoad, vel quantum attinet: ita A ME liberatus *l.* 98. §. 6. *de solut.* A ME pudica Plaut. *Curc.* 1. 1. 51. A doctrina instructus Cic. *in Brut. c.* 66. AB ALIQUO dare, solvere, pro per aliquem *l.* 6. §. 1. *D. de adimp. & transf. leg.* Interdum tamen AB ALIQUO solvi dicitur, cum exacta à debitore pecunia numeratur Cic. *Epist. ad Attic.* 8. ubi; Quintus laborat, ut tibi, quod debet, ab Egnatio solvat. AB ALIQUO legare, i. e. legatum ab aliquo præstandum relinquere *lib.* 15. *D. de alim. & cib. leg.* & alibi passim. A idem, quod post, veluti à sententia *l. ult.* §. 1. *de interd.* ABHINC quandoque denotat tempus præteritum, ut abhinc centum annis, i. e. annus agitur nunc centesimus, quo sensu ait Alphenus *in lib.* 76. *D. de judiciis*, populum eumdem hoc tempore putari, qui abhinc centum annis fuisset, cum ex illis nemo viveret. Respicit etiam futurum tempus, & ponitur AB

HINC pro ab hoc tempore *l. 5. C. de Sacrof. Eccl.* A vel Ab præpoſitio cum verbo paſſivo non ſecus ac cum activo conſtructa perſonam patientem denotat. Sic A nobis non receptus *in l. 4. D. de capt. & poſtlim.* dicitur, qui per hoſtem non eſt receptus à nobis dedentibus. Sic Saluſt. *fragm. c. 3.* Quid à Pyrrho, Hannibale ..... defenſum eſt aliud, quam libertas. Senſus eſt, non illos hoſtes, ſed populum Rom. defendiſſe libertatem à Pyrrho &c. Ita Juſtin. 43. 5. 9. A Gallis redempta pax ſcil. per Romanos, A *vel* AB vim habet adjectivi, veluti A Brunduſio vinum quod venit, pro Brunduſinum vinum, quod venit. Inſerviunt quoque deſcribendis miniſteriis, ut AB ACTIS *l. 8. §. 3. C. de adv. d v. jud.* AB exactione tributorum *l. 5. §. 2. D. de veteran.* A pro cum. Sic *Ab reo* eſt, qui cum reo, vel pro reo ſtat Cic. *ad Heren. lib. 2.* A denotat imperium, vel permiſſionem, ut A *Duumviro* Ulp. *l. 52. §. 6. D. de furt.* AB ponitur pro ſine, ut cum dicitur AB RE i.e. ſine cauſa *l. 20. in fin. C. de furt.* Notanda porro phraſis AB *omnibus gradibus* exheredare *lib. 1. C. de lib. præt.* AB inſtitutis heredibus exheredatus poſthumus *l. 19. pr. D. de inj. rupt. irrit.* i.e. ut adeuntibus inſtitutis exheres ſit. Denique hæc præpoſitio cognationum gradus promovet. Nam proavi patrem, matrem, ABAVUM, ABAVIAMQUE appellamus: Similiter abavi paterni, vel materni fratrem, ſororem, AB PATRUUM, ABAMITAM, abaviæ ternæ, maternæve fratrem, ſororem, ABAVUNCULUM, ABMATERTERAM dicimus *l. 3. D. de grad. & adfin. §. 6. I. de grad. & cogn.* Ex eodem fonte etiam deſcendunt ABNEPOS, ABNEPTIS. Hi ſunt pronepotis, pronepotis filius, filia *lib. 1. §. 4. lib. ultim. §. 15. D. de grad. & adfin.*

ABACTOR *l. 8. §. 2. C. de repud.* Paul. *rec. ſent.* 5. 18. 1. idem ac Abigeus, de quo infra.

ABACTUS Subſt. eſt abigeatus, ABACTUS hoſpitum exercere Plin. *panegyr.* 20. Abactus eſt quoque particip. Unde ABACTUS venter fœtus poculo abortionis eliſus Paul. *rec. ſent.* 4. 9. 6. ABACTI greges, qui aut furto, aut per vim abducti ſunt. ABACTI magiſtratus, qui coacti depoſuerunt magiſtratum Feſt. 1.

ABACUS tabula, in qua eſcaria, & potoria vaſa collocantur, quæ ſunt menſæ miniſterio parata. De ea mentio fit in *Liv. 39. 6.* & Cic. *Tuſcul.* 5. Directe abacus a græco ABAKOS, qui & dicitur ΑΒΑΞ. Et uſurpari vocem ABAX in acc. plur. ABACES *in lib. 100. §. pen. D. de legat. 3.* volunt Accurſ. Nebricens, aliique. Sed florentinam lectionem ſequitur Alciat. qui *in parerg.* 4. 2. obſervavit, legendum eſſe *ἄβακας*. ABACUS etiam dicitur Alciato *c. l.* & Budæo *ad l. 3. §. 9. D. de in rem verſ.* tabula calculatorum, ſive logiſtarum, eſt & coquorum, quod & indicat Jul. Pollux. 10. 24. & 6. 13.

ABALIENARE *lib. 14. §. 1. D. comm. divid.* & ABALIENATIO non idem ſonat, ac alienare, & alienatio. Quarum enim rerum, quibus modis, & quas inter perſonas fieri poterat alienatio, non ita perinde ABALIENATIO. Nam hæc proprie veteribus fuit ejus rei, quæ mancipi erat, aut traditio alteri nexu, aut in jure ceſſio, inter quos ea jure civili fieri poſſunt Cic. *Top.* 5. nec ABALIENATUM proprie dicitur, quod ad huc in dominio venditoris manet, venditum tamen certe dicitur, ait Ulp. *l. 67. D. de V. S.* Tres igitur nota differentias. Alienare poterant omnes, quibus libera erat diſponendi facultas, abalienare tantum Cives Romani, & poſtea Latini, & quibus jus commerciorum datum Ulp. 19. 4. Alienari poterant res omnes, quæ erant in commercio jure gentium, abalienari ſolæ res mancipi Cic. *Top.* 5. Ulp. *ibid.*

ABALIENATIO fiebat ritu mancipationis per æs & libram, alienatio non ita. Cæterum Paulus in *l. 28. D. de V. S.* non ait abalienationis, ſed alienationis verbum etiam uſucapionem continere, qui, quaſi illud dixiſſet, Alex. Scoto vapulat in Lexico.

ABAMITA eſt abavi ſoror *lib. 3. D. de grad. & adf.* vid. ſup. præp. AB.

ABAVIA mater proavi, vel proaviæ.

ABAVUNCULUS frater abaviæ.

ABASGI gens Colchidis; ubi nunc pars ſeptentrionalis Mingreliæ. De ea Nov. 18. *præf.* & Evagr. *Hiſtor. Eccl.* 4. 22. ut & *Procop.* ABASGOS tangi Dionyſ. Gottofr. exiſtimat *lib. 11. C. de accuſ.* ubi paſtores, & latrones, item Nov. 142. c. 2. ubi barbari appellantur. In ipſa tamen laudantur, quod mandata Juſtiniani audientes eunuchos facere deſierint. Vid. Baudrand. *Geogr.* voce *Abaſgi*.

ABBA Syra vox patrem ſignificat in N. T. Rom. 8. ℣. 16. Gal. 4. ℣. 6.

ABBAS, qui Archimandrita appellatur in Nov. Juſt. ſæpe, & in *l. 8. §. 2. C. de Sum. Trin.* Monachis & Cœnobio præeſt, unde & Cœnobiarcha appellatur. ABBATIS officium explicatur *c. 9. cauſ. 18. qu. 2.* & *Nov. Juſt. Conſt. 5.* Porro continetur ABBAS appellatione monachorum *c. ult. extra de ſimon.* ABBAS habet dignitatem *c. 6. de Privil. in 6.* & *in Clem. c. 2. de reſcr.* Immo Abbas omnibus prælatis poſt Epiſcopum debet præferri, de quo Felin. *in c. 13. de accuſ.* Abbates dici ante benedictionem colligunt nonnulli ex *c. 1. extra de Elect. & Electi Pot.* item *c. 1. de æt. & qual. c. 1. de Suppl. negl. præl.* & *c. 13. de Accuſ.* An vero electus potius, quam ABBAS ante benedictionem dicatur, & de pluribus aliis vide Felin. *in c. 20. de ſent. & re jud.* De forma Abbatis eligentis vid. *l. 47. pr. C. de Epiſc. & Cler.* De forma confirmandi *d. l. §. 1. l. 40. pr. & §. 1. eod. Nov. 5. c. 9. Nov. 123. c. 34.*

ABBATISSA dicitur aſcetriarum, monacharum, ſive monialium antiſtita, quæ in *Nov.* 113. Egumene appellatur. Præfici autem non debet, niſi ſit ſexagenaria & virgo *c. 12. diſt. 20. qu. 1.* Habet ipſa dignitatem *c. 43. §. verum de elect. in 6.* & *l. 13. C. de Sacroſ.*

Eccl. De Abbatissæ eligendæ forma vide *l.* 47. §. 2. *C. de Episc. & Cler.* Nov. 123. 133.

ABDICARE inquit Non est familia abjicere, quasi non dicere, i. e. negare filium, quomodo & apud Pacuv. ubi *consanguineum abdicant*. Sumptum autem a græcis videtur, qui patrem απειπειν, filium autem απε-ρηθηναι dicebant. Itaque Quinctil. 3. 6. abdicatum interpretatur, qui a familia patris abalienatus est. Græci quoque abdicare αποκηρυττειν dicunt, i. e. per præconem pronuntiare alienum, apud illos enim id per præconem fieri indicat Plato *De legib.* 2. ABDICATIO autem liberorum jure Romano non viguit, ceu videmus ex *l. 6. C. de patripot.* Et magis ad factum, quam ad jus pertinent exempla, quæ perhibet Valer. Max. 5. 7. 2. taliaque e græcorum moribus disciplinæ tantum gratia finxerunt Rhetores Romani, & inter hos Quinctil. Igitur effectum huic actui eum non tribuebant leges Rom. ut patriam potestatem finiret, quia liberi non nudo consensu patria potestate, sed actu solemni liberabantur, nec causæ, quibus motus pater emancipabat filium, sed actus solemnitas requirebatur *l.* 3. *C. de emancip.* Unde nec hereditatis exsortes fuisse videntur abdicati, nisi simul supremis tabulis exheredes scriberentur. Quæ omnia secus se habuisse apud Græcos vel ex Luciani *bis abdicato* patet. Et quod Sueton. de Octavio Agrippam *abdicante* scribit, id Plin. *lib.* 7. *c.* 45. modo ablegationem, modo abdicationem nominat, eam quoque opponens adoptioni. Estque hic abdicatio pro emancipatione nomine tenus posita. Sicut Cicero exheredationem pro emancipatione ponit *in orat. pro Domo*. Nec alio nisi ad Græcorum mores spectat distinctio ABDICATIONIS, cujus duæ formæ sunt, altera *criminis perfecti*, ut si abdicetur raptor, adulter, altera *imperfecti*, velut pendentis, & adhuc in conditione positi. ABDICARE etiam alio spectat, veluti de magistratu, quo se quis ABDICAT, cum eum ante tempus deponit *l.* 2. §. 24. *D. de O. J. l. pen. de off. Præf.* De consulatu Cic. *de Nat. Deor.* 2. ubi Augures rem ad senatum senatus ut abdicarent, (pro quo legi potest, senatus se ut abdicarent) consules abdicaverunt. Porro de tutela Cic. ad *Attic.* 1. 6. itaque tutela me abdicare cogito. Quod Ulp. *in Epitom. Inst.* 2. interpretatur, est dicere, se nolle esse tutorem. ABDICAT etiam se statu suo homo liber, qui se ipsum vendit *l.* 21. *D. de stat. hom.*

ABDICERE *in l.* 2. §. 24. *D. de O. J.* ubi de Virginio: Qui cum animadvertisset, Appium Claudium contra jus vindicias filiæ suæ a se ABDIXISSE, i. e. decreto denegasse Virginio patri vindicias filiæ. Cui opponitur eodem in loco, dicere vindicias secundum aliquem, & ut Livius 3. 44. loquitur, dare, seu decernere. Porro in augurali scientia ABDIXISSE aves dicebantur, quæ sinistri eventus significationem dederant Cic. *de Divin.* 1. 17. & Liv. passim.

ABDITAMENTUM detractionem pretii significat, cujus contrarium est additamentum, ut hoc ab addere, illud ab abdere, i. e. demere, removere, ut observat Gronov. *de sent.* 48. *p.* 308. Sic Virgil. *Georg.* 3. 95. de equo senio confecto *abde domo*.

ABDITUS locus *l.* 11. §. 1. *D. ad exhib. l.* 63. §. 3. *de A. R. D.* pro occulto accipitur. Sed ABDITA oppida opponuntur splendidioribus civitatibus *l.* 14. *C. Theod.* de Oper. publ. Et *in abdito* res collocatæ sunt in obscuro positæ *l.* 1. *C. Theod. de Pistor.*

ABDUCERE, dicitur invitum, ducere volentem Donat. *ad Ter. Adelph.* 3. 3. Sic raptor puellam *l.* 1. *C. Theod. de rapt. virg.* Verumtamen & aliquem videris ABDUXISSE alicui, v. g. matronæ, & puero prætextato comitem pudicitiæ custodem, si quocumque modo fecisti, aut persuasisti, ut eum, eamve desereret, *l.* 1. §. 2. *l.* 15. §. 17. *D. de injur. l. fin. de extra. crim.* & Paul. *rec. sent.* 5. 4. 4. Cujus facti injuria præter attentatæ pudicitiæ hæc est, quod abduci res dicuntur a stultis, & stupidis, ut notat Donat. *in Ter. Eunuch.* verba *multæ sunt causæ, quamobrem cupio abducere*. Porro matrum gremio ABDUCERE partus ait Virgil. *Æneid.* 10. 97. ABDUCI quoque mulier dicitur a marito, cum fit divortium. Sic filiam nuptam pater a viro ABDUCIT *l.* 1. §. *ult. D. de lib. exhib.* Porro ABDUCERE dicitur dominus servum a possessore *l.* 36. *D. de lib. caus.* ancillam emptor a venditore *l.* 56. *de contr. empt.* servum exactorem tributorum dominus *l.* 7. *C. de furt.* Abduci etiam dicuntur pecora *l.* 1. §. 1. *D. de abig. l.* 2. §. 20. *de vi bon. rapt.* res inanimatæ, veluti aqua *l.* 26. *de damn. inf.* & pignora Paul. *rec. sent.* 2. 14. §. 24. ABDUCERE furto, vel plagio *l.* 10. *C. de furt.* Ceterum abducere, & auferre secernuntur *l.* 67. *D. de fidejus. l.* 57. *de evict.*

ABESSE, ABSENS, ABSENTIA varie pro subjecta materia accipiuntur. Ac primo de personis: ABEST, qui non est eo loco, in quo loco petitur, dummodo extra continentia urbis sit. Usque ad continentia enim abesse non videtur, nisi latitet *l.* 173. §. 1. *l.* 199. *D. de V. S.* Ideo præsens habetur, qui in continentibus ædificiis, hortisque urbi junctis est *l.* 5. *l.* 6. *D. de Procur.* ABEST, *qui in jure non est l.* 4. §. 5. *D. de damno infecto*, item qui à tribunali abest *l.* 41. §. 4. 5. *D. de fideic. lib.* ABESSE videri potest, qui exaudire nequit, ut præsentes esse dicantur in contrahenda stipulatione, qui exaudire se possunt *l.* 1. §. 1. *D. de V. O.* De usucapione; ABSENS est, qui in eadem provincia non est: *præsens* contra, qui in eadem provincia *l. ult. C. de præscr. long. t.* Potest quis corpore adesse, qui tamen mente ABSIT *l.* 25. *D. de capt. & postl.* Itaque *furiosus* ABSENTIS *loco est l.* 2. §. *pen. D. de jure cod. l.* 124. *de reg. jur. l.* 17. §. 11. *de injur.* Sic pupillus etiam *præsens*, qui tutorem non habet, quod ad bonor. possessionem attinet, pro ABSENTE habetur *l.* 10. *D. quib. ex caus. in poss.* Sed nec tutor *præsens* fuisse dicitur, pupillo contrahente, si somno, aut morbo occupatus tacuerit *l.* 1. *in fin. D. de auct. tut.* ABESSE porro non videtur, qui ab hostibus captus est, sed qui a latronibus detinetur *l.* 199. *D. V. S.* &

S. & ideo in edicto *ex quib. cauf. maj.* ab abſente ſeparatur, licet eodem loco habeatur in ſpecie *l. 6. D. ex quib. cauſ. in poſſ. eat. & l. ult. de reb. auct. jud. poſſ.* At *d. l.* 199. *D. de V. S.* ſic legit Fornerius *in Comm. Abeſſe non* (ſolum) *videtur*, *qui ab hoſtibus captus eſt*, *ſed* (etiam) *qui a latronibus detinetur*; quam tamen interpretationem duplici verborum ſupplemento egentem reprobat Heinecc. adſentiens Gœddeo, qui in *Comm. ad d. l. n.3.* hoc Ulpiani enunciatum tantum ad tutelam pertinere oſtendit, cujus contemplatione, qui eſt ab hoſtibus captus, nec abſenti, nec præſenti eſt æqui parandus, quia mortuus creditur.

ABESSE REIPUBLICÆ CAUSSA in lege Julia, & Papia, & in edicto *ex quib. cauſ. major. in integr.* accipimus eos, qui non ſui commodi cauſa, ſed coacti abſunt *l. 36. D. ex quib. cauſ. maj.* quique publici alicujus muneris, vel officii, cui præſunt, cauſa ab urbe profecti, ut puta proconſules, præſides, procuratores Cæſaris, legati, & eorum comites, in ærarium, vel commentarium principis relati *l. 32. l. 35. §. 2. 3. l. 38. §. 1. d. tit. l. 41. §. 2. de excuſ.* Miſſi item ut milites ducant, vel reducant, vel malos homines compeſcant: milites quoque, dum in caſtra eunt, redeuntque, & qui extra patriam ſuam publicæ utilitatis cauſa proficiſcuntur, ut militum medici; & hi quoque, qui in urbe militant, reip. cauſa abeſſe intelliguntur *l. 7. l. 35. D. d. tit.* aliter atque de magiſtratibus, qui Romanæ reip. operam dant, ſtatuendum, ut *d. l. 7.* & Conſt. Harmenop. Lib. I. tit. III. docent. Imo & milites omnes, qui diſcedere a ſignis ſine periculo non poſſunt, reip. cauſa abſunt *l. 45. D. eod.* Enimvero in capite 7. Legis Juliæ de adulteriis, quo eorum demum ABSENTIA excuſatur, qui in alia provincia Reip. cauſa abſunt, quam in ea, in qua deferuntur, urbani milites, licet alias vice abſentium habeantur; ABESSE tamen *reip. cauſa* non cenſentur, ſed deferri ut præſentes poſſunt *l. 15. §. 1. D. ad L. Jul. de adult.* Alias etiamtum demum milites *reip. cauſſa* ABESSE intelliguntur, quum in expeditione verſantur, non item ſi in commeatu agunt *l. 1. D. de re milit.* Sed nec, qui pro civitate legatione funguntur, *reip. cauſſa* ABESSE dicuntur *l. 26. §. ult. D. ex quib. cauſ. maj.* Publici enim adpellatio ad Pop. Romanum proprie pertinet *l. 15. l. 16. D. de V. S.* at alias legationis cauſa abſens *reip. cauſſa abeſſe* dicitur *l. 30. D. de adq. vel. om. her.* Navicularii vero, item negotiatores, dum annonæ urbis ſerviunt, *reip. cauſſa* ABESSE non male dicuntur *l. 5. §. 3. D. de jure immunit.* At qui libera legatione abeſt, non videtur *reip. cauſſa* ABESSE, quum non publici, ſed ſui cauſa abſit *l. 14. D. de legation. l. 7. de R. J.* Servi item *reip. cauſſa* ABESSE non poſſunt *l. ult. D. eod. l. 7. ſi quis cauſ.* Sed nec, qui adpellationis perſequendæ cauſſa peregrinantur, *reip. cauſſa* ABSUNT *l. 1. l. 2. D. eum qui adpel.* Omnino enim *reip. cauſſa* ABESSE hi demum intelliguntur, qui ob publicam cauſſam abſunt, non qui in privatum compendium peregrinantur *l. pen. D. de excuſ.*

ABESSE *ex juſta cauſſa* ex SCis circa fideicommiſſarias libertates factis, plenius definimus eos, qui non habent injuſtam cauſſam abſentiæ, quum ſufficiat, quod non in fraudem libertatis abſint, quo magis videantur ex juſta cauſſa abeſſe. Ceterum non eſt neceſſe, ut reip. cauſſa abſint. *l. 1. l. 19. 20. 28. §. ult. l. 29. 30. & 36. D. de fideicomm. libert.* Quin & alias, qui probabili quacumque ex cauſſa, ſtudiorum puta, abſunt, *juſta ex cauſſa* ABESSE intelliguntur *l. 7. §. ult. D. de min. l. 28. ex quib. cauſ. maj.* Sunt & aliæ abſentiarum differentiæ, ſeu, ſi mavis, adjuncta, ut ABESSE *bona fide l. 30. D. de nox. act. l. 10. de damn. infect.* i. e. ſine dolo malo, & fraude *l. 1. & 4. D. ex quib. cauſ. maj. l. 4. C. de reſtit. milit.* cui opponitur *dolo malo*, vel *fraudis cauſſa*, vel *data opera* ABESSE *l. 34. D. de reb. auct. jud. poſſid. l. 5. ex quib. cauſa maj.* Et huc pertinent variæ abſentiæ cauſſæ, ut dum aliqui abſunt *legationis*, vel *ſtudiorum* gratia *l. 19. D. de judic.* item *litis* gratia *lib. 5. D. ex quib. cauſ. maj.* porro *metus cauſſa lib. 3. eod. ex neceſſitate*, non ex voluntate *lib. 26. §. ultim. D. eod.* quæ eſt *abſentia neceſſaria*, de qua *l. ult. D. ubi pupill. educ. vel mor. lib. 10. C. quomodo, & quando jud.* Denique & ABSENS quis eſt *per contumaciam lib. 1. C. quor. adpell.* item *longinque*, ut *l. 39. pr. D. de leg.* I. denique *transmare l. 3. §. 9. D. de ſuſpect. tut. l. 3. §. 12. de Carb. edict.* ABSENS in diſtributionibus quotidianis habendis dicitur, qui non eſt in eo loco, in quo dantur, licet alias forſan in Eccleſia eſſet *c. 1. & per tot. de cler. non reſid. in 6.* Hæc de perſonis; nunc de rebus videamus.

ABESSE *res* videntur etiam hæ, quorum corpus manet, forma mutata eſt. Et ideo ſi corruptæ redditæ ſint, vel transfiguratæ, videntur ABESSE, quoniam (vel quamquam, ut legendum putat Hotomanus) plerumque pluris eſt manu pretium, & ars, quam materia *l. 13. §. 1. l. 14. D. de V. S.* ABEST & ea res, quæ in rebus humanis non eſt *d. l. 13. in fine de V. S.* ABEST procul dubio ſervus, qui in fuga eſt, quamquam in lege Fabia de plagiar. aliud eſt *abeſſe*, aliud *in fuga eſſe l. 2. D. ad leg. jul. de plag.* ABESSE *furto* res dicuntur, quæ nobis ſubreptæ, ac ſubtractæ ſunt *l. 14. D. de V. S. l. 47. de furt. l. 11. §. 2. de ſerv. corr. l. 4. C. de crim. exp. her.* Sæpe legitur, *in id quod* ABEST, *actionem dari l. 2. C. de negot. geſt. l. 3. comm. div. l. 4. de contr. tut. l. 21. §. 2. quod met. cauſ. l. 7. de adminiſt. rer. ad civ. pert.* Quod, qualem intellectum habeat, explicandum eſt. ABESSE certe nobis videtur non tantum, quod expendimus, ſed & id, quo obligati ſumus *l. 12. D. de negot. geſt.* (Hoc ita, ſi in præſens ſit, non ſi ſub conditione concepta obligatio *lib. 22. D. ſolut. matrim.*) ABESSE intelligitur *pecunia* fidejuſſori, etiam ſi debitor creditori ab eo delegatus ſit, licet is ſolvendo non fuerit *l. 26. §. 2. D. mandati*, item ſi fidejuſſori ab uxore creditrice doti pro-

naſ-

missi sit pecunia, quam ex causa fidejussionis debebat. ABESSE mulieri ea intelligitur eo, quod onera matrimonii sustineat *l.* 47. *D. mand.* Non ABEST EX diverso ei, qui nihil de suo impendit diminutive *l.* 25. *D. de admin. tut. l.* 14. *quod met. causs. l.* 4. §. 7. *de manumiss.* Sic & innumeris locis ABESSE dicitur *dolus malus.* Sed & notæ phrases ABESSE *ex negotio gesto l.* 31. *D. de reb. cred. l.* 24. §. 1. *de act. empt.* ABESSE *ex stipulatione l.* 49. *D. famil. ercisc.* ABESSE *a pœna l.* 2. *pr. C. Theod. de sepulc. viol.* ABESSE tandem eleganter missi ab auctoribus divelli ob servat Heineccius, veluti AB hominibus cuncta dispendia ESSE sancimus *l.* 10. *C. Theod. de episc.* Ab obsequio ESSE *l.* 1. *C. Th. ne opera a conlat.* Similiter Ulp. *Siquidem* CIRCUM *in hoc* VENTA *est l.* 12. §. 1. *D. de jure dot.*

ABHINC. Vide supr. in præp. AB.

ABHORRERE aliquando ponitur pro alienum esse. Si abhorreant, i. e. alieni sint *a servili conditione l. un. C. Theod. de perfect. dignit.* Eodem sensu *abhorrere*, i. e. differre, *hæc ab area* dicit Ulp. *l.* 13. §. 1. *D. de præscr. verb.*

ABIGEATUS est crimen, quod abigendo committitur *l.* 2. *D. de abig. l.* 5. §. 2. *de re milit.*

ABIGEI (qui & *Abactores* a Paullo *Recept. Sent.* V. 18. 1. & 2. & ab Impp. in *l.* 8. *C. de repud.* & aliis adpellantur) proprie hi habentur, qui pecora e pascuis, vel ex armentis, vel a stabulis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, abigendique studium, quasi artem, exercent, equos de gregibus, vel boves de armentis abducentes *l.* 1. §. 1. *D. de abig.* vel ut Paull. *Rec. sent. ibid.* qui unum equum, duas equas, totidem boves, vel capras decem, aut porcos quinque abegerunt. ABIGEOS autem a furibus quantitate discerni traditum est. Nam qui ovem unam, suem unum surripuerit, ut *fur* coercetur, qui gregem, ut ABIGEUS *l.* 6. §. 7. *D. de pœn.* Non tamen sola quantitate, sed ex animo etiam atque studio, & arte abigendi hoc discernitur. Nam qui studiose unum equum, aut bovem abduxerit, abigeus est, qui casu fur *l.* 2. *de abig.* Loco etiam discernitur. Qui non e pascuo, sed stabulo, aut alio loco, non ex armento abigit, *fur* est, non *abigeus l.* 1. §. 1. *de abig.* ubi Gœd. ad *tit. de V. S.*

ABIGERE pecus modo est, illud agro expellere *l.* 39. *D. ad leg. aquil.* modo illud furto, vel latrocinio subtrahere *l. ult. C. de condict. ob turp. caus.*

ABIGERE etiam partum, venenis, & medicamentis expellere, & enecare dicitur. Sic in *l.* 4. *D. de extraord. crim. l.* 2. *ad leg. Corn. de sicar. l.* 39. *de pœn.* & apud Cic. *in Cluent. G. XI.* Columell. *de re rust. VI. c.* 17. Plin. *hist. nat. XIV. c.* 18. Sueton. *in Domit. c. penult.* Sulpic. Sev. II. *Sacr. hist. c.* 47. Nec longe ab hac significatione est, quod Imperator venenis viscera hominis extinguere adpellat *l.* 3. *C. de quæst.* Cujusmodi criminis a Juvenal. *Sat.* 6. Minucio Felice, & Gell. *Noct. Att. XII* 1. fit mentio.

ABJECTA persona pro contempta, humili, & vili *l.* 17. §. 13. *D. de injur.* Quæ inter fœminas abjectæ sunt personæ, vide in *l.* 7. *C. de incest. nupt. l.* 1. *de natur. lib.* Non autem ideo quis humilis, aut abjectus, quia pauper *d. l.* 7. Adde Nov. 74. *c.* 6.

ABJICERE quodammodo contrarium verbo *adjicere* est, adjectionem non recipere *l.* 9. *D. de in diem addict. l.* 1. *C. de vend. reb. civ. l. pen. de om. agr. desert. l.* 2. *de loc. præd. civ.* ABJICERE rem videtur, qui exiguo pretio vendere cogitur *l.* 36. §. 1. *D. mand. l.* 50. *de evict.* Significat & projicere, repellere *l.* 8. *D. ad leg. rhod.* ABJICERE pecuniam in fraudem *l.* 10. *D. quid in fraud. patroni.* Est ABJICERE *partum*, pro exponere non quidem publicis locis misericordiæ causa, quam ipse exponens non habet, sed in locis infrequentibus; quorum tamen alterutrum qui facit, ut & qui alimonia negat, partum necare videtur Paullo *recep. sent. II.* 24. *l.* 4. *D. de agnosc. & alend. lib.*

ABIRE dicimur magistratu *l.* 32. *D. de muner.* nec non provincia *l.* 7. §. *ult. ad leg. jul. de pecul.* item tutela, cura *l.* 3. *fin. l.* 4. *D. de susp. tut.* ABIRE deinde dicitur dies actionis, quando nobis exit *l.* 1. §. 7. *D. si quid in fraud. patr.* ABIRE dominium, quando a nobis abscedit *l.* 66. *D. de R. V.* ABIRE res a nobis *l.* 205. *D. de R. J.* vel a dominio *l.* 1. *de in diem addict.* quando possessores, vel domini esse desinimus. ABIRE in creditum est, fidem alienam sequi *l.* 5. §. 18. *D. de trib. act. l.* 3. §. 3. *de SC. Mac.* ABIRE ab emptione, venditione, i. e. recedere *l.* 6. §. *ult. D. de contr. emt. l.* 14. *de in diem addict. l.* 1. *de resc. vend.* ABIRE a Societate *l.* 14. *l.* 18. *D. pro Soc.* ABIRE ab honore *l.* 1. *C. si quæcumque prædit. potest.* ABIRE rem longe, seu in infinitum dicitur in *l.* 15. §. 7. *D. de re jud.* ABIRE in desuetudinem *l.* 1. §. 1. *D. de interreg.*

ABJUDICARE est judicio auferre *Cic. pro Cæcin. c.* 34. *& in Verr.* 1. 2. Plaut. *Asinar. III.* 2. *Rudent. V.* 2. Sic ABJUDICARE hereditatem *in l.* 50. §. 2. *D. de legat.* 1. ABJUDICARE pro rejicere per metaph. Cic. *de or.* 2. 24. ubi plus mali quam boni reperio, id totum ABJUDICO. Denique abjudicare judices in Papiniani *Resp. tit.* 32. est declinare judices.

ABJURARE verbum judiciarium est, sic *rem creditam* in Plaut. *prolog. Rudent. & in Persa Act. IV.* 3. 9. depositum apud Ambros. *Orat. de obitu fratr.* dicitur ABJURARE pro abnegare jurejurando. Immo & quod intervertitur vero Domino, ei abjurari dicitur in *l.* 2. *C. Theod. de bon. vac.* & ABJURATUM pretium vocatur *l. pen. C. de vestib. &c.* quod quis per leges recipere nequit, licet juret se dedisse. ABJURARE *hæresim* quid sit, vide in *cap.* 9. *de hæret.*

ABJURATOR dicitur, qui creditum negat. Cassiod. *Var. X.* 3. *non sum callidus* ABJURATOR.

ABLEGARE pro mittere. Ablegare in exilium *l.* 57. *C. Theod. de hæret.*

ABLOCARE Zas. *ad* §. 7. *Inst. de act. n.* 17. inter-

terpretatur denuo locare feudum locatum tertio. Sane pro alteri locare ponitur a Suet. *en Vitell. c. 7.*

ABEMATERTERA. Vid. sup. præp. AB.

ABNEGARE inficiari depositum *l. 11. D. depos. l. 1. de furt.* Ita & *abnegare* nummos dixit Juven. *Sat.* 13. 94. Sed & abnegare pecuniam dixit Ulp. *l. 3. in fin. D. de in lit. jur.*

ABNEPOS. V. S. præp. AB.

ABNOCTARE foris pernoctare *l. 15. D. de off. præs.* Sen. *de vit. beat. c. 26.* ait, poeta Jovem adulterum induxit, & *abnoctantem*.

ABNUTARE, sæpe abnuere *Fest. lib. 2.*

ABNUTIVUM pro negativo & inficiali *l. 83. pr. D. de V. O. vox* ABNUTIVA apud Captum *in lib. de orthogr.* ABNUTIONIS vocem usurpat Fest. *lib. 9.*

ABOLERE quandoque ponitur absolute, ac neutraliter pro exolescere. Sic. Liv. *9. 36. cladis caudinæ memoria nondum aboleverat*. Sed *Abolere* magistratum pro deponere, abrogare Liv. 3. 38. ABOLERE testamentum Vellej. 2. 58. 2. ABOLERI lex dicitur Quinctil. 1. 5. 45. Porro ABOLERI actio injuriarum dissimulatione *l. 11. §. 1. D. de injur.* ABOLERI condemnatio per indulgentiam *l. 10. C. de sent. pass.* ABOLERI injuria *l. 17. §. 6. D. de injur.* ABOLERI turpitudo dicitur *l. 43. §. 1. D. de ritu nupt.* *Aboleri* accusationem item rei nomen ajunt, quum accusatio, crimenque perimitur, reique nomen de reis eximitur *l. 3. §. 1. D. de accus. l. 1. §. 10. ad SC. Turpil.* Suet. *Aug. c. 32.* Hinc. ABOLITIO criminum extinctio, quæ delatoribus, & reis datur *l. 34. §. 1. D. de rit. nupt. l. 14. §. 1. de bon. libert. l. 6. §. 3. de decur. l. 12. §. 1. de accus. l. 39. §. 6. de adult. l. 15. de jur. fisc.* Quæ ABOLITIO duplex est publica, & privata *l. 11. fin. D. de accus.* Prior & *generalis* dicitur *tit. C. de gen. abolit.* estque ea, quæ publice fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem prospere gestam, vel ob lætitiam aliquam, vel honorem domus augustæ *l. 7. l. 8. l. 9. l. 12. D. ad SC. Turpil. l. 14. §. 1. de bon. libert.* Ea non solum fiebat ob repentinam aliquam lætitiam, verum etiam quotannis ob sacrosanctum paschatis diem, quo Imp. omnibus, qui in vinculis publicis habebantur, delictorum gratiam faciebat, præterquam majestatis, necromanciæ, adulterii, rapinæ, ac homicidii reis. Qua de re vide *l. 3. l. 4. & seq. C. Theod. de indulg. crim. l. 3. C. de Episc. aud. Privata* ABOLITIO vero est, quæ privatim fit, accusatore postulante, & postulanda ab ipsismet Præsidibus pro tribunali, non de plano, nec nisi causa cognita *l. 1. §. 8. l. 10. D. ad SC. Turpil. l. 2. C. de abolit.* Fiebat & alio genere *ex lege* ABOLITIO accusatore mortuo, vel ex justa causa impedito, quo minus accusare posset *d. l. 10. ad SC. Turp. l. 3. fin. D. de accus.* Singularis denique est locutio, quando non crimen, accusatio, vel nomen rei, sed ipse reus ABOLERI dicitur REORUM ABOLITIONE interveniente *l. 12. D. ad SC. Turpil.*

ABOMINANTER adverbio haud ita quidem eleganti usus est Constantin. *l. 1. C. Theod. de incest. nupt.*

ABOMINOR, quasi omen aversor. Veteribus infaustum aliquid deprecantibus in usu fuit hæc loqutio *l. 85. D. de her. inst. l. 41. §. ult. de vulg. & pup. subst. l. 88. §. 9. de legat. 2. l. 4. C. de impub. & al. subst. l. 85. de her. inst.* Plures hujusmodi formulas collegit Brisson. *Lib. 1. c. 156. de form. Pop. R.* Hinc ABOMINATIO, quæ in usu communi loquendi pro qualibet re turpi, & abominabili sumitur *C. 4. De clerico ægrot. abominabil. cap. 27. C. 1. qu. 1. tab. 11. C. 14. qu. 5.* ABOMINATUS denique dicitur, qui sacris interdictus, excommunicatusve est. Alciat. *in l. 36. D. Si cert. pet.* ab ecclesia extorris, Hinc

ABOMINATIO quibusdam dicitur excommunicatio.

ABORSUS, adjective eo usus est Paull. *rec. Sent.* 4. 9. 16. ABORSUS *vel abactus venter partum efficere non videtur*. Item substantive Ovid. Suppositi tius *lib. 1.* de vetula *parat unde sibi procuret aborsum*, & Non. ABORSUM, & abortum distinguens. ABORSUS enim ille dicitur, qui in primis mensibus cum conceptus exordium factum est, *abortus* prope tempus pariendi; tunc enim moritur, quod nascitur. At frequentius vocabulo ABORSUS, vel AVORSUS pro abortu utuntur leges veteres germ. uti *Vvisigot.* VI. 3. & 4. VIII. 4. & 6. *Bajuvar.* VII. 25.

ABORTO pro immaturum fœtum edo in *Nov. Leon.* 31. Varr. 4. Columellæ vero *abortio* verbum, & *abortior* pro eodem est.

ABORTIO pro abortu Paul. *rec. sent.* 5. 23. 14. & *l. 38. §. 5. D. de pœn.* ubi *abortionis poculum* dare. Dicitur & neutraliter ABORTUM *l. 30. §. 4. D. de aquir. v. omitt. her.* At frequentior est forma.

ABORTUS, qui fieri dicitur, quum mulier ante tempus partum edit *l. 1. §. 27. D. de ventr. in poss. mit. l. 3. §. 6. de statu lib.* Plin. *Epist. VIII.* 10.

ABPATRUUS. V. Sup. præp. AB.

ABREPTA res dicitur vi *l. 1. D. de condict. tritic.* immo & homo. ABREPTUM mancipium *l. 26. C. de pign.* ABREPTI parentibus liberi per causam belli *l. 18. D. de excusat.*

ABROGARE, derogare, exrogare, obrogare, subrogare diversam habent, variamque in antiquorum auctorum libris significationem. Cic. *lib. 3. ad Att. Epist. 1. Si quid in hac rogatione scriptum est quod per leges, plebisve scita* ABROGARE, DEROGARE, OBROGARE *sine fraude sua non liceat*: *Lib. 2. de legib. Eas tu leges rogabis, quæ numquam* ABROGENTUR. Ea autem verba singula non eodem plane sensu omnes ICti veteres acceperunt, inter quos tamen Ulpianus accuratius loqui videtur. Sane ABROGATUR legi, quum ea prorsus tollitur *l. 102. D. de V. S.* Ulp. *tit. 1. §. 3.* & Liv. 22. ubi *plebiscitum primus ego antiquo*, ABROGOQUE. Sed DEROGATUR legi, cum pars detrahitur juxta Modestinum *d. l. 102.* & Ulp.

Ulp. *d. l.* item Fest. apud quem tamen & legitur EXROGARE pro *ex lege vetere aliquid eximere per legem novam*, item OBROGARE pro *legis prioris infirmandæ causa aliam ferre*: quod verbum Ulpiano *d. l.* sonat, *mutare* aliquid ex prima lege. Huic porro SUBROGARE legi est, aliquid adjicere *d. l.* Omnia autem hæc originem habent a rogatione magistratus, quæ fiebat in comitiis; quoties lex vel ferenda vel tollenda, vel mutanda erat, proinde & *Magistratus*, *imperium*, *jurisdictio*, cui ABROGARI dicitur *l.* 8. §. 1. *D. de tut. & cur. dat.* fit enim & hoc lege ad pop. lata, ut qui magistratu spolietur Cic. *in Cornel.* Verum tamen *leges non solum suffragio legislatorum, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogantur l.* 32. §. 1. *D. legib.* Porro

ABROGARE etiam publicare, & auferre sonat, ut *in insulam deportetur bonis omnibus* ABROGATIS *l. 7. fin. C. ad leg. jul. de adult.* Denique ABROGARE *per saturam* apud Fest. hoc modo *neque per saturam abrogato, aut derogato*, i. e. ut Cuj. 14. *obs.* 7. explicat ne commistis rebus plurimis abrogato, ne confuse, sed specialiter, explicate, diserte.

ABRUMPI jura *l.* 32. §. *ult. D. de hered. inst.* Quod vero alio plane sensu lucrum ABRUPTUM *l.* 1. §. 4. *D. quar. rer. act.* legitur, quodque Accursio idem ac subreptum, Budæo *ad l.* 4. §. 8. *D.* de re milit. abscissum, præcisum, ἀπότομον, id mutata littera ABREPTUM legendum esse putat Heinecc. Sed ABRUPTA itinera, i. e. dura, præcisa, abscissa *cap.* 17. *C.* 12. *qu.* 2.

ABS pro A, vel AB. Cujus usum sua ætate minus frequentem observavit Cicero *Or. c.* 47. si recte locus iste intelligitur, una præpositio est *Abs*, eaque nunc tantum in accepti tabulis manet, ne his quidem omnium: in reliquo sermone mutata est. Nam amovit dicimus, & abegit, & abstulit, ut jam nescias, AB ne verum sit, an ABS. Ea tamen particula & ipse usus est Cic. *Epist. fam.* 7. 31. *vincant te, vel vincar abs te*. Post eum non modo veteres, sed & Icti utuntur pro *a* vel *ab l.* 14. *D. de V. O. l.* 19. *de hered, vel act. vend.*

ABSCEDERE est recedere, separari, sejungi. Proprietas inutilis esse dicitur abscedente usufructu *l.* 56. *D. de usufr. & l.* 8. *de usu & usufr.* vide & *l. ult. de dot. coll. l.* 21. §. 3. *de ann. leg.*

ABSCESSUS abdita loca, recessus in provincia *l.* 2. *C. Theod. de lit. & itin. cust.*

ABSCISSE, vel potius abscise, ut legendum monet Heineccius *in l.* 5. §. 1. *De jure immunit.* i. e. certa & constanti definitione ad unguem. Valerio Max. est severe & rigide; a *cædo* non a *scindo*; etenim dicebant veteres ABSCISUS, non *Abscissus*. ABSCISA spes, quæ adempta est *l.* 35. *D. de evict.*

ABSECTA, & *conjuncta* opponuntur *l.* 5. *pr. C. qui militare poss.*

ABSENS, & ABSENTIA. v. ABESSE.

ABSENTARE, absentem reddere. Quos crimen desertionis ABSENTAT *l.* 84. *C. Theod. de decur.* Frequentius cadentis latinitatis scriptoribus ABSENTARE idem ac abesse, ut apud Sidon. Apollin. *lib.* 9. *Epist.* 9. *extr.*

ABSIMILIS dissimilis *l.* 12. *C. de legit. hered.*

ABSIS vel *apsis*, de qua Ulp. *l.* 19. §. 6. *D. de auro, arg. mund.* est, observante Cujacio 10. 18. vas, in quo ponitur esca, *parapsis*, quod illi accedit acetabulum, & Turneb. *advers.* 18. 23. APSIDES lances sunt rotundæ, quæ & parapsides dicuntur.

ABSOLVERE vulgo ad judicialem pronuntiationem pertinet, qua quis vel in criminali causa, vel alia liberatur *l.* 13. *D. de stat. hom. l.* 28. *de cond. indeb.* & alibi passim. ABSOLVERE autem is demum potest, qui potest & condemnare *l.* 3. *D. de re jud. l.* 37. *de R. I.* ABSOLVERE etiam est, quem dimittere fustibus cæsum *l.* 7. §. 1. *D. de jur. patron.* & ita *emendatum l.* 9. §. 3. *D. de off. proc.* ABSOLVERE vero creditorem est, eum pecunia soluta dimittere *l.* 37. *D. de usur.* vulgo expedire dicunt. Eodem sensu usus est quoque Terent. *in Adelph.* 2. 4. 13. Plaut. *Epidic.* 5. 1. 15. & *Mostell.* 5. 1. 19. Sic veteres ajunt *absolvere*, & liberare domum, & possessionem *l.* 20. *pr. D. de liberat. leg.* ABSOLVERE pignus Paul. *recept. sent.* 2. 5. 1. pro quo legi mavult Rittershusius LUERE. ABSOLVERE id, de quo quæritur, est quæstioni propositæ satisfacere *l.* 29. §. 1. *D. de manum. test.* ABSOLVERE ab homagio, & fide *C.* 17. *X. de simonia*, a jurejurando *C.* 2. *de jurejur.* ab excommunicatione, quod est eam tollere, nullam declarare *Can.* 4. *C.* 24. *qu.* 1. ABSOLVI porro pro reconciliari more pœnitentium *Can.* 24. *C.* 11. *qu.* 3.

ABSOLUTE *respondere*, i. e. sine distinctione *l.* 13. §. *ult. D. de ann. legat*

ABSOLUTIO significat judicis pronuntiationem, quæ fit secundum reum *l.* 18. *C. ex quib. caus. inf. irrog. l.* 37. §. 5. 6. *D. l.* 27. *fam. ercisc. l.* 6. *de quæst. l.* 52. §. *ult. de fidej. l.* 14. *de cond. furt.* Sumitur etiam pro liberatione debitoris *l.* 1. *D. de acceptil.* aliquando per abolitione *l.* 6. *C. Theod. de indulg. crim.* Paul. *rec. sent.* 5. 17. *in rubr.* quod tamen ab Aniani manu esse suspicatur Heinecc. ABSOLUTIO *ad cautelam* trita est in foro Eccles. de qua plene Alberic. in suo Diction. voce *Absolutio*.

ABSOLUTORIA omnia esse dicuntur judicia *in* §. *ult. Inst. de perp. ac temp. act.* h. e. interprete Theophilo, permissum esse judici ante condemnationem, reum, qui bonam fidem adgnoscat, ab actione liberatum dimittere, cujus hanc reddit rationem Ulp. *l.* 1. §. 10. *D. de nov. op. nunt.* non esse periculum, ne pactio privatorum jussui prætoris anteposita videatur &c.

ABSOLUTUS pro certo, indubio, expedito. Sic absoluta caussa opponitur ambiguæ. *l.* 5. §. 4. *D. de Carb. Edict.* Eodem sensu ABSOLUTUM jus *l.* 12.

C. de collat. l. 6. de bon. proscr. & ABSOLUTUM EST pro absoluti juris est *l.* 1. §. 3. *D. uti poss.* ABSOLUTA donatio dicitur, quæ irrevocabilis *est l.* 35. *D. de mort. caus. don.*

ABSTENTUS *pupillus*, quem tutor a paterna hereditate abstinuit *l. fin. D. si quis cautionib. l.* 19. §. 1. *ad SC. Velleian. l. pen. de auct. tut.* quod analogia magis, quam auctoritate veterum defenditur ab Andr. Dukero de *latinit. jurisc. vet.* Aliquotes S. Cyprianus ABSTENTOS vocat, quibus sacrorum usus est interdictus Epist. 59. & 68. ut observat. Heinecc.

ABSTINERE generaliter dicitur, qui se ab aliqua re cohibet, quasi se tenens ab illa re *l.* 5. §. 15. *D. de nov. op. nunt.* Sic locis interdictis ABSTINERE *l.* 4. *D. de pœn.* item ordine *l. un. D. nihil innov. appel. interp.* & aliæ hujus generis locutiones passim, ABSTINERE se hæreditate proprie dicuntur sui necessarii heredes, uti extranei repudiare *l.* 3. §. 2. *D. de minor. l.* 38. *de acquir. vel. om. hæred. l.* 86. *in fine de hæred. inst.* sed hæc differentia interdum confunditur *l.* 2. §. 10. *D. ad SC. Tertullian. l.* 7. §. 5. *de minor. l.* 14. *de fideic. hæred.* proinde ABSTINERE etiam dicuntur frater, & soror *l.* 18. §. *ult. de ann. legat.* & uxor *l.* 14. *de fideic. lib.* Dicuntur tutores ABSTINERE pupillum, h. e. si eis auctoribus pupillus se abstineat hereditate *l.* 18. *D. de tut. & rat. distr. l. pen. de auct. tut. l.* 44. *de re jud.*

ABSUMERE vel naturaliter possumus, ut arbores igne *l.* 57. *D. de contr. emt.* vel civiliter. Sic ABSUMUNTUR fructus *l.* 77. §. 9. *D. de legat. tit.* intentio dominii *l.* 24. *C. de rel. vind. species l.* 4. *C. de peric. & com. rei vend.* ususfructus *l. ult. C. Theod. ad L. Corn. de sicar.* Non tamen censetur ABSUMI, quod in corpore patrimonii retinetur *l.* 72. *D. de legat.* 2. vel quod in corpus patrimonii versum est *l.* 23. *D. de adim. leg.*

ABSUMTIO. In absumtione esse dicuntur, quæ usu consumuntur *l.* 5. §. *ult. D. de usufr. ear. rer.*

ASSURDA dicuntur quæcumque vel rationi, vel juris principiis repugnant *l.* 7. *D. de bon. libert.* & alibi passim.

Ex ABUNDANTI pro frustra, & supervacuo, Papiniano familiaris locutio *l.* 9. *D. de supell. leg. l.* 20. *de manumiss.* & alibi passim.

ABUNDARE ad ea pertinet, quæ frustra adjecta sunt, aut superflua *l.* 94. *de R. J.* aut copiosa *l.* 12. §. *in fine D. de usu & habit.* Item ABUNDARE mandati quantitatem pro egredi, & præterire. Simili phrasi usus est Lucret. 6. *v.* 265. & Virg. *Georg.* 1. *v.* 16.

ABUSIO verborum Cic. *or. c.* 37. Ecclesiastici nominis ABUSIO *l.* 8. *in fin. C. de SS. Eccl.* Per ABUSIONEM idem quod abusive *l.* 16. §. 4. *de fidej. l.* 8. *de suis & legitim. hered.*

ABUSIVE pro minus proprie *l.* 1. §. 1. *D. ad municip. l.* 2. §. 1. *Testam. quemad. aper.*

ABUSA dicuntur consumpta utendo, ut Non. Marcell. observavit ex Plaut. *Asin.* 1. 4. 55. & hinc

ABUSUS consumptio *l.* 11. §. 2. *D. de jurejur.* etenim quæ res in consumtione sunt, usque tolluntur, vel minuuntur, eæ in ABUSU consistere dicuntur *l.* 5. §. 1. & §. *ult. D. de usufr. ear. rer.* Porro alio sensu ABUSUS perniciosus *C.* 14. *D. de celebr. miss.* item detestabilis *C.* 2. *de off. ordin. in* 6. ABUTI est utendo consumere *l.* 15. §. 4. *D. de usufr.* & Cic. *Top. c.* 3. his abutimur, quæ nobis utentibus pereunt, quo sensu ABUTI fructibus ad sustentationem *l.* 29. *C. de jure dot.* Est etiam dilapidare, ac perdere *l.* 25. *D.* §. 11. *de hæred. pet.* male uti, nec secundum rei conditionem *l.* 22. §. 8. *D. de solut. matrimon.* ubi nota ABUTI Dotem, ut abuti operam in Terent. *Andr. prol.* item ABUTI permissa sibi potestate *c.* 63. *C.* 11. *q.* 3. ABUTI nequiter *C.* 15. *X. de rescript.*

AC pro atque, qua significatione notissima etiam in *l.* 16. *C. de SS. Eccl.* accipi debere ait Heinecc. non autem pro *hoc est*, ut alii volunt. *Perinde* AC pro sicut §. 1. *Inst. quib. non est perm. fac. test. l.* 9. §. 1. *D. de A. R. D.* pro quo usurpatur Ac *si in l.* 54. *loc. cond.* Vide infra AC SI.

ACAPNA a particula privativa a & capnos, græcis vocantur ligna, quæ cocta fumum non facere dicuntur Ulpiano *in l.* 55. §. 7. *de legat.* 3. verbum ipsum habet Martial. *in distich.* mel acapniston apud Strabon. *lib.* 9. De his vid. If. Casaub. *ad Script. hist. Aug.*

ACCEDERE verbum Ictis familiarissimum, quod aliquando ita flectunt, ut præteritum forment *accedi* pro *accessi l. ult. D. de acquir. her.* ubi ACCEDERE idem est, quod adire. ACCEDERE, & decedere opponuntur *l.* 10. §. 1. *de jur. dot.* Ponitur etiam pro *adjungi*, vel applicari *l.* 14. *de servit.* & §. *pen. Inst. quib. m. obl. toll.* Est quoque accrescere *l.* 34. *de R. V. l.* 24. §. 4. *de fideic. lib.* seu adjici *l.* 35. *de minor. l.* 31. §. *ult. de Ædilit. edict. l.* 18. *de liberal. caus.* item adquiri *l.* 6. *pr. de div. temp. pr.* porro sequi *l.* 78. *pr. de contr. empt.* ACCEDERE utique obligationi dicitur fidejussor *l.* 1. *D. de fidej. l.* 18. *S. C. M.* ACCEDERE ad negotium dicitur, qui illud aggreditur, veluti administrationem *l.* 1. *D. contr. tut.* Est alibi passim de diversis negotiis. ACCEDERE tandem sæpe est, proximum, & finitimum alicui rei esse, veluti *in l.* 6. §. 1. *ad. L. jul. pecul.*

ACCEPTA & *data*, quæ in rationes referri solebant *l.* 1. §. 2. *D. de edend. l.* 2. §. 2. *de adm. rer. ad civ. pert. l.* 56. *de V. S.* ACCEPTA & *expensa* l. ult. §. 1. de lib. legat. ACCEPTI *tabula* Cic. *Or. c.* 47.

ACCEPTILATIO eadem forma dicitur, qua expensi latio apud Gell. 14. 2. estque imaginaria solutio §. 1. *Inst. quib. m. toll. obl.* quæ quidem contingit verbis solemnibus, cum interroganti *habesne acceptum* ... alter respondet congrue *acceptum habeo*. Ea autem solum tollit verborum obligationem, quæ verbis, & stipulatione capit substantiam *l.* 8. §. 3. *D. de acceptil.* Uno contextu ut plurimum dicitur accepti-

ptilatio, sed tamen & divisim aliquando, ut *accepti quoque latio in l.* 41. §. 2. *de jur. dot. l.* 31. §. *ult. de mort. caus. dom.*

ACCEPTIO pro acceptilatione dicitur in *l.* 18. *un. D. de acceptil.*

ACCEPTARE pro accipere *l.* 9. §. *ult. D. de alim. vel cibar. leg. l.* 10. §. *ult. D. de ann. legat. l.* 40. §. 2. *D. de pact.* Plaut. Pseudol. 2. v. 32. Mihi hercle vero, qui res rationesque heri Ballionis curo, argentum accepto. AT ACCEPTARE pro approbare, ut acceptare donationem nullibi legitur, quo tamen sensu *accipio* in usu est, uti apud Ter. *Andr.* 5. 4. v. 47.

ACCEPTO *facere* aliquid, veluti Iter, Actum *l.* 13. §. 1. 2. *D. de acceptil.* Quinque *l.* 17. *eod.* Stipulationem *l.* 4. §. 11. de legat. 3. Usumfructum, Viam, & Partem Stipulationis *l.* 3. §. 2. *de acceptil.* ACCEPTO quoque *fieri* dicitur aliqui *l.* 13. §. 10. *eod. l.* 11. *D. quod ment. caus.* aliquid *l.* 8. §. 3. *D. de acceptil.* Stipulatio *l.* 9. §. 7. *quod met. caus.* pars stipulationis l. 9. de acceptil. ACCEPTO *ferre* aliquid *l.* 45. *D. de cond. & dem.* dotem, *l.* 3. *de legat.* 3. Stipulationem, *l.* 20. §. 1. *de pact.* item in casu tertio *cui potius debito* acceptum ferat *l.* 1. *D. de solut.* Alia vere forma *accepto ferre rationibus* dicitur *in l.* 4. §. *ult. D. de evict. l.* 56. *de adm. & peric. tut. l.* 9. §. 4. *de legat.* 3. ubi volunt tertio casu dici *rationibus*, quod forte in sexto. Item in casu quarto cum præp. IN ACCEPTO FERRE in duriorem causam *l.* 3. *or. D. de solut.* in usuras, & in sortem &c. *l.* 1. *C. de solut.* Ita & passive ACCEPTO FERRI, & accepto latum alicui *l.* 31. §. 1. *D. de mort. caus. don. l.* 13. §. 1. 7. 8. *de acceptil.* accepto ferri stipulatio *l.* 3. *de condict. sine caus. l.* 9. §. 7. *quod met. caus.* sorti & usuris *l.* 35. *de ping. act.* ACCEPTO liberare *l.* 8. §. 2. *l.* 13. §. 10. *& liberari d. l.* 13. §. 11. *l.* 8. §. *ult. de acceptil.* & alibi passim. *Accepto* rogare, sic quod ego tibi promisi, habesne acceptum *l.* 6. *d. tit. item l.* 9. §. 1. *eod.* ubi legitur, posse secundum accepto rogare, & §. ult. d. l. ubi potest accepto rogare, ut se liberet.

ACCEPTORES *rerum in Auth. contra C. ad SC. Trebell.* sunt Heineccio rerum emptores, de quib. in *Nov.* 109. *c.* 2. Unde illa authentica decerpta est.

ACCEPTUM *facere* alicui aliquid *l.* 11. §. 1. *l.* 23. §. 6. *D. de acceptil.* & alibi passim, item passive, ut ACCEPTUM *fieri* non potest, nisi quod verbis colligatum est *l.* 8. §. 3. *eod.* & §. *ult.* ubi & *græce* posse acceptum fieri dicitur. ACCEPTUM *ferre*, quippe a qua locutione ipsum vocabulum acceptilatio natum est, unde acceptum latum, & acceptum factum pro iisdem usurpantur *l. ult. pr. D. quæ in fraud. red.* Aliquid ACCEPTUM, vel A SE ACCEPTUM habere *l.* 6. *l.* 18. §. *ult. D. de acceptil.* §. 1. *J. quib. m. toll. oblig.* ACCEPTUM *referre* in talibus *l.* 29. §. 2. *D. de legat.* 3. sed alia forma IN ACCEPTUM REFERRI dicebatur opus publicum, quum Magistratus opus, quod locatum erat, tamquam ex lege dicta factum, probare se testabatur *l.* 7. §. 1. *D. ad Leg. Jul. repet.* Cic. *in Verr.* 3. 1. *& paradox.* l. 1. sed & alio sensu Paulus, licere pretium in acceptum referre, i. e. in solutum retinere *l.* 101. §. 1. *D. de solut.*

ACCERSERE pro arcessere. Ita accersitis amicis *l.* 39. §. 1. *D. de Legat.* 3. in quibus codicibus, sed in melioribus legitur arcessitis, quemadmodum *arcessendis colonis* non accersendis *in l.* 7. *C. ubi caus. fisc.* Tamen *in discrimine capitis* ACCERSITUR legitur *in l. ult. C. de accus.* Quod latinum non esse ostendit Voss. *in Etym. p.* 40.

ACCESSIO in obligatione dicitur, quod rei, vel personæ adjungitur. Sic in stipulatione fit disjunctive *personæ*, veluti Titii ACCESSIO, cum mihi, aut Titio stipulor, aut *rei* in stipulationem venientis, cum mihi decem, aut Titio hominem *l.* 44. §. 4. *D. de O. & A.* sed & qui intervenit fidejussor, adpromissor, sponsor, & omnes, qui alienæ obligationi accedunt, ACCESSIONES appellantur *l.* 91. §. 4. *D. de V. O. l.* 71. *pr. de fidei.* quo nomine quoque continentur hypothecæ, & pignora *l.* 43. *D. de solut.* Et ACCESSIONIS *causa* dicitur fidejussoria *l.* 5. *de fidej.*

ACCESSIONIS *loco dare* est dare, qui fidejubeat, ACCESSIONIS *locum promittere*, & pro alio fidem suam obligare. ACCESSIONIS *locum obtinere*, vel *loco*, seu vice esse, quum ICti dicunt, hoc significant, non principaliter eas consistere, sed aliis adplicari, adjungi *l.* 2. *D. de pecul. leg. l.* 23. §. 1. *de aur. arg. leg. l.* 4. *de penu leg. l.* 63. *de legat.* 1. Accessiones etiam dicuntur, quæcumque ex re procedunt & omnis causa rei *l.* 2. §. *un.* D. de in d. addit. *l.* 61. §. 2. *de furt.* & rubr. *de usur. & fruct.* Ita ACCESSIONES *hæreditariæ* in *l.* 50. *D. ad SC. Trebel.* ACCESSIO frumenti, & olei *in l.* 12. *C. de usur.* usurarum *l.* 3. *C. ad SC. Maced.* Porro ACCESSIONIS accipimus, quæ emtioni accedunt, & præter pretium ab emptore erogantur *l.* 15. §. *pen. l.* 28. *D. de Ædilit. edict. Possessionum* etiam ACCESSIONES dicuntur, quando auctorum, & eorum, in quos ab his jus transiit, possessiones conjunguntur *l. pen. D. de divers. temp. præscr. l.* 2. §. 16. *pro emt.* Hinc accessione uti in *l.* 1. *C. de præscr. long. c.* Et ACCEDERE tempora dicuntur *l.* 19. *D. de usuc.* unde ACCESSIO temporis *l. pen.* §. 3. *D. de div. temp. præscr.*

ACCESSORIUM idem ac accessio opponitur principali, idque sequitur suum principale, ubi in illo eadem est ratio §. 25. *J. de rerum divis. l.* 33. *D. de ædil. edict.* Aliquando & cedere principali dicitur *l.* 19. §. 13. *de aur. arg.*

ACCIDENS. Ex accidenti *l.* 56. *D. de cond. & dem. l.* 51. *ad leg. falc.* Ex accidentia *in l.* §. 4. *de O. J.* quæ lectio nonnullis displicet, quamquam ea occurrat in Plin. *Hist. nat.* 32. 2. *&* Tertullian. *de anima c.* 11.

ACCIDERE præcise veteres ominis causa dicebant, cum mortem nominare vellent. Sic hac phrasi *si quid*

si quid filio acciderit, hoc significatur, *si filius decesserit* *l.* 62. *fin. D. de V. S. l.* 28. *pr. ad SC. Trebel.* Cic. *de Invent.* 2. 21. & *Tusc. qu.* 1. 43. & alii complures, Eadem est vis verborum, si quid contigerit *l.* 41. §. 12. *de legat.* 3. vel si quid humanum, humanitusve acciderit, & contigerit *l.* 26. *pr. D. depositi l.* 30. §. *ult. de adim. & transf. leg.* §. 1. *l. de donat.* Similis locutio Græcis in usu fuit. Sic Laert. *l.* 5. *Segm.* 11. quod si quid contigerit (συμβαίνῃ) ita disponit Aristoteles, & *Segm.* 12. si Nicanori quid quam contigerit, quod absit. Item *Segm.* 51. de testamento Theophrasti: ceterum si quid contigerit (ἐὰν δέ τι συμβῇ) ita statuo.

ACCINTUS *artibus magicis*, i. e. odiosis illis artibus instructus *l.* 4. *pr. C. de malef. & math.*

ACCIPERE, & *capere* proprie differunt. Nam capere cum effectu accipitur. ACCIPERE, etsi quis non sic accipiat, ut habeat *l.* 71. *D. de V. S.* Proinde ACCEPISSE testamento & illos Ulp. *in l.* 1. §. 11. *D. si quis omiss. caus. test.* dicit, qui tamen his, quæ sibi relicta sunt, carent. Sic *l.* 15. *de his, quæ ut indign.* acceptum codicillis dicit, cujus tamen actio denegatur. Accepisse etiam fideicommissum quis dicitur, etsi testamentum nondum sit aditione confirmatum *l.* 11. §. 1. *l.* 52. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* Ac ita ACCIPERE legatam libertatem interpretandum est in *l.* 13. *D. de condit. in inst. l.* 48. §. 1. *de vulg. & pup. subst. l. pen.* §. 3. *de castr. pecul.* ACCIPERE *actionem* pro excipere *l. ult. D. si usufr. pet.* ACCIPERE *aliud*, quod legitur in *l.* 137. *pr. D. de V. O.* his verbis; ceterum, si post interrogationem ALIUD ACCEPERIT, manifestum est librarii vitium, & verba idoneum sensum non fundunt, nisi legas OCCEPERIT, Bonell. *Comm. ad l.* 1. §. 1. *D. eod.* Corn. Van. Bynkersh. *Obs.* 2. 23. ACCIPERE aquam ex fundo *l.* 29. *D. de servit. rust. præd.* ACCIPERE *novam nuptam* aqua, & igni *l.* 66. §. 1. *D. de don. inter vir. & ux.* De quo ritu vide Brisson. *de Rit. nupt.* ACCIPERE arbitram *l. ult. D. fam. ercisc.* auctoritatem *l.* 3. *c. de test. mil.* bona *l.* 42. §. 1. *D. de bon. libert.* bonorum possessionem *l.* 1. *de bon. poss. furios.* cautionem a legatariis *l.* 32. §. 2. *ad l. falcid.* creditum *l.* 20. *de pign.* & aliquid in creditum *l.* 22. *quæ in fraud. cred.* curatorem *l.* 93. *de cond. & dem.* donationem causa mortis *l.* 5. §. 17. *de his, quæ ut indign.* ACCIPERE excusationem dicitur Tutor, cujus admissa est excusatio *l.* 4. §. 1. *qui pet. tut.* ACCIPERE fideicommissum hereditatis *l.* 52. §. *ult. ad SC. Trebel.* fideijussorem *l.* 2. §. 8. *de hæred. vel. act. vend.* hæreditatem *l.* 65. §. 2. *de legat.* 2. injuriam *l.* 18. §. 2. *de injur.* judicem *l.* 38. *mand.* adversus aliquem *l.* 9. §. 4. *fin. de tut. & rat. distr.* ACCIPERE judicium litem contestari significat *l.* 7. *de aqua, & aqu. pluv.* & alibi passim. Imprimis cum reo judicium accipitur, ut est in *l.* 55. *pr. de evict.* legatum *l.* 11. *pr. l.* 77. §. 3. *l.* 88. §. 4. *de legat.* 2. legatum servum *l.* 34. §. 2. *de fideic. libert.* ACCIPERE legem dicitur venditio *l.* 5. *C. si mancip. ita fuerit al.* ACCIPERE liberalitatem *l.* 6. §. 11. *D. quæ in fraud. cr.* libertatem directam, vel fideicommissariam *l.* 1. §. 12. *si cui plus.* & alibi passim. ACCIPERE moram pro moram pati *l.* 2. §. 3. *de admin. rer.* partes hæreditatis *l.* 42. §. 1. *de bon. libert.* ACCIPERE pecuniam dicitur etiam, qui aliquid pro pecunia accepit, vel obligatione, qua liberatus est, vel cui gratuita pecunia utenda data, aut minoris locata res, venditave est *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *de calumn.* Quo referenda, ut ex inscriptione patet, *l.* 115. *de R. J.* in qua hoc additur, non posse videri ACCEPISSE eum, qui stipulatus possit exceptione summoveri. ACCIPERE pecuniam mutuam *l.* 11. *pr. de pign. l.* 4. *quæ res pign.* debitam *l.* 1. *de solut.* ob judicandum, ob sententiam dicendam, ob testimonium denunciandum, & alias ob causas turpes *l.* 3. *l.* 6. *pr. l.* 7. §. *ult. de l. Jul. repetund.* ACCIPERE pignori fundum *l.* 16. *de servit.* uti & pignus *l.* 34. *l.* 39. *de pign. act.* prædium in dotem *l.* 8. *C. de don. int. vir. & ux.* rationes *l.* 26. §. 1. *D. de testam. tut.* rem *l.* 2. *de damn. inf.* reos debendi *l.* 7. §. 1. *ad SC. Maced.* At ACCIPERE, vel recipere inter reos aliquem dicebatur prætor, si eum, cujus nomen ad se delatum fuerat, in tabulis inter reos referri juberet, de quo vide *Sigon. de Judic.* 2. 10. ACCIPERE sententiam contrariam, i. e. vinci sententia *l.* 29. §. 1. *de except. rei jud.* ACCIPERE successorem ante tempus *l.* 4. *de off. adsess.* traditam rem *l.* 5. *de stipul. servor.* vel per traditionem *l.* 12. §. 3. *de usuf.* ACCIPERE aliquando est intelligere *l.* 1. *pr. de bon. poss. contr. tab.* est etiam admittere, & agnoscere, ut intestati possessionem *l.* 77. §. 31. *de legat.* 2. & excusationem *l.* 44. §. 1. *de excus.* ACCIPERE *munera c.* 18. X. *de simonia.* ACCIPIENTIS facere nummos *l.* 3. §. 8. *de cond. caus. dat.*

ACCIRE, & acciere advocare. Si ex longinquo quis acciendus est *l.* 2. *pr. C. de exhib. & transmit. reis.* Sic magicis artibus usi, &c. manibus accitis audent ventilare, &c. *l.* 6. *C. de malef. & mathem.* ubi pro manibus quidam legunt inanibus, de quo superstitionis genere Jac. Gothofr. *ad Cod. Theod. Lib.* 9. *cit.* 16. *l.* 3.

ACCLAMATIONES publicæ fiebant sæpe in cædem Christianorum, *Christianos ad Leones.* Porro plebs cum in urbe, tum in provinciis, quoties ad publica spectacula convenerat, quidquid libitum erat, vel a Præside, vel ab Imperatore junctis vocibus postulabat. His autem tumultuantibus pœnam exsilii irrogandam statuit Callistratus *l.* 28. §. 3. *D. de pœn.* Vide Vales. *ad Euseb. Hist. Eccl. lib. IV.* Sed & acclamationes honoris causa fiebant Magistratibus, veluti eis, qui quæsturæ honore viguerant, aliisque *l.* 1. *C. de quæst. & magistr. officior. l.* 3. *pr. C. de off. Rect. prov.*

ACCOLÆ, & accolentes i. e. circumstantes *l.* 1. §. 6. *D. ne quid in flum. publ.*

ACCOMMODA reformatio, i. e. valde conveniens reform. *c. 13. de elect. in 6.*

ACCOMMODARE. Accommodatur, quod ex sententia, & mente legis per interpretationem eruitur *l. 48. D. de N. R.* Sic ACCOMMODARI actiones, vel exceptiones dicuntur, quæ ex bono, & æquo dantur *l. 2. §. 8. Si quis caut. in jud.* & ut plurimum ad actiones utiles prætorias hoc verbum pertinet *l. 24. pr. de pignorat. act. §. 1. J. de perp. & temp. act.* Ita ACCOMMODANTUR Interdicta, *ut §. 3. J. de interd.* Stipulatio *l. 30. §. 2. de damn. inf.* ACCOMMODARE etiam significat interponere, veluti adsensum *l. 3. C. quom. & quand.* auctoritatem *l. 1. l. 7. D. de auct. tut.* audientiam *l. 9. C. de accus.* cognitionem *l. 2. pr. D. de expil. her.* conditionem *l. 39. D. de cond. & dem.* ministerium *l. ult. de proxenet.* nomen *l. 5. C. si quis alteri*, notionem *l. ult. C. de lib. exhib.* operam *l. 3. D. de obseq. par.* partes *l. 7. C. fam. ercis.* patientiam *l. 1. C. si manc. ita ven.* præscriptionem *l. 5. C. de lib. caus.* tacitam fidem *l. 49. D. de jure fisci l. 10. de his, quæ ut indign.* voluntatem *l. 17. qui & quib.* ad usum *l. 6. pr. de supell. leg.* Porro significat ACCOMMODARE tribuere, veluti ACCOMMODARE significationem *l. 8. D. de aur. arg.* stipulationem ad eam partem prædii *l. 20. §. ult. de interrog.*

ACCRESCERE. Vide ADCRESCERE.

ACCUMBERE aliud est, quam sedere. Nam qui accumbit, neque stat, neque sedet, neque ambulat, sed medium quiddam facit *l. 124. D. de V. S.* Itaque merito Cic. *de Nat. Deor. 1. 34. & Off. 1. 35.* accubationem, & sessionem separat. Veteres autem non equidem antiquissimi (nec græci, qui ut ex Homeri *Odiss. ω v. 384.* patet, cœnantes *ordine sederunt in lectis, sedibusque*, nec Romani, ceu Isidor. Hispal. *Orig. 20. 2.* ostendit) sed sequioris ævi utique accumbentes epulaverunt. Hinc Athenæus *Deipnos. 1. 14.* de recentioribus græcis ait, ab ea frugalitate eos excidisse, ut accumberent in conviviis; & de Romanis Isid. Hispal. *cit. l. Sedes, ait, dictas, quod apud veteres Rom. non erat usus accumbendi. Unde & considere dicebantur. Postea, ut Varro ait de vita pop. Rom. viri discumbere cœperunt, mulieres sedere, quia turpis visus est in muliere accubitus.* Cœnabant ergo accumbentes mulieribus exceptis, *quas viris accumbantibus sedentes cœnitasse* ait Val. Max. 3. 1. nisi forte, ut ait Juv. *sat. 2. v. 19. in gremio jacuit nova nupta mariti*, vel impudicæ mulieres cum amatoribus suis accubuerunt epulantes, cujus rei exemplum est apud Suet. *in Caligul. c. 24.*

ACCUSARE fuit proprie judiciis criminalibus, publicis, vel extraordinariis experiri, crimenque deferre. Dixi judiciis criminalibus, ubi quis reus agebatur criminis, quo nomine illæ fraudes, ex quibus Respublica læditur, intelliguntur. Res autem hoc ordine procedebat exponente Sigonio *de Jud. 2. c. 9. ad 17. Postulabat* primo, qui accusaturus erat, i. e. nomen adversarii sive præsentis, sive absentis in reorum numerum recipi petebat. Interjectis diebus aliquot in jus veniebat accusator, isque, cui parabatur accusatio, & hujus nomen ille *deferebat* præsente prætore, jurans simul de calumnia. Hic intentata formula Prætor, certam diem, qua die accusator, & reus ad judicium adessent, constituebat, in eamque utrumque citabat. Veniente die judices legabantur, & prima actio instituebatur, & testimonia producebantur, quæstiones a servis habebantur, testes audiebantur, legebanturque tabulæ. Tum demum, his omnibus explicatis, accusator *Accusationem* non interrupta, uti antea, sed perpetua oratione instituit: sed ante accusationem subscriptionem fuisse necessariam ait Ulp. *l. 7. D. de accus.* Quo respicit, quod ait Asconius, institutam tunc demum fuisse accusationem, quum interrogatus reus negaverat, se crimen admisisse, & delator subscripserat. Ex illis autem collige, diversos actus fuisse postulare, deferre, & accusare, & quod reus quidem *postulatur*, sed differtur ejus *accusatio*, ut ait, *l. 38. §. ult. D. ad L. Jul. de adult.* In edicto porro Prætoris, quo a bonis liberti patronus, qui capitis eum accusaverit, repellitur, ACCUSASSE intelligitur, qui nomen detulit, nisi abolitionem pertierit, quique crimina objecit, & causam perorari usque ad sententiam effecit *l. 10. fin. D. de jur. patron. l. 14. §. 8. de bon. libert.* ACCUSARE etiam de controversiis civilibus, sed impropriis usurpatur. Hinc ACCUSARE ingratum *l. 35. §. 1. D. de procur.* ACCUSARE falsum testamentum *l. 14. D. de bon. poss.* ACCUSARE inofficiosum *l. 22. pr. de inoff. test. l. 8. §. 1. C. eod.* Conjuges dicuntur invicem mores ACCUSARE *l. 39. D. solut. matrim.* & accusator vocatur, & quasi causator, quid ad causam vocat eum, quem appellat *in c. 10. X. de verb. signif.*

ACCUSATIO quid sit, jam ex dictis patet, habetque solemnia *l. 18. D. de accus. l. 11. §. 5. ad l. Jul. de adult.* quæ ponuntur *in l. 3. de accus.* sed & ACCUSATIO pro actione, ut accusatio inofficiosi *l. 5. §. ult. l. 7. l. 17. l. 27. l. 29. §. 2. D. de inof. test.* Accusatio suspecti tutoris *l. 1. §. 15. D. §. 3. de susp. tut.* Accusationem instituere, & perferre, item ab accusatione *desistere*, vid. suis locis.

ACEPHALI, ut in *Nov. 109. in præf. & in auth. idem est C. de hæret. & manich.* vel ACEPHALITÆ hæretici sic dicti, quasi sine Capite, vel quod nullus erroris eorum reperitur auctor, ex quo orti sunt, vel quod præfectos Ecclesiasticos non admitterent. Vide Rustic. Diacon. adversus Acephalos. Hi capita aliquot Concilii Calcedonensis impugnabant duarum in Christo substantiarum proprietatem negantes, ut ex Isidori Etymol. refert Gratianus *in c. 39. §. 65. C. 24. qu. 3.*

ACERBUS exactor *l. 33. D. de usurp.* acerbitas catenarum *l. 1. C. de Custod. reor.* convicii *l. 1. C. de ingrat. libert.* morbi *l. 29. pr. C. de test.* acerbe exercere patriam potestatem *l. 1. §. ult. D. de lib. exhib.*

ACERRIMA condemnatio pro gravissima *l. 2. C. de*

de is, qui latron. acerrima indago, i. e. diligentissima *l. ult. C. de fals.* vide infr. ACRIS.

ACERVUS rerum congeries, veluti frumenti *l.* 5. *D. de rei vind.* lignorum *l.* 51. *de aquir. poss.* pecuniæ *l.* 29. *de V. O.* Stercoris *l.* 7. §. 6. *quod vi aut clam.*

ACESCO, si vinum acuerit *l.* 1. *pr. D. de peric. & com. rei vend.* unde acor vitium illud vini, quod acuit *l.* 4. §. *ult. eod.*

ACETABULUM *l.* 19. §. 9. *D. de aur. & arg. leg.* proprie est, quod græcis ὀξύβαφον vasculum infundendo aceto, in quod intingerent cibum sumentes, paratum. Sed jam Quinctilian. *Instr. Or.* 8. 6. observabat illud καταχρηστικῶς accipi pro omnibus vasis, & lancibus, quibus aliud quodcumque adponitur. Hinc Sen. *Epist.* 45. *præstigiatorum acetabula* sunt circulatorum vascula, quibus calculos, & globulos mira manuum celeritate occultant.

ACETANI, vel Licitani Lusitaniæ populi *l.* 8. *pr. D. de censibus.*

ACETUM, hac appellatione non continetur acetum, quod vini numero pater familias habuerit *l.* 1. *l.* 9. §. 1. *D. de trit. vin. ol. l.* 2. §. *ult. de opt. leg.* Acetum extinguendi incendii causa in ædibus haberi olim solitum indicant *l.* 12. §. 18. *D. de instr. & instrum. l.* 3. §. 5. *de penu leg.* Macrob. 7. 6. & Plin. *Hist. nat.* 23. 5. *extr.*

ACHAIA fuit proconsularis provincia arg. *l.* 10. §. *un. D. de off. proconf. l. ul. ad SC. Trebel.*

ACHILLEÆ thermæ *l.* 6. *C. de aquæd.* Constantinopoli celeberrimæ, quæ anno 430. incendio consumptæ sunt. Socrat. *Hist. Eccl.* 7. 39.

ACIES auctore Veget. 3. 14. exercitus est instructus: aliquando tamen accipitur pro prælio ipso, & dimicatione, ut *Instr. pr. de excus. l.* 35. §. 6. *D. ex quib. caus. maj. l.* 6. §. 3. *de re milit.*

ACINATICIUM, alii legunt *Acinarium l.* 9. *D. de tritico oleo.* genus vini secundarii ex uvarum acinis aqua maceratis, idem quo lora, vel lorea: quod tamen non piacet Mercuriali 5. *var.* 1. ex Cassiod. 12. *variar.* vultque protropi, seu prodromi genus esse, quod, ut fieret, indicat Plin. 14. 9. Ejus etiam meminit Pallad. *de Re Rust.* 1. 6. 9.

ACOLYTHI famuli, velut ecclesiastici, qui diaconum ad canendum Evangelium incedentem sequebantur Isidor. *Orig.* 7. *l.* 6. *C. de Episc. & Cleric. l.* 24. *C. Theod. eod. l.* 10. *eod.* ubi juvenes appellantur. Cerarium ab hæredibus defunctorum exigere vetantur *Novel.* 58. *c.* 2. Accedentes latine, vel ceroferarii dicuntur a deportandis cereis, quando legendum est Evangelium, aut Sacrificium offerendum, ut est in *c.* 1. §. 17. *Dist.* 21.

ACONITUM *l.* 3. §. 3. *D. ad l. Corn. de sicar.* omnium venenorum ocyssimum, ut tradit Plin. *Hist. Nat.* 23. 2. cujus etymologiam probabilem tradit Ovid. *Metam.* 7. *v.* 419. nempe a cotibus, inter quas nascitur, quas græci ἀκόνας vocant. Voss. *etym.*

ACOR vitium vini, quod acuit *l.* 4. §. 1. *D. de peric. & com. rei vend.*

ACQUIESCERE, & ACQUIRERE. Vide ADQUIESCERE, ACQUIRERE.

ΑΚΡΙΒΟΛΟΓΕΙΝ *lib.* 6. §. 7. *D. de excus.* est anxie contendere, non autem *proprie loqui*, ut observat Heinec. phrasim græcam dictæ legis sic vertens: si vero anxie de re familiari contendunt, satis produnt eo indicio, se nonesse philosophos. Est enim ἀκριβολογία, perinde ac μικρολογία vel, σμικρολογία sordities, seu contentio de minimo lucro. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 33.

ACRIMONIA debitæ ultionis, i. e. severitas in *l.* 5. *de SS. EE.* quæ est canonizata *c.* 40. §. 3. *Caus.* 16. *qu.* 1.

ACRIS acriora bella *l.* 2. §. 18. *D. de O. J.* ACERRIMO errore *l.* 4. *C. de incest. nupt.*

ΑΚΡΟΔΡΥΑ *in l.* 236. *fin. D. de V. S.* dicitur, apud græcos omnes *arborum* species continere, sed potius omnes *fructuum* species dicendum fuisse ostendunt ex Suida, & Moschopulo. Cujus erroris origo est a Burgundione, vel Burguntione græcorum, quæ in pandectis occurrunt, interprete, qui ἀκρόδρυα vertit extremitates arborum, notatus ideo a Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 33.

AC SI, simul ac si dixerit eam sumere in *l.* 20. *D. de opt. leg.* pro quo legendum videtur, simul ac si dixerit, & ita *simul ac* pro *illico postquam* est. AC SI defunctus cum eo loquatur, quem precario remunetur in *l.* 75. *D. de legat.* 2. pro quo legendum *etsi*, quod respondet græcorum εἰ καὶ, quod eo in loco habent, ut notat Hein. ex Labb. *observ. & emend. Synops, Basilic.*

ACTA libri, seu tabulæ erant, in quibus scribebantur res gestæ Principis, aut populi, aut etiam leges, idque ex Cicerone 1. & 2. *Filip.* & Plin. 5. *Epistolar. ad Valerian.* patet. Porro Ictis, & Imperatoribus ACTA erant Libri forensium, sive judicialium scribarum, in quibus judicum pronunciata, vel quæ in jure, aut coram judice peragebantur, scribebant *l.* 45. §. *ult. l.* 46. *D. de re jud. l.* 4. §. *ult. de fidej. tut.* in qua dicuntur *acta publica l.* 2. *C. de Custod. reor. l.* 1. *C. de satisd. l.* 17. *D. de in jus voc.* ubi APUD ACTA cavere, & apud officium, vel officio cavere separantur. ACTORUM conficiendorum Magistratus habent potestatem *l. ult. C. de Magistrat. municip.* Hinc phrases ACTA præsidis, & magistratus Paul. *Rec. sent.* 1. 3. 1. *municipalia l.* 6. *C. Theod. de exhib. & transmitt. reis*, quæ apud moderatorem provinciæ, vel magistratus, vel defensores habita fuisse dicuntur *d. l. ult. C. de Magistr. municip.* ACTA facta apud præsidem provinciæ *l. ult. C. de usur. pupill.* apud procuratorem Cæsaris *l.* 21. *D. de auct. & cons.* Sed sermonis consuetudine factum quoque est, ut quæcumque apud judicantem ad causam sive publicam, sive privatam pertinentia gesta, ejusque auctoritate litteris

ris mandata essent. ACTORUM nomine censerentur, item litteræ omnes de quorumlibet judicis sententiis perscriptæ *l. 2. C. de edendo*. Eodem fere sensu veniunt ACTA, quæ ut & munimenta, judici a litigantibus exhibenda dicuntur in *c. ult.* §. *nos usum*, clementin. *de verb.*

ACTIO latissimo significatu comprehendit omnem viventis operationem, quæ passioni opponitur: hinc ACTIO pia, i. e. pium factum Auth. *hoc jus porrectum C. de SS. EE.* ACTIO, quæ infamiam importat *l. 7. D. de publ. jud.* Item ACTIO pro actus Ulp. *in l. 3. §. pen. D. de don. inter vir. & ux.* ubi celeritate conjungendarum inter se actionum unam actionem occultari dicitur. ACTIO etiam dicitur totum illud, quod agebatur una die in synodo, vel consilio *c. 13. caus. 16. qu. 3.* ACTIONE concordi ordinatus *in c. 1. de majorit. & obedientia*. Sed in jure ACTIO non quemcumque actum designat, verum eos ritus, qui a Ictis excogitati sunt: Ita vulgo LEGIS ACTIONES vocabantur; quoniam earum rerum, de quibus Lex XII. Tab. scripta erat, agendarum formam, ritumque præscribebant, uti Pompon. *l. 2. §. 6. D. de O. J.* Quo nomine veniunt non tantum eæ actiones, quibus inter se homines disceptant, de quibus mox, sed alii quoque legitimi actus. Apud eos enim magistratus LEGIS ACTIO *esse*, vel LEGIS ACTIO magistratibus data esse dicitur, apud quos adoptiones, manumissionesque explicari possunt Ulp. *in l. 1. D. de off. jurid. Alex.* Paul. *sent. 2. 25. §. 4. l. 4. D. de adopt. item l. 2. l. 3. D. de off. proc.* ubi apud legatum proconsulis adoptare quem posse negant Ulp. quia apud eum non est LEGIS ACTIO. Sed ACTIO, quatenus ad disceptationem fori pertinet, a Celso definitur, quod sit jus, quod sibi debetur, judicio persequendi *l. 51. D. de O. & A.* quam definitionem Justinianus *pr. Inst. de action.* est sequutus. ACTIONIS autem verbum & generale est, & speciale. Generaliter eo nomine ACTIO in rem, in personam, persequutio, interdictum præjudicium continetur *l. 37. D. de O. & A. l. 178. §. 2. de V. S.* Itaque interdictum *quod vi aut clam. in l. 43. fin. ad L. Aquil. l. 3. de mort. inf.* interdictum *recuperandæ, possessionis in l. un. C. si per vim* ACTIONES appellantur, item *interdicti* ACTIO apud Paul.. *rec. sent. 5. 6. 10.* specialiter vero ACTIO in rem, & in personam actiones duntaxat complectitur. Itaque ab interdicto, præjudicio, stipulationibusque prætoriis separatur *l. 32. §. 2. l. 39. pr. D. de procurat.* Interdum etiam hujus verbi vis adstringitur ad eam saltem actionem, quæ in personam est, significandam *l. 28. D. de O. & A. l. 178. §. 2. De V. S.* atque ita a petitione, persecutione que sejungitur *l. 18. §. 1. de acceptil. l. 23. rem. rat. hab. l. 2. ad SC. Vell. l. 49. de V. S. l. 1. pr. ad SC. M.* Hinc est, quod in formulis, quoties loqui vellent accuratius, jungerent *actiones, petitiones, persecutiones*, ut in formula stipulationis Aquilianæ, quam vide *in d. l. 18. §. 1. de acceptil.* IN REM autem ACTIO est, per quam rem nostram, vel nobis pignori oppositam, quæ ab alio possidetur, petimus, servitutem ve nobis debitam vindicamus *l. 25. D. de oblig. & act. l. 2. C. de quadrag. præscr. l. 5. § ult. D. si ususfr. pet. §. 2. Inst. de action.* In personam vero est, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus est ad aliquid dandum, vel faciendum *d. l. 25.* Quæ & in rem, & in personam est ACTIO, *mixta* adpellatur *§. 20. Inst. de action.* Sunt & hæ actionum differentiæ civiles, prætoriæ, rei persecutoriæ, pœnales, directæ, utiles, contrariæ, bonæ fidei, stricti juris, arbitrariæ, & horum singulorum generum variæ species, quæ suis singulatim locis exponentur. Quæ *personales* sunt, sed in rem concipiuntur, danturque, in *rem scriptæ* adpellantur. ACTIONEM autem prætor dare dicitur, quod nil aliud est, quam agendi potestatem facere *l. 5. pr. D. de sepulcr. viol.* non enim ipse ex sua Jurisdictione actionem tribuit, sed agendi facultatem concedit, in jure aditum, judicemque, & formulam dat *l. 27. D. de V. O.* Cicero *de Invent. 2. 19.* Quare in jure plerumque versantur. Ibi enim & exceptiones postulantur, & quodam modo agendi potestas fit. Differunt autem hæc *actionem dari*, aut RESTITUI, & ACTIONEM COMPETERE. Non enim quæcumque competit, semel etiam illico datur. Et competere potissimum ad id prodest, ut actio transeat in hæredes *l. 9. §. ult. cum l. 10. D. de tutel. & rat. distrah.* Porro quæ competit actio, ipso jure competit, adeoque etiam ignoranti, & invito *arg. §. 3. Inst. per quas pers. l. 18. D. de A. R. D.* Sub ACTIONE CONSTITUI in *l. 21. C. de furt.* & actione teneri, & ACTIO AGI dicitur in *l. 23. D. de præscr. verb.*

Actio etiam accusationem significat *l. 15. §. 3. l. l. 10. D. ad SC. Turpil. l. ult. si ex nox. caus.* vide infra AGERE.

ACTIONES orationes apud populum, judicesve habitæ, Cic. *lib. de arte Rhet. 2.* etiam ad aliquem defendendum, Asconius *in Cornel. arg.* Cicero ipse significat, quatriduo Cornelium defendisse. quas actiones contulisse eum in duas orationes apparet.

Actiones legitimæ. Vid. sub art. LEGITIMUM. LEGIS ACTIONES. Vid. art. LEGIS.

Actiones populares, perpetuæ. Vid. suis locis.

ACTOR quandoque pro eo, qui causas in judicio agit, & pro advocato accipitur Cic. *in Brut.* & actori summo causarum magistro; & Hor. *de arte poet. v. 369.* ACTOR *causarum* mediocris. Item *fabularum* ACTOR Cic. *ad Quint. frat. 1. Ep.*

Actor porro est is, qui petit. Et ita quoque femina, quæ in jure experitur, ACTRIX dicitur *l. 41. C. de lib. caus.*

Alias ACTOR est dispensator. Hocque sensu erant servi ACTORES, qui rationes domini agebant, actumve in familias administrabant *l. 8. D. fam. hercisc. l. 40. §. 7. de statu lib.* & habetur ACTOR servus e fa-

e familia optimus *in lege* 37. *D. de legat.* 1. In primis memorantur ACTORES in fundis constituti Paul. *rec. sent.* 3. 6. 48. ACTORES tam rei rusticæ, quam rationibus fundo præfecti *l.* 31. *D. de adim. leg.* prædiorum, & fundorum *l.* 16. *C. de procur. l. ult. C. quod cum eo l.* 3. *C. Theod. de itin. num.* & ACTOR quidem fundi, vel prædii instructi, veluti pars erat, & legato prædii instructi continebatur *l.* 12. §. 38. *D. instr. & instrum.* Præterea & urbanos habebant servos ACTORES *pecuniæ l.* 7. *C. mandati* tam mutuis dandis, quam exigendis, & recipiendis pecuniis præpositos *l.* 5. §. 3. *D. de dol. mul. & mot. l.* 19. *C. de solut.* ERANT & ACTORES publici servi, sive liberti, quorum mentio fit apud Tacit. *Annal.* 2. 30. & Plin. *Epist.* 3. 19. de quib. vide Thomas in Plin. *Epist.* 5. 18.

ACTORES etiam liberi homines appellantur, veluti ACTORES civitatum *l.* 26. cum *l.* 27. *D. ad SC. Trebel. l.* 74. *de procur. l.* 8. *de pollicit.* collegii, qui & syndici dicuntur *l.* 1. §. 1. *D. quod cujusc. Univ. Nom.* ACTORES similiter corporum, decuriarum, municipum, societatum *l.* 3. §. 4. *de bon. poss.* universitatum *l.* 10. §. 4. *de in jus voc.* ACTORES, vel procuratores loci, seu civitatis *l.* 6. *C. Theod. de decurion.* Sunt & ACTORES principum rerum *l.* 7. *l.* 12. *in fin. C. Theod. de desertor.* privatarum *l.* 9. *C. ubi caus. fisc.* rei privatæ *l.* 2. *C. Theod. de act. & proc. & cond.* dominicæ *l.* 3. *C. Theod. de his qui cond. prop.* item ACTORES, sive procuratores prædiorum fiscalium *Tit. C. de auctorib. & procur. sive actor.*

Sunt porro ACTORES, qui a tutoribus, curatoribusve litium caussa decreto prætoris constituuntur §. *ult. Inst. de cur. l.* 30. §. *pen. D. de negot. gest. l.* 24. *de dam. & peric. tut.* Eos ab agendo dictos probabilius est, quam, ut Theophil. tradit, quod apud acta constituantur.

Actores seditionis, & tumultus ait pro auctores Paul. *l.* 38. §. 2. *D. de pœn.* Dux, & actor rerum illarum, Cic. *pro Sextio* 38.

ACTUARIUS est, qui acta, actionesque calamo præpropero describit, & descripta recitat Sen. *Epist.* 33. Vox actuarii vice fungitur. Partem officii illius attingit Suet. *in Jul. Cæs. c.* 55. Hi initio plerumque servi publici, quales memorantur *l.* 18. *D. de adopt.* & *l.* 2. *rem pupil. salv. fore*. Sed postea servos huic muneri adhiberi vetuerunt Arcad. & Honor. Impp. *l.* 3. *C. de tabular. scrib. logogr.* Alii sunt ACTUARII, quorum mentio fit *l.* 5. *l.* 17. *pr. &* §. 1. *C. de erogat. milit. annon. l.* 9. *C. de numerat. & actuar.* Ex quibus locis patet, proprie dictos esse ACTUARIOS, qui annonam a susceptoribus acceperint, dato pittacio, in quo continebatur, quantum accepissent, eamque postea erogaverint militibus. Unde tot erant actuarii, quot numeri militares *d. l.* 5.

Actuarii limites dicuntur apud Hygin. *lib.* 1. *de limit. const.* nec non ACTUARII pali, suo quisque numero inscripti, inter centenos vicenos pedes defixi. Vide sequ. voc. ACTUS.

Actuariæ naves, quæ non ad belli usum, sed voluptatis causa sunt paratæ *l.* 2. *D. de captiv. & postl.* de quibus ex instituto egit Baysius *de re navali*.

ACTUS quidem generale est verbum, sive verbis, sive re quid agatur, ut in stipulatione, vel numeratione *l.* 10. *D. de V. S.* testamenti factione *l.* 31. §. *ult. D. qui testam. fac.* ACTUS legitimi *in l.* 77. *de R. J.* ut emancipatio, acceptilatio, hæreditatis aditio, servi optio, datio tutoris. *Actus* ex lege habitus, i. e. secundum præscriptum legis peractus *l.* 22. *D. de adpell.* sed ACTUS a verbis separatur in *l.* 5. *D. ratam rem. hab.* ubi non tantum verbis, sed etiam actu ratum haberi traditur.

Actus pro administratione, veluti procuratoris *l.* 3. *pr. D. ratam rem haberi*. ACTUS publici *l.* 1. *C. in quib. caus. tut.* vel *cur.* Hinc phrases ACTUM administrare *l.* 2. §. 7. *D. Si is qui testam.* agere *l.* 41. §. 13. *de fideic. libert.* gerere *l.* 99. *fin. de VS.* IN ACTU esse *l.* 5. §. 3. *de jur. immun.* habere servum *l.* 12. *de liber legat.* ACTUS rationem reddere *d. l.* 41. AB ACTU removeri *l.* 15. *De solut.*

Actus servitus prædii rustici, quam Icti definiunt jus eundi, agendi jumentum, vel vehiculum *l.* 1. *D. de serv. præd. rust. pr. J. de servit. l.* 1. *de adim. legat.* Ab itinere autem eo differt, quod iter est, quo quis pedes, vel eques commeare potest. ACTUS vero non modo jus eundi, sed & agendi vel jumentum, vel vehiculum *d. l.* 1. quod de trusatili, manualique vehiculo, quod propelli, adducique solet, non autem de vehundo, vel curru juncto jumentis trahendo, quod in *via*, vel *vehundi* jure præter actum continetur, intelligendum esse ostendit Bynkershoek *Observ. IV. c.* 7. Quapropter cum viæ latitudo ex XII. Tab. esset octo pedum in porrecto *l.* 8. *D. de serv. præd. rust.* ACTUS *finis minimus constitutus in latitudinem pedes quatuor* juxta Varronem *lib.* 4. quocum convenit Paulus apud Fest. in v. ACTUS, quem definit, iter inter vicinos quatuor pedum latum, & Isidor. *orig.* 18. *c. ult.* qui viam ait, capere duos ACTUS, tametsi deinceps non amplius, ut itineris, & viæ, latitudo actus manserit certa lege eadem, sed arbitrio, vel conventione, & pacto fuerit definita *l.* 13. §. 4. *D. de servit. prædior. rust.* ita ut adhuc ACTUS diceretur, etiam si propter loci angustiam jumentum duntaxat duci posset, nec vehiculi agendi jus esset.

Actus etiam est spatium in agris, quem trifariam dividi Boeth. *lib.* 2. *geom.* auctor est, in MINIMUM, in QUADRATUM, in DUPLICATUM. ACTUS minimus quatuor tantum pedibus in latitudine, & centum viginti in longitudine protenditur, cui consentit Varro *c. l.* a quo aberrat Isidor. *Orig.* 15. *c.* 15. eandem tamen divisionem faciens. Quadratus ACTUS omni latere centum viginti pedibus concluditur Varro *de re rust.* 10. & Plin. *Hist. nat.* 18. 3. DUPLICATUS, quem

quem Isidorus *jugerum* facere scribit, quod longitudine CCXI pedum latitudine CXX constet, cui quidem explicationi minime contradicit Varro, eo quod dixerit actum duodecim decuriis finiri, & *jugerum* dictum junctis duobus quadratis, siquidem ex Quintilian. *Inst. I. c. ult.* constat, jugeri mensuram esse CCXL. longitudinis pedes, dimidioque in latitudine patere, ut observat Heinecc. Ab hoc ACTU ACTUARII limites, & pali, de quibus supra.

ACUCULA (aliis acuncula, item acucla, & acicula) capitis, i. e. acus crinalis *l. 1. & 2. C. Theod. de repud.* & ibi Jac. Gothofr.

ACULEUS. Translate aculei auctoritatis *l. 47. §. 7. C. de haeret.* indignationis *l. 1. D. de sum. Trin.* ACULEI sunt motus primi *c. 15. caus. 32. qu. 6.*

ACUMINENSE, vel cumitense monasterium in *l. 8. §. 6. C. de sum. Trin.* & ibi Cujac. *observ.* & Gothofr. *in not.*

ACUS in *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. legat.* quo crinium compago retinetur Isid. *Etym.* 19. 30. criminibus distinguendis, Tertul. *de Poenit.* 11. Figat acus tortas, sustineatque comas Martial. *Epigr.* 14. 24. v. Corn. van Bynkerh. *observ.* 5. 7.

AD praep. terminum ad quem ratione temporis saepe indicat *l. 29. §. 7. D. ad leg. Jul. de adult.* sic ad diem constituitur obligatio, veluti usque ad Calendas dare spondes? *l. 44. D. de O. & A.* Ad diem aliquid dari dicitur *l. 34. D. de haered. inst.* promitti *l. 77. D. de V. O.* AD DIEM, pro die Constituta *l. 5. D. de peric. & com. rei vend.* ubi *ad diem* tollere vinum. Eodem sensu AD tempus *in l. 4. §. ult. D. de precar.* & alibi passim. AD conditionem, i. e. donec existat conditio *l. 4. D. de servit.*

Aliquando est terminus, ad quem ratione loci, vel personae, e. g. aditum AD se praestat *l. 19. D. de in jus voc.* AD littus maris accedere *l. 4. pr. D. de D. R.*

AD pro apud, e. g. ad aliquem testari, vel protestari *l. 7. ut facilior. D. de incend. ruin.*

AD pro adversus, vel contra, ut appellationem AD aliquem facere, i. e. adversus quem adpellare *l. 1. D. an pr. al. caus. adpell.* ita Gell. *lib.* 18. *c.* 4. Ad sophistas utebatur eo.

AD pro penes, e. g. remaneat AD haeredes *l.* 41. 10. *D. de leg.* 3.

AD pro post, Julianus *l. 18. §. ult. D. de manum testam.* Ubi ad annum liber esto, ita accipi potest, post annum, quam moriar, liber esto,

AD pro praeter *cap. 6. §. adhaec X. de elect.* ubi: *ad haec* pro praeter haec: ita *Hor. 1. epist. 9.* ad haec ego naribus uti formido.

AD pro circa, ut *c. adhaec 4. X. de religios. dom.* Aliquando adverbialiter, & continuative ponitur AD HAEC, ut in *l. 1. §. 1. C. de ann. except.*

AD pro prope, vel juxta. AD parietem communem *l. 13. pr. D. de serv. praed. rust.*

AC idem quod pro *l. 3. D. de vacat. & excus. mun.* & in pr. Decretal. ubi AD communem utilitatem.

AD pro ob, vel propter *l. 45. D. de negot. gest.* ubi AD honores pro propter honores, & *l. un. C. de superind.* ubi ad solas perfecturae litteras pro ob solas. AD praesens pro impraesentiarum *c. 6. caus. 2. qu. 2.*

AD pro secundum. Unde ad instar. *l. 4. C. unde vi,* Pro quo AD *similitudinem* reperimus *in l. 35. §. 8. D. ex quib. caus. maj. 25. an.*

AD pro *in*: Ut AD irritum revocare, i. e. in irritum *l. 7. C. de restit. milit.* AD utilitates pro in utilitates *l. 16. C. de praed. & al reb. min.* Et Suet. *Domit. c. 7.* ad summam ubertatem vini edixit, i. e. in summa vini ubertate.

AD manus esse dicitur, quasi apud manus, vel manibus, ut facile promi possit *l. 19. §. 5. D. ad SC. Vellei.* AD porro in descriptione officiorum adhibetur. Ut An Cyathos pro pincerna Suet. *Jul.* 48. Et apud Catul. *Epigr.* 10. AD lecticam homines sunt lecticarii.

AD in jure nostro auctorem, quem alius notis sive redarguit, sive illustravit, denotat: ac proinde his verbis: AD Plautium, AD Massurium Sabinum, notae ad eos juris auctores scriptae significantur *pr. Inst. de haered. inst.* Servii autem Sulpicii AD Quint. Scaevolam notas reprehensa Scaevolae capita vocat Gell. 4. 2.

AD praepositio composita cum dictionibus a consonante incipientibus mutat D in consonantem eam, quae mox sequitur. In Pandectis tamen Florentinis semper reperiuntur praepositiones integrae, quod & antiquos observasse ex numismatis, & monimentis litterarum marmoribus incisis etiam hodie videmus. Itaque in codicibus illis archetypis legitur adcresco, adfero &c. non accresco, affero.

ADAERARE *l. 19. C. de rog. mil. an.* ubi, sed etsi milites ADAERARI sibi velint annonas, i. e. ad aeris pretium redigi, facta speciarum aestimatione. Ita in *l. 15. eod.* Hinc ADAERATA in *l. un. C. de collat. don.* & ADAERATIO aestimatio speciarum in aere *l. 13. C. de rog. mil. an. l. 4. C. de mil. vest.*

ADAM novissimus interpretatur Christus Clement. *un. de summ. Trin.* ex Paul. *Rom.* 5.

ADAMAS inter merces ex solo barbarico, unde vectigalia solvuntur *l. 16. §. 7. D. de publican.* De eo plura Plin. *hist. nat.* 12. 19.

ADAMIANI vocati, quod Adae imitentur nuditatem. Unde & nudi orant, & nudi inter se mares, feminaeque conveniunt *c. 29. §. 13. caus. 24. qu. 3.*

ADCRESCERE dicitur alicui res, cum ei, qui jam partem habet, accedit, atque adjungitur. Sic ADCRESCERE dicuntur bona *in l. 42. §. 1. D. de bon. lib. Tert.* dominium *l. 35. ad leg. Aquil.* pars legato *l. 2. quod legat.* portio haereditatis *l. 43. ad SC. Trebell.* ususfructus *Tit. D. de usufr. adcresc.* Hinc JUS ADCRESCENDI, qui portio deficiens alteri, qui partem agnovit, vel ususfructus personae conjunctae adquiritur

tur

tur *d. tit.* & *l.* 3. §. *ult. D. de bonor. poss.* ADCRESCIT etiam per alluvionem *l.* 1. *C. de alluv. & pland.*

ADDICERE rem alicui significat, eam illius juris facere, vel ipsi tradere; sic addicere dicitur venditor emptori *l.* 8. *l.* 7. §. 6. *D. pro empt. l.* 22. §. 4. *mandati.*

Addicere in diem est, rem penes emptorem collocare hac lege, nisi quis intra certum diem meliorem conditionem attulerit *l.* 1. *D. de in diem add.* Et fundus ita venditus IN DIEM ADDICI *l.* 2. *eod.* & ADDICTUS dicitur *in l.* 9. *D. de aqua l.* 41. *de R. V. l.* 11. §. 10. *quod vi aut clam.* Lex quoque ipsa venditionis in DIEM ADDICTIO dicitur *Tit. D. de in diem add. l.* 2. §. 4. *pro empt. l. ult. de jure fisci.* Quomodo ea concipi solita sit, cernitur *in l.* 1. *de in diem addict. l.* 3. *D. queb. mod. pign.* Ipsa autem vel ita fit, ut contractus aliquo meliorem conditionem adferente rescindatur, seu recedatur ab emptione, ut ait *l.* 4. *pr. de R. V.* seu discedatur, ut est *in l.* 2. *de in d. add.* quam DD. conditionem resolutivam vocant, vel ea lege, ut nemine plus offerente emptio venditio, perficiatur *d. l.* 2. quæ suspensiva conditio adpellatur a prudentibus nostris.

Addici bona libertatum servandarum causa dicuntur *in tit. Inst. de eo cui lib. caus. l.* 2. *l.* 4. §. 2. *D. de fideic. lib.* §. *ult. Inst. per quas pers. cuiq. adquir.* quod sic intelligendum est, ut cui heres non extat, ejus bona cuivis, qui se æs alienum soluturum caveat, libertatum servandarum caussa attribuantur, quæ alias cum ipsis servis etiam, quibus testamento libertas esset data, venire oportet. ADDICERE porro est adjudicare *l.* 15. §. 6. *D.* ubi ADDICTUM pignus. Ita ADDICERE litem *in* 12. *Tab.* ubi post meridiem præsenti litem ADDICTIO apud Gell. *lib.* 7. *c.* 2. ADDICI quoque dicebantur, qui quod judicatum facere non possent, nexi in servitutem creditorum veniebant, cujus rei exemplum perhibet Valer. Max. 6. 1. & Cic. *pro Flacco* ubi: iste cum judicatum non faceret, addictus Hermippo, & ab hoc ductus est.

Addici etiam aliquis dicitur alienæ potestati, & quidem patriæ in *l.* 3. §. 4. *D. de lib. exhib.*

Addicere est damnare. Ita ADDICERE pœnæ, aut servituti Fest. ADDICERE supplicio *l.* 24. *C. de appell.* metallo *l.* 2. *C. de sepulcr. viol.* morti Cic. *Off.* 3. 10.

Addici denique dicebatur judex, arbiterve qui ex formula prætoris dabatur *l.* 39. *l.* 46. *l.* 80. *D. de judic.* Et ita ADDICTUS *judex* actioni arbitrariæ *l.* 4. *de eo quod. cert. loc.* familiæ erciscunde judicio arbiter *l.* 30. *fam. ercisc.* de hereditate dividunda *l.* 59 §. *ult. ad SC. Trebell.* sic ADDICTUS pro additus legendum *in l.* 7. & 16. *C. famil. ercisc.* & §. 1. *J. de off. jud.* Et hoc quidem ita est, ubi de judice, vel arbitro a prætore dato sermo fit, non autem de arbitro ex compromisso, qui non ADDICI, verum eligi, & sumi, aditique dicitur, ut post Cujacium observat Heinec.

Denique in augurali scientia ADDIXISSE dicuntur aves, cujus oppositum vide supra ABDICERE.

ADDITAMENTUM ædium *in l.* 91. §. 5. *D. de legat.* 3. navis *in l.* 242. *pr. de V. S.* usurarum, i. e. incrementum *l.* 70. §. 1. *de legat.* 2. *l.* 23. *C. de usur.* dotis *l.* 26. §. 2. *D. de pact. dot.* ubi portio DOTIS ADDITAMENTI causa data.

ADDUCERE ad effectum *l.* 8. *C. de execut. rei. jud.* Res in crimen ADDUCTA est, i. e. in criminationem venit.

Adduci pro moveri *l.* 10. §. *fin. D. de fideic. libert.* Sed ADDUCERE pro manus injicere *in l.* 7. *qui sine manum. ad lib.* non legitur, verum *abducere.*

ADEMPTIO, vide ADIMERE.

ADESSE est advocationem præbere *in l.* 6. *D. de postul.* & alibi passim. Et Ovid. *art. amat.* 3. 351. ubi jus qui profitebitur, ADSIT. Cui contrarium est *abesse*, i. e. denegare patrocinium Cic. *pro Sylla.* 3. ADESSE quis suæ quoque causæ dicitur *l.* 69. *D. de procur. l.* 29. *pr. de inoff. test.*

ADFATUS, vide AFFATUS.

ADFECTARE sensu minus laudabili sumitur *in l.* 2. §. *ult. D. si quis caut. l.* 5. *pr. m. ex quib. caus. maj.* Sic ADFECTARE nuptias apud Paul. *rec. sent.* 2. 19 9. ADFECTARE per ancillam ad dominam *eod.* 2. 26. 16. Et ita Terent. *Heaut.* 2. 3. 60. ad dominas qui adfectant vias. ADFECTARE gloriam in *l.* 11. §. 5. *D. de pœn.* & tutelam §. 5. *J. de excus. l.* 18. §. *ult. D. ad leg. Corn. de fals.* In sensu meliori dicuntur Icti, veram non simulatam ADFECTARE philosophiam in *l* 1. §. 1. *D. de Just. & jur.* Munditiem, non adfluentiam ADFECTARE Corn. Nep. *in Attico c.* 20.

ADFECTIO, & ADFECTUS. vide Affectio.

ADFILIATIO pro adoptione apud Papiam, & Gloss. Isidori. ADFILIATUS Can. *Inst.* 1. 4. 1. ubi: quod etiam de adoptivis, hoc est ADFILIATIS jussum est observari. Sed hoc est glossema Aniani, qui & alibi barbaro hoc vocabulo utitur in interpretamento *l.* 2. *C. Theod. de legit. hæred.* ut observat Heineccius post *Cujac. obs.* 7. 15.

ADFINES dicuntur, qui proximos agros possident *in l.* 12. *D. fin. reg.* ubi demonstratio ADFINIUM novos fines inter fundos constituere debere dicitur. Et hic ADFINES possessores commodius ac terminos, seu fines intelligi merito sentit Heineccius, quanquam ADFINES quoque confines agri dicantur, ceu alias recte observavit Cujacius *in Paull. lib.* 3. *resp. Tom.* 6. *op. p.* 519. Et priori illo sensu ait Sallust. *in Jugurt.* 41. Ut quisque potentiori ADFINIS erat, sedibus pellebatur.

Adfines etiam sunt viro uxoris cognati, & uxori cognati viri, dicti ab eo, quod duæ cognationes, quæ diversæ inter se sunt, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finem accedit *l.* 4. §. 3. *D. de grad. & adfin.* ADFINIUM specialia nomina videsis in *l.* 1. §. *ult. D. de postul. l.* 17. *Cod. de nupt.* §. 6. *J.*

6. J. eod. ADFINITATIS autem contrahendæ causſa fit ex nuptiis, quamquam & ſponſalibus contrahatur *l.* 8. *de condict. cauſſ. dat.* Quin & ex ſervilibus cognationibus contingit *l.* 14. §. 3. *in fin. de ritu nupt.* Sed & conjuges inter adfines eſſe dicuntur ex Ictorum ſententia *l.* 5. *C. de her. inſt.* & Paul. *rec. ſent. V.* 12. 2. ubi ei etiam veluti indigno auferri hereditatem dicitur, qui ADFINEM, vel cognatum, cui ipſe ab inteſtato ſucceſſurus erat, teſtamentum facere prohibuit &c. Neque huic eſt, quod legatur adgnatum pro ADFINEM, ſeu viſum eſt Schultingio *in Juriſpr. vet. Antej. p.* 477. Sed potius conjuges intelligendos eſſe, qui ex Edicto *unde vir & uxor.* ad ſucceſſionem vocati ſunt, oſtendit Corn. van Bynkersh. *Obſerv.* 5. 6. Immo & ſponſus, ſponſaque adfines ſunt *l.* 8. *D. de cond. cauſ. dat. l.* 38. §. 1. *de uſur.* ADFINITATE cui junctum eſſe *l.* 22. *D. de procur.* ADFINITATES *l.* 3. §. 1. *de poſtul.* ADFINITAS ſoluto matrimonio non manet *l.* 8. *D. de condict. cauſ. dat. l.* 3. §. 1. *de poſtul.* & divortia ſunt adfinitatum diſſidia, ait Cic. *pro Cluent.* 67. quod ex inſtituto probavit Heinecc. *in Comm. ad leg. Jul. & Pap.* 2. 17. 2. ubi ex ea veterum ſententia interpretatus eſt *l.* 2. *C. Theod. de inceſt. nupt. & d. l.* 3. §. 1. *de poſtul.* quanquam ADFINITATIS etiam extinctæ veneratione a quarundam nuptiis abſtinendum ſit §. 6. *Inſt. de nupt.* ubi verba notanda, ſi fuerit nurus, aut privigna tua, & §. 7. ubi: quod & ipſum diſſoluta demum adfinitate procedit. Et quamvis ſecundum leges adfinitas proprie ex copula legitima contingat, tamen illegitima copula extra conjugium itidem quamdam veluti adfinitatem cum ſtuprata, & hujus cum illius conſanguineis, atque impedimentum matrimonii inducit *c.* 6. & 10. *X. de eo, qui cognov.* Quot ſunt autem genera adfinitatis, & qualiter ipſa inſurgunt, item uſque ad quem gradum in ſingulis generis prohibeatur matrimonium, vide Hoſtiens. in *Summa dicto tit.*

ADFINITUS, A, UM. Hæc conſtitutio *adfinitum modum* (uſurarum) excedit, ait *l.* 17. *pr. D. de uſur.* Idem ergo ADFINITUM, ſi Florentinam lectionem ſervemus, ac DEFINITUM Cujac. *obſerv.* 19. 8. hic legit ADFINITUM, idque interpretatur *ad ſummum* rectius alibi, puta *ad African. l.* 64. *de V. O. ad definitum modum.* Quod & Corn. Van. Bynkersh *obſerv.* 6. 19. probat, ut & Heinecc. hoc verbo.

ADFIRMARE quid dicitur actor *l.* 3. §. 12. *D. ad exhib.* venditor de mancipio, quod venum habet *l.* 18. *pr. de ædilit. edict.* Credere adfirmationi *l.* 5. §. 6. *D. de re milit.*

ADFIRMATORES, qui idoneos eſſe tutores in jure adfirmant, fidejuſſorum vicem ſuſtinere ait *l.* 4. *fin. D. de fidej. tut.* His ſimiles ſunt, quos vulgo certificatores vocamus. Mandator quoque velut ADFIRMATOR eſſe dicitur *l.* 3. *de minor.*

ADFIXA dicuntur Paull. *l.* 18 §. *ult.* & Pomp. *l.* 12. *D. de fundo inſtruct. vel. inſtrum. leg.* Ulp. 17. *pr. de act. emt.* quæcumque ædibus infixa, inædificataque ſunt, vel illigata: qualia eſſe videntur, quæ aliorſum ſine damno rei adfixæ, vel ejus, cui adfixa eſt, adplicari nequeunt.

ADGNASCI eſt adgnatum fieri *l.* 10. *l.* 23. *D. de adopt.* ADGNASCI tamen plerumque dicitur de eo, qui adgnaſcendo fit ſuus heres *d. l.* 10. & Ulp. 23. 3. ait, Adgnaſcitur ſuus heres ut ADGNASCENDO, aut adoptando, aut in manum conveniendo, aut in locum ſui heredis ſuccedendo, velut nepos, mortuo filio, vel emancipato. Ex quo apparet, adgnaſci ſpecialiſſimo quoque ſenſu dici de liberis, qui naſcuntur ſui heredes. Et ita ADGNASCI dicuntur ſui heredes patri *l.* 3. §. *ult. D. de agnoſc. & al. lib. l.* 1. §. 11. *ad SC. Tertul.* Et ſic quidem factum ante teſtamentum ADGNASCENDO rumpunt Cic. *de orat. l.* 57. ait, num quis ex teſtamento, quod paterfamilias ante fecit, quam ei filius natus eſt, hereditatem petit? Nemo. Quia conſtat, ADGNASCENDO rumpi teſtamentum. Nec ii tantum, qui vivo patre eduntur, ſed & qui poſt mortem ejus eduntur, ADGNASCI dicuntur *l.* 3. *pr. l.* 6. *pr. l.* 13. *D. de injuſt. rupt. irrit. l.* 33. §. 1. *de teſtam. mil.* Ex dicta autem *l.* 6. cernitur, aliud eſſe, ſi quis ſuccedendo in locum ſui heredis ſuus heres ipſe fit, ac ita ADGNASCITUR, de quo ait Ulp. citato loco, quod QUASI ADGNASCI dicitur *in l.* 13. *D. de injuſt. rupt. irr.* aliud, ſi quis remoto ſuo herede fit quidem proximus heres, ſuccediſque ab inteſtato, nec tamen ut ſuus: quod evenit nepoti, cujus pater ab avo exheredatus herede extraneo inſtituto ſub conditione, qua pendente, poſt mortem avi pater moritur, deinde nepos ante conceptus naſcitur, huic, omittente extraneo, defertur hereditas non tanquam ſuo, ſed ut proximo ab inteſtato venienti. Plane ſi & ipſe in poteſtate avi fuiſſet, tunc ut *ſuus* ſuccederet, quo enim alio jure heres eſſet, cum ſine dubio non ſit ADGNATUS avo *l.* 7. *ſi tab. teſtam. nullæ ext.*

AB ADGNASCI eſt ADGNATIO, & quidem filii *l.* 1. *C. de ord. jud.* poſthumi, vel poſthumæ *l.* 22. *D. de lib. & poſthum. l.* 24. §. 11. *de fideic. libert.* ſui heredis *l.* 43. *pr. de vulg. & pup. ſubſt.* & QUASI ADGNATIO *d. l.* 13. *de injuſt. rupt. irr.*

ADGNATI auctore Cajo *l.* 7. *D. de legit. tut.* ſunt, qui per virilis ſexus perſonas cognatione juncti ſunt, *quaſi a patre cognati*, veluti frater eodem patre natus, fratris filius, nepoſve ex eo, &c. ſed ab *adgnaſcendo* magis dici volunt Menag. *Amæn. jur.* 39. & Heinecc. quibus minus placet etymologia Caii, cujus in Inſt. *lib.* 2. *tit.* 8. §. 3. paulo aliis verbis ADGNATI definiuntur, quod ſint per virilem ſexum defuncto propinquitate conjuncti. Quales eſſe ibidem ait conſanguineos fratres, ſive ex eadem matre, ſive ex diverſis genitos, item patruum, i. e. fratrem patris & fratres patrueles. i. e. de ſingulis germanis natos. Inter feminas vero ſolam ſororem conſanguineam

ADGNATAM, & germano suo defuncto ab intestato ei adgnationis jure succedere. Reliquias vero feminas, hoc est amitam, patris sororem, vel fratris sororem masculis propinquis adgnationis jure non succedere. At in collatione legum Mosaic. & Rom. *tit.* 15. §. 2. ex Caii Inst. *lib.* 3. hæc verba referuntur: Vocantur autem ADGNATI, qui legitima cognatione juncti sunt. Legitima autem cognatio hæc est, quæ per virilis sexus personas conjugitur. Ita qui eodem patre nati sunt, fratres ADGNATI sibi sunt, qui etiam consanguinei vocantur, nec requiritur, an matrem eandem habuerint. Item patruus fratris filio, & invicem is illi ADGNATUS est. Eodem numero sunt fratres patrueles inter se, id est, qui ex duobus fratribus progenerati sunt; quos plerique etiam consobrinos vocant &c. Illam vero Caii definitionem, non has posteriores Justinianus in suas Institutiones transcri psit sub titulo *de legit. agn. tut.* ADGNATORUM utique nomen ex XII. Tab. manasse Paullus indicat in *l. ult.* §. 2. *D. de grad. & adfin.* qui ibidem ADGNATOS esse ait per patrem cognatos ex eadem familia. Qui autem per feminas tantum conjunguntur, cognatos nominari: additque, inter ADGNATOS & cognatos hoc interesse, quod inter genus, & speciem. Nam qui ADGNATUS sit, & cognatum esse, non utique autem, qui cognatus sit, & ADGNATUM esse. Alterum enim civile, alterum naturale nomen esse. Idem *lib.* 4. *sent. tit.* 8. §. 14. eandem adgnatorum, & cognatorum differentiam tradit, ut & Modestinus *in l.* 5. *pr. D. unde legitim.* Ulpianus *lib. regul. tit.* 26. §. 1. ADGNATOS interpretatur cognatos virilis sexus per mares descendentes ejusdem familiæ; quam ipse tuetur definitionem paulo aliis verbis *tit.* 11. §. 4. & utrobique addit *ejusdem familiæ*, ut excluderet emancipatos, qui tametsi sint a patre cognati virilis sexus, & per virilem sexum descendentes, tamen inter ADGNATOS non censentur, quia non sunt amplius in familia *l.* 295. §. 2. *D. de V. S.* ADGNATI esse desinunt familia mutata *l.* 3. *pr. D. de capit. minut.* Non autem nativitate solum fiebant ADGNATI: Nam & qui adoptabatur, iisdem fiebat ADGNATUS, quibus pater ejus adoptivus fuit, & legitimam eorum hereditatem habebat, vel ipsi ejus *l.* 2. §. 3. *D. de suis, & legit.* Nativitatis ADGNATI sunt duobus modis, uno, qui vivo patrifamilias conjunguntur, altero, qui patre mortuo nati sunt, quos appellant communi nomine posthumos suos. Filius, qui vivo patre natus est, ADGNATUS dici non potest, cum AGNATI ex latere domum dumtaxat attingant *l.* 7. *Un. de liberi*, ideoque gnatus vel filius dicebatur non ADGNATUS. At posthumus suus filius dici potest, nullus enim est sine patre, ut nec pater sine filio. Quia tamen patrefamilias mortuo ejus familia omnino non extinguitur, ideo qui filius esse non poterat, ADGNATUS efficitur *d. l.* 3. *de injust. rupt. irr.* & patri, hoc est paternæ familiæ, adgnasci dicitur. Illud igitur quæsitum est, An hic ADGNATUS appellari proximus, & cum suis heredibus numerari possit? Et posse quidem respondit Pompon. his verbis: *filius patri* AGNATUS *proximus est l.* 12. *de suis, & legit.* Recentiores quidam, cum hæc non considerent, addere huic Pomponii responso negationem contra omnium exemplarium fidem non dubitarunt. Non recte vult enim Pompon. filium patri agnatum, hoc est post patris mortem natum testamentum rumpere, & heredem patris proximum esse. Nec alio sensu proximiores ex agnatis sui dicuntur *l.* 10. *D. de grad. & adfin.* sui heredes adgnascuntur *l.* 3. §. *fin. de liberis agnosc.* siquidem ex ADGNATIS omnibus nulli sunt iis adgnatis proximiores, qui patri adgnasci dicuntur, h. e. posthumis suis. Nec est, quod quis objiciat, quam ut liberi repudient bonorum possessionem sui heredes, eandem illos quasi legitimos habere incipere, & consequenter recte inter ADGNATOS etiam suos heredes posse numerari, idque Ulpianum sibi voluisse *l.* 2. *pr. unde legitimi.* Illius enim responsi sententia est, liberos duplici jure ad parentum intestatorum hereditates admitti, nimirum vel suo, & legitimo jure simul, vel legitimo solo. Proinde si a suo jure recesserint, quod fieri repudiando solet, superest illis jus legitimum: quo jure præferri rursus ceteris legitimis, hoc est ADGNATIS in repudiata successione consueverunt, non suo quidem, hoc est proprio, sive innato jure, sed jure legitimo *l. ult. pr. de bon. damn.* Liberi igitur sui heredes sunt, & legitimi simul, non ADGNATI: ADGNATI autem legitimi sunt, non sui, iis exceptis, qui patri adgnasci dicuntur, sui enim aut nascuntur, aut adgnascuntur. Hactenus Kahl voce ADGNATI. Et stare quidem possunt, quod ipse voce ADGNATI ex Vulteio addit, quod ADGNATI quoad successionem sunt vel sui, vel adgnati, vel adgnati tantum, si per suos ADGNATOS adhuc intelligit posthumos, ut supra, a quo tamen eo recedere videtur, quod subjicit, sui, & ADGNATI sunt adgnati descendentes, i. e. qui defuncto sunt in linea descendente, *atque olim in ipsius potestate*, & quidem gradu proximo. Ita nemo suus heres, pergit ille, quin sit adgnatus: quod quidem a sententia dictæ l. 7. *D. unde liberi* abludit, ut & ab eo, quod ipse superius posuit. Ut autem vir doctus sibi constaret, dicere potuisset: ADGNATI alii sui heredes, veluti posthumi, qui sui adgnascuntur, de quibus supra, alii nec sui, & qui adgnati tantum sunt, veluti a latere juncti. At qui olim in potestate defuncti fuerunt, hi quatenus nemo eos in successionem prævenerit, ut *d. l.* 7. ait sui quidem heredes, non ADGNATI sunt. Quod ADGNATOS transversos, seu collaterales, eorum ordo per legem Voconiam cœpit esse duplex, ita ut alii essent consanguinei, alii AGNATI tantum; & ut, cum olim post suos vocarentur ad successionem agnati, post dictam legem vocarentur post suos agnati illi, quorum hæc erat qualitas

litas, ut dicerentur consanguinei, atque si hi non essent, tum demum vocarentur agnati ceteri, quisque tamen suo ordine *l.* 1. & 2. *D. de suis & legit.* Hinc consanguinitas dicitur esse species adgnationis *in* §. 4. *Inst. successi. cogn.* Omnes consanguinei ex lege Voconia sunt ADGNATI, non etiam omnes ADGNATI sunt consanguinei. Hodie ADGNATORUM, & cognatorum differentia sublata est *Auth. post fratres C. de legit. hered.*

Adgnati, quando de furiosis agitur, curatorum loco ponuntur *l.* 12. *D. de curat. fur. l.* 2. *C. eod.* unde adagium, quod in homines stultos dicitur *ad adgnatos, & gentiles.*

Adgnata etiam gregis, vel armenti dicuntur, quæ ex pecoribus nascuntur, & gregi accedunt *l.* 68. §. 2. *D. de usufr.* Eodemque sensu ADGNATA ex mancipiis *l.* 41. §. 10. *de legat.* 3. ADGNATUS fœtus vel partus *l.* 1. §. 11. *si iis qui testam. lib.*

ADGNOSCERE præter vulgarem significationem ponitur pro sustinere, subire, suscipere. Sic ADGNOSCERE æs alienum *l.* 35. §. 1. *D. de hæred. inst.* cibaria *l.* 11. §. 1. *ad exhib.* damnum *l.* 54. *pr. loc. cond.* impensas apud Paull. *rec. sent.* 5. 10. 12. munus, vel munera, seu iis fungi *l.* 3. §. 6. *l.* 9. *de munerib.* officium *l. ult.* §. *ult. ad municip.* onus æris alieni *l.* 35. §. 1. *de hered. inst.* onus hereditatis *l.* 88. §. 2. *de legat.* 2. onus alimentorum *l.* 15. *pr. de alim. & lib. leg.* periculum *l.* 13. *ad municip.* pensitationes publicas *l. ult. C. sine censu & reliq.* pœnam *l.* 55. *D. pro socio*, sumptum litis *l.* 5. §. 12. *commodati*, tributa *l.* 1. *C. sine censu & reliq.* & tributiones *l. ult.* §. 23. *D. de muner. & bon.* usuras *l.* 7. §. 12. *de admin. & per tut.* vectigal publicum *l.* 2. §. 16. *de hæred. vel act. vend.* ADGNOSCERE pro admittere, adire, amplecti. Sic ADGNOSCERE bona *l.* 6. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* hereditatem *l.* 18. *solut. matrim.* partes institutionum *l* 41. §. 4. *de vulg. & pup. subst.* portionem sibi datam *l.* 10. §. 5. *de bon. poss. contra tab.* successionem *l.* 88. *de adquir. vel omit. hered.* Denique ADGNOSCERE, & repudiare adversantur *l.* 2. *eod.*

Adgnoscere pro accipere. Sic ADGNOSCERE legatum *l.* 12. *de inoff. test.* partem ejus rei quæ legata est, apud Paull. *rec. sent.* 3. 6. 12. quod sibi relictum est *l.* 92. *de condit. & demonstr.* bonorum possessionem *l.* 3. §. 15. *de carbon. edict. l.* 1. §. 2. *de bon. poss. sec. tab.*

Adgnoscere pro probare, vel comprobare, aut sequi. Sic ADGNOSCERE judicium defuncti *l.* 8. §. 10. *l.* 23. §. 1. *l.* 32. §. 1. *De inoff. test.* voluntatem *l.* 45. *de fideic. libert.* Sic ADGNOSCERE tutelam filio delatam pater videtur, sive gessit, sive gerenti filio consensit, sive omnino tutelam attigit, non etiam si monuit solum *l.* 7. *de tut.*

Adgnoscere porro pro fateri, vel recognoscere, item adquiescere in qua re. Sic ADGNOSCERE bonam fidem *l.* 9. §. 6. *de admin. & per tut.* fidem cautionis *l.* 4. *C. de non numerat. pec.* debitum *l.* 46. *pr. de admin. & per tut.* filium *l.* 6. *de his qui sui*, fugitivum servum *l.* 1. §. 8. *de fugitiv.* honorem *l.* 5. §. *ult. de jure immun.* instrumentum *l.* 11. *de except.* liberos *Rubr. de agnosc. & alend. lib.* Sueton. *Aug.* 65. Dicuntur porro ADGNOSCI nepotes *l.* 5. *C. de nupt.* noxus servus *l.* 3. §. 7. *D. ad exhib.* partus *l.* 1. §. 4. *de agnosc. & alend. lib.* pietas *l.* 3. *C. de patr. pot.* sententia *l.* 10. §. *ult. D. quand. appel.* signa *l.* 17. *testam. quemadm. aper.* socius *l.* 63. §. 4. 8. *pro socio.*

Adgnoscere tandem pro cognoscere, vel intelligere. Sic AGNITA fraude *l.* 32. §. *D. de admin. & per tut.*

ADGREDI provocare, invadere *l.* 1. §. 11. *D. si quadr. paup.* cum ferro *l.* 28. §. 10. *de pœn.* adgredi Collegam *l.* 1. §. 9. *de magistr. conven.* accusationem *l.* 2. §. 1. *ad L. jul. de adult.*

ADGRESSOR, qui alterum invadit *l.* 1. §. 35. *D. ad SC. Silan.* ADGRESSORES etiam vocantur prædones, & raptores *l.* 3. §. 3. *de incend. ruin. nauf.* & Paull. *rec. sent. lib.* 5. *tit.* 3. §. 4. Hinc

ADGRESSURA latronum *l.* 6. *C. de pign. act.* Quo verbo & Apulejus *de asin. aur.* 7. usus est, immo & Zeno Veronens. *de Resurrect.* ubi: confitetur ADGERESSURÆ tempus.

ADGRESSUS idem, quod adgressura *in l.* 17. §. 7. *D. ad SC. Trebel.*

ADHÆRENTIA membro armaria *l.* 52. §. 7. *D. de legat.* 3. Quæ religiosis adhærent *l.* 43. *de R. V.*

ADHIBERE est adjungere *in l.* 236. *D. de V. S.* ibi, quia eo nomine omne continetur, quod ADHIBITUM, ejus, cui adhibitum esset, naturam mutet. *Adhibere* heredem fratri *l.* 85. *D. de hæred. inst.* adhibere fraudem verbis *l.* 43. §. 3. *de furt.*

Adhibere pro accipere, admittere *l. fin.* §. 4. *nau. ca. caup. & stab.* ibi; culpæ scilicet suæ imputaturus, qui tales ADHIBUERIT. ADHIBERE ad actum aliquem pro convocare, citareve *in l.* 39. *D. de adopt.* ibi: ADHIBITIS etiam qui contradicerent, i. e. qui læderentur confirmatione adoptionis, quo sensu utitur sæpe Cicero.

Adhibere reiterare interpretatus est Damascus Pont. c. 25. *caus.* 1. *qu* 7. ubi, necesse est, medicinam adhibere, qua infixa sanetur macula, id est, reiterari necesse est, quod legitime actum, aut collatum minime probatur. De qua medicina adhibenda etiam sermo est *in C.* 18. *caus.* 1. *qu.* 1. ita quidem Kahl. ex Prat. At ibi medicinam adhibere non est eam reiterare, sed id reiterare, quod legitime actum, aut collatum minime probatur, nempe manus impositionem.

ADHIBERI dicitur is, cujus nomen stipulationi inseritur, vel adjicitur, ut loquitur *l.* 98. §. 5. *D. de solut.* Sic. ADHIBERI, qui stipulentur *l.* 33. *solut. matrim.*

Varios porro verbi adhibere significatus in sequentibus phrasibus nota. Ut ADHIBERE aggerem, vel aliam

aliam munitionem in *l.* 1. §. 7. *ne quid in flum. pub.* amicos *l.* 21. *de usur.* auctoritatem *l.* 2. *de auct. & cons. tut.* cautionem *l.* 1. *furti adv. naut.* concubinam *l. ult.* §. *ult. de divort.* consilium *l.* 15. §. *ult. de manum. vind.* curam *l.* 3. §. 4. *de off. præf. vigil.* custodes *l.* 14. *de off. Præf.* diligentiam *l.* 11. *de peric. & comm. rei vend.* distinctionem *l.* 11. *de his, quæ ut indign. l.* 95. §. 5. *de solut.* dolum *l.* 17. *solut. matrim. l.* 5. *C. de inutil. stip.* duas partes decurionum *l.* 3. *D. de decret. ab ord. fac.* fidejussores *l.* 10. *l.* 14. §. 8. *quod met. caus. l.* 16. *ut legat. seu fideic.* fidem *l.* 1. *pr. de quæst.* interpretationem *l.* 5. *de incend. ruin. naufr.* manum *l.* 9. *pr. quod met. caus.* medicum *l.* 31. §. 12. *de Ædilit edict.* mensorem *l.* 1. §. 1. *l.* 3. §. 4. *Si mens. fals. mod.* metum *l.* 10. *l.* 14. §. 3. 5. 8. *quod met. caus.* modum, & operam *l.* 137. §. 3. *de V. O.* moram *l.* 17. *de peric. & comm.* mulierem ad satisdandum *l.* 8. §. 1. *qui satisd. cog.* nautas *l.* 1. §. 1. *de exercit. act. l.* 1. *furti adv. naut.* obstetrices *l.* 1. §. 4. 5. *de ventr. insp.* patronos *l.* 12. *de publ. jud.* pœnam *l.* 1. §. 3. *de ventr. insp.* preces *l.* 2. §. *ult. de procur.* Paul. *rec. sent.* 5. 6. 12. quæstionem *l.* 1. §. 5. *de quæst.* rationem *l.* 2. §. 2. *qui pet. tut.* remedium *l.* 1. §. 13. *de nov. op. nunc. l.* 27. §. 3. *de R. V.* rescissionem *l.* 3. §. 5. *de bon. poss. cont. tab.* testes *l.* 14. *l.* 15. *pr. de testib.* ad testimonium *d. l.* 15. ad scribenda testamenta *l.* 3. *l.* 5. *C. de his qui sibi adscrib.* in causis *l.* 1. §. 1. *D. de testib.* tormenta *l.* 18. §. 2. *de quæst.* tutorem *l.* 16. *pr. quod fals. tut.* verbera *l.* 16. §. 20. *de pœn.* vim *l.* 1. §. 20. *de SC. Silan.*

ADHIBITIO convivii. Cai. *Inst.* 1. 1. 2.

ADHUC huc usque. *Sic* ADHUC tutor *l.* 16. *de tut. & ration.* cui opponitur quondam tutor.

Adhuc pro nihilominus, ut ADHUC erit dicendum *l.* 14. §. 2. *de alim. & cib. leg.*

Adhuc pervenire, i. e. eo, huc, vel adhuc *l.* 1. *pr. de pecul.* nisi forte legendum sit adhuc, vel elisa propositione HUC. Insolitum, ac fere sine exemplo esse talem hujus adverbii usum observat Hein.

ADJACENS possessio *l.* 41. §. 6. *de legat.* 3. prædium *l.* 1. §. 2. *de incend. ruin.* quasi juxta jacens, & adhærens.

ADJICERE & ADJECTUM. Est adjicere idem, quod adjungere, addere, sic insulæ dotali ADJECTUM horreum *l.* 78. *de V. S.* ADJECTUS heres est coheres *l.* 7. *l.* 32. *de vulg. & pup. subst.* ADJECTA filiæ persona experiri *l.* 7. *de pact.* ADJICI etiam dicitur conditio hereditati, vel legato *l.* 14. *D. de cond. inst.* possessio *l.* 16. *de* A. R. D. tempus in testamento *l.* 17. *de* R. J. usuræ sorti *l.* 24. *pr. de legat.* 3. ADJICERE pro adaugere. Sic ADJICERE pretium *l.* 19. *de in d. addict.* pretio decem, vel quina *l.* 17. *eod.* Sed & ADJICERE absolute ponitur pro pluris liceri *in l.* 7. *eod.* ADJECTUM, i. e. adauctum PRETIUM *l.* 19. *eod.* ADJICI porro dicitur is, cujus persona non adquirendæ obligationis, sed solutionis causa stipulatione comprehenditur. Quod fit, quum quis sibi, aut Titio stipulatur. Quem ADJECTUM obligationi sive in constituto, sive in stipulatione, petitionem non habere constat *l.* 7. *D. de pec. const.* Sed in hoc tantum ADJICITUR, ut ei utiliter solvi possit *l.* 10. *l.* 95. §. 5. *l.* 98. §. 5. *de solut. l.* 56. §. 2. *l. ult.* §. *ult. de V. O.* Libertus tamen operarum nomine ita jurando *patrono aut Lucio Titio*, solvere huic non potest, ut a patrono liberetur *l.* 10. §. 1. *de oper. libert.* Sed si libertatis causa pecuniam promittat libertus egenti PATRONO, AUT TITIO, omni modo ADJECTIO Titii valet, ut huic solvi possit *l.* 12. *eod.*

ADJICERE pro admovere, vel adigere. Sic adjectus culter, i. e. adactus *l.* 11. *D. ad Leg. Aquil.* ADJICERE telum; Cæs. *de Bel. Gal.* 21.

ADJECTAMENTUM. ADJECTAMENTO rei quid dicitur esse, quod illa carere potest, quoque illius pars non est *l.* 242. *de V. S.* ubi artemo magis adjectamento, quam pars navis esse dicitur.

ADJECTIO quælibet adjunctio in negotiis. Hinc sine ulla ADJECTIONE *l.* 7 §. *ult. D. de stipul. serv.* ADJECTIO absentis *l.* 126. §. 2. *de V. O.* alterius materiæ *l.* 35. §. 2. *de contrah. empt.* diei *l.* 15. *de damn. infect.* domicilii *l.* 11. *de senator.* Denotat in specie conditionem adscriptam *l. ult. D. de manum. test.* Immo & omnem clausulam *l.* 13. *pr. de hered. inst. l.* 30. §. 1. *de legat.* 1. *l.* 192. *de V. S.* ADJECTIO pro additamento, & incremento ad primum pretium *l.* 15. *l.* 17. *de in d. addict.* ADJECTIO prima, secunda, tertia *l.* 11. *eod.* quæ ADJECTIO *fieri* dicitur *in l.* 17. *&* 19. *eod.* facta vero *admitti*, vel *recipi* dicitur *l.* 4. §. 1. *l.* 10. *eod.* ADJECTIO dominii *in l.* 3. *D. de usucap.* idem est, quod dominii ADEPTIO apud Ulp. *fragm.* 19. 8. & Isid. *Orig.* 5. 25. ADJECTIONE familiarum, cujus meminit Tacit. *Hist.* 1. 78. facultatem accipi concessam extraneis, ut se in familia Romanorum insererent, & adjicerent, hoc est, ut iis, qui vellent, concederetur civitas Romana, dum in alicujus civis nomen, gentemque transirent, tradit Connan. *lib.* 2. *c.* 7.

ADIGERE *arbitrium* pro agere ad arbitrium Cic. *pro Rosc.* ibi; Quæ cum ita sint, cur non arbitrium pro socio ADEGERIS. Etiam dicitur ADIGERE *arbitrium*, idem Cic. *de Off.* 3. ibi: Itaque Calpurnius quum demolitus esset, cognovissetque Clodium ædes postea proscripsisse, quam esset ab Auguribus demoliri jussus, arbitrum illum adegit. ADIGERE jurejurando *l.* 6. *pr. D. de jure patron. l.* 31. *qui & a quib. manum.* quod alibi est ADIGERE ad jurandum *l.* 15. *De jure patron.* vel ADIGERE ad jusjurandum *l.* 5. *C. de reb. cred.* vel per ellipticam locutionem adigere jusjurandum *l. ult. pr. D. qui & a quib. man.* cujus locutionis exempla videsis apud Liv. 43. 15. Cæs. *de Bell. Civ.* 1. 76. & 2. 18. ubi: Provinciam omnem in sua, & Pompeii verba jusjurandum adigebat.

ADI-

ΑΔΙΚΙΑ. Paull. apud Pariatorem LL. Mosaic. & Rom. tit. 2. §. 5. Generaliter dicitur injuria, omne quod non jure fit. Specialiter alia est contumelia, quam Græci ἀδικίαν vocant: nam quum Prætor noster adversum nos pronunciaret, injuriam nos accepisse dicimus. Unde adparet, non verum esse, quod Labeo putabat, apud Prætorium injuriam ὕβριν duntaxat significare. Sed hunc locum mendosum esse omnes fatentur. Nam contumelia non est ἀδίκημα, sed ὕβρις. Hinc pro ἀδικία αἰκία rescribit Salmas. *de modo usur. c.* 27. Contra textum verborum trajectione sanare stupet Herald. *Observ. & Emend. c.* 46. Denique aliqua omissa, & ex *pr. Inst. de injur.* supplenda esse monet Pithoeus *in not. ad Pariat. ibid.* & Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 738. Sed amplectitur Heinecc. emendationem Barthii *advers.* 30. 20. qui totum illum locum ita restituit: Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit. Specialiter alia est *contumelia* (id est ex geminationis lege *alia & contumelia alia*) quam Græci ἀδικίαν vocant. Præcedens enim *alia* etiam sequens manifesto postulat: & sic sensus omnino plenus, & perspicuus est.

ADIMERE, vulgata hujus verbi in jure significatio, quod est removere, tollere, privare, sive id jure fiet, ut cum quis dicitur peculium filio, vel servo *l.* 45. *D. de pecul. l.* 1. §. 1. *de in rem vers.* item legatum adimere *rubr. de adim. leg.* vel ut cum fiscus bona adimere dicitur *l.* 5. *C. de sentent. pass.* sive injuria quis adimat, ut cum res vi ADEMPTA dicitur *l.* 31. *de act. empt.* ADEMPTIO, quod verbum sæpe quoque occurrit legibus nostris.

ADIMPLERE contractum *pr. Inst. de empt. & vend.* creditores, & libertates in *l. ult. C. de testam. manum.* item curatorem *l.* 43. *D.* §. *un. de admin. & peric. tut.* fidem §. *ult. Inst. de fideic. her.* ADIMPLERE venditionem dicitur emptor *l.* 57. *pr. de contr. empt.*

ADIPISCI pro quo aliquando *apisci*, de quo infra, est consequi, sue obtinere. Sic ADIPISCI dominium *l.* 8. *C. de bon. auct. jud.* justam caussam *l.* 7. *C. de adquir. & ret. poss.* ADIPISCI passive dici *in Instit.* §. 4. *de legat.* observat Heinecc. sed verba: *Quæ adipisci non potest* abesse a plerisque MSSC. nec a Theophilo exprimi. Neque tamen sine exemplo esse, deponentia passive usurpari, citatque Plaut. *Trinum.* 2. 2. *v.* 88. ubi: non ætate, verum ingenio ADIPISCITUR sapientia.

ADIRE hæreditatem dicitur de herede non suo, sed extraneo, qui expresse verbis, vel tacite, seu facto aliquo bona se mortui adprehendere, hereditatem amplecti, ad eam se accedere, eamque ad se pertinere velle testatur. Si verbis, seu expresse, tunc stricte est ADIRE. Si tacite seu facto tunc dicitur pro herede se gerere §. 5. *Inst. de hered. qual. & diff.* Quam *aditionem* a gestione pro herede videmus ex parte separatam *in l.* 25. §. 7. *l.* 51. *D. de aquir. hered.* Sui autem proprie non ADIRE, sed se immiscere dicuntur. Ideoque hæc separantur in *l.* 3. §. *ult. junct. l.* 4. *D. quib. ex caus. in poss. eat. l.* 7. §. 9. *D. de minor.* Qui autem adit hereditatem, vel pro hærede se gerit, is in eandem sententiam & *subire* hereditatem dicitur a Paullo in *l.* 181. *D. de R. J.* Immo & *obire* dixit Cicero *Agrar.* 1. 3. Similiter veteres usurpant phrases ADIRE bona *lib.* 1. *C. de testam. milit.* ADIRE nomen, ut Vellej. 2. 60. de Octavio loquens, quem Cæsar testamento adoptarat, nomenque suum ferre jusserat. Immo & ADIRE testamentum, ut Ambros. *in psalm.* 118. Conf. Cujac. *observ.* 7. 18.

ADIRE porro significat accedere, ut cum dicimus, ADIRE arbitrum *l.* 21. §. 8. *D. recept. arbitr.* competentem judicem *l.* 5. §. 2. 3. 4. 5. *de adpell. rec.* consules *l.* 50. *de cond. & dom.* hos quorum de re notio est *l.* 5. §. 16. *ut in possess. leg. caus.* & similes phrases passim. Aliquando ADIRE, & sine addito, est adire magistratum, ut *in l.* 10. §. 4. *de excus. l.* 14. *pr. depositi l.* 4. §. 3. *ne vis fiat ei.* ADIBATUR vero magistratus vel pro Tribunali, vel per libellum *l.* 5. §. 16. *ut in poss. leg. caus. l.* 2. *C. quemadm. testam. aper.* Sed & Princeps per libellum ADIBATUR *l.* 33. *D. de re judic.* Tacit. *Annal.* 4. 39. Et ita ADEUNTES accipe apud Senec. *de tranquill. an.* 3. Elegans quoque loquutio, in jus ADITUM ERIT *l.* 6. *De fer. l.* 12. §. 4. *de liberal. caus.* & Cic. *in Verr.* 2. 23. Quum ad Prætorem in jus ADISSENT. Ex quibus in Epitome Livii *lib.* 86. ubi vulgo: *litigatores, a quibus adhibebantur, vadimonia Romam deferre jussit*, emendandum esse, *litigatores, e quibus* ADIBATUR, monet Briss.

ADITIO hereditatis *l.* 45. *pr. D. de acquir. vel om. hered. l.* 22. *de minor. l.* 1. §. 1. *de bon. poss. contr. tab.* ADITIO prætoris *l.* 1. §. 2. *de nov. nunc.*

ADITUS est accessus *l.* 10. *D. de serv. præd. urb.* seu transeundi jus, ut in *l.* 15. §. 1. *de usu & usufr.* Hinc ADITUM ad se præstare *l.* 19. *de in jus voc.* ADITUM in hortum per domum habere *l.* 91. §. 5. *de legat.* 3. ADITUS est jus adeundi per domum, vel hortum vicinum *l.* 41. *de serv. præd. urb.* ADITUS & iter a via separantur *l.* 1. §. *ult. si ususfr. pet.* ADITUS ad sepulchra *l.* 5. *de sepulchr.* ADITUS domus est anterior pars, sive introitus *l.* 13. §. 7. *de usufr. & quemadm.* ADITUS judicialis *l.* 15. *C. de judic.* sed & dicitur *aditus* judex *l.* 16. *C. fam. hercisc.* Prætor vel Præses *l.* 7. *eod. l.* 5. *C. quomod. jud.* ibi ADITUS per obreptionem.

ADJUDICARE est judicio alicui quid tribuere. Sic adjudicantur fisco bona *l.* 39. *pr. D. de jure fisci*, emolumenta *l.* 16. §. *ult. de his, quæ ut indign.* ADJUDICATUR per sententiam hypotheca *l.* 16. §. 5. *de pign. & hypoth.* pars *l.* 18. §. 5. *de damn. inf.* pars dotis *l.* 59. §. *ult. ad SC. Trebell.* servus adversario *l.* 34. §. 1. *l.* 35. *de evict.* ADJUDICARE caussam alicui est secundum aliquem judicare Cic. *de orat.* 2. Sed adjudicare judex dicitur proprie, cum in tribus judiciis fami-

liæ ercifcundæ, communi dividundo, & finium regundorum alicui quid addicit, quod quidem eo effectu fit, ut rei dominium ftatim is nancifcatur §. *ult. Inft. de off. jud.* quum aliis cafibus jus non det fententia, fed declaret *l.* 8. §. 4. *de ferv. vind.* Hinc Ulp. *fragm.* 19. 2. fingularum rerum dominia nobis adquiruntur mancipatione, traditione, ufucapione, in jure ceffione. ADJUDICATIONE. Et §. 16. tria illa judicia, quibus fit ADJUDICATIO, hujufque effectum modo dictum memorat. Et hinc ADJUDICATIONEM traditioni, & ufucapioni ut modum adquirendi comparari animadvertimus *l.* 6. §. 3. *D. de ftatu lib.* Proprie ergo, ut folet, loquitur Papinianus, dum arbitrum dividundæ hereditatis adjudicationes feciffe ait *l.* 78. *pr. de hæred. inft.* quemadmodum & *in l.* 3. *C. communi divid.* agri uni ex Sociis, *&* *in l.* 18. *pr. C. famil. hercifc.* res uni ex coheredibus ADJUDICARI proprie dicuntur.

ADJUNCTIONES pro acceffionibus Paull. *rec. fent.* 3. 6. 49. ibi: Adjunctiones, quas fundo legato teftator ex diverfis emtionibus adplicaverat, legatario cedere placuit.

ADJUNGERE. & adjungi pro addere, & addi. Sic adjungitur coheres *l.* 34. §. *ult. D. de jur. codicill.* curator *l.* 3. §. 4. *&* §. *ult. de admin. & per. tut.* tabula parieti *l.* 41. §. 3. *de legat.* 1.

ADJUTOR tutelæ, quem folet Prætor permittere tutoribus conftituere, qui non poffunt fufficere adminiftrationi, ita tamen ut cum periculo fuo conftituant *l.* 13. §. *un. D. de tut.* idem & actor appellatur §. *fin. Inft. de Curat.* Sunt & adjutores, qui magiftratibus vel qualicunque fungentibus officio levandi laboris gratia dabantur, ut vel valetudine impeditis, vel multitudine negotiorum obrutis opem ferrent *l.* 10. *C. de numerar. l.* 3. *de diverf. off.* & Notitia Imperii paffim. Hinc adjutores commentarienfium *l.* 4. *C. de cuftod. & exhib. reor.* cornicul ariorum *l. ult. D. de jur. immun.* Ducum *l.* 18. §. 5. *C. de re mil.* magiftri officiorum *l.* 5. *C. de princ. ag.* primicerii tribunorum notariorum in *Notit.* quæ fubjicitur Novellæ 4. Quæftoris *l. ult. C. de prox. facr. fcr.* urbani officii apud Symmach. *lib.* 1. *epift.* 22. & hi βοηθοὶ vel boethi vocantur *l. ult. C. de Tabular. Scrib.*

ADJUTRIX vocata erat legio prima, cujus meminere Impp. *in l. ult. C. de apparitor. præf. præt. l. ult. de caftr. pecul.* in qua Adjutrice noftra Reipublicæ, pro adjutrice noftræ eft legendum.

ADJUVARE dicitur, quodcunque nobis prodeft. Sic adjuvari exceptione *l.* 2. §. 3. *D. fi quis caut.* replicatione *l.* 2. *D. de except. rei jud.* Lex ADJUVANDA interpretatione *l.* 64. *pr. de cond. & dem.* ADJUTA negotia *l.* 65. §. 2. *de cond. in deb.* adjuvari auxilio *l.* 6. *pr. D. l.* 13. *C. ad SC. Vellei.*

ADL. nota juris, quæ, Magnone interprete, fignificat *ad locum*. Etenim obfervant Corn. Van Bynkerch. *obf.* 5. 15. veteres ICti libros fuos in titulos, & hos in *locos*, quos hodie paragraphos adpellamus, diftinguebant. Sic *fequenti loco* eft in fequente paragrapho *l.* 8. *pr. D. de inoff. teft.* & *quo loco* eft quo eodem paragrapho *l.* 30. §. 7. *ad leg. falc.* Quin eodem modo eleganter interpretatur verfum Juvenalis *fat.* 6. *v.* 244. Principium, atque LOCOS Celfo dictare paratæ. Quam ergo nos hodie adlegeremus *l.* 122. §. 1. *de V. O.* eam ita veteres laudabant *Scævola lib.* 28. *D.* ADL. vel AD LOCUM *Calliachus*.

ADLECTI. vide ALLEGI.

ADMETIRI dicimur ea, quæ pondere, & menfura conftant, ut oleum metretis, vinum amphoris, frumentum modiis *l.* 35. §. 5. *D. de contr. emt.* ADMENSUM etiam vinum Briffon. ait dici paffive *in l.* 36. *D. de loca.* ubi tamen vox illa non cum nominativo *vinum* conftrui, fed abfolute pofita videri poffet. Et quod *in l.* 1. §. 1. *de peric. & com. rei vend.* legitur, *priufquam admetiatur vinum*, referri potius debet active ad emptorem, quam paffive ad vinum. In Caton. equidem *de re ruft.* 148. legimus, quod admenfum erit; pro eo Dominus refolvito. Et *in c.* 154. vinum emptoribus fine moleftia hoc modo admetiri debet, nifi, pro *deb*..., malis legere *debes*, cum dixerit ante: vinum emtoribus quomodo admetiaris. Sane apud Non. 6. 90. verbo *numerum* legimus: de iis, quæ non numerantur, fed admetiuntur.

ADMINICULUM eft, quo adjuvatur *l.* 5. *C. de probat.* Talia funt adminicula æquitatis *l. ult. C. de his qui propt. met. jud.* appellationis *l.* 10. *de adpell.* & alia paffim in U. C. Hinc adminiculati in *c.* 3. X. de *fucceff. ab int.* ubi teftes vehementer adminiculantes dicuntur adjuvare.

ADMINISTRANS pro Rectore provinciæ *l.* 5. *verf. adminiftrantem C. de metat.*

ADMINISTRARE pro aliis diftribuere, impartiri, & diftribuere *in l.* 10. *D. de inoff. l.* 3. *C. ad leg. falcid.* Eft & gerere, curare. Sic ADMINISTRARE actiones *l.* 9. *D. de edend.* actum *l.* 1. §. 7. *qui teft. fac. poff.* annonam *l.* 21. §. 2. *de acceptil.* argentariam *l.* 19. §. 1. *de judic.* bona *l.* 5. §. 2. *de Carbon. edict.* curam *l.* 3. §. 3. *de fufp. tut.* fideicommiffum *l.* 3. *C. ad leg. falcid.* magiftratum *l.* 25. *D. ad municip.* munera *l.* 14. §. 3. *de mun. & honor.* negotia *l.* 6. §. 12. *de negot. geft.* officium *l.* 46. *de contrah. empt.* patrimonium *l.* 60. §. *ult. pro foc.* provinciam *l.* 7. §. 1. *de interd. & releg.* rationem, vel rationes *l.* 28. §. 9. *de liberat. leg. l.* 9. *de edend.* rem civitatis vel fifci *l.* 17. §. 7. *de ufur.* §. 1. *Inft. de excuf. tut.* rem publicam *l.* 35. §. 8. *ex quib. cauf. mai.* focietatem *l.* 16. *pro foc.* tutelam, vel curam §. 5. *Inft. de excufat. tut.* & alibi paffim.

ADMINISTRATIO, geftio, veluti actus *l.* 28. §. 7. *D. de liber. legat.* honoris *l.* 24. *ad municip.* muneris *l.* 14. *de mun. & hon.* & paffim illorum negotiorum, de quibus fupra. ADMINISTRATIONES reddere in *l.* 1. *C. de tut. vel cur.* ADMINISTRATIONIS appellatione apud Canoniftas continentur officia Ec-

Ecclesiastica. Ita: ADMINISTRATIONES sunt gubernacula provinciarum in *l. 36. 155. 160. C. Theod. de decuration.* Qui neque ex ADMINISTRATIONIBUS sunt, & tamen ut perfectissimi delitescunt *lib. 6. C. Th. de bon. proscr.*

ADMINISTRATORES rerum pupilli *l. 13. §. 1. D. de tut.* civitatum *l. 12. C. de transact.* rerum civitatis *l. ult. D. quod cujuscunq. univ.* Hi sunt, qui civitatis negotia gerunt *Tit. D. & C. de admin. rer. ad civit.* Dictos quoque esse Curatores civitatum ait Brissonius, & ostendit Heinecc. ex Reinesii Inscriptionibus notantis. Curatorum civitatum aliis, atque aliis temporibus aliam, modo celsiorem, modo humiliorem functionem fuisse. Aliquando enim summæ rerum præerant, & ordines curiæ gubernabant, simul pretia rerum venalium constituebant, & moderabantur (id vero alias Ædilium officium) ceu patet ex formula curationis civitatis apud Cassiodor. *Var. 7. 12.* Aliquando rebus immobilibus in patrimonio civitatum impositi, ut eas curarent, administrarent, reditus, & obventiones ex iis colligerent, & publicis necessitatibus impenderent, & hos vocari logistas græco vocabulo, dicit Gordian. Aug. *in l. 5. de mod. mulct.* id est ratiocinatores, quod putandis rationibus civitatis insisterent. Quum porro Curatori Vicentinorum apud Reines. *Class. VI. 34.* tribunal & adparitores tribuantur, inde colligit, habuisse illum aliquam Jurisdictionem, & jus mulctandi, quod tamen logistis Gordianus ademerit.

ADMISSIO pro concessu. Sic ADMISSIO bonorum possessionis *in l. ult. C. unde legit.*

Admissionum officium *in l. 2. C. de privil. eor. qui sacr. pal.* quod sub dispositione magistri officiorum ponitur *in notit. Imp.* Ab eo ADMISSIONALES, qui principem adoraturos admittebant *l. ult. C. de div. off.* Lamprid. *in Alex. c. 4.* Salutabatur vero quasi unus de senatoribus patente velo ADMISSIONALIBUS remotis, aut solis his, qui ministri ad fores fuerant. Hodie Camerarii vocantur. ADMISSIONUM etiam magistrum legimus apud Vopiscum *in Aureliano c. 12.* Nimirum ADMISSIONALIUM quatuor erant decuriæ, quarum singulis qui præerant, PROXIMI, vel illius *Decuriæ magistri* vocabantur. Qui vero omnibus decuriis præficiebatur, is magistri ADMISSIONUM nomen κατ' ἐξοχὴν ferebat, ut notat Hein. ex Salmas. *not. ad script. Hist. Aug. p. 481.*

ADMISSORES criminum, delinquentes. Collat. Leg. Mos. & Rom. *tit. 6. §. 4.*

ADMITTERE, præter alias notas significationes, est recipere, & rei alicui, vel negotio locum dare. Ita *admittitur* aliquis in possessionem *l. 12. D. de vi, & vi arm.* Non *admittere* ingredi volentem *in l. 12. eod.* Prætor *admittit* agere volentem *l. 3. §. 2. Si quod in fraud. cred.* ADMITTITUR accusatio *l. 11. §. 1. de pœn.* accusator *l. 9. C. de legat.* addictio *l. 4. §. 5. D. de fideic. lib.* adjectio *l. 21. §. 7. ad municipal.* cautio *l. 5. §. ult. de Censib.* cessio *l. 5. C. qui bon. ced.* compensatio *l. 49. D. de A. V.* crimen, seu ejus accusatio *l. 38. §. 5. ad L. jul. de adult.* custos *l. 1. §. 6. de lib. agnosc.* defensor *l. 5. §. 3. de judic. solv.* desiderium *l. 35. §. ult. de pact.* excusatio *l. 15. D. de excus. tut.* & sic porro de aliis passim. Sed & res hoc modo aliquid *admittere*, id est recipere dicuntur, veluti actionem, delictum *l. 5. pr. D. de obligat. & act.* adfectionem *l. 11. §. ult. D. de in diem addict.* conditio pœnam *l. 1. pr. D. de pœn.* usuras actio *l. 17. C. locati.*

Admittere pro committere, & perpetrare *l. 6. pr. D. de decur.* Sic ADMITTITUR cædes *l. 25. pr. D. de SC. Silan.* capitale *l. 27. §. 1. de pœn.* crimen *l. 38. pr. ex quib. caus. maj.* delictum *l. 2. §. 3. de priv. delict.* dolus *l. 9. de dol. mal. & met. except.* facinus *l. 13. §. ult. de off. præs.* flagitium *l. 17. §. 1. de test. tut.* fraus *l. 7. de susp. tut.* horumque singulorum species diversæ passim. Hinc *admissores* criminum, delinquentes Diocl. & Maximian. AA. apud Pariat. *Leg. Mosaic. & Rom. tit. 6. §. 4.* Ii alias & ADMITTENTES adpellantur *l. 1. D. de term. mot.* Hinc porro ADMISSUM, i. e. delictum, crimen factum *l. 2. D. de abig. l. 26. de pœn.* ADMISSA publicorum judiciorum *l. 20. D. de accus.* admissa non debere esse impunita *l. 95. pr. de solut.*

Admittere pro agnoscere. Ita ADMITTI dicuntur bona *l. 4. §. 17. D. de fideic. libert.* bonorum possessio *l. 3. §. 4. & ult. de bon. possess.* Sic & ADMITTERE sibi bonorum possessionem *l. 1. §. 12. de success. edict.* & ADMITTERE secundum tabulas *lib. 2. §. 2. de bon. posses. sec. tab.*

Admittere ad aliquid est pati, vel concedere, ut aliquid fiat. Sic ADMITTITUR quis ad accusationem *l. 7. D. ad L. Corn. de fals.* ad actionem *l. 15. §. 24. de injur.* aut ad aliud quidpiam passim. Et aliquando construitur cum EX, si caussa, cur quis admittendus sit, exprimitur, veluti quando quis ADMITTI *ex substitutione* dicitur *l. 3. C. de hered. inst.* Aliquando cum IN, ut ADMITTI IN interdictum *l. 12. D. quod vi aut cl.* in possessionem *l. 1. §. 12. de ventr. in possess. mit.* in societatem *l. 1. §. 1. D. de bon. libert.*

Admittere pro facere, ut quis ADMITTATUR. Sic scriptus heres hereditatem omittendo exheredatum in possessionem ADMITTI *l. 20. pr. & §. 1. D. de bon. poss. contr. tab.*

Admittere pro concedere, adprobare. Sic ADMITTIT Julianus *lib. 8. §. D. de fidejus.* ADMITTIT hanc opinionem animus *l. 11. §. 3. ad L. falcid.* ADMITTIT ratio Paull. *rec. sent. 4. 9. 5.* verba id ADMITTUNT *l. 4. §. 13. D. de fideic. lib.* ADMITTENDUM est *l. 34. §. ult. de adquir. poss.* Quod ADMISSUM est *l. 11. pr. de dot. prælег.* ADMITTENDA sententia *l. 1. pr. de bon. posses. sec. tab.* Non ADMISSUM est *l. 98. §. ult. de solut.*

Admittere de coitu animalium cujuscunque generis domesticorum. Sic admittere in equas asinum *l. 52. §. 20. D. de furt.* & scriptores rei rusticæ, ut Pallad. *mens. mart. c. 14. de asinis &c. 11. de tauris*, Colu-

mell. 7. 2: *de ovibus*, Verr. *de re rust.* 2. 9. *de canibus*, & 3. 10. *de anseribus*, & 3. 9. *de gallinis*. Et generatim Veneri ADMITTI dixit Columell. 6. 37. Hinc ADMISSARII equi apud eundem 6. 27. & Plin. *hist. nat.* 28. 15. & quod ADMISSURAM hic vocat, ut Varro 2. 4. & Columell. 6. 24. & 27. id admissus vocabulo exprimitur a Vegetio *art. veterinar.* 4. 7.

Alio sensu ADMITTERE equum legimus apud Cic. *lib.* 2. *de finib.* Nam etiam cum P. Decius se devoveret, & EQUO ADMISSO in mediam aciem Latinorum irrueret &c. quod Budæus de equo conscenso intelligit. Sed Majoranus *lib.* 11. *c.* 7. cum lapsum existimat: eo namque loco equum ADMISSUM pro concitato, & celeri accipi debere, satis demonstrat Val. Max. *lib.* 5. *c.* 6. de eo P. Decio scribens: Caput, inquit, suum pro Reip. salute devovit, ac protinus concitato equo in hostium agmen, patriæ salutem sibi mortem quærens irrupit. Quin ipsemet Cicero rem totam aperit, dum *lib.* 3. *de Nat. Deor.* loquitur in hæc verba: Rebantur enim fore, ut exercitus Imperatorem equo incitato se in hostem immittentem persequeretur, &c. Ovid. *metam.*

atque movebat
Ipse amor, ADMISSO *Sequitur vestigia passu*.

Admissum passum pro celeri, quasi se ipsum Apollo ad cursum acrius concitasset, dictum esse perspicis.

ADMODUM, penultima correpta, intendendi particula, quæ non modo adjectivis, verum etiam substantivis eleganter accedit, ex. g. paucis ADMODUM in causis *l.* 1. *pr. D. quod cujusq. univ. nom.* iniquum ADMODUM *l. un. C. nequis in sua caus.* adolescens Cic. *pro Rabir.* 7. ADMODUM puer *Senec. consol. ad Mart.* 24. Sed ADMODUM, hujus vocis priore syllaba producta accentu acuto, exponitur per juxta modum, *ut in l.* 9. *fin. D. de usufr.*

ADMONENDI sumus, quæ formula idem significat, ac meminisse debemus, ut in *l.* 6. §. *ult. D. ut legat. vel fideicommiss. causs. l.* 18. §. *ult. D. si quis omiss. causs. & aliis locis.*

ADMONERE pro edicere, præcipere. Hinc *l.* 2. *C. quom. & quand. jud. sent. prof. deb.* Qui ADMONITI judicio adesse noluerunt, i. e. ternis litteris commonefacti, uti est *in l.* 8. *C. eod.* ADMONERE edicto *l.* 29. *D. de relig. & sumt. fun.* Sueton. *Claud.* 16. & 25. Tacit. *annal.* 1. 8. & 3. 6. *Hist.* 4. 45. ADMONERE rescripto *l.* 10. §. 1. *D. de off. proconf.* Talia edicta MONITORIA, vel ADMONITORIA, Græcis, παραγγέλματα, vel παραγγελίαι adpellabantur. Vid. excerpt. Peiresc. pag. 633. & Herodian. *hist.* 2. 13. Sive enim quid fieri vellent Principes, & magistratus, sive prohiberent, sive populum objurgandum, consolandumve existimarent, EDICTIS MONERE dicebantur. Unde & Tertullianus adsuetus locutionibus Juridicis dictum Apostoli de vitanda φιλοσοφία *Coloss. cap.* 2. *v.* 8. eleganter vocat Edictum Apostoli PRÆMONITORIUM *lib. de anima c.* 3. Imprimis vero MONITORIA dicebantur magistratuum edicta, quibus illi se leges exsequuturos, & quo ordine, quaque ratione id fieri debeat, præmonebant. Exemplum habes apud Plin. *lib.* 5. *Epist.* 21. *Hein.* ADMONERE, ut Non. Marcell. notat, interdum itidem valet, quod coercere, & castigare. Sic Virgil. *Æneid.* 10. *v.* 586.

..... Pronus pendens in verbera, telo.

ADMONUIT bijugas. Columell. 2. *c.* 2. flagello ADMONERE, quemadmodum ADMONERE verberibus Senec. *de Clem.* 1. 14. Quomodo etiam in Valer. Max. *lib.* 1. *c.* 1. & 6. legendum putat Brisson. ubi admoveretur pro ADMONERETUR in quibusdam codicibus legitur. Sic & verbere moneri dixit Tacit. *Annal.* 5. 9. Quæ in verbo ludens Plaut. *Stich. act.* 1. *Scen.* 2. *v.* 6. Vos, inquit, monimentis commonefaciam bubulis. Ea vero loquutio a Græcis ducta est, qui in eadem sententia utuntur verbo νουθετεῖν. Aristoph. *in Vesp.* χολάδας νουθετήσει... , flagris nos admonuit: Utuntur illa loquutione & juris auctores *in l.* 6. §. 1. *D. de agnosc. & al. lib.* Pigrescentes artus (animalium publicorum) innocuo titillo poterit *admonere l.* 2. *C. Th. de cursu publ.*

Admonere, edicto citare. Hinc *l.* 2. *C. quomod. & quand. jud. sentent. prof. deb.* Qui ADMONITI judicio adesse noluerunt, id est ternis litteris *commonefacti*, uti est in *l.* 8. *C. eod.*

ADMONITIO ὑπόμνησις *l.* 2. §. 7. *D. de judic. l. ult. C. de duob. reis*, ubi: ex libello ADMONITIO. Est & gastigatio, & coercitio. Ut ADMONITIO fustium *in l.* 7. *D. de pœn.* ADMONITIONE notare Sueton. *Aug.* 39. ubi hæc adduntur verba. Lenissimum genus ADMONITIONIS fuit traditio coram pugillarium, quos taciti, & ibidem statim legerent. Ibi autem ADMONITIO intelligitur, quæ verbis fieret.

ADMONITOR *l.* 7. *C. Th. de executor.*

ADMOVERI probationi pro proxime abesse probatione, ac pene convictus esse *l.* 1. §. *D. de quæstion.* ubi verba ita se habent: Ad tormenta servorum ita demum deveniri oportet, quum suspectus est reus, & aliis argumentis ita *probationi* ADMOVETUR, ut sola confessio servorum deesse videatur. Hanc lectionem, quæ aliis obscura videtur, & duriuscula, defendit Heinecc. ex auctoritate Varronis, qui *in lib.* 1. *c.* 13. *de re rust.* scripsit: in primis culina videnda, ut sit ADMOTA, i. e. ut a cella villici non procul absit.

ADNEGATA pecunia. Vid. supra in ADNEGARE.

ADNEPOS, ADNEPTIS, Græci ἀπέγγονον ... dicunt. Hi sunt abnepotis, vel abneptis filius, filia, pronepotis, vel proneptis nepos, neptis *l.* 1. §. 5. *l. ult.* §. 7. *de gradib. & adfin.*

AD-

ADNOTARE dicitur Præses, cum notat quæ quemque damnatum pœna dignum censat, idque ad Imperantem rescribi *l.* 1. *D. quand. adpell. l.* 6. §. 1. *de interd. & releg. l.* 1. §. 3. *nihil innov.* Ita Plin. *lib.* 10. *Epist.* 97. Fuerunt alii similis amentiæ, quos, quia Cives Romani erant, ADNOTAVI in urbem remittendos. Suet. *in Calig.* 27. Quum ad saginam ferarum muneri præparatarum carius pecudes compararentur, ex noxiis laniandos ADNOTAVIT.

ADNOTAT etiam Præses, qui in gravioribus criminibus absentem in reos accipit edicta proponens, quibus illi denunciat, fore, ut nisi intra annum adsit, ejus bona fisco addicantur, quæ interim obsignantur, *l.* 1. §. 1. *l. ult.* §. *ult. D. de requir. vel abs. damn.* Eaque est ADNOTATIO *l.* 4. *pr. eod.* Et ADNOTATI requirendi dicuntur *l.* 1. §. 2. *eod. l.* 1. §. 3. *de jur. fisc.* Præsides autem, quos ADNOTAVERANT requirendos, edictis adesse jubebant. Sed & litteras ad magistratus loci, ubi consistebant rei, mittebant, ut eo modo publice per eos innotesceret, eos esse requirendos ADNOTATOS. Interim vero bona obsignabantur, quæ intra annum recipiebant, post annum, si neque responderent, neque defenderentur, in fiscum illa cogebantur *l. ult.* §. *ult. D. de requir. vel abs. damn.*

Adnotare est quoque reprehendere, refellere, verbum Ictis familiare, qui ad diversæ sectæ Ictos notas scribebant Paull. *l.* 82. §. 2. *de legat.* 2. Aliquando est simpliciter notare, ut in *l.* 28. *D. de inoff. test.*

Adnotare tandem ponitur pro adsignare, ut adnotare insulas *in l.* 1. §. 3. *D. de legat.* 3.

ADNOTATIO præter adnotationem præsis, de qua supra, dicitur pro nota *l.* 82. §. 2. *D. de legat.* 2. a Græcis interpretibus παρασημείωσις vocatur, quæ, ut ait Theodorus, rectiora iis, quæ dicta sunt, comprehendit, & per compendium paucisque notat, quæ antiqua, & ab Imperatoribus significata esse, constat.

Adnotatio alias subnotatio Principis ad libellum, seu preces privatorum, cujus mentio fit *in l.* 9. *D. ad Leg. Rhod. de jact.* etiam ubi non ipse princeps subscribit, ut apud Gruter. Inscript. *p.* 609. ubi subscriptionis Juventii Celsi tantum promagistri mentio fit. Quod observat Heinecc. ad Brissonium putantem, ADNOTATIONEM eo differre a rescripto, & sanctione pragmatica, quod isti non his, princeps propria manu subscripserit. Quum potius certum sit, in eo discrimen fuisse inter ADNOTATIONES, epistolas, & sanctiones pragmaticas, quod istæ ad privatos, illæ ad magistratus, hæ ad totas provincias, vel universitates, adnotationes ad singulorum preces scriptæ sint. Sanctionis autem pragmaticæ exemplum est in *l.* 4. §. 5. *D. de off. proconf.* epistolæ *in l.* 6. §. 3. *eod.*

Adnotatio alias etiam brevem, & privatam scripturam sine testibus factam significat, quas quis e. g. sibi debitorem adscribit *l.* 5. *l.* 7. *C. de prob. l. ult. de conven. fisc. debit.*

ADNOTATUS *censibus in l.* 16. *C. de Episc. & Cler.* idem est, qui *in l.* 20. *C. eod.* censibus adscriptus adpellatur.

ADNUMERARE pecuniam *l.* 31. *D. locat.* vel alia, quæ numero constant *l.* 32. §. 3. *de contrah. empt.*

Adnumerare pro in numerum referre, recensere. Sic adnumerantur servi inter urbanos *l.* 99. *pr. D. de legat.* 3. & sic de rebus aliis passim.

Est quoque Adnumerare imputare, vel adscribere. Sic Adnumeratur quid culpa *l.* 9. *l.* 5. *l.* 25. §. 4. *D. locat.* vel imperitiæ *l.* 132. *de R. J.*

ADOLESCENS, qui juvenis, & minor in *l.* 27. *D. de min.* adultus in *l.* 20. §. 1. *de liberat. legat.* Theophilo autem in paraphr. Inst. ἀφῆλιξ, ὁ τὴν ἥβην ὑπεράλλαξας, ἥττων δὲ τῶν εἴκοσι πέντε ἐνιαυτῶν i. e. ἀφῆλιξ, qui pubertatem excessit, minor autem 25. annis est. Et hunc numerum annorum statuit *l.* 43. *D. de minorib.* quem qui excessit juvenis alias existimari potest per *l.* 69. §. 1. *de legat.* 3. & ita ab Adolescente differt. De hoc porro addit Theoph. *eod.* πρίστανται ἐ κυράτορες, qui subest curatoribus. Et ita Adolescentis curator *l.* 16. *D. de pign. act. l.* 1. §. *ult. quod jussu.* Ideoque a pueris, impuberibus, pupillisque separatur, qui tutoribus subsunt *rubr. rem pup. vel adol. salv. l.* 1. *C. qui numer. tut. l.* 1. *C. quand. ex fact. tut.* Censorin. *de die nat. c.* 14. Adolescentem a quarto decimo anno scribit: & hæc est masculorum pubertas *l. fin. C. quand. tut. esse des.* qua tutorum officium cessat curatoribus constitutis *l.* 25. §. 1. *D. de admin. tut.* Addit idem Censorin. *l. c.* Adolescentem dici ad trigesimum annum ab eo, quod ad id usque tempus adolescat. Neque tamen hoc sensu, verum comparative, & contemplatione patris Paullus in *l.* 93. §. 3. *D. de V. O.* Celsum filium Adolescentem vocat. Omnes enim, ætate aliquo minores, a bonis scriptoribus Adolescentes appellari observat Heinecc. ex Sallust. *Catilin. c.* 49. ubi Catulus odio incensus dicitur, quod extrema ætate maximis honoribus usus ab adolescentulo Cæsare (quem tunc temporis annorum circiter triginta sex fuisse constat) victus discesserit. Et Corn. Nep. qui *in Attic. c.* 8. & 16. Brutum quadragenarium adolescentem vocat. Similia exempla sunt apud Ovid. *de art. am.* 1. *v.* 182. Sueton. *Aug. c.* 20. Plin. *l. Epist.* 18. Eutrop. 9. *c.* 1.

ADOLESCERE *l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 3. Est autem, ut Festus tradit, ætate progredi. Adolevit autem, qui pubes factus est *l.* 20. §. 1. *D. de liberat. legat. l.* 3. 10. *D. de Carbon. edict. l. ult. D. si quis caut.* quod & de pupilla dicitur *l.* 60. §. 4. *D. de rit. nupt.*

ADOPTARE in locum filii, & nepotis licebat §. 1. *Inst. de adoption.* Qui autem in locum filii adoptare vult, hunc plena saltem pubertate, id est 18. annis, qui vero in locum nepotis, hunc 36. annis præcedere debet §. 4. 5. *Inst. eod. tit.* & in hoc filii consensus requiritur, nec ei invitus heres adgnascatur *l.* 5. *l.* 6. *D.*

D. de adoption. Filium sane emancipatum in locum nepotis Adoptatum legimus in *l.* 1. §. 7. *D. de bon. possess. contr. tab.* & nepotem in locum filii *l.* 3. §. 3. *l.* 13. §. 2. *D. eod. tit.* Vid. in Adoptio.

ADOPTATOR, qui adoptat *l.* 3. §. 12. *D. de ventr. in possess. mitt.*

ADOPTATUS pater *l.* 14. *D. de adoption.* non est pater adoptans, sed ita dicitur ratione nepotis cujus pater per adoptionem in aliam familiam transiit. *Heinecc.*

ADOPTIO, quam Gothi barbara Caii interpretatione adfiliationem vocabant, Romanis fuit actio solemnis, qua in locum filii, vel nepotis adsciscitur, qui natura non est *pr. inst. de adopt.* Vet. Glossar. Adoptio εἰσποίησις Τεκνοποιΐα, modus adsciscendi filios, & velut faciendi, quam græci εἰσποίησιν vocant, ἐκποίησιν appellantes actum ejus, qui dat filium in adoptionem. Adoptio autem imitatur naturam §. 4. *Inst. de adopt.* & inventa est in solatium eorum, qui liberos non habent, vel, uti eleganter Theophilus *pr. Inst. eod.* εἰς τὸ ἐκ τῆς φύσεως ἐλάττωμα ἢ δυστύχημα ἐπικεφισται, ad emolliendum naturæ defectum, vel infortunium. Eaque duplex est, alia in specie dicta adoptio, cum filius familias ita adoptatur, ut ab unius in alterius patriam potestatem transeat, vel in qua antea non fuit, & tunc dicitur translatus, vel in qua antea fuit, & dici potest redditus, sicut in *l.* 23. *D. de lib. & posth.* Ipsa autem apud prætorem, vel proconsulem, vel quemlibet alium magistratum, apud quem legis esset actio, fiebat, parente naturali filium mancipante, eo, quod Justinianus *l. ult. C. de adopt.* perstringit, ritu. Alia est, quæ Adrogatio dicitur, qua aliquis, qui in nullius patria potestate est, se in potestate dat alterius, sive hic pater non fuerit, sive antea fuerit, quo causa adrogatus is ipse est, qui redditus dicitur in *d. l.* 23. *D. de lib. & posth.* Adrogatio autem fit auctoritate summi imperantis, olim jussu populi in comitiis curiatis legem de adoptione hujusmodi ferentis: Lege enim XII. Tab. cautum erat; *De capite civis nisi per maximum comitiatum ne ferunto*; capite autem erat deminutus adrogatus *l.* 3. *pr. &* §. 1. *D. de capit. demin.* Auctoritas quoque Pontificum adhibebatur, quia adoptivus in sacra adoptantis transibat Cic. *pro dom. c.* 13. Rogationis autem solemnis formula est apud Gell. *lib.* 5. *cap.* 9. eoque more usi sunt ipsi Imperatores, veluti Augustus, Suet. *Aug. c.* 65. & Claudius Tac. *annal. lib.* 12. *cap.* 25. privati vero saltem ad Galbam usque Tac. *hist.* 1. 14. sed postquam principes paullatim omnia legum, magistratuum, pontificum munia ad se traxerant, nullo adversante, invaluit mos per principis rescriptum adrogandi jam tempore Caii *l.* 21. *D. de adopt.* (ubi sane interpolationis Triboniani nulla suspicio locum habet, quia fœmina particeps non erat comitiorum) immo a temporibus Galbæ, ut non abs re conjicit Schulting. *jurispr. Antej. p.* 589.

Adoptio stricte sic dicta in *perfectam*, & *imperfectam* a doctoribus solet distingui ex eo, quod Justinianus patriam potestatem tantum dedit adscendentibus, qui adoptant descendentes, non adoptantibus extraneos *l. pen. C. de adopt.* ita tamen ut hi nonminus patri adoptivo ab intestato succederent, ac illi §. 2. *Inst. d. t.* cum antea contingeret, ut filius extraneo in adoptionem datus nec de hereditate patris naturalis, cujus e familia per adoptionem excessisset, quidquam caperet, nec patri adoptivo succederet emancipatus, nisi quod SC. Sabinianum iis relinqui jubebat quartam hereditatis, qui essent adoptati ex tribus maribus, iique illam sibi non relictam actione familiæ erciscundæ petere possent *l.* 10. §. 3. *C. de adopt.* §. 14. *Inst. de hered. quæ ab int.* & ibi Theophilus. Eum locum dum emendant Alciat. *parerg.* 6. 3. Rævard. *de auctor. prud. c.* 6. & *e tribus manibus* legi volunt, eum plane pervertunt. Res clara est. Heic enim agitur de ejus privilegio, qui tres mares filios suscepit *l.* 122. *C. Theod. de decur.* cujus jus hoc erat ex SC. Salviano, ut uni ex iis in adoptionem dato, sicut impuberi adrogato ex constitutione Antonini quarta deferretur omnium bonorum, & quidem adoptatoris, ut recte post Cujac. sentit Gothofr. ad *d. l.* 10. *C. de adopt.* & arg. d. §. 14. *Inst.* non autem patris naturalis, ceu visum est Heineccio *Elem. jur. civ. ad Inst.* §. 186. *in not.* quasi ex mente SC. Sabiniani tres istos liberos, qui tam multum ex Lege Papia, & SCo Tertilliano parentibus prodessent, etiam in hereditate patris naturalis beneficio quodam frui, nec illius per adoptionem exsortes fieri oporteret.

Obviæ autem sunt phrases *in* ADOPTIONEM dare, & dari *l.* 3. *l.* 4. *l.* 29. *D. de adopt. in* ADOPTIONE, vel *in* ADOPTIVA familia esse *l. ult.* §. 1. *D. de legat. præst. l.* 39. *de bon. libert. in* ADOPTIONEM habere *l.* 10. *de verb. oblig.* Plane Adoptionis jura emancipatione dissolvebantur, & finiebantur *l.* 1. §. 6. *D. si tab. test. exstab. l.* 55. *de rit. nupt. l.* 3. §. 2. *D. de bon. possess. contr. tab.*

ADOPTIVUS, a, ut *adoptiva* cognatio *coll. leg. Mos. & Rom.* 6. 3. familia *l.* 3. §. 9. *D. de bon. poss. cont. tab.* ADOPTIVI liberi *l.* 1. §. 2. *D. eod.* ADOPTIVUS frater *l.* 3. *und. cogn.* ADOPTIVA mater non dicitur nisi improprie, quod femina, quamvis possit adoptare in solatium liberorum amissorum ex indulgentia principis §. 10. *J. de adopt.* tamen non habeat liberos in potestate. Vide supra art. Adoptio. Ceterum singulare admodum adoptionis exemplum est Valeriæ Augustæ sterilitatis causa, adeoque non in solatium liberorum amissorum adoptantis Candidianum. Lactant. de mort. persequut. *cap.* 50. *Hein.*

ADORARE antiqui interdum posuerunt pro agere. Unde & legati Adoratores dicuntur, qui mandata populi agebant. Fest. *lib.* 1. Usus in eadem significatione verbo adorare videtur in Octavio Minut. Felix; Etenim, inquit, nos exequias adoramus eadem

dem tranquillitate, qua vivimus, hoc eſt, exequias celebramus, facimus. Ita ergo hanc legis XII. tab. apud Feſtum particulam reſtitues: Si Adorat furtum, quod nec manifeſtum eſt, duplionem luito.

Adorare eſt procumbendo venerari. Sic Adorare purpuram principis *l. 3. C. Theod. de domeſtic. & protector. l. 6. C. de advoc. div. judic. l. 1. C. de comit. & ſchol. l. 7. C. qui mil. poſſ. l. 4. C. de conſul. l. 1. C. de adparit. præf. præt. l. 1. C. de adparit. præf. urb.* Ammian. Marcellin. *lib. 21. cap. 9.* Verum quum primitus viſus adorandæ purpuræ datam ſibi copiam advertiſſet. In *Notitia* quoque Imperii Romani crebro in officio Proconſulum princeps agentium in rebus recenſetur, qui adorata *porro clementia* cum inſignibus exibat. Talem autem honorem principi in ſalutatione exhiberi ſolitum Zonaras *Tom. III. in Juſtiniano p. 54.* indicat his verbis; Ηδη δ' εφθακως εναντι του κρατουντος ο Βελισαριος πειθει τον Γελιμερα εις τουδαφος καταβαλειν εαυτον, και ουτως απονειμαι τω βασιλει την προσκυνησιν. ο δ' εποιει το προσταττομενον και αχθομενος δακρυσι και αυτος δε Βελισαριος προσπεδισεν εαυτον, ενδεικνυμενος τω Γελιμερι, οτι ουχ ως αιχμαλωτος εκεινος τουτο ποιησαι απητηθη, αλλ' οτι ουτω νενομισται προσκυνεισθαι των Ρωμαιων τους βασιλεις: Id eſt, quum iam ad Imperatorem perventum eſſet, Beliſarius perſuadet Gelimero, ut humi procumbat, & Imperatorem ADORET. Facit ille, ut jubebatur, lacrymis oppletus. Procumbit & ipſe Beliſarius, ut Gelimero oſtenderet, eum id facere juſſum, non ut captivum, ſed quia moris ſit, hoc modo ADORARI Imperatores Romanorum. Ex quo adparet, humi procumbere, & ad pedes principum provolvi ſolitos, quos illi ſalutationis officio dignabantur. Et, quod a peſſimis principibus inſtitutum, Alexandrum reliquiſſe Lampridius *Alexandro cap. 18.* his verbis teſtatur: Ipſe ADORARI ſe vetuit, quum jam cœpiſſet Eliogabulus adorari more Regum Perſarum, Julius Capitol. in *Maximino Jun. c. 2.* Nam in ſalutationibus ſuperbiſſimus erat, & manum porrigebat, & genus ſibi oſculari patiebatur, nonnumquam etiam pedes. Quod numquam paſſus eſt ſenior Maximinus, qui dicebat: *Dii prohibeant, ut quiſquam ingenuorum pedibus meis oſculum figat.* Atque hoc loquendi genus ab Auguſtino non uno loco uſurpatur. Hæc Briſſon.

Multa alia hic addita reperio ex Procopii *Anecdotis p. 133.* de diſcrimine Adorationis, & ſalutationis ex *l. 1. C.* de *ſilentiar.* de adoratione Deorum, de Elephantis adorationi adſuetis, denique de adoratione Regum Perſarum, προσκυνησει, quæ neque huc pertinent, & partim iis vulgus nota; & ab ipſo Briſſonio de *Regn. Perſar.* lib. 1. tam accurate expoſita ſunt, ut vel verbum addere ſupervacuum videretur. Quare omiſſa illa rerum vulgarium congerie, id tantum obſervo, male hic a Briſſonio explicatum eſſe adorationis ritum. Pro regula enim ſumit, quæ ad exceptionem pertinent, & principes Romanos procumbendo, more Perſarum, adoratos tradit, quum non aliter adorentur, quam ut admiſſi ad id officium ſubmoto capite, & admota ori manu, quod proprie adorare eſt,) oſculum in perſonam, vel imaginem eorum jacerent, vel purpuram oblatam oſcularentur, ceu fuſius eum ritum deſcribunt Ammian. Marcellin. *lib. XV. c. 5. p. 64.* & Salmaſ. *ad Script. Hiſt. Aug. p. p. 440.* Ab hoc ritu diſceſſere tantum quidem mali principes, qui non contenti illa civiliori adoratione, vel προσκυνησει vel manuum, genuum, pedumque oſcula imperarunt civibus, veluti Eliogabalus, Lamprid. *in Alexandro cap. 18.* Zenobia Palmyrena Trebell. Pollio *in triginta tyrann. cap. 30.* Maximinus junior, Jul. Capitolin. *in Maximin. cap. 2.* Diocletianus, Eutrop. *lib. 9. c. 16.* Aurel. Vict. *in Diocletian. cap. 59.* Zonar. *Annal. Tom. II. p. 244.* Nec mirum eſt, aliquid ſubinde novi moris acceſſiſſe in aula Conſtantinopolitana, quod in Juſtiniano imprimis juſto acrius inſectatur Procopius. *Hein.*

ADORNARE opus *l. ult. §. ult. D. de operib. publ.*

ADPARATIO, ADPARATUS, ADPARERE, ADPARITOR, ADPELLATIO. Vide infra ſub APP.....

ADPELLERE, perfectum præteritum formet *adpuli*. At apud Ulpianum tamen *l. 1. §. 28. D. de aqua quotid. & æſtiv.* Marcellus habet adpulſerit; Marcellus autem ait, ſi quis jus habens pecoris adpellendi, plura pecora adpulſerit. Cujus formæ exemplum ex alio idoneo auctore adhuc non adlatum eſt quamvis eam tamquam ſingularem, & antiquam notaverint Briſſon. in *parerg. n. 30.* Voſſ. *Analog. III. 28.* & auctor libelli de Latinit. vet. Juriſconſ. apud Ducker. *p. 368.* HEIN.

Adpellere proprie navigia dicuntur ad littus, ripam, portum *l. 3. D. de rer. diviſ. l. 1. C. de nautic. fœnor.* Sed & pecora ad aquam ADPELLIMUS *l. 4. D. de ſerv. ruſt. præd. l. 1. §. 2. D. de font. l. 1. §. 18. D. de aqua quotid.* vel Adpellere pecus abſolute dicimur *l. 2. D. de riv.* Unde Adpellendi ſervitus pro pecoris ad aquam adpulſu *l. 6. §. ult. D. de ſervit. ruſt. præd.*

ADPENDERE, & ADPENDI dicuntur res, quæ pondere conſtant *l. 35. §. 5. D. de contr. emt.* Hinc Adpendere merces *l. 18. §. 12. D. de dol.* Olim præcipue pecunia Adpendi ſolebat. Hinc Adpendere pro numerare frequentiſſimum fuit apud Hebræos, & Chaldæos. Quod nondum ad eam ακμην perducta erat monetandi ars, ut omnium ejuſdem generis nummorum eadem eſſet quantitas Cornut. *Schol. ad Perſ. Sat. II. v. 29.* Vid. Geneſ. *cap. 23. v. 16.* Jerem. *cap. 32. v. 9.* Jeſ. *cap. 46. v. 6. I. Reg. cap. 20. v. 39.* Et Romæ diutiſſime obtinuit, ut in emancipationibus adhiberetur *libripens* Plin. *hiſt. nat. 33. 3.* Demſter. *ad Roſin. Antiq. Rom. 7. 31.* cujus antiqui ritus exſtant veſtigia *in l. 34. & l. 52. §. 15. de jur. dot.* ejuſque origi-

rigiuis sunt, pendere pœnam, compensare, pensio. expensum ferre, & similia. *Hein.*

Adpendere, secunda conjugatione, dicitur jus, quod in pendente est *l. ult.* §. *ult. D. de SC. Tertul.*

ADPENDIX institutionis pro substituto *l.* 35. *pr. D. de adquir. & omitt. hered.*

ADPETERE, & ADPLAUSUS. Vide infra APP...

ADPETERE *ad aliquem* inusitate dixit Pompon. *l.* 2. §. 42. *D. de O. J.* Alioquin per se eorum scripta non talia existant, ut ea AD *omnes* ADPETANT, Sed quum & sine exemplo, & contra analogiam sit loquutio *Hoc ad me* ADPETIT. pro *hoc ego* ADPETO, nemo dubitaverit, quin mendosus sit locus, idoneum habiturus sensum, si præpositionem Ad extriveris. Ita Hein. ex Bynkersh *prætermiss. ad d. l.* 2. *p.* 72.

ADPETITÆ majestatis crimen *l.* 1. *C. Th. ne præter. crim. majest.*

ADPETITIO & ADPETITUS. Nec enim patimur alienam innocentiam, securitatemque sine crimine damnabili adpetitione terreri *l.* 1. *C. Theod. de calumniat.* Ut ad incusantium jurgia facilis adpetitu sit vita privata *l.* 6. *C. Theod. de numerar.*

ADPLICARE, ADPLICATIO, ADPLICITUS, Vid. APP. ...

ADPLUMBARE est plumbo divisas materias jungere. Hinc adplumbatum dicitur, quod plumbo vinctum, & alio junctum, connexumque est *l.* 15. §. 5. *D. de R. V. l.* 17. §. 8. *D. de act. ent.* ADPLUMBATA, & adfixa *in l.* 2. *de sepulchro viol.* ubi de statua adplumbata. Plumbo nimirum liquefacto statuas figebant Romani, in primis simulacra Deorum, ne fugerent Arnob. *lib.* 6. interque omnes sinus, ait, commissurarumque juncturas plumbum ire suffusum, & salutares moras signorum diuturnitatibus commodare, Prudent. *adv. Symmach.* l. v. 231. suffusa figunt vestigia plumbo: ubi adde, quæ notavit Jo. Vveitz. *in not. p.* 734. HEIN. Contrarium huic verbum replumbatum legitur in *l.* 19. §. 3. *l.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

ADPLUMBATURA est, quæ duæ ejusdem, vel diversi generis res per dissimilem materiam, aut non per se invicem, sed per quodam interveniens coagmentantur, vel conjunguntur, ut si vasi figulino ansa, & operculum argenteum, item si plumbo, glutine, clavo, vel simili modo brachium statuæ, navi tabula, asser asseri jungatur. Adplumbatura, & ferruminatio sic differunt, quod hæc per eamdem materiam facit confusionem, illa non idem efficit, sed conjungit, & connectit tantum, ait Paull. *in l.* 2. 3. §. 4. *D. de rei vindicat.*

ADPONERE, & ADPREHENDERE, ADPROBARE, vide APP....

ADPOTÆ *fistulæ* in *l.* 2. *C. Theod. de aquæduct.* sunt ad potandum admotæ. Nisi fortasse in ipsa lege scribi debeat *admotis*, ut cuidam in mentem veniebat. Ita hac lege nonnullorum aviditas utebatur majoribus fistulis, quam ex largitate imperiali licebat.

ADPROMITTERE. Eo verbo Cicero in *or. pro Rosc. c.* 9. & passim usus est. Unde Adpromissores, qui pro alio fidem suam obstringunt, seque obligant *l.* 5. §. 2. *D. de V. O. l.* 64. §. 4. *D. solut. Matrim. l.* 43. *D. de solut.* quasi insuper, & præter alium promittentes. Festum Adpromissorem definit, qui, quod *quis* suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit. At an ferenda si hæc Festi definitio, dubitat Heineccius. Num adpromissor, non id promittit pro altero, quod suo nomine promisit, sed quod alter suo nomine promisit, id & ipse pro altero promittit. Legendum ita suadet: qui quod *quis* suo nomine promisit, idem pro altero quoque promittit. Ex iis autem locis liquido constat, Adpromissorem cum fidejussore convenire. Quin, observante Hottomano, Cicero eum, qui pro alio se obligat, qui & ipse fidejussor est *in l.* §. 8. *D. de O. & A.* nusquam fidejussoris, sed sponsoris potius, vel Adpromissoris nomine designat. Differentias autem, quas inter Adpromissorem, & fidejussorem Gœddæus notat ad *l.* 150. *D. de V. S.* non de Adpromissore in genere tenendas voluit, ceu visum est Calvino, sed de Adpromissore, quem vocat indemnitatis, eo scil. qui dum idem promittit, quod alter promiserat, non tamen eo animo id agit, ut correus fiat, sed sponsor sit. Et hujusmodi Adpromissorem fidejussorem quidem esse, sed peculiaria quædam, quæ in reliquos fidejussores non cadunt, occurrere ait idem Gœddæus. Nam primo potest sine mandato rei principalis a stipulatore assumi, quod in cæteris secus est. Deinde conditionalis hic potius debitor est, quam pure obligatus; nempe tenetur, si nihil, aut non totum a reo acceptum sit *l.* 116. *D. de V. O. l.* 21. *D. de solut.* & uti potuit beneficio ordinis ex natura conventionis. Tertio Adpromissor indemnitatis a ceteris fidejussoribus in eo differt, quod reliqui fidejussores absolute alieno nomine obligantur, hic vero quasi permixtim: quin etsi alienam obligationem suscipit, eique accedit, suo tamen, ac proprio nomine conditione eveniente obligatur. Denique per litis contestationem fidejussoris reus principalis non liberatur *l.* 15. *l. ult. C. de fidej. l.* 18. §. *fin. de const. pec.* ADPROMISSOR vero indemnitatis; cum suo nomine obstrictus sit, litis contestatione reum etiam invitum quasi per delegationem & novationem liberat in ea parte, qua conditio tum extitit. vel iis suscepta fuerit *l. fin. v. sed etsi cum Seio D. de reb. cred. l.* 2. *C. si mat. indemn. prom. l.* 11. *D. de novat. l.* 21. *l.* 23. *D. de solut.*

ADPULSUS pecoris ad aquam, id est servitus pecus ad aquam adpellendi *l.* 1. §. 1. *D. de servit. præd. rust. l.* 14. §. *ult. D. de alim. & cibar. legat.*

ADQUIESCERE pro quiescere, vel somnum capere *l.* 26. *D. de operib. lib.*

Adquiescere pro consentire, suffragari, concedere *l.* 1.

l. 1. §. 4. D. de contr. & ultim. tut. act. l. 29. §. 1. de minor. l. 23. de excus. Sic Adquiescere instrumento l. 7. C. ad Leg. Cornel. de falsf. judicatis l. 6. C. de excus. tut. officialibus l. 5. C. de jur. fisc. patri l. 21. §. D. solut. matrim. sententiæ l. 5. C. de re judic. statutis l. 1. C. si pend. adpellat l. 1. C. de his, qui per met.

ADQUIRERE dicitur is, cui jus aliquod accedit. Sic Adquirere actionem l. 16. §. 8. D. de liberal. caus. dominium rubr. tit. de A. R. D. dotem l. 7. de pact. possessionem rubr. tit. de A vel O. P. præscriptionem l. 1. C. comm. de usuc. servitutem l. 1. §. 2. D. de V. O. & passim alia. Nota porro phrases. Adquirere in plenum l. 6. med. C. de bon. quæ lib. pleno jure l. 5. 6. de SCo Tertull.

ADRADERE nummos l. un. C. Theod. si quis solid. circa exter. lucid. An Adrodere? Id sane occurrit in l. 2. C. Theod. de ponderat.

ADRESPONSUS. Nov. 25. c. 1. vel divisim AD RESPONSUM l. 7. vers. scrinii aurei ad responsum C. de palat. sacr. largit. alias ἀποκρισιάριος erat, qui negotia sacrarum Ecclesiarum gerebat Nov. Justinian. 6. c. 2. item qui deputatus est a magistro militum, ut quid opus sit a competenti judice, in milites fieri, responsum, i. e. ministerium ei exhibeat Nov. 24. c. 4. & in Edict. 8. Just. & solet deputari a magistro militum eo, sub quo provincia illa est, auctore innominato interprete ad Julian. patric. const. 17. cap. 62. Sed & reliquos magistratus tales, vel ad Responsum, hosque suos adjutores habuisse, ex locis adductis patet.

ADROGARE, ADROGATIO, ET ADROGATOR, vide supra ADOPTIO.

ADSCENDENTES, vide ASCENDENTES.

ADSCISCERE, vel asciscere pro approbare, decernere, ut in LL. XII. Tab. cum senatus populusque asciverit. Adsciscere quasi attrahere, ut adsciscere mortem l. 2. C. qui test. fac. poss. Adsciscere, ait Paul. & Fest. est adjungere, vel adsumere, e. g. Adsciscere socium l. 65. §. 8. D. pro soc. Sed proprium hoc est vocabulum adoptantibus, qui sibi filium, nepotem suum heredem adsciscere dicuntur l. 48. §. ult. D. de adopt.

ADSCRIBERE pro adsignare, veluti fideicommissum servo l. 7. pr. D. de legat. 3. legatum alicui l. 4. de his, quæ pro non scr. servum colono l. 54. §. ult. locat. Porro Adscribere sibi in testamento est sua manu, ejusve, qui in potestate, vel parte est in testamento alieno quid scribere, quasi sibi a testatore attributum tit. D. de his, qui sibi in test. adscribunt, l. 6. pr. l. 11. l. 18. D. ad L. Corn. de fals. l. 1. de his, quæ pro non scr.

ADSCRIBERE, addere in scripto. Sic Adscribitur aliquid codicillis, vel testamento l. 1. §. ult. D. de his quæ in testam. instrumento l. 1. C. de dot. prom. Et Adscribitur conditio l. 78. §. 1. D. de cond. & dem clausula l. 31. D. de rec. arbitr. vel aliud quodvis passim.

Adscribere pro imputare l. 40. §. 4. D. de statu lib. Quo sensu alicui adscribitur damnum l. 21. §. 2. D. de appellat. itemque periculum l. 11. pr. D. ad municipal.

ADSCRIPTI, inquit Festus, dicebantur, qui in colonias nomina dedissent, ut essent coloni: quo sensu adscriptos colonis legimus apud Livium lib. 4. c. 11. Hinc adscriptitii agricolæ dicti sunt certis agris sic attributi, ut iis adhærescerent, quasi possessionum ipsarum pars essent, bonaque omnia dominis prædiorum adquirerent: & simul cum iis alienarentur l. 6. l. 20. l. 22. l. ult. C. de agric. & cens. quorum etiam conditio adscriptitia dicitur l. ult. C. de transact. l. ult. comm. utr. jud. Justinianus Adscriptitium ἐναπόγραφον vocat Novat. 22. c. 17.

ADSCRIPTUM servum pro Adsignato dixit Paullus l. 54. §. ult. D. locat. juncta l. 39. D. de pignor.

ADSECTARI est frequenter sequi, & ad injuriam referri potest, si tacite contra bonos mores id fiat l. 15. §. 22. 23. D. de injur. quo pertinet, quod Festus dicit de adsectata femina ignominiæ causa.

ADSENSUS, seu consensus commodatus l. 20. C. de nupt. l. 11. §. 1. C. de oper. libert. l. 3. C. quom. & quand. jud.

ADSEQUI, seu consequi donatum l. 16. C. de jur. delib. liberam testamenti factionem l. 41. D. de oper. libert.

ADSERERE, seu serere arbores l. 7. §. 3. D. de usufr. vitem propter ridicam, Varro de re rust. 1. 26.

Adserere, seu vindicare se in libertatem l. 11. fin. D. de injuriis, quo sensu simpliciter adserere se dixit Ovid. amor. 3. eleg. 10. Scilicet adserui jam me, fugique catenas. Ita similiter dicitur Adserere se ex libertinitate in ingenuitatem l. 2. §. 1. D. si quis ingen. esse dic. his contrarium est. Adserere in servitutem aliquem, i. e. eum pro servo ex libertate in servitutem vindicare Liv. lib. 3. Sueton. in Tib. c. 2. Veteres in liberali causa. Adserere manu dicebant, quum in libertatem injusta servitute oppressos vindicabant: quæ comicis familiaris est locutio, eaque Plautus in Curcul. Act. 2. scen. 3. Pœnul. Act. 4. scen. ult. & Act. 5. scen. 2. nec non in Persa Act. 1. scen. 3. & Terentius Adelph. Act. 2. scen. 1. usi sunt. Unde autem ducta sit hæc loquendi ratio, non satis liquet. Varro certe lib. 5. de lign. lat. ita explicat: *Conserere manum-dicimur cum hoste; si est jure manu consertum vocare. Hinc adserere manu in libertatem, quum prehendimus.* Hæc ille. Festus vero lib. 1. ADSERERE manu manum admovere interpretatur, quod ea quoque, quæ in terram demittuntur, adseri dicuntur. Idem lib. 15. ex quorumdam sententia sertorem dictum a prehendendo significat, quia, quum is cuiquam adserat manum, ejus ex servitute in libertatem educendi gratia, vocetur adsertor, quum tamen Verrio Flac.

co

to verisimillimum videtetur, a jungendo ita dictum, quod in libertatem eamdem, qua & ipse fruitur, eum petat. Quod ipsi Festo absurdum videtur. Ut ut sit, alienæ libertatis vindicem adsertorem adpellari, certissimum est *l. ult. C. ad adsert. toll.* & apud Paull. *Recept. Sentent. V.* 1 5. Quintilian. Declam. CCCLXXVIII. Martial. *lib.* 2. *epigr.* 1. Sueton. *in Jul. c.* 80. Tertullian. *adverf. Marcion.* 1. *cap.* 25. Donat. *in Terent. Adelph. II.* 1. ADSERERE se hereditati *l.* 1. §. 1. *D. si ingess. dic.* ADSERI caussa *l.* 1. *C. ubi causs.*

ADSERTIO. vide sub voce sequenti.

ADSERTOR adpellatur libertatis, præsertim alienæ, vindex *l. ult. C. de adsert. toll.* Paull. *rec. sent.* 5. 1. 5. Sed & eodem nomine venit etiam, qui a libertate in servitutem vindicat Liv. *d. lib.* 3. *c.* 44. Prioris illius adsertoris caussa erat, quod is, cujus status vocabatur in dubium, videbatur ea de re per se agere non posse, sed per Adsertorem tantum: ne alioquin videretur servus egisse in dominum. Et ita a procuratore differebat Adsertor, ut hic suo, ille domini periculo litigaret, & satis præstaret judicio sisti, & res salvas fore, quas tenet is, qui servus dicitur *l.* 1. *&* 2. *Cod. Theod. de lib. caus.* ubi plur. Gothofr. & Jac. Cuj. *parat. Cod. lib.* 7. *tit.* 27. Et si defecerat in caussa, tenebatur pœnali actione *l.* 2. *C. de adsert. toll.* quæ omnia cessant in procuratore, Gothof. *ad l.* 1. *in pr. d. t.* Adsertionis hujus, & adsertorem habendi necessitatis sublatæ caussas vide in *d. tit. C. de adsert. toll.* Quum porro petitio in servitutem iterari non posset *l.* 4. *l.* 27. *C. de liberal causs.* ADSERTIO tamen in libertatem iterabatur bis, terque *l.* 1. *C. de adsert. toll.* Cic. *pro domo c.* 29. Hinc ADSERTIONIS *secundæ* meminit Quinctilian. *Inst. V.* 2. *tertiæ* Imp. in *d. l.* 1. *pr. C. de adsert. toll.* Sunt qui & quartam, vel quintam caussam repeti potuisse, putant cum scholiasta *Basil.* lib. XXVIII. *tit.* 21. & Martial. *Epigr. l.* 53. Sed rem illam non satis planam esse, docuit Noordkerk *de Lege Petron. cap.* 2. *p.* 46. 47. *& p.* 56. *& seq.* Quum vero difficillimum esset, reperire adsertorem, qui alium suo periculo liberali caussa manu adserere vellet, illas ambages sustulit Justinianus *l.* 1. *l.* 2. *C. de adsert. toll.* & facultatem dedit hominibus ad libertatem provocantibus sive per se, sive procuratorem caussam agendi. Et hæc ipsa est ratio rubricæ Codicis *de adsertione toll.* HEIN.

ADSERTA caussa, id est probata in *l.* 2. *C. Theod. de dilation.*

ADSERTORIÆ lites, de quibus modo *l. ult. C. d. t.*

ADSESSORES dicuntur, qui adsident judici, seu a magistratu vel præside in consilium adhibentur *l.* 1. *l. ult. D. de off. adsess.* non ut judicent, sed ut approbaturi judicis sententiam, quomodo Salvator noster discipulis dicit *Sedebitis & vos super duodecim sedes, judicantes duodecim tribus Israel*: vide & Jul. Firmic. *Mathem.* 2. *c.* 5. Qui adsessores & consiliarii dicuntur *in l. pen. D. d. t.* & juris peritos, seu juris studiosos esse oportebat *d. l.* 1. *eod.* quia si magistratus eorum consilio quid iniqui statuerant, non ipsi, sed adsessores tenebantur *l.* 2. *D. quod quisq. jur.*

ADSESSORIA libri erant de iis rebus scripti, quos agi videtur Jurisconsulti, cum adsessores essent; cujusmodi libros a Puteolano scriptos citat Ulpian. *l.* 12. *D. de pact.* Sabinum etiam in adsessorio laudat idem in *l.* 5. §. 8. *de injur.* Vid. Petr. Perrenon. *Animadv.* II. 11. & Ev. Otto in *Papinian. c.* 12. *p.* 236. & *c.* 14. *p.* 324.

ADSESSURA, adsessoris munus, & functio *l. ult. D. de proxen.*

ADSIDERE, officio adsessoris fungi *l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *D. de off. ads.* & passim.

ADSIDUE, frequenter. Sic adsidue solere *l.* 5. *D. de inoff. test. adsidue* ex urbe proficisci *l.* 13. §. 1. *de ann. leg.*

ADSIDUUS, frequens, continuus, quotidianus. Sic adsiduæ aditiones *l.* 12. *pr. C. qui pot. in pign.* ADSIDUA est duplæ stipulatio *l.* 31. §. 20. *de ædil. edict.* paulatim hoc conversum in adsiduam jurisdictionem §. 1. *Inst. de fideic. her.* Quod verbum, etsi scribatur quoque assiduus, tamen ab adsidere, ut a residere residuus est. Vid. Fabr. Thes. erud. schol. ab eo utique diversum est grammatice, & significatu verbum aliud assiduus *in* XII. Tab. de quo infra, verb. assiduus.

Adsidua jurisdictio in §. 1. *Inst. de fideicomm. hered.* pro perpetua extraordinariæ opposita. Vid. infra Jurisdictio.

Adsiduus nomen proprium. *D.* Trajanus Adsiduo Severo rescripsit *l.* 5. *pr. de pœn.*

ADSIGNARE, attribuere, dare, reddere. Ita adsignari dicuntur agri modus *l.* 5. *pr. D. si mens. fals. mod.* ingenuitas *l.* 8. *C. de ingen. manumitt.* insula relegato, vel deportato *l.* 1. §. 3. *D. de offic. præf. urb. l.* 7. *pr. D. de interd. & releg.* jus *l.* 1. §. *ult. D. de aqu. quotid. & æst.* locus vicinus *l.* 7. *D. fin. regund.* nomen, vel nomina communium debitorum separatim, diversa singulis in solidum *l. ult. D. de distract. pign.* numerus per singula genera ferarum *l.* 62. §. 1. *D. de usufr.* opus *l.* 1. §. *ult. D. de pollicit.* pars *l.* 22. §. 1. *D. famil. hercisc.* parentes *l.* 22. *C. de liberal. causs.* possessio *l.* 3. *C. ne uxor pro marit.* prædia *l.* 39. §. 5. *D. famil. hercisc.* servi *l.* 32. *D. de pign.* unciæ *l.* 87. *D. de hered. instit.*

Adsignare libertum est, testificari, cujus ex liberis libertum eum esse, pater velit *l.* 107. *D. de verb. signif.* Hinc adsignator, & adsignatio liberti *d. l.* 3. *l.* 22. §. 8. *D. de adsign. lib.* Ex SCo Ruffino Claudianis temporibus facto patronus inter plures liberos potestati ipsius subjectos, hodie etiam emancipatos, potest libertos quasi dividere, & uni liberorum plures, vel omnes, vel pauciores, quam ceteris adsignare *l.* 1. *D. de adsignat. libert.* qua adsignatione & bona liberti,

non

non directo quidem, sed per consequentiam una cum liberto ad eum, uti is adsignatus erat, transibant. Patronus autem non adsignabat libertos nisi liberis suis, & his non nisi in potestate ipsius patroni constitutis (hodie etiam emancipatis) & nonnisi ex justis nuptiis procreatis, aut certe inde nascituris, non etiam adoptivis. Adsignatio autem ista fiebat quocumque modo, ut nulla sollemnitate verborum, aut voluntatis declarandæ opus esset. Sed & quocumque actu alio, quam testamentario fieri poterat: ergo & sine testamento inter vivos, & in testamento aliisque ultimis voluntatibus, sæpius tamen in testamento, vel codicillis, rarius inter vivos per epistolam, vel nuncium. Adsignatio vero ista peculiari jure fit, ut ita nec legatum proprie, nec fideicommissum, nec donatio, nec commodatum, sed peculiaris quædam exercendæ liberalitatis paternæ ratio videri possit *l.* 1. *l.* 3. *l.* 6. *l.* 7. *l.* 8. *l.* 10. *l. ult. D. de adsign. libert.*

Ager quoque speciatim dicebatur adsignari militibus *l.* 15. §. 2. *D. de rei vindic.* de quo Vid. infra art. ager.

Adsignare, una cum aliis signare, vel subscribere. Sic adsignare instrumento *l.* 20. *D. de auct. & consens. tut. & cur.* subscribente, & adsignante domino *l.* 226. §. 2. *D. de verb. oblig.* Et ita adsignare accipe in *l.* 92. *pr. D. de legat.* 1. *l. un. C. de solut. & liberat.* ADSIGNATÆ *res*, id est annulo obsignatæ. Sic in prisco lapide apud Gruter. *Inscript. p.* 1081. Huic donationi monumenti, sicut scriptum est, consensi, subscripsi, & adsignavi. Ve. Glossarium Επισφραγίζω, ADSIGNO Pers. *Sat.* v. *v.* 81. *Adsigna Marce tabellas*, ubi Cornutus: Adsigna id est, sigilla. Conf. Frid. Brummer. *Comment. ad leg. Cinc. c.* 14. ubi totam hanc inscriptionem a *p.* 209. edit. Paris. erudite illustrat.

ADSIMULARE, aliquantulum sonantius, ac simulare. Adsimulare donationem *l.* 23. §. 2. *C. mand.* dolosa adsimulatio *l.* 24. *D. de neg. gest.* ADSIMULATA provincialium tutela *l. un. C. Theod. de Irenarch.* Qui se Deo plenos adsimulant Paull. 5. *sentent.* 21.

Adsimulare, pro insimulare, accusare. Ex longinquo si quis acciendus, non prius adsimulanti accommodetur adsensui, quam solemni se vinxerit *l.* 3. *C. Th. de exhib. reis*. Adsimulatitius. Insignibus Consularium adsimulatitiis *l.* 5. *C. Theod. de honor. codic.*

ADSISTERE idem, quod Cic. adesse, patrocinari, advocatum esse *l.* 54. *D. de R. V. l.* 1. *C. ut causs. post. pub.* Plin. *Epist.* 10. 85. Porro & Curator adsistere dicitur virgini injurias suas persequenti *l.* 7. *D. ad leg. Jul. de adult.* Vid. Apul. *Apolog. p.* 174.

Adsistere etiam dicitur pro confirmare. Sic veritas allegationi, vel precibus adsistere dicitur *l.* 1. *C. si adv. dot. l.* 5. *C. si quis alteri, vel sibi.*

ADSOLET, pro solet, ut adsolet fieri *l.* 12. *D. ad SC. Turpill.* ut plerumque adsolet *l.* 14. *de inoff. test.* & passim. Vid. Phil. Pareï *Lexic. Critic. p.* 45.

ADSPECTUS. v. ASPECTUS.

ADSPERGO, vel adspargo. ADSPERNARI, & adspernanter. v. inf. ASP.

ADSPERSUS macula *l.* 9. *C. de lib. caus.* infamia Cic. *pro M. Cœl.* 10. Qui istius facti non modo suspicione, sed ne infamia quidem est adspersus. *Hein.*

ADSPIRARE ad fideicommissi petitionem *l.* 11. *C. de fidic.* ad honores *l.* 7. §. *ult. D. de interd. & releg.* vel ad alia quævis, ut *in l.* 6. *C. de leg. Cornel. de fals. l.* 2. §. 9. *de postul. rubr. C. de lib.* 5. *tit.* 7. *l.* 3. *C. de legit. hered.* §. 13. *Inst. de excus. tut. vel. cur.*

ADSTIPULARI dicitur stipulanti stipulari, ut si petenti sibi decem a Mævio, ego eadem stipulor tibi dari: in quo quia mens est utriusque nostrum eadem, & idem quod tu, tibi cupio, & volo, ideo factum est, ut adstipulari dicatur pro adsentiri ita, ut aliorum sententiæ suffragia veluti corrogentur ad alios in eandem sententiam rationibus, & argumentis adducendos. Quo sensu dixisse videtur Cic. *quæst. acad.* 4. 21. *Stoicorum adstipulator Antiochus*.

ADSTRICTIOR quæstio *l. un. C. Theod. ad leg. Jul. majest.* vel ctuenta, ut Ammian. *lib.* 28. *c.* 1.

ADSTRINGERE, obligare ad quid, cogere, vel adigere. Ut adstringere fidem *l.* 21. §. 6. *D. ad municipal.* se hereditariis actionibus *l.* 53. *D. ad SC. Trebell.* necessitate *l.* 15. *C. de contrah. empt.* ADSTRINGENDÆ obligationis caussa *l.* 99. *D. de V. O.* ADSTRINGI fideicommisso *l.* 77. §. 3. *de legat.* 2. muneribus *l. ult.* §. 10. *D. de mun. & bon.* periculo *l.* 40. *de adm. & peric. tut.* precibus *l.* 55. §. 2. *ad SC. Threbel.*

ADSTRUERE quid falso in *l.* 20. *C. de testam.* id est subjicere, adseverare. ADSTRUERE veritatem in *l.* 24. *C. de probat.* id est probare.

ADSUMERE arbitrum *l.* 7. §. 5. *D. de recept. arb.* aliquem in collegium *l* 5. §. 12. D. de jur. immun. in consilium *l.* 30. *pr. D. de excus. tut.* id est adsciscere.

Adsumere temeritatem *l.* 1. *C. Theod. de patrocin. vicor.*

Adsumere possessionem, id est adprehendere *l.* 41 *pr. D. de hered. pet.*

Adsumere pro intelligere. Eas calendas adsumemus *l.* 41. *pr. D. de verb. oblig.*

Adsumere quæstionem, id est, crimen animo in *l.* 6. *C. Theod. de bonis proscript.* ubi: *Excepta sola majestatis quæstione, quam si quis sacrilego animo adsumi, juste pœnam ad suos etiam posteres mittit.*

ADSUMPTIO pro demonstratione in *l.* 48. §. 3. *D. de hered. inst.* Et hanc quidem Marciani loquutionem ex ipso Cicerone defendit Duker. *de latin. ver. jurisconsultor. p.* 354. Nam & *ille de orat.* 2. 39. *& Topic. c.* 2. quæcumque a circumstantiis extra rem petuntur argumenta, foris adsumi dicit.

Sed & quod quis jactat, id est, quod falso sibi adrogat, id adsumtionis nomine venit, & ita intelligenda adsumptio originis in *l.* 6. *pr. D. ad municipal.* Verbo adsumere ita sæpe utuntur veteres Cic. *de Nat. D.* 3. 36. *si quidpiam nacti sumus fortuiti boni, aut depulimus mali*,

mali, tum nihil nostræ laudi adsumtum arbitramur. Hein.

ADSUMTUS, fine exemplo, pro perfectus, & consummatus. Ita sane ADSUMTO *actu* pro consummato, & perfecto occurrit in *l.* 225. *D. de verb. signif.* Hæc quidem Brissonius. Vereor tamen, ut hic actus adsumtus intelligatur consummatus; videtur magis *inceptus* actus intelligendus, ceu ex verborum *d. l.* contextu adparet, ubi *errorem non secundum propositionem solam, sed cum aliquo actu intelligi constare* ait Tryphonius. Vid. paulo supra ADSUMERE *quæstionem.*

ADTACTUS, US. SCto cavetur, ne usus sepulcrorum permutationibus polluatur, id est, ne sepulcrum aliæ (alius) conversationis usum accipiat. Paull. *rec. sent. lib.* 1. *tit.* 21. §. 12. eandem sententiam ita exponit: Adtactu conversationis humanæ piaculum admitti.

ADTAMINARE servum christianum judaicis sacramentis *l.* 5. *C. Th. de contrah. empt.* Capitolin. *in Gordiam. c.* 27. ut nihil, quod ad eorum fortunas pertinet, adtaminaret. Victor. *de Cæsar c.* 16. *Quæ imprudentiam regendæ conjugis adtaminavit.* Ambros. *de vestit. virgin. Semel mundo mortuæ, ne quæso attigeris, ne adtaminaveris, quæ sunt istius sæculi:* Augustin. *de civitat. Dei lib.* 12. *Rabidus canis facit hominem, quem forte adtaminaverit, contagione pestifera rabiosum.* Glos. Isidori. Attaminat, inquinat. Gl. Attaminatus, χειρωθεὶς. Rem inadtaminatam dixit Tertullian. *de coron. mil.*

ADTEMPERIES *l.* 2. *C. Theod. de custod. reor.*

ADTENTARE, vel, uti sæpe Florentiæ legitur, adtemptare, est insidias struere, præter jus & fas aliquid moliri. Sic attentare annonam *l.* 6. *pr. D. de extraord. crim.* honorem, ornamentaque *l.* 15. §. 39. *D. de injur.* pudicitiam *l.* 15. §. 20. *D. eod. tit.* Hinc adtemptatio, ilicium, sollicitatio *l.* 5. *C. Theod. de locat. fund. jur. emphyt. l.* 26. *C. Theod. de Episcop.*

ADTERERE *l.* 10. *pr. D. de jur. dot. l.* 9. §. 3. *D.* Ususfr. quemadm. cav. ubi adtrivit vestimenta, & adtricta vestis. Metaphorice *ad riti* negotiationibus dicuntur, qui, dum negotiantur, pro lucro damnum inveniunt *l.* 10. *D. qui, & a quib. manum.*

ADTINERI matriculis *l.* 11. *C. Th. de re milit.*

ADTINGERE bona *l.* 1. §. *fin. D. de separat.* hereditatem *l.* 25. §. 12. *D. de hered. pet.* id est, adire, se immiscere.

ADTRIBUERE. ADTRIBUI imprimis dicuntur nomina, quæ, quia exactio, & solutio partium non minima incommoda habet, uni ex coheredibus adsignantur *l.* 3. *D. famil. hercisc.* Hinc ADTRIBUTIO nominum apud. Cicer. ad Attic. *lib.* 16. *Epist.* 3.

ADVENA, ait Pomponius in *l.* 239. §. 4. *D. de verb. signif.* est is, quem Græci ἀποικον adpellant. Anselmus Cannariensis *in c.* 2. *epist. ad Ephes.* Advenæ dicuntur, qui, quum non sint indigenæ, morantur tamen in loco, ubi non sunt indigenæ.

ADVENIRE magistratui successor dicitur in *l.* 17. *D. de offic. præsid.*

ADVENTITIUS, A, UM, quod obvenit. Sic ADVENTITIA necessitatis sarcina *l.* 5. *C. de sacros. Eccl.* ADVENTITIA pondera pro supervenientibus oneribus *l.* 1. *vers. si vero vel. socer C. de impon. lucrat. descript.* ADVENTITIA PECULIA apud Cicer. *lib.* 2. *c.* 21. *de invent.* ADVENTITIÆ species *l. un. C. Th. de saccarr.* ADVENTITIUM in specie dicitur, quod filio familias extrinsecus, non per patrem obvenit *l.* 28. *D. de reb. auct. jud. possid.* Eodem sensu Adventitium jus *l.* 16. *D. de castrens. pecul.* lucrum *l.* 41. *D. de reg. jur.* peculium. Vide *peculium.* ADVENTITIA Dos, vide art. Dos.

ADVERSA fortuna *l.* 8. *D. de pollicit.* medicamenta *l.* 3. *D. de extraord. crim.* pars, quæ nobiscum litigat *l.* 1. *C. si adv. dot.* tempestas *l.* 6. *D. de leg. Rhod.* valetudo *l.* 17. *D. qui test. fac.* voluntas testatoris, id est contraria *l.* 6. §. 2. *D. de pecul. leg.*

ADVERSARI, repugnare, refragari in *l.* 6. §. 4. *D. de pecul. leg.*

ADVERSARIA valetudo pro adversa in *l.* 23. *D. mund.*

ADVERSARIUS *l.* 1. *pr. D. de fer.* est, quocum nobis lis est.

ADVERSUS casus *l.* 1. *D. ex quib. caus. maj.* eventus *l.* 3. §. 7. *D. de contrar. tut. act.*

ADVERSUS pro contra *l.* 102. *D. de reg. jur. & passim.* Alias idem est ac *erga*, ut Festus notat *lib.* 1. imo & Priscian. *lib.* 14. *pr.* 157. Et ita accipitur in *l.* 4. *D. de suis & legit. hered. l.* 3. §. 1. *D. de adpell. l.* 5. *D. de usucap.* Sic & apud Liv. *lib.* 5. 37. *Adversus Romanos nullum eis jus societatis, amicitiæve erat.*

ADVERSUS aliquando etiam est *secundum, juxta.* Sic apud Ulp. *fragm.* 20. 14. Adversus leges civitatis suæ testari, idem esse, ac secundum leges, docuit Cujacius, cujus interpretationem exagitatam licet a Jo. Roberto *recept. lect. lib.* 2. *c.* 32. tuentur Jan. a Costa *ad pr. Inst. de testam. ord.* & Ant. Schulting. *jurispr. vet. Antej. p.* 631. *& p.* 671. Idem Ulp. *tit.* 28. §. 1. bonorum possessionem adversus tabulas dicit, quæ in jure nostro secundum tabulas adpellatur. *Hein.*

ADVIVERE *l.* 28. §. 5. *D. de libert. leg. l.* 30. *pr. de adim. leg.* Cum quo ad vixit sine querela, Gruter. *Inscr. p.* 1145. 8. & advivente eo *p.* 1115. 8. Vid. & *l.* 1. *C. Theod. de legit. hered.* & ibi Jacob. Gothofred. *in not.*

ADULTER est, qui alienam matremfamilias corrumpit *l.* 225. *D. de verb. signif.* Hinc metaphorice ADULTER *monetæ*, qui illam corrumpit *l.* 4. *C. de Episc. aud.* Nequam & adulter nummus ad Apulei. *de asin. aur. lib.* 10. *p.* 243. ADULTER solidorum *l.* 2. *C. de fals. mon.* Vide adulterium.

ADULTERARE omne omnino, quod sincerum est, corrumpere significat. Itaque non tantum mulierem, sed & rationes, & monetam adulterare, in jure legimus *l.* 5. *D. ad leg. Pomp. de parricid. l.* 1. *D. de*

serv.

serv. corrupt. Paul. *sent.* 5. 25. 1. *l.* 16. §. 9. *D. de parricid.*

ADULTERATOR monetæ *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.*

ADULTERINA scientia dicitur falsa, ut in *proem. D.* §. *discipuli*, & adulterina moneta *l.* 1. *C. de fals. men.* clavis apud Sallust. Jugurth. c. 12. Adulterinæ litteræ apud Apulei *lib.* 4. *de asin. aur.* ADULTERINA signa vocat Fest. *lib.* 1. quæ sunt alienis annulis facta, signum quoque adulterinum dicitur, quo ipse annulus dici potest adulterinus, ut in *l.* 30. *pr. D. ad leg. Corn. de fals.* ubi Modestinus ait; *Qui signum adulterinum fecerit, sculpserit.* Adulterinæ staterae *l.* 6. §. 1. *D. de extraord. crim.* ADULTERINUM testamentum *l.* 6. *pr. D. ad leg. Corn. de fals.*

ADULTERIUM, & stuprum promiscue sumuntur in Lege Julia de adulteriis *l.* 101. *D. de verb. signif. l.* 6. §. 1. *l.* 34. *D. ad leg. Jul. de adult.* Atque ita adulterium etiam virginis, ac viduæ corruptio dicitur *in c. nemo* 4. *caus.* 42. *quæst.* 4. Alias adulterium a stupro ita differt, ut hoc in virginem, vel viduam, illud vero in nuptam committatur. Ac proinde ex mente Juris civilis intelligitur adulterium uxoris, sponsæve alienæ corruptio. Etenim ex femina æstimatur, non ex mare. Mas solutus cum alterius uxore rem habens, adulter est: & contra, mas uxoratus cum femina soluta rem habens, adulterium non committit, nec ut adulter punitur, ille vero punitur. At Theologis ex Matth. *c.* 5. *v.* 27. *& c.* 19. *v.* 9. sicut & canonistis, mas uxoratus etiam cum soluta femina rem habens adulterium committit, quia & hic conjugalis fides, & unitas duorum in carne una perfide violatur: quæ adulterio substantialia ipsis videntur, & sufficientia.

Ut apud veteres latinos adulterium, & stuprum promiscue sumi modo dictum est, similiter Græci modo promiscue vocabula φθορα, & μοιχεια, veluti Dionys. Halicarn. *lib.* 2. *Antiqu. Rom. p.* 96. Antholog. Græc. *p.* 621. modo & ita discernuntur, ut φθορα sit innuptarum corruptio, μοιχεια adulterium in specie sic dictum, Philemon. *p.* 379. *edit. Henr. Stephani in Comic. Græc. sentent.* Δει γαρ τον ανδρα χρησιμον πεφυκεναι. Μηδ᾽ ἁρπαγας φθειροντα και μοιχωμενον: *Vir namque frugi temperare sic sibi debet, alienus ut sit haud tantum modo ab adulterio, & ab inferendo virgini stupro.* Joseph. *lib.* 2. *contra Appion. c.* 38. Επι μοιχειας μεν ζημιας χρηματων, επι φθορας δε γαμους νομοθετησαντες: *In adulterio mulctam pecuniariam, in corruptela connubium sanxerunt.* Vid. Duker *de Latin. vet. ICtorum p.* 122. *seq.* & Jo. Gutl. Hoffman. *de Leg. Jul. de adulter.* de quo etiam infra art. JULIA lex.

ADULTUS idem aliquando ac adolescens, ut in *l.* 43. §. 3. *D. de procur.* & passim. Sic Adultus factus pupillus dicitur *l. ult.* §. *ult. D. ut in possess. legat. causs.* & adulti curator *l.* 27. *D. de adpell.* ADULTA mulier *l.* 60. *D. de jur. dot.* virgo *l.* 7. *C. ad leg. Jul. de adulter.* uxor *l.* 36. *D. de rit. nupt.* Vetus Glossar. Pupillus est nondum quatuordecim annos habens, pupillus vero nondum duodecim annos habens; Adultus quis dicitur ab hac ætate usque ad vicesimum quintum annum. Minor generaliter dicitur omnis, qui nondum hanc complevit ætatem. Aliud Glossar. Adultus dicitur ab ætate quatuordecim annorum usque vicesimum quintum annum. Eaque est adulta ætas *l.* 15. *C. de excus. tut. l.* 22. *C. de pact. l.* 6. *C. ad Leg. Corn. de sicar.* & apud Hirt. *de bello Alexandr. c.* 24. & Cic. in *Verrin. V. c.* 68. Add. *l. ult.* §. *ult. D. de adpellat.*

Αδυνατος, impossibilis Ulp. *l.* 140. §. 1. *D. de legat. l.* 20. *pr. D. de cond. inst.*

ADVOCATI olim dicebantur, quicumque amico præsentiam suam commodabant, sive extra judicium, veluti ut testes essent, ut ex Varrone *de re rust.* 2. 5. vel ut eorum præsidio tutus esset ab adversarii injuriis, ut ex Cic. *pro Cæcina c.* 8. Liv. *lib.* 2. *c.* 25. *& lib.* 3. *c.* 47. Tertullian. *de idolatr. c.* 23. adparet, & ita Advocatos. *Jam pene nocturnos* intellige apud Petron. *satyric. c.* 15. sive in judicio; Quemadmodum Ulpianus in *l.* 1. §. 11. *D. de extraord. cognit.* ADVOCATOS accipiendos ait omnes omnino, qui agendis caussis quoquo studio operantur, quique advocationem præbere dicuntur. Olim tamen inter advocatum, patronum, procuratorem, & cognitorem erat specifica differentia, quod ex his Asconii *in Q. Cæcil. divinat. c.* 4. optime conficitur: *Qui defendit alterum in judicio, aut Patronus dicitur, si orator est, aut advocatus, si aut jus suggerit, aut præsentiam suam commodat amico, aut procurator, si negotium suscipit, aut cognitor, si præsentis caussam novit, & sic tuetur, ut suam.* Ita quidem Asconius. Advocatus autem ab *advocando*. Scilicet ambulant ICti olim Romæ transverso foro, atque sic omnibus copiam sui faciebant. Si quis alterum in jus vocaverat, aut ad judicem secum duxerat invitum, advocabantur ICti plerumque, qui caussam, ipsi litigantes nollent, aut non possent, proponerent, defenderent, aut eis succurrerent. Vid. Cic. *orat.* 3. *c.* 35. Vvurtfell. *Jurispr. defin.* §. 144. *in not.*

Ab eo, qui caussas privatorum defendit, differt advocatus publicus, qualis est ADVOCATUS *fisci*, de quo *l.* 3. *D. de his, quæ in test. delent. l.* 3. §. 9. *l.* 7. *D. de jur. fisc. & tit. C. de adv. fisc.* Eum primus instituerat Hadrianus, teste Spartiano *Hadr. c.* 60. Quale vero, & quam splendidum hoc fuerit officium, ostendit Ev. Otto *in Papinian. c.* 14. *p.* 310. *seq.* Interveniebat autem pro fisco in aula apud Comitem thesaurorum sacrarum largitionum, in provincia apud Procuratorem Cæsaris, & in urbe apud Præfectum ærarii. Vide Cujac. & Gothofr. *ad l.* 4. *C. de advoc. fisc.*

ADVOCATIO munus, & opera Advocati: Advocationem instruere *l.* 1. §. 1. *D. de Leg. Corn. de fals.* petere, & postulare *l.* 23. §. 4. *D. ex quib. caus. maj.* & apud Cic. *ad famil. lib.* 7. *epist.* 11. Dati autem Advocati,

cati, vel patroni dicebantur advocationem præbere *l. ult. pr. D. de inoffi. test.* præstare *l. 6. §. 1. D. de postul.* suscipere *l. 9. §. 5. D. de off. proconf.* Porro advocatione *interdicere* est alicui hujus muneris explicandi facultatem negare *l. 1. §. 12. D. de offic. præf. urb.* & passim. Quam pœnam Epicteto caussidico irrogatam, quod incauto sermone virum omnibus probatum perstrinxisset, Symmach. *l. 5. Epist. 19.* & *lib. 9. Epist. 28.* refert, eumque illic *togæ forensis honore privatum, hic carere foro, & inconsultæ linguæ pretium tulisse* ait. Præterea advocatio dicitur peti, & postulari *l. 23. §. 4. D. ex quib. causs. maj.* Cic. *ad Familiar. lib. 7. Epist. 11.* Ego omnibus, unde petitur, hoc consilium dedi, ut a singulis interregibus binas advocationes postulent. Seneca *in Apocoloc. sub. fin.* Tandem procedit Petronius, vetus convictor ejus, & postulat advocationem. Seneca in *proem. lib. 3. Controv.* Tanta illi perturbatio fuit, ut advocationem peteret. Seneca filius *de ira lib. 1. c. 16.* Deinde advocationem sibi petit, ut excutiendæ veritatis spatium habeat. Postulantibus vero prætor, vel proconsul advocatos dabat, ut patet ex *l. 1. §. 4. D. de postul. l. 9. §. 5. D. de offic. proconf.* Plin. *lib. 10. epist. 3.* Varenum, quem nuper adversus Bassum advocatum & *postulaverant*, & *acceperant*. Idem *lib. 2. Epist. XI.* se, & Cornelium Tacitum adesse provincialibus jussos, narrat. Ex quo lucem capit locus ille apud Ciceronem *lib. 2. de orat. c. 69.* de quodam Siculo; cui cum Scipio Prætor patronum caussæ dedisset hospitem suum, hominem nobilem, sed admodum stultum; Quæso, inquit ille, Prætor, adversario meo da istum patronum: deinde neminem mihi dederis.

Advocatio pro numero, vel ordine advocatorum. Ita Advocatio Cæsariensis *l. 30. D. de pact.* prætoriana *l. 8. C. de advoc. diverf. judic.* togatorum apud Cic. *pro Cæcin. c. 15.* Advocati autem illi Cæsarienses in jure nostro sunt celebres: nam ad eorum interrogationes non semel rescripsit Justinianus, ut adparet ex *l. 12. C. de legitim. l. ult. C. de pact.* & *§. 11. Inst. de inutil. stip.*

ÆDES, veteribus in singulari ædis, observante Menagio *Amœn. jur. civ. c. 38.* & ante eum Vossio *in Etymol. h. v.* est ab antiquo αὐτον lucus, quod etiam est mansio, habitatio, quod eadem notione usurpasse Pindarum, testis & Eustath. *ad Homer. Iliad. γ. p. 381. & Iliad. ν. p. 907.* quamvis id vocabulum semel dictum ipse referat Eustathius. Ædes ergo vel ædis est cella, cœnaculum, vel cubiculum. Quum ergo in templis una esse soleat sub eodem tecto mansio, reliqua ædificia plura cœnacula, ac cubicula plerumque comprehendebant, inde factum est, ut ædes in singulari numero pro templo, in plurativo pro privata domo plerumque usurpetur. Hinc ædis appellatione ædes sacta intelligenda est *in l. 1. §. 36. D. depos.* in quam sententiam plerumque adjungitur adjectivum *sacra*, ut in *l. 5. D. ad leg. Jul. peculat.* quam & privatæ ædes ædis nomine in numero singulari veniunt apud Plaut. *Curcul. 4. 1. v. 10. Asin. 1. 3. v. 67.* & Gell. *lib. 4. c. 9.* & ædes sacratissimæ in numero plurativo occurrunt in *l. 19. C. de usur.* Hein.

Ædium autem adpellatio tam ad rusticas, quam ad urbanas pertinet *l. 41. §. 5. D. de legat. 1.* & ad omnes species ædificii, in eo XII. Tabular. capite, quo de incendiariis agebatur, & in interdicto de cloacis *l. 1. pr. D. de cloac. l. 9. D. de inc. ruin. nauf.* Sed & in interdicto *ut possidetis*, verba hæc Prætoris: *uti ces* ÆDES, ad omnes res soli, quæ possideri possunt, interpretatione trahuntur *l. 1. pr. & §. ult. D. uti possid.* In usu tamen Urbana ædificia ædes, rustica Villas adpellari, ait Florentinus *l. 211. D. de verb. signif.* Quamquam & in censu Villas omnes ædes adpellatas esse Varro *de ling. lat. lib. 4. p. 38.* scribit.

Ædes porro duabus rebus constat *area*, seu *solo*, & superficie *l. 33. pr. D. de usurp.* Unde ædium pars esse dicitur solum *l. 49. pr. D. de rei vind.* Tamen si ususfructus ædium legatus est, tunc ususfructus in area non subsistit *§. 3. Inst. de usufr. l. 5. D. quib. modo usufr. vel us. amitt.*

Ædium sunt, quæ perpetui usus causa parata sunt, licet aliquando tollantur. Stratura itaque loci alicujus ex tabulis factis, quæ æstate tollerentur, & hieme ponerentur, Ædium est *l. 242. §. ult. D. de verb. signif.* Prothyrum quoque, quod in ædibus fieri solet, ædium est *l. 242. §. 2. D. eod. tit.* nec non plumbum, quod in tegulis ponitur: aliter atque de eo dicendum sit, quo hypæthii tegendi causa poneretur *d. l. 242.* ÆDIBUS vero distractis vel legatis, ea esse ædium solemus dicere, quæ quasi pars ædium, vel propter ædes habentur, perpetuique usus caussa in ædificiis sunt, qualia sunt, quæ enumerantur in *l. 24. 15. 17. p. §. 3. §. 7. seq. l. 18. D. de act. emt.* ÆDIUM quoque habentur omnia, quæ iis connexa, juncta, fixa, vinctaque sunt *l. 41. §. 9. D. de legat. 1. l. 52. §. 7. D. de legat. 3. l. 59. D. de rei vind.* ÆDIUM tandem sunt de ædibus deposita tigna ea mente, ut reponantur *l. 83. §. 5. D. de verb. oblig.*

ÆDICULA, exiguum adytum. Sic incustoditæ ædiculæ in *l. 9. §. 1. D. ad leg. jul. de peculat.* Nimirum in majoribus templis plerique pacta, testamenta, immo & pecunias, & thesauros suos deponebant. De tabulis, & testamentis res patet ex *l. 3. D. de tab. exhib.* Ita & pecunias, & thesauros suos in templis abdiderat Severus, teste Herodiano *lib. 4. c. 4.* & in Pacis templum omnium opulentissimum, & egregie munitum universi ferme suas divitias tamquam in thesaurum congesserant. Idem *lib. 1. c. 14.* Plura ea de re dixit Lipsius *not. ad Tacit. lib. 1. annal. p. 17.* ubi & observat, ideo custodias adpositas esse templis, ne quis nocturnus Divum sacra, & opes templorum religioni creditas legeret. Juvenal. *sat. 14. v. 260.* Ærata multus in arca Fiscus, & ad vigilem ponendi Castora nummi. Ibi *Vigilem Castora* adpellari ejus templum, ad quod militum dispositæ stationes excubarint, tum inde Lipsius, tum alii interpretes observant. Add. Tertul. *de coron.* mi-

milit. c. 11. Jam ergo facile patet, quæ ſint ÆDICULÆ incuſtoditæ, ex quibus aliquid ſuſſurati amplius quam fures, minus quam ſacrilegi puniebantur d. l. 9. §. 1. D ad. Leg. jul. peculat. HEIN.

ÆDICULÆ pro ædibus advocatorum, quas a metatorum onere exemit Anaſtaſius Imp. l. 3. §. 2. l. 5. §. 2. C. de advoc. diverſ. judic.

ÆDIFACERE, tamquam rarius, & ſuſpectum verbum notat Briſſonius in parerg. n. 55. quem & Sciop. Lib. 1. ſuſpect. Lect. cap. 9. ſequitur. Uterque notant l. 60. §. 4. D. locat. & l. 10. §. ult. D. ſolut. matrim. quaſi utrobique ædifacere pro ædificare poſitum ſit, quemadmodum alibi ſignifacere pro ſignificare l. 65. §. 3. D. ad SC. Trebell. At nulla mihi viſa editio, quæ vel utroque, vel alterutro loco id verbum habeat, aut in qua ſaltem in margine pro variante lectione ponatur: priore enim loco omnes habent ædificare.

ÆDIFICARE, exſtruere de novo. Ita Ædificare domum l. 14. D. de verb. oblig. navem l. 5. de rei vind. opus l. 15. §. 7. D. quod vi aut cl. parietem l. 52. §. 13. D. pro ſoc. villam l. 60. §. 4. D. locat. immo & lectum l. 5. §. 1. D. de Supell. leg.

Ædificare in edicto de mortuo inferendo intelligitur non ſolum, qui novum opus molitur, verum is quoque, qui vult reficere l. 1. §. pen. D. de mort. infer.

ÆDIFICATIO videtur novum opus continere l. 1. §. 12. D. de nov. op. nunc.

ÆDIFICATOR in l. 137. §. 3. D. de verb. oblig.

ÆDIFICII portio ſunt adhærentia, muro armaria, vel adfixa l. 52. §. 7. D. de legat. 3. Ædificio enim inſerta, & incluſa pars ejus eſſe exiſtimantur l. 38. §. ult. D. de act. emt. Ædificiis alienis connexa, quamdiu juncta manent, eorumdem ædificiorum ſunt l. 59. D. de rei vind.

ÆDILES duo initio ex plebe conſtituti, qui (ut ait Pompon. in l. 2. §. 21. D. de orig. jur.) ædibus præeſſent, in quibus omnia ſcita ſua plebs deferebat. Ibi pro in quibus legit quibus, idque interpretatur per quos Bynkersh. in prætermiſſ. ad d. l. Iidem ædes ſacras, & publicas curabant, ceu docet Dionyſ. Halicarn. lib. 6. & inde ædiles dictos tradit Varro de ling. lat. lib. 4. c. 14. Eas cauſas judicabant, quas Tribuni, quibus adjutores erant, ipſi commiſiſſent, unde etiam judices aliquando ſunt dicti, Dion. Halic. lib. 8. c. 35. & lib. 6. c. 90. Et hi quidem fuerunt ÆDILES plebii. ÆDILES vero alii duo poſtea creati ſunt Curules dicti a Sella Curuli, ut auctor eſt Plutarch. in Mar. Huic Sellæ, cujus recurvi erant pedes, inſidentes magiſtratus munia ſua explicabant. Hinc & in nummis vetuſtis hæc ſella curulis eſt inſigne ædilitatis curulis, ceu oſtendit Ezech. Spanhem. de uſ. & præſt. numiſm. quum ædiles plebejos in ſellis vulgaribus adſidentes videamus in denariis Gentium Crepuſiæ, Fanniæ, & Memmiæ apud Car. Patin. de Famil. Rom. p. 96. 109. 172. Penes hos ædiles erant annonæ, viarumque publicarum curatio, tutela urbis, ludorum inſtitutio, de rebus venalibus, promercalibuſque cognitio, & præcipue ſacrarum Ædium cura Cicer. Verrin. 7. 14. Iiſdem quoque demandata erat ἐπισκοπὴ in fornices, cauponas, & mulieres, quæ quæſtum corpore faciebant, quæ nomina ſolebant apud Ædiles profiteri, Heinecc. Antiq. Rom. ad Inſt. lib. 1. tit. 2. De rebus hiſce ad juriſdictionem ſuam pertinentibus ipſi quoque edicta proponebant: ad quæ adludit ſuo more Plautus capt. act. 4. ſc. 2. v. 44. Euge edictiones ædilitias habet. Poſtea Julius Cæſar annonæ procurationem demandavit duobus aliis ÆDILIBUS, qui Cereales vocabantur, ceu nos docet Dio Caſſ. hiſt. 43. p. 271. & Pompon. in l. 2. §. 32. D. de orig. jur. pro quibus perperam Prætores Cereales ſibi fingunt Roſinus; & Alex. ab Alexandro, & Jan. Vinc. Gravina, quibus ſatisfecit Henr. Bern. Reinold. Var. c. 3. p. 27.

Erant & in municipiis ÆDILES l. 12. D. de decur. l. 30. §. 1. D. locati. ut plenius lib. 3. Antiq. Select. c. 10. comprobavit Briſſonius.

ÆDILICIÆ actiones, quæ ex Ædilium edicto oriuntur contra venditores rerum vitioſarum, & eos, qui beſtias feroces habent, ubi iter ſit, veluti redhibitoria, & æſtimatoria, quanti minoris, & actio, quod adverſus dictum, promiſſumve ſit tit. C. de ædilit. act. l. 23. §. 5. l. 44. §. 1. & §. ult. l. 47. D. de ædilit. edict. l. 2. D. de diverſ. temp. præſcr. l. 31. §. 5. D. de donat. int. vir & ux.

ÆDILITAS, vel, uti in vetuſtis Tertulliani codicibus teſte Cujacio obſerv. 14. 13. legitur, Ædulitas, ipſe Ædilium magiſtratus, & officium. Græcis ἀγορανομία, vel ἀστυνομία. Vid. l. 17. D. de compenſ. l. 2. C. ſi ſerv. vel liberi ad decur.

ÆDILITIUM edictum. Ædiles enim, ut modo dictum eſt, edicta proponebant §. 7. Inſt. de jur. nat. gent. & civ. & tot. tit. D. de ædilit. edict. Ceterum de quibus edicebant Ædiles, de iiſdem & Prætores cognoſcere conſueverant, & illis deficientibus, cauſæ ad hos transferebantur. De qua concurrente Prætorum, ædiliumve juriſdictione differit Cujac. Obſerv. 8. 38.

ÆDILITIÆ ſtipulationes ſunt, quæ ad eandem cauſſam pertinent, & ex Ædilium juriſdictione veniunt l. 5. pr. D. de verb. oblig. §. 2. Inſt. de diviſ. ſtip. Hujuſmodi eſt duplæ ſtipulatio, quæ ab Ædilium edicto venit d. l. 5. pr. D. de V. O.

ÆDITUUS §. 2. Inſt. & l. 1. D. de tutel. a tuendis ædibus teſte Gellio lib. 12. c. 10. dictus; Æditimus olim: Quæ vocabula, ut & æditumus ejuſdem originis eſſe obſervat Varro lib. 6. de ling. lat. & etymon hoc inde eleganter probat Jo. Frid. Gronov. ad Gell. c. 1. quod Lucretius lib. 6. verſ. 1273. ÆDITUOS vocet ædituentes. Ceterum idem ædituus videtur eſſe, qui Scævolæ hierophylacus in l. 20. §. ult. D. de ann. leg.

ÆGER corpore l. 27. C. de tranſact. ÆGRA mulier pro triſti, & irata l. 3. D. ſi quis aliq. teſt. prohib. ÆGRA valetudo l. 13. D. ad municipal.

ÆGRITUDO l. 1. D. de detect. ab ord. fac. l. 5. §.

1. *C. de tempor. & repar. adpel. l. un.* §. 3. *C. de latin. toll.*

ÆLIA, genus dicta etiam Ailia, immo & Allia, ceu ex monumentis Capitolinis colligit Patin.. *de famil. Rom. numism. p. 6.* Anton. August. *de famil. Rom. p. 315.* ex eadem gente fuisse existimat P. Ælium Hadrianum Imp. quod tamen haud ita certum arbitratur Heineccius. Traditionem veterem de Æliæ gentis origine expressit Horat. *lib. 3. od. 17. Æli vetusto nobilis ab Lamo &c.* Vide Rupert. *not. ad Enchrid. Pompon. p. 346.*

Ælia Capitolina eo loco condita ab Hadriano Imp. ubi antea floruerat Hierosolyma, quamvis non eadem fuerint veteris urbis, novæque coloniæ pomeria Vid. P.clem. *lib. 5. c. 16. & lib. 8. tab. Asiæ 4.* Xiphilin. *in Hadrian.* Euseb. *hist. eccl. lib. 4. c. 6.* & auctorem Chronic. Alexandrini *p. 597.* Ab hæc dicti Capitulenses *in l. 8. 7. D. de censib.* Colonia fuit, sed quæ jus Italicum non habuit *l. 1.* §. *6. D. de censib.* Vid. Bynkersh. *obs. lib. 5. c. 21.* HEIN.

Ælia Sentia Lex a Sext. Ælio Cato, vel Catulo, & C. Sentio Saturnino Coss. Augusti temporibus lata plura capita complectebatur, uti ex Ulp. *tit. 1. Regular.* & *tit.. Inst. quibus ex caus. manum.* necnon ex *l. 15. D. de jur. patron. l. 7. 8. 21. 29. & ult. D. qui & a quib. manum. l. 1. C. qui manum. non poss. l. 57. 60. 83. D. de hered. inst. l. 16. D. de manum. vind. l. 15. D. de jur. patr.* Significabatur hæc lex notis A. S. quæ tamen male explicatæ in libris notarum leguntur.

ÆLIUS. Sextus Ælius, & frater ejus P. Ælius maximam scientiam in profitendo habuerant, ut duo Ælii etiam Consules fuerint. Sext. Ælium etiam Ennius laudavit, & exstat illius liber, qui inscribitur *Tripartita*, qui liber veluti cunabula juris continet. Tripartita autem dicitur, quoniam Lege XII. Tabular. præposita, jungitur interpretatio, dein subtexitur legis actio. Ejusdem esse tres alii libri referuntur, quos tamen quidam negant ejusdem esse. Ita Pomponius *l. 2.* §. *38. D. de orig. jur.* Et Sext. quidem Ælius Pætus Catus consul fuit anno V. C. 554. censor anno 558. Liv. *lib. 31. c. 7. lib. 33. c. 44. & lib. 35. c. 9.* Ejus tripartita non differunt a jure Æliano, de quo mox erit dicendum. Usus est iis Cic. *ad famil. lib. 7. epist. 22.* ubi tractat quæstionem, possitne heres, quod furtum antea factum esset, recte furti agere. Denique Ennii elogium, cujus Pomponius meminit, tale fuit, teste Cicerone de Orat. *lib. 1. c. 45.* Egregie cordatus homo Catus Ælius Sextus. Alter horum fratrum P. Ælius Pætus anno ab V. C. 551. ad consulatum, biennio post ad censuram pervenit, Liv. *lib. 30. c. 39. lib. 32. c. 7.* quum jam an. 550. magister equitum fuisset C. Servilii Gemini Dictatoris, Liv. *lib. 30. c. 39.* Denique pestilentia periit an. 578. Liv. *lib. 41. c. 26.* HEIN. Ex eadem gente fuit Q. Ælius Tubero, qui Ictus, & philosophus dicitur a Gellio *lib. 1. c. 22.* Meminit ejus Pomponius *l. 2.* §. *40. D. de orig. jur.* a quo Stoicus, Panfæ auditor & censul fuisse dicitur. Diversus ab hoc Q. Ælius Tubero, qui Ofilio operam dedit, fuit autem patricius, & transiit a causis agendis ad jus civile: maxime postquam Q. Ligarium accusavit, nec obtinuit apud Julium Cæsarem. Is est Q. Ligarius, qui cum Africæ oram teneret, infirmum Tuberonem adplicare non permisit, nec aquam haurire: quo nomine eum accusavit, & Cicero defendit. Exstat ejus oratio pulcherrima, quæ inscribitur pro Q. Ligario. Tubero doctissimus quidem habitus est juris publici, & privati, & complures utriusque operis libros reliquit. Sermone etiam antiqui usus adfectavit scribere, & ideo parum libri ejus grati habentur. Ita Pomponius *l. 2.* §. *46. D. de orig. jur.* Ipse libros reliquit de officio judicis Gell. *lib. 14. c. 2.* Historiarum vero libros, quos eidem tribuit Guill. Grot. *de vit. ICtor. lib. 1. c. 12. 5.* potius L. Tuberoni patri tribuendos est ex loco luculentissimo Ciceronis ad Quin. fratr. *lib. 1. epist. 1.* probavit Voss. *de histor. lat. lib. 1. c. 12.* HEIN.

Ælius Gallus libros de verborum, quæ ad jus pertinent, significatione scripserat, ex quorum primo delibuta est *l. 157. D. de verb. signif.* Citantur hi libri a Gell. *lib. 16. c. 5.* & Macrob. *lib. 6. Saturn. c. 8.* apud quos tamen vulgo Cæcilius Gallus scribitur. At Festus horum librorum primum, & secundum laudans in verbo *postliminium* citat hoc titulo: Gallus Ælius *lib. 1.* significationum, quæ ad jus pertinent, & in voce *reus* & *saltum* lib. 2. signific. quæ ad jus pertin. similiter in voce *torrens*. Vid. infra sub. art. Gallus.

Ælius Marcianus. Ex hujus Institutionum libris 16. regularum 5. & de adpellationibus 2. totidem publicorum judiciorum, seu de publicis judiciis, & ex libris singularibus de delatoribus, ad hypothecariam formulam, ad SC. Turpilianum complura in pandectis capita desumta sunt. Ælius hic Marcianus & sub Severo, & Caracalla floruit, & Alexandri Severi tempora attigit. Nam & Caracallam Divum vocat *l. 11.* §. *3. 4. D. de muner. & bon.* & Alexander Imp. ad eum videtur rescripsisse *l. 4. C. ne de stat. defunct.* Jac. Gothofr. *de Cenotaph. p. 330.* Diversus ergo ab eo fuit Ælio Marciano, (non Aurelio, uti est in Collat. Leg. Mosaic. & Rom. *tit. 3.* §. *3.*) ad quem Bœticæ proconsulem rescripsit Antoninus Pius §. *2. Inst. & l. 2. D. de his, qui sui vel. al. jur.* Præter libros hic laudatos noster reliquit Digestorum libros 7. & notas ad Papiniani libros 2. de adulteriis, quas non illustrationis, sed reprehensionis causa eum edidisse post Franc. Raguellum *ad l. 1. C. de vet. jur. enucl.* observavit Ev. Otto in *Papiniano c. 13.* §. *6. & 9.* HEIN.

Q. ÆLIUS TUBERO. Vide supra art. ÆLIA *sub. fin.*

ÆLIANUM Jus a Sex. Ælio Pæto Cato, (de quo supra *in art.* Sex. Ælius) nomen tulit. Pompon. *l. 2.* §. *7. D. de orig. jur.* Augescente civitate, quia deerant quædam genera agendi, non post multum temporis spatium Sext. Ælius alias actiones composuit, & li-

& librum populo dedit, qui adpellatur Jus Ælianum, At si alios veteres auctores adhibemus in consilium, Ælius hunc librum non supplendarum actionum, sed interpretandarum notarum, quibus formulas novas post jus Flavianum excogitatas scripserant, adornaverat Cic. *pro Muren.* c. 11. Ut ut sit, re ipsa illud Ælianum differre non videtur a Sext. Ælii Tripartitis, in quibus Legibus XII. Tabularum, earumque interpretationi *subtexebatur legis actio*, ut ait Pompon. *d. l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* Nec diversa videtur Lex Ælia apud Cicer. *Topic. c.* 2. ubi absurde legimus *Lex Ælia Sentia*, qualis Ciceronis temporibus nulla exstitit. Henr. Cardin. Noris *Cenotaph. Pisan. diss.* 3. *c.* 9. *p.* 423. HEIN.

ÆMILIUS MACER jurisconsultus duos de re militari libros, totidem publicorum judiciorum, totidem de officio præsidis, item ad legem vicesimariam hereditatum, & de appellationibus scripserat, unde plurima legum capita sumta, quem Ulpiano posteriorem fuisse argumento est, quod in *l.* 5. *D. qui satisd. cog.* & in *l.* 86. *ad leg. Falcid.* eum laudat: Itemque quod Alexandrum Imp. *suum* vocat *l.* 1. *D. de adpellat.* Unde non inscite colligit Pancirol. Vat. *lect.* 1. 79. ad hunc ipsum Æmilium rescripsisse Alexandrum Imp. *l.* 3. *C. de calumn.* HEIN.

ÆMILIUS Papinianus. Eum libellos egisse, & præfecturam prætorianam gessisse sub Antonio Caracalla, adparet ex *l.* 12. *D. de distract. pign. l.* 40. *D. de reb. cred.* Ejusdem mentio etiam est in *l.* 12. *l.* 23. *C. de legat. l.* 16. *l.* 30. *C. de fideic.* Insigne elogium ei inscripsit Zosimus *lib.* 2. *c.* 9. *histor.* Vid. Ev. Otton. *in Papinian.*

ÆNEUM FRUMENTUM, certa Carthaginensium pensio, cui certa corpora erant obnoxia *l. un. C. Theod. de frum. Carthag.* De hujus vocis origine sententias varias recenset Jac. Gothofr. *in Commentar.* At reliquis verosimilior Heineccio videtur illa Cironii, qui *observ. jur. can.* 4. 3. ÆNEUM dictum esse putat hoc frumentum a tabulis æneis, in quibus quid, quantumque ab unoquoque præstandum, perscriptum fuerat. Talium enim tabularum ænearum, seu titulorum æneorum mentio est in *l.* 5. *C. Theod. de annon. Civ.* HEIN.

ÆNIGMA scriptoribus nostris vocatur, quidquid obscurum est. Ita Justinianus nihil ab ænigmate discrepare ait nudum jus Quiritum *l. un. C. de nudo jur. Quirit. toll.* Et Papinianum in *l.* 54. *D. ad SC. Trebell.* rem in αἰνίγματι proponere, conqueritur Imperator *Novell.* 108. *pr.* siglorum compendiosa ænigmata *l.* 1. §. 13. *C. de vet. jur. enucl.*

ÆNUM, cujus mentio est in *l.* 12. §. 18. *l.* 10. §. 3. *D. de inst. act. vel instrum. leg. l.* 19. §. 2. *D. locat. l.* 38. §. *ult. D. de act. emt.* nihil aliud est, quam *ahenum*. Nam adspirationem aliquando euphoniæ caussa elidebant, quam vegetioris soni gratia inserebant veteres, teste *Gell. lib.* 2. *c.* 3. HEIN.

ÆQUABILITAS servanda *l.* 4. *C. comm. divid.*

ÆQUALE idem, quod par. Æquale conjugium *in l.* 10. *C. Theod. de collegiat.* ubi quædam Jac. Gothofr. & viri Docti *ad Sueton. Vespas. c.* 11.

ÆQUALITER, pariter in *l.* 15. §. 17. 18. *D. de damn. inf. l. ult. C. si tut. vel curat. non gess.*

ÆQUANIMITAS, animus adquiescens æqualitati in adgnoscendis tributis *l. un. C. Theod. si per obrept.*

ÆQUINOCTII utriusque fit mentio in *l.* 1. §. 32. *D. de aqua quotid. l.* 1. §. 8. *D. de quid in fl. p.*

ÆQUIPARARE. Ubi autem æquiparant famosa judicia, id est, ubi paria sunt. Sic apud Virgil. *eclog.* 5. *v.* 15. *Nec calamis solum æquiparas, sed voce magistrum*. Sueton. *in Aug. cap.* 94. Adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret.

ÆQUITAS est qualitas id adsequendi, quod bonum, conveniensque est in jure constituendo, interpretando, adplicando. Ipsi autem *naturalis* epitheton plerumque adjicitur. Sic ex ea æquitate naturali dicuntur nepotes in filiorum locum succedere *l.* 1. §. *fin. D. de suis & legit.* Et ea introductum postliminium *l.* 19. *pr. D. de capt. & postl.* Igitur ea tribuitur juris dispositionibus, quæ rectæ rationi non repugnant. Hinc æquitas compensationis *l.* 15. *D. de his, quæ ut indign.* conventionis *l.* 95. §. 4. *D. de solut.* Æquitatem hoc edictum habet *l.* 1. *pr. D. de collation.* In jure interpretando, & adplicando æquitas intelligitur, cum dicitur æquitas arbitrii *T. D. rem pupill. salv.* jus reddentis *l.* 3. *C. de edend.* itemque præsidis *l.* 3. *C. de edend.* Quin & ipsa jus temperare quodammodo videtur, ubi, ut ait Symmach. lib. 10. Epist. 5. alter jure, alter æquitate nititur. Etenim in æquitatis tractationem cadunt etiam ea, quæ juris sunt, ait M. Seneca *l.* 2. *controv.* 5. Jus autem illud strictum audit, cui illa nec admiscetur, nec adhibetur; & ita juri stricto æquitas opponitur *l.* 2. §. 5. *D. de aqu. & aqu. pluv.* vel juri simpliciter dicto. Ita Senec. *lib.* 7. *controv.* 2. Albutius non juris fecit illam quæstionem, sed æquitatis. Vide in voce proxime sequenti.

ÆQUUS, A, UM, id est par. Æqua lance *l.* 20. *D. de re judic.* id est pariter.

Æquum, recte rationi consentaneum. Æquum est bonæ fidei emtori, alterius dolum non nocere *l.* 37. *D. de act. emt. vend.* & hoc sensu sæpius occurrit ea vox in jure nostro. Et sæpe æquum, & bonum junguntur *l.* 1. *l.* 11. *D. de just. & jur.* Sic jus boni, & æqui ars dicitur *l.* 1. *D. de just. & jur.* Quantum bonum æquum judici videbitur *l.* 42. *D. de Ædilit. edict.* significatur vero his verbis humanior, & benignior juris interpretatio, quæ græce ἐπιείκεια dicitur. Nam plerumque si ad summam severitatem jus exigas, iniquum fiet. Et hoc est, quod veteres summum jus summam injuriam esse dicebant. Adhibendum igitur æquitatis laxamentum, quæ quum in omnibus quidem, maxime tamen in jure spectatur *l.* 90. *D. de reg. jur.* Unde a Cicerone

Top. c. 2. æquitas constituta his dicitur, qui ejusdem civitatis sunt. A quo & Ser. Sulpicius vel eo præcipue nomine laudatur, quod jus civile ab æquitate numquam sejunxerit. Denique æquitate postulante a legis verbis, & a solemnibus receditur. Et in hoc genere perniciose plerumque sub auctoritate juris sententiæ errari, ait Celsus *l. 91. §. 3. D. de verb. oblig.* Cicer. *pro Cæcin. c. 18. sequ.* Si contra verbis & litteris, &, ut dici solet, summo jure contenditur, solent ejusmodi iniquitati æqui & boni nomen, dignitatemque opponere. Sic & *l. 17. D. de injust. rupt.* Licet subtilitas juris refragari videtur, attamen voluntas testatoris *ex bono & Æquo* tuebitur. Salluſt. in Jugurth. *c. 35.* Fitreus ex bono æquoque magis, quam ex jure gentium Quinctilian. *lib. 4.* Est aliquid æquum, sed prohibitum jure, ut libertas testamentorum. Æquum esse videtur, sed alio jure utimur *l. 6. §. 1. D. pro soc.* *Æquo* animo *l. 10. v. si quis C. de metat.*

AER. unde aeris servitus, de qua Papinian. *in respons. tit.* 18. De servitute luminis, vel aeris similiter constitutum est, ut inter privatorum fabricas X. pedes, inter publicas XV. dimittantur secundum Legem Theodosii *lib. 14. sub tit. de ædific. privat.* ubi tamen hodie talis titulus nullus exstat in Codice Theodosiano. Intelligi vero servitutem, ne liberi aeris usus cui a vicino intercipiatur, res ipsa docet. HEIN.

ÆRAMEN in *l. 13. C. de oper. publ.* scribere oportet, ubi Codices quidam *ornamenta*, alii *instrumenta* habent, quorum utrumque vitiosum esse ostendit *l. 37. C. Theod. eod. tit.* ex quo hoc amplius patet, Tribonianum tres libras in sex mutasse; mire etiam deformavit *l. 14. eod. tit.* ut adparet ex *l. 40. C. Theod. eod. tit.* Ceterum Æramen Æramentum dictum a Paullo *recept. sent. lib. 3. tit. 6. §. 44. & §. 56.* & D. Gregorio *lib. 12. epist. 30.* immo & a Plinio *hist. nat. lib. 15. c. 1. c. 8.* & *lib. 35. c. 15.* & Vincentio Lirinensi *Commonitor. p. m. 308.* nihil aliud est, quam ornamentum ex ære. Glossæ antiquæ Æramentum, χαλκωμα. Vid. Jac. Gothofr. *ad C. Thdod.* & Schulting. *Jurispr. vet. antejust.* p. 365. sequ. HEIN.

ÆRARIUM proprie δημοσιον, pecunia reipublicæ usibus destinata: ac proinde Ærarium a fisco adhuc Plinii temporibus distinguebatur, ceu patet ex *Panegyr. c. 42.* Et ita accipi videtur phrasis. Ad ærarium profiteri in *l. 9. §. 6. D. ad leg. jul. pecul.* itemque vocabulum magistratus *Ærarii perfectus* in *l. 15. §. ult. D. de jur. fisc.* Ac gliscente principum potentia, publicaque, ac privata omnia trahente, fere confundi cœperunt fiscus, & ærarium Glossa ταμειον *fiscus*, ÆRARIUM. Et hinc Dio Cassius *lib. 53. p. 511.* vix liquere ait, quid inter principis, & publicum intersit ærarium. Et Marcianus Ictus ærarium, & fiscum tamquam synonyma videtur usurpare *l. 1. §. 5. D. de leg. Corn. de fals.* nec non Paullus *l. 13. p. D. de jur. fisc.* quamvis ibi posterius vocabulum a Triboniani manu esse, ostenderit Heineccius *in Comm. ad leg. jul. & pap. lib. 3. c. 5. §. 2. p. 402.* Facile ergo jam redditur ratio, cur fisco ex constitutione Antonini Caracallæ vindicentur caduca Ulpian. *fragm. tit. 17. §. 11.* quæ olim in ærarium incidebant Tacit. *Annal. 3. 25.* Plin. *lib. 2. epist. 16. lib. 4. Epist. 12. panegyr. c. 42. l. 15. §. 3. D. de jur. fisc.* HEIN.

ÆRATA arca *l. 19. §. 5. D. locat.* & apud Juven. *sat. 14. v. 259.* ÆRATA multus in arca Fiscus.

ÆREUM horologium *l. 12. §. 23. D. de instr. vel inst.* Vas *l. 12. §. 10. D. eod. tit.* ÆREÆ tabulæ *l. 8. D. de leg. jul. pecul.*

ÆRO. Ita legendum in *l. 31. D. locat.* pro *Keronibus*, *peronibus*, *entonibus*, *beronibus*, quæ vocabula ibi habent alii. ÆRO enim απο τȣ αιρειν est vasis sportei genus, portando quid idoneum, de quo Voss. & Martin *in Etymol.* Turneb. *advers. 24. 2. & 27. 10. & 30 5.* Unde Græci reddiderunt *cophinos*. Cujac. *observ. 7. 39.* Bynkersh *observ. 8. 6.* HEIN.

ÆROSUS, ut ærosa pecunia *l. 102. pr. D. de solut.* id est cui plurimum æris admixtum est. Ita hanc vocem primo a se restitutam interpretatur Coras. *lib. 1. miscel. c. 9. n. 5.* eumque sequutus Dionys. Gothofr. *ad. d. l.* Vid. & Bynkersh. observ. 3. 4. HEIN.

ÆS. Eo nomine omne numorum sive aureorum, sive argenteorum genus significat *l. 159. D. de verb. signif.* Quæ loquendi ratio inde fluxit; quod veteres primum æreis numis nota pecudum a Ser. Tullio signatis usi sunt, auctore Plin. *lib. 18. hist. nat. c. 3.* Pecunia enim, ut Volusius Mæcianus in libro *de Asse* scribit, primum in ære erat, postea vero & in argento fieri cœpit: ita ut omnis numus argenteus ex numo æris potestatem haberet. Et Plin. *hist. nat. lib. 33. c. 3.* Populus Romanus ne argento quidem signato ante Pyrrhum regem devictum usus est. Libralis, (unde etiam nunc libella dicitur) & dupondius adpendebatur assis. Quare *æris gravis* pœna, dicta & adhuc *expensa* in rationibus, dicuntur, item *impendere*, & *adpendere*. Quin militum stipendiorum, hoc est stipis ponderandæ pensatores *libripendes* dicuntur. Qua consuetudine in his emtionibus, quæ mancipi sunt, etiam nunc libra interponitur. Servius Rex primus signavit æs. Antea rudi usos Romæ Romæus tradit. Signatum est nota pecudum. Unde pecunia adpellata: Hæc ille. Totum hunc, similesque veterum scriptorum locos erudite illustravit Jac. Perizonius in insigni libello *de ære gravi*, qui prodit Lugd. Bat. 1713. HEIN.

Æs alienum habere dicitur, & qui aureos debet, & qui corium forma publica percusum, quale apud Lacedæmonios fuit, vel aliud quid quodlibet, quod usum pecuniæ numeratæ præstat. Ita Senec. *lib. 5. de benef. c. 14.* Adpellatur autem æs *alienum*, quod non aliis debemus, æs *suum*, quod alii nobis debent *l. 23. §. pen. D. de verb. signif. l. 5. §. 10. D. de jur. dot.* ÆRIS *alieni* loco in ineunda Legis Falcidiæ ratione, quæ habeantur ex *l. 36. §. 2. & l. 39. D. ad leg. falcid.* petendum est. Idem vocabulum sæpe tam late accipitur, ut

&

& dotem, & donationem propter nuptias complectatur, uti *l. 27. C. de administr. & peric. tut.* interpretatur Cujac. *in recit. ad tit. C. de præd. & al. reb. min.* ÆS ALIENUM contrahere *l. 27. D. pro soc.* facere *l. 18. §. ult. D. de castr. pecul.* suscipere *l. 32. pr. D. ad SC. Vellet.* deducere *l. 125. D. de verb. signif.* expedire *l. 5. §. 9. D. de reb. cred.* ÆRE alieno liberari *l. 50. pr. D. de don. int. vir. & ux.* ÆRIS alieni pudor Paul. sent. *lib. 5. tit. 12. §. 1.*

PER ÆS, & libram §. 1. *Inst. de test. ord.* Cai *lib. 1.* apud Bœth. *Comm. in Topic. Cic. lib. 3.* Ulp. fragm. tit. 20. §. 2. & 9. Cic. *lib. 1. de legib.* Festus in verbo *nexum*, id est per emancipationem, seu imaginariam venditionem. De hujus solemni ritu dixit Brisson. *lib. 1. select. antiquit. c. 8.* & *lib. 6. formul. c. 63. p. 488.* Horat. *lib. 2. Epist. ult.* Si proprium est, quod quis libra mercatur, & ære. Ovid. *Pont. 4. 15.* restituente Jo. Frid. Grenovio *lib. 2. observ. c. 1. p. 218. Teque meæ caussam, servatoremque salutis, Meque tuum libra novit, & ære minus.* Conferri merentur, quæ de hoc loco differuntur *in Epist. claror. viror. Tom. 2. p. 547.*

ÆS pro assibus dixisse antiquos, Varro *de ling. lat.* monet. Unde *mille* ÆRIS *legatum* dixerunt, quomodo apud Liv. *lib. 4. c. 60. & lib. 5. c. 12.* mille æris interpretari conveniens est.

Æs separatum ab aurichalco *l. 14. l. 19. D. de contr. emt.* ÆRIS fodinæ *l. 13. §. 5. D. de usuf.*

ÆSTAS incipit ab æquinoctio verno, & finitur æquinoctio autumnali *l. 1. §. 32. D. de aqua quotid. & æst.* add. & *l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ.* Quod inde descendit æstivum plerumque, id est quo per solam æstatem uti expedit. Sic dicitur æstiva aqua, æstiva vestimenta, saltus æstivus, quorum etiam mentio fit *l. 67. D. de legat. 3.* castra item ÆSTIVA *l. 2. §. 3. D. de aqu. quot. & æst.*

ÆSTIMARE statuere caussa cognita. Ita Æstimat is, cujus notio est *l. 15. §. 1. l. 16. §. 1. D. de aliment. legat. l. 1. C. si adv. solut.* & passim, judex *l. 39. D. de adoption.* præses *l. 11. C. de excus. tut.*

Æstimare, taxare, Ita Æstimandum quid adfectu, non pretio *l. 36. D. de bon. libert.* ÆSTIMATIONE quid datur *l. 11. D. de fund. dot.* & accipitur *l. 10. C. de jur. dot.* Res ab actore ÆSTIMATUR *l. 5. §. 1. D. ne qui eum qui in jus voc.*

ÆSTIMATIO judicis *l. 1. §. 6. D. de postul.* præsidis *l. 2. §. 1. D. de oper. publ.* principalis *l. 191. D. de reg. jur.* id est arbitrium.

Æstimatio alias est taxatio. Ita Æstimationem recipiunt opera *l. 26. §. 12. D. de cond. indeb.* Et notandæ phrases; Æstimatio fit *l. 20. D. excep. rei jud.* habetur *l. 17. D. fam. hercisc.* præstatur *l. 1. §. 13. D. de vi & vi arm.* sufficitur *l. 40. pr. D. de manum. testam.* deducitur §. 13. *Inst. de action.* quæ locutio similis est illi, rationes deducere, de qua fusius Jo. Frid. Gronovius *observ. II. 10. p. 283. seq.* In æstimationem venit *l. 17. §. ult. D. pro soc.* ÆSTIMATIO litis, de qua sub art. Lis. Nullam æstimationem recipit liberum corpus *l. ult. D. de his qui effud.*

ÆSTIMATORIA actio duplicem habet intellectum. Interdum enim hoc nomine ea actio significatur, quæ de æstimato proponitur, veluti quum res æstimata vendenda data est. Nam quum de nomine contracti negotii dubitetur, venditio, an locatio, an mandatum sit, tollendæ dubitationis gratia ÆSTIMATORIA *præscriptis verbis* actio datur *l. 1. D. de æstimator.* §. 28. *Inst. de action.* & ibi Theophil.

Interdum ÆSTIMATORIA accipitur *Quanti minoris* actio, quæ intra annum ex Ædilium edicto datur *l. 18. l. 43. §. 6. l. 44. §. ult. l. 48. §. 2. D. de Ædilit. edict.* Et hæc actio significatur in *l. 32. D. de evict. l. 31. §. 16. D. de Ædilit. l. 25. §. 1. D. de except. rei jud.*

ÆSTIVA aqua. Vide aqua.

ÆTAS, generale nomen est, non solum ad personas, sed ad res, temporaque pertinens, ut ex subjectis adparebit.

Ætas autem in personis ea est, quæ *infantiam, pueritiam, pubertatem, juventutem, senectutem* continet. Servius Tullius, quum classes census faciendi gratia institueret, *pueros* existimavit, qui minores essent annis 17. atque inde ab anno decimo octavo, quod idoneus jam esse reipublicæ arbitraretur, milites scripsit, eosque ad annum quadragesimum sextum *juniores* adpellavit, auctore Gell. *lib. 10. c. 28.* Eademque discrimina *pueritiæ*, nimirum *juventæ*, & *senectæ* perstrinxit Ulpianus in *l. 8. §. 10. D. de transact.* Ætatis varios gradus recensent Censorin. *lib. de die natal. c. 14.* Clemens Alex. *Stromat. lib. 6. p. 685.* Pollux *Onomast. lib. 2. segm. 4. & seq.* Macrob. *somn. Scipion. lib. 1. c. 6.* Moschop. in libro περὶ σχεδῶν, & in lib. qui ἐκλογὴ ὀνομάτων ἀττικῶν inscribitur.

Ætas infantis in *l. 55. D. de usufr.* in septimum usque annum porrigitur, ut adparet ex *l. 18. C. de jur. deliber. l. 1. §. 2. D. de administ. tut.* ÆTAS puerilis memoratur *l. 204. D. de verb. signif.*

Ætas pupillaris usque ad decimum quartum annum excurrit *l. 38. D. de minor. l. 16. D. de jur. fisc.* Eam Justinianus in *Nov. 72. primum* ÆTATEM vocat, eam vero, quæ usque ad vicesimum quintum annum excurrit, *secundam* adpellat.

Pupillarem ÆTATEM sequitur *pubes* ÆTAS *l. 41. §. pen. D. de vulg. & pupil. subst. l. 2. C. ar. bitr. tut.* Cujusmodi ætas dicitur *prope pubertatem l. 17. D. de excus.* id est, quæ non multum a pubere ætate abest *l. 14. D. de SC. Silan.*

Post eam occurrit *adulta*, de qua supra dictum est, & *prætextata* ÆTAS, cujus in *l. 5. §. ult. D. de lib exhib.* & apud Gellium *lib. 1. c. 13.* fit mentio. Nam usque ad decimum septimum annum ingenui pueri prætexta induebantur, quam post id temporis toga virili mutabant. Ita quidem Brissonius: At non eadem est de

de anno, quo toga virilis sumebatur, sententia. Nam Henr. Vales. in excerpt. *Peiresc. p.* 7. id anno ætatis decimo quarto factum existimat, motus auctoritate Nicolai Damasceni, qui *p.* 477. Augustum annos circiter quatuordecim natum in forum descendisse, posita prætexta, togam puram indutum fuisse, quod virilis tirocinii argumento est, scribit. Quæ sententia placet etiam Octav. Ferrario *de re vestiar. lib.* 2. *c.* 1. Sigonius contra *de judic. Rom. lib.* 3. *c.* 19. togam datam putat exacto anno 15. & ineunte 16. Gruchius *de Comit.* 2. 3. initio anni 17. quæ sententia uti viris eruditissimis Scaligero, Pamelio, Salmasio, Manutio, ita & Brissonio nostro se probavit. At Henr. Cardinal. Norisius *de Cenotaph. Pisan. Diss.* 2. *p.* 114. *seq.* luculentissimis veterum testimoniis demonstravit, Romanos, libera adhuc Republica, & sub primis Cæsaribus expleto decimo quinto anno, & inito decimo sexto virilem togam accepisse, falsus tamen Imperatores, qui quidlibet sibi licere putaverint, modo celerius, modo tardius eam filiis dedisse. HEIN.

Has porro ætates *minor* ÆTAS amplectitur *l.* 25. *D. de minor.* Eaque est ætas, cui subveniri solet *l.* 1. *C. si sup. in integr. restit.* & *imperfecta* ÆTAS *l.* 3. *C. Theod. de sponsal.* Hanc excipit *justa* ÆTAS, quæ vicesimo quinto anno inchoatur *l.* 1. §. 1. *D. de vacat. mun.* quæ & *legitima* adpellatur, ut adparet ex *l. ult. C. de his qui ven. ætat.* Adpellatur & *perfecta* ÆTAS *l.* 25. §. 1. *D. de probat. l.* 7. *C. si alien. res pign.* & *robusta* ÆTAS in *l.* 15. §. 6. *D. ad leg. jul. de adulter.* & a Quinctiliano *declam.* 338. propterea quod tunc virilis vigor completur *l.* 2. *fin. D. de min. Firmata* ÆTAS in *l. un. C. Theod. de his qui ven. ætat.* Virgil. *eclog.* 4. *v.* 37. *Hinc ubi jam firmata virum te fecerit ætas.*

Sed enim alia fit nonnumquam, ita suadente mente testantium, *justæ legitimæque* ÆTATIS interpretatio, uti exponitur in *l.* 50. *fin. D. de legat.* 3. Quin etiam *justa* ÆTAS in *l.* 8. *D. de condict. caus. dat.* pro pubere accipienda est, quæ nuptiis jure contrahendis præfinita est. Suæ porro ætatis fieri intelligimus eos, qui 25. annum attigerunt, si non contraria voluntas testatoris arguetur *l.* 27. *D. de negot. gest. l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 3. At in *l.* 3. *C. de test. tut.* suæ ætatis factus dicitur, qui pupillatem excessit; quemadmodum ÆTATIS *senium* mentio fit *l.* 13. *D. de tutel.* Porro aliquis dicitur intra quandam ætatem esse, vel eam egressus in *l.* 39. *pr. D. de minor.* Justa legitima ætas. Vide infra voce justus, legitim. Tribuitur & aliis rebus ætas, ut ædificiis in *l.* 16. *C. de oper. publ. l.* 58. *D. de legat.* 1. ubi alii textum sollicitant, & pro *ætatibus* ædificiorum rescribunt *quantitatibus*, vel *qualitatibus*, quæ lectio & in editiones quasdam irrepsit. Alii, servata lectione Florentina, *ædificiorum ætatibus examinatis*, vocabulum illud de quantitate, seu amplitudine interpretantur. Cujac. *observ.* 6. 3. *&* 13. 38. At vulgarem istius notionem erudite tuentur Guil. Forner. *select.* 1. 2. & Ev. Otto in *Papinian. c.* 6. §. 3. *p.* 60. *seq.* & *in præf. Tom.* 3. *thesaur. jur. p.* 3. ubi ostendit, ad futuram ædium durationem respicere Papinianum, secundum quam ædium pretium intendi, minutive consuevisse, ex Vitruv. *lib.* 2. *c.* 8. HEIN.

ÆTATEM *temporis* in *l.* 26. §. 12. *D. de condict. indeb.* pro opportunitate plerique accipiunt, quo referunt locum Ovid. *Fastor.* 1. *v.* 151. *Omnia tunc florent, tunc est nova temporis ætas.* Sed utrobique ætatem temporis non differre a *tempore* putat Hein. maxime quum in *d. l.* 26. §. 12. opportunitas postea seorsim exprimatur.

ÆTATIS venia impetrata dicitur, quum a principe ætatis gratia fit ad rerum suarum administrationem consequendam *tit. C. de his, qui ven. ætat. l.* 1. *C. de adpell.* Constantinus Imp. ætatem, qua venia illa impetrari solet, in masculis vicesimo, in feminis decimo octavo circumscribit in *l. un. pr. C. Theod. de his qui ven. ætat.* Adde Constantin. Harmenopul. *lib.* 1. *tit.* 12. §. 22.

ÆTERNA Urbs, Roma *l.* 1. *C. de suar. l.* 10. *fin. C. de metat.* Symmach. *lib.* 10. *epist.* 26. 31. 38. *&* 50. & *lib.* 3. *epist.* 55. Quam adpellationem Prosper Aquitanicus libro *de promiss. & præd. c.* 7. exagitat.

Æterna sedes, sepulcrum *l.* 40. *D. de religios.*

ÆTERNABILIS domus, id est domus Augusta *l.* 5. *C. Theod. de locat. fund. jur. emphyt.* urbs, id est Roma *l.* 3. *C. Theod. de conlat. donat.*

ÆTERNITATEM suam sæpe jactant Imperatores *l.* 160. *C. Theod. de decur. l.* 3. *C. Theod. de fabricens l.* 2. *C. Just. eod.* Eodem elogio illis blanditur Symmach. *lib.* 10. epist. 16. 18. 21. 51. & 54. qui & perennitatem illis attribuit *lib.* 10. *epist.* 5. 13. 20. & 37. quam & ipsi sibi adrogare non dubitant *l.* 8. *C. Theod. de indulg. crimin.*

ÆTERNUM pro perpetuo in *l.* 6. *fin. C. unde vi. l.* 70. *D. pro soc. l.* 4. *C. de off. Comit. orient.* ubi Æterna deportatio, recordatio, in æternum coitio societatis.

ÆTHALES, vel AITHALES in *l.* 24. *D. de leg. Corn. de fals.* genuinum est, & gentile nomen, Αἰθάλεων meminit Stephanus in Αἰθάλη, & *in notis* Lucas Holstenius. Qui ipse recte observat, Nicol. Heinsium pro Italis, quod est apud Ovid. *ex ponto lib.* 2. *eleg.* 3. optime restituisse *Æthalis* pari prorsus ratione, qua in *l.* 9. *D. de leg. Rhod.* pro *italia* rescribi posse *Æthalia*, in libello *ad d. l.* observavit Heineccius. Add. Bynkersh observ. 3. 8. p. 164. HEIN.

ÆTIANI ab Aetio sunt vocati, iidemque Eunomiani ab Eunomio quodam Dialectico Aetii discipulo, ex cujus nomine magis innotuerunt, dissimilem Patri asserentes Filium, & Filio Spiritum Sanctum &c. *c.* 39. §. 38. *caus.* 24. *quæst.* 3. Vide infra *Eunomiani.*

ÆVITAS, vocabulum decemvirale, quo in Legibus XII. Tabular. usi sunt teste Gell. *lib.* 20. *c.* 1. *Si morbus* ÆVITAS *vel vitium escit.* Accipitur pro æta-

ætate, & quidem senili, ac decrepita. Usi sunt eodem vocabulo antiquo Cicer. *de legib. lib. 3. c. 3.* Arnob. *lib. 5. adv. gent. p. 161.* & Apulei *de philos. nat. p.* 8. HEIN.

ÆVUM *passura simulacra*, pro non duraturis *l. 12. C. Theod. de pagan.* quum tamen alias, quæ diutissime durant, ætatem ferre dicantur. HEIN.

AFANTICUS. Afantici fundi in *l. 3. C. Theod. de censitor.* iidem sunt qui in *l. 3. C. Theod. de exact.* defecti, vastati, fenei, jejuni dicuntur. Proinde non male Jac. Gothofr. vocabulum illud derivat ab ἀφαντε, quod evanidum significat, observatque, & Collumellam *de arbor. c.* 17. arbores vocare *evanidas*.

AFFATUS, vel ADFACTUS divinos, sacros, augustos vocant Impp. sua rescripta *l. 6. C. de natural. lib. l. 6. C. de divers. rescript. l. 14. C. de religios.* Sic & affatus perennitatis *in l. 8. C. Theod. de Indulg. crim.*

AFFECTATUS error *l. 4. C. de incest. & inutil. nupt.*

AFFECTIO, propensio. Affectio honesta, & inhonesta *l. 5. D. de donat.* Quæ ad affectionem debitoris pertinent, ministeria *l. 6. C. de pign.* sunt servi, quos diligit dominus, aut in deliciis habet *l. 6. §. ult. D. de oper. serv.* Rebus uxoris maritus affectionem debere dicitur in *l. 2. C. qui dari tut.*

Affectio pro intentione animi *l. 1. §. 3. D. de adquir. possess.*

AFFECTUS pro intentione animi. Ita affectus animi *l. 17. D. de jur. codicill.* contrahentium *l. 55. D. de oblig. & act.* Eo sensu furiosi, & pupilli adfectu carere dicuntur, quia doli capaces non habentur *l. 1. §. 6. D. ne vis fiat ei, qui in possess.*

Affectus pro pietate, amore, caritate in *l. 28. §. 3. D. de liberat. legat. & passim.*

Affectus plurative significat liberos, parentes, conjugem, cognatos, & adfines, ut in *l. 26. C. Theod. de decurion.* Jul. Capitolin. *in M. Antonin. c. 29.* Et Antoninus quidem non est satis motus defectione Cassii, nec in ejus *affectus* sæviit. Vulcat. Gallic. *in Avid. Cass.* Nec in ejus liberos, aut *affectus* sæviit. Eodem modo necessitudines pro necessariis dixit Sueton. *Aug. c. 17.*

AFFECTUM beneficium id dicitur, ad quod quis ex præsentatione jus habet *c. si capitulos 5. de concess. præbend. in 6.*

ADFINIS, vide supra ADFINES.

AFFLIGERE, vel, ut Florentiæ legitur, adfligere, male afficere. Sic Affligere damno *l. 28. pr. D. de liberat.* ADFLIGI infamia *l. 25. C. ad leg. jul. adult.* valetudine *l. 3. C. qui morb. se excus.*

Affligere cui pretium, pro condemnare quem ad pretium restituendum in *l. 30. de negot. gest.* Quam loquutionem Ictis propriam videri, similemque huic esse: infligere cui usuras in *l. 3. §. 4. D. ubi pupil. educ. l. 11. pr. l. 17. §. 3. D. de judic.* notat Heinec.

AFRICA provincia, cujus fit mentio in *l. ult. §. 20. D. de muner. & honor.* quam proconsules regebant, ut ex *l. 5. §. 1. D. de jur. immun.* adparet,

AFRICANUS alias Africus. Ita Africanæ res *l. 3. §. 4. D. de administ. tut.* AFRICUM frumentum *l. 50. §. 1. D. maadat.*

AFRICANUS (Sex. Cæcilius) Ictus eorum, qui Antoninorum ætatem illustrarunt, facile princeps. Eundem enim esse Africanum cum Sex. Cæcilio, qui in *l. 3. §. 4. D. de adgnosc. patr.* & apud Gell. *lib. 11. c. 15.* laudatur, luculenter probavit Cujac. *lib. 7. obs. c. 2.* Secta fuit Sabinianus, & Juliano addictissimus, ac & tam obscurus, ut apud Glossatores in proverbium abierit illud *Africani lex est*, id est difficilis. Scripsit libros *9. quæstionum*, (nam *l. 3. D. de agnosc. part.* ubi Liber XX. quæstionum laudatur, in mendo videtur cubare) & *Epistolarum* libros 20. HEIN.

AFUIT, & AFUERIT, pro abfuit, & abfuerit in *l. 11. D. de tutor. & cur. dat. l. 13. D. ad municipal. l. 14. D. de auct. & cons. tut. vel cur. l. 17. §. 3. D. de usur.*

AGAILOCHUM. Vid. ALCHELUCIA.

AGAPæ dicuntur convivia, ad quæ convocantur fratres pietatis, religionisque ergo in *c. 1. dist. 43.* Nam ἀγαπᾶν apud Plutarch. *in Numa*, & Æschinum libentissime recipere apud Aristot. *lib. 2. Oecon.* nutrire significat. Unde in libris Concilior. ἀγάπας ποιεῖσθαι est convivia pauperibus dare. Ἀγαπῶν Christianorum mentio est in Judæ Epist.

AGASO, quasi ἀγάζων, servus agendis jumentis destinatus *l. ult. D. si quadrup. paup.* & hinc non adcensendus servis urbanis, quos pater familias circum se ipse sui cultus caussa habet *l. 60. §. 2. D. de legat 3.* immo ne fundi quidem instrumento, quia id circa non immittitur in fundum *l. 35. §. 3. D. de hered. inst.*

AGENTES in rebus, de quibus exstat *tit. lib. 12. C.* dictos quoque Veredarios, sic ætate sua Hieronymus *ad Abdian. c. 1.* adpellares esse tradit, qui veteribus *frumentarii* dicebantur. De his frumentariis egit Salmas. *ad script. rei Aug.* Eos res novas nunciasse Cæsaribus, dictos ideo ἀγγελιαφόροι, γραμματηφόροι, ac proinde simul præfuisse rei vehiculariæ, & transvehendæ annonæ militaris curam habuisse. Præterea si quid turbidi esset in provinciis, vel si magistratus non facerent officium, id omne retulisse ad principem, qui pleraque nova per frumentarios accipiebat. Spartian. *in Hadr. c. 11.* Quum ergo horum officia postea in AGENTES *in rebus* translata fuerint, non mirum est, eadem omnia inter horum officia recenseri. Hi igitur, (ut Turnebus *tom. 2. adversar. lib. 13. c. 10.* explicat) erant in militia Palatina, & veluti armata, i. e. in rebus, & actu reipublicæ, quod per provincias speciebus annonariis, quæ fisco, aut urbibus præstabantur ex canone, aut indictione convehendis importandisque præessent, ut canoni Romano, canoni Alexandrino, frumento militari, atque eorum etiam officiorum annonis, quæ in Palatino erant comitatu. Itaque Hierony-

nymus eos interpretatur πυροφόρας *frumentarios*, & *veredarios*. Etsi autem erant in Palatinis officiis (ut indicat Ambrosius in Epist. ad Marcell. his verbis: Palatina omnia officia, hoc est, memoriales, AGENTES *in rebus*, apparitores diversorum Comitum &c.) tamen munus eorum etiam in provinciis erat, cum & in Imperatoris aula frumentationibus, & annonis præessent, & in provincia eandem rem curarent. Quin & a Palatinis in Theod. C. distinguuntur his verbis: Quicumque inter *agentes in rebus*, vel inter Palatinos militiæ sacramenta sortiti sunt. Iidem (ut Hadrian. Valesf. *ad Ammian. Marcell. p. 55.* ex Libanio, Prisco, aliisque sæculi quarti scriptoribus observat) edicta, nomina Consulum, victorias Augustorum ptovincialibus nunciabant; dicti inde ἀγγελιαφόροι. Iidem in provinciis positi, ut dictum est, explorabant, scrutabanturque, si quod adversus principem nefarium consilium iniretur, atque hoc proprie ait *curiosos* dictos, vel πεύσηρας. Hujus autem *agentium* militiæ varii fuere gradus, variaque genera. Alii enim erant *tribuni scholarum*, alii *primicerii*, alii *senatores*, *ducenarii*, *centenarii*, *biarchi*, *circitores*, *equites*, *tirones*. Sic quidam eorum *curiosi*, quidam *principes agentium in rebus* dicebantur. *Principes* autem de schola *agentium in rebus* officio præsidum, proconss. vicariorum, ducum deputabatur *l. un. C. in quib. caus. milit. fori præs. uti non poss.* Conf. Cujac. *com. ad lib. XII. Cod. Just. tit.* 11. 20. 21. 22. *Tom.* 2. *Op. p.* 906. 926. 929. *&* 933.

AGER, ait Varro *lib.* 4. *lign. lat.* ab agendo nomen accipit, quasi in quam terram homines quid agebant, & unde vicissim quid agebant fructus caussa. Quinctilian. *lib.* 1. *Inst. or. c.* 6. hanc etymologiam carpit, aitque, agrum ex voce græca duci. Ergo saltem vox græca ἀγρός est ab ἄγειν, quod est agere, arare, vertere, quia semper aliquid in agro fructus capiendi causa fit, & agitur, vel certe agi potest Gœdd. *ad. l.* 27. *n.* 7. *& ad l.* 115. *n.* 8. *de Verb. signif.*

Ager, ait idem Gœdd. *ad d. l.* 37. *n.* 6. 8. 12. plerisque linguæ latinæ auctoribus (Ictis raro) generatim sumitur, continetque & arvum, arbustum, vinetum, plantarium, pomaria, oliveta, salicta, loca venatoria, aucupatoria, piscinam, villam, vivaria, alvearia, immo non unum aliquem agrum, sed universum territorium (χώραν) urbi circumjectum, sub quo & flumina, lacus, saltus, nemora, montes, ac similia, adeoque omne, quod circa quamlibet urbem, civitatem, oppidum, coloniam, municipium est, sive horti sint, sive ædificia, sive prata, sive pagi, sive viæ publicæ, & si quæ sunt alia: vulgo territorium, seu comitatum quidam districtum vocant. Et hoc sensu apud Livium sæpe legitur.

At Jureconsultis vocem proprie strictque sumentibus AGER definitur locus ruri sine ædificio *l.* 211. *D. de verb. signif.* vel locus sine villa *l.* 27. *D. eod. tit.* Veteres plane in Legibus scribendis agros, loca, ædificia conjungebant, ut ex Lege Thoria, & Servilia, & Ciceron. *de leg. agrar.* adparet. Locus sine ædificio in Urbe *area*, rure autem *ager* adpellatur *d. l.* 211. *D. eod. tit.* Deinde hujus vocis notioni specificæ inest quod ait Javolenus *l.* 115. *D. eod. tit.* his verbis: Ager est, si species fundi ad usum hominis comparatur.

Ager enim, ut ait Gœdd. *ad d. l.* colitur, & fructuum causa habetur. Fundus autem est quælibet soli species etiam inculta, & nulli usui destinata, in qua aliquid fundari potest. Denique hoc ex eodem Javoleno *d. l.* 115. est addendum. Possessio ab agro juris proprietate distat: quidquid enim adprehendimus, cujus proprietas ad nos non pertinet, aut nec potest pertinere, hoc possessionem adpellamus. Possessio ergo *usus*, AGER proprietas loci est. Ad quæ verba Gœddeus: Possessio est fundus, in quo dominium possessionis (jus & usus possessionis) non autem dominium proprietatis habemus. Ager est fundus, in quo dominium proprietatis habemus.

Agrum in SCo Silaniano contineri etiam appellatione tecti, voluit Justinianus Imp. dum servus clamantem dominum exaudire potuerit *l.* 12. *C. de his quib. ut indign.*

Ager adsignatus militibus *l.* 15. §. 2. *D. de rei vind.* quales etiam *possessiones* veteranis in præmia adsignatæ *l.* 11. *pr. C. de evict.* & apud Ciceron. *Philip. V. cap.* 19. & *ad Familiar. lib.* 11. *epist.* 20. 21. Sicul. Flacc. *de condict. agror. p.* 17. & Frontin. *de qualitat. agror. p.* 38. *seq.* Hygin. *lib.* 2. *de limitib. p.* 206. Divisi & *adsignati* sunt agri, qui veteranis, aliisque personis per centurias certo modo adscripti, aut dati sunt. Adsignantur autem agri per centurias, & jugera. Centuria erat jugerum CC. vel CCL. jugerum vero in longitudinem pedes CCXL. in latitudinem CXX. continebat, teste Columella *de re rustic. V.* 1. Ceterum adsignatorum agrorum limites versus orientem, & occidentem *decumani*, versus meridiem, & septentrionem cardines dicebantur. HEIN.

Ager arcifinius, limitaius, farrarius, occupatorius, purus, vectigalis. De his omnibus vide suis locis.

Agri delati vi fluminis passim memorantur, ut *l.* 11. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv.*

Ager incultus est cultura vacuus *l.* 7. *C. de bon. proscripi.*

AGERE, verbum latissime patet, & tritissima significatione facere, & gerere significat: quamquam & subtilis quædam inter hæc verba differentia intercedit. *Actum* enim generaliter dicitur sine verbis, ut stipulatione, sive re, ut numeratione pecuniæ, quid agatur. *Gestum* rem sine verbis gestam demonstrat *l.* 19. *D. de verb. signif.* Inde hæc tria plerumque in eadem ratione cumulative acta, facta, gestaque *L.* 2. §. 1. *D. de curat. bon. dand.* AGERE negotium *l.* 24. *D. de procur.* id est gerere. Agere male, & nihil *l. un.* §. *ult. D. quand. dies ususfr. leg.*

Age-

Agere lege *l.* 123. *D. de reg. jur.* est negotium eo ritu expedire, quem lex instituit, & ita lege agere etiam lictores dicebantur, ceu ostendit Schulting. *Jurispr. antejust. p.* 85. 602. *sequ.* Tamen lege agere, vel *quo alio jure* agere separantur in *l.* 3. *D. de offic. praet.* ut ibi *lege* agere dici videatur de actionibus, quae in jure certis formulis proponendae, ac impetrandae erant; & *alio jure* agere, pertinere ad actus voluntariae jurisdictionis similiter apud eum Magistratum rite explicandos, apud quem est *legis actio*.

Agere cum populo est, ut Festus exponit, populum ad concilium, aut concilia vocare, vel ut Gell. *lib.* 13. *c.* 14. rogare populum, quod suffragiis suis aut jubeat, aut vetet.

Agere & conveniri opponuntur *Rubr. C. ubi agere, vel conven.* Et ita: Agere quis dicitur per condictionem *l.* 15. §. 1. *D. de condict. indeb.* AGERE actionem *l.* 39. §. 1. *D. de procur.* actione *l.* 22. *D. de liberal. caus.* judicio *l.* 2. §. 25. *D. de vi bon. rapt.* adpellatione *l.* 13. *C. de procurat.*

Agere etiam videtur, qui excipit *l.* 1. *pr. D. de edend. l.* 1. *D. de except.* In exceptione enim, quod ad probationem attinet, actoris partibus reus fungitur *l.* 19. *D. de probat.* Nec tamen actionis nomine exceptio continetur *l.* 8. *fin. D. de verb. signif.*

Agere porro videtur, qui damni infecti, vel legatorum sibi satisdari desiderat *l.* 30. *D. rem. rat. hab.* Actionum enim vicem praetoriae stipulationes repraesentant, actionumve instar obtinere dicuntur *l.* 37. *D. de oblig. & act. l.* 10. §. 1. *D. de compens. l.* 1. §. 2. *D. de praet. stipul.*

Agere de falso, id est accusare *l.* 30. §. *fin. D. de inoff. test.* Multo magis quis agere dicitur, quando accusat testamentum inofficiosum *l.* 30. §. *ult. D. eod. tit.* vel suspectum tutorem *l.* 3. *D. de adpellat. recip.*

Agere causam alienam *l.* 11. §. 11. *D. de extraord. cogn.* suam, seu propriam *l.* 38. §. *ult. D. de jure fisc.* id est orare, quod de reo etiam dicitur *l.* 1. *C. quor. ad pell.* Acta vero causa aliquando est perorata vel finita, veluti quando *acta* causa dicitur pronunciatum: aliquando quae in foro agitur, quamvis nondum peracta sit *l.* 16. §. *ult. D. de vacat. & excus. mun. l.* 16. §. 3. *D. de pign. & hypoth. l.* 4. *D. judic. solv.*

Agere libellos principis *l.* 12. *D. de distract. pign.* est scriniorum, vel libellorum magistrum esse, de quo Papiniani honore legendus Ev. Otto *in Papiniano*. HEIN.

Agere, degere, morari, versari. Sic Agere in civitate provinciae *l.* 22. *D. de publ. jud.* in commeatu *l.* 1. *D. de re milit.* in fuga *l.* 50. §. 1. *D. de acquir. possess.* in furore *l.* 8. *D. de his qui sui vel alien. jur.* in reatu *l.* 25. *D. de poen.* in magistratu *l.* 8. *D. de accus.* Haud absimili notione dicitur quis agere aetatem *l.* 74. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* annum *l.* 3. *D. de jure immun.* diem supremum anni *l.* 1. *D. de manum.*

Agere pro regere. Sic Agere rem publicam *l.* 35. §. 8. *D. ex quib. caus. maj.* Et eo sensu accipienda est loquutio Pomponii. Agi jure & consuetudine, id est regi *l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur. Iterum*, inquit, *coepit populus Rom. incerto magis jure, ac consuetudine agi, quam per latam legem*. Ita enim ibi legendum esse, docet Bynkersh. *in praetermiss.* quia & §. 1. scripserit Pomponius, *sine lege certa sine jure certo agere instituit*. Ita & Ascon. Paedian. *in Verr.* 2. 32. suae cujusque civitatis legibus agebantur. Agere tutelam *l.* 5. §. 12. *D. de reb. eor. qui sub. tut.* id est administrare.

Agere, ante se pellere, & ut Paullus apud Festum exponit, *minuere*. Idem Fest. Agasones, equos agentes, id est *minuentes*. Cui verbo barbari ei notam inuri non patiuntur Ausonius, & Apulejus, quorum uterque eodem usus est, ille epigr. 67. de *bacula* Myronis, hic *lib.* 3. *de asin. aur. p.* 141. Atque ut id antiquitus receptum credamus, movet Naevii veteris comici poetae auctoritas, ex quo idem Festus *lib.* 13. haec verba citat. *Sequimini praeminate, nisi aliquod mendum subest*. Et ita verbum agere accipiendum *l.* 9. *D. de serv.* & passim. Quamvis vero praecipue agi dicantur: quae animalia sunt *l.* 235. *D. de verb. signif.* tamen vehiculum non minus, quam jumentum agitur *l.* 1. *D. de servit. praed. rust.* & in describenda actus servitute junguntur agendi, eundi *l.* 1. §. 21. *D. ne quid in loc. publ.*

Notandae porro phrases e jure nostro. Agere judicium *l.* 28. §. 1. *D. de stipul. serv.* mensuram *l.* 2. *D. de mens. fals. mod.* poenitentiam *l.* 25. §. *ult. D. de adquir. vel omitt. her.* respectum, id est judicare, mensurare, eum esse quem poenitet, considerare.

Denique AGERE aquam, id est deducere *l.* 1. §. 5. *D. de civ.* Unde actor pro eo, qui aquam ducit *l.* 1. §. 16. *D. de aqu. quotid.* AGERE avem, id est excitare *l. ult.* §. 3. *D. quod vi aut cl.* Agere quem in exsilium Paull. *sent.* V. 15. 5. Agere rates *l.* 1. *pr. D. ut in flum. pub. nav.*

Ab AGENDO sunt acta, actio, actor, actus, & agmen, de quibus vide suis locis.

AGERIUS AULUS nomen fictum, quo in formulis utebantur Icti veteres, uti & Numidii, Nigidii exemplo philosophorum, quibus Theon, & Dion frequenter in ore erant. Exempla supersunt in formulis quae proponuntur §. 2. *Inst. quib. mod. toll. ob. l.* 18. §. 1. *D. de acceptil. l.* 41. §. 2. *D. de usur.* & apud pariatorem *Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 6. *extr.* in scholis jureconsulti libentius utebantur nominibus C. Seius, L. Titius, Mevius, Sempronius, Mevia, Titia, Sempronia, ceu jam Plutarch. *in Quaest. Rom. p.* 271. observavit. HEIN.

AGGER. De Nili aggeribus non rumpendis tit. est *C. Justin.* Graece χώματα vocabantur *l.* 10. *D. de extraord. crim.* & de iis Joseph. *lib.* 2. *Antiq. jud. c.* 9. Eos autem per periphrasin Cic. vocat moles oppositas fluctibus. Hinc aggerem sive naturalem, sive manufactum re-

reponere, vel restituere *l.* 2. §. 5. *l.* 13. §. *ult. D. aqu. & aqu. pluv.*

AGGEREM significare etiam viam lapidibus stratam, Isidorus scribit *lib.* 15. *etym. c. ult.* Et sane id verbum pro via publica, vel regali usurpari videmus in *l.* 5. *C. Th. de itin. mun. l.* 2. *C. Theod. ne quid. in palat. Rubr. tit. C. Theod. de milit. agg. non rump.* Ita AGGER viæ apud Virgil. *Æn.* 5. *v.* 273. itinerarius agger apud Amm. Marcel. *lib.* 19. *c.* 6. AGGER publicus apud Sulpic. Sever. in *vita Martini lib.* 3. & Bedam in Martyrol. IV. *Id. Octob.* Sidon. Appollinar. *carm.* 24. Antiquus tibi ne teratur agger Prudent. *contra Symmach. II. v.* 1051. *Et ne jacta via spargantur in aggere grana.* Addatur Turneb. *Adversar. XI.* 6. Bergier *de viis l.* 17. Ever. Otto *de tutela viar. II.* 4. *p.* 359.

AGGREGARE, aut, ut rectius in Florentino, adgregare; Adgregari muneribus *l. ult.* §. 6. *D. de mun. & hon.* peculio *l.* 8. *D. de castr. pecul.* ADGREGANDÆ vires *l.* 27. §. 2. *D. de fidej.*

AGITARE in *l.* 1. *C. de curs. publ. & l.* 2. *C. de spectac.* est ad currendum incitare. Hinc agitandi munus *l.* 7. *C. Th. de scenicis.* Vetus Inscriptio. Hinc agitavit in quatuor stabulis. Lamprid. *Commod. c.* 8. Noluit etiam in circo quadrigas agitare. Ita & agitare mulas *l.* 30. §. 2. *D. locat.*

Agitare caussam *l.* 19. *fin. D. de adpell.* exceptionem *l.* 20. *pr. D. de adpell.* judicium *l.* 4. §. *ult. D. de noxal. act.* id est agere.

Agitare pecuniam *l.* 4. §. 2. *D. de fidejuss. tut* id est administrare, agere.

Agitare pro cogitare in *l.* 38. §. 1. *D. de testam. milit. l.* 45. *pr. de act. emt.*

AGITARI quoque dicitur quæstio *l.* 18. *D. mand. l.* 35. *pr. D. de mort. caus. don.* & *species* (facti nempe, quæ in quæstionem venit) *l.* 11. *D. de damn. infect.* Eodem sensu *agitatur* absolute positum legimus *l.* 41. §. 4. *de legat.* 1. *l.* 41. §. 4. *D. qui pot. in pign.* & passim.

AGITATOR, qui in circensibus ludis bigas, trigas, quadrigas agitabat. *l.* 4. *pr. D. de his qui not.* qui agitandi munus exercet, ut loquitur *l.* 2. *C. de spectac.* Aurigarius adpellatur a Sueton. *in Neron. c.* 5. Vid. quæ disseruit Jos. Scaliger *ad Manil. lib.* 5. *Astron. v.* 76. *sequ.*

AGMEN quasi agimen dicitur, observante Servio ad Virgil. *Æn.* 1. *v.* 186. AGMEN aquæ *l.* 6. *C. de servit. & aqu.* aquarum Virgil. *Georg. lib.* 1. *v.* 322. Impletum agmen (sc. fisci patronum) *l.* 8. *C. de advoc. divers. judic.* id est impletus numerus.

Agmen judiciale *l.* 6. *C. de arbitr.* ibi rescribendum esse *examen*, putat Rittershus. *lib.* 5. *different.* 10, idque argumento *c.* 4. *decretal. de arbitr.*

AGMINALES equi, qui exercitum sequuntur impedimentorum transvehendorum caussa *l. ult.* §. 21. *D. de mun. & hom.* ii & *paraveredi* dicti *l.* 3. *C. Theod. de curs. publ.* Vide infra hac voce.

AGNATI. Vid. supra *adgnati.*

AGNINÆ, & caprinæ pelles apud Ulp. *l.* 25. §. 8. *D. de aur. arg. legat.*

AGNOITÆ, & Tritheitæ a Theodosianis exorti sunt, ex quibus AGNOITÆ ab ignorantia dicti, quia ad perversitatem, a quo exorti sunt, id adjiciant, quod Christi divinitas ignoret futura, quæ sunt subscripta de die & hora novissima, non recordantes Christi personam in Esaia loquentis, *Dies judicii in corde meo c.* 39. §. 67. *caus.* 24. *quæst.* 3.

AGNOMEN habetur apud Cic. *lib. de invent.* itemque *in* §. 29. *Inst. de legat.* quamvis non in omnibus editionibus, quod & in *l.* 4. *C. de testam.* unde ille §. desumtus est, legitur. Illud cognominis genus est, quod ob insignem rem aliquam nomini additur.

Ἀγνοφόρος. Ita in *l.* 43. §. 1. *D. de legat.* 2. legunt non pauci, inter quos Cujac. *ad Resp. Modest. lib.* 10. qui tamen antea lectionem Florentinam ἀγωνοφόρον servaverat, & Bynkersh. *observ. VI.* 9. Est autem ἄγνος genus plantæ, vel fruticis apibus gratissimum. A Gaza redditur *vitex* apud Arist. *lib.* 2. *anim.*

AGNUS. Eo nomine continentur, qui minores anniculis sunt *l.* 60. *pr. D. de legat.* 3. Sane quamdiu *agnorum* sint numero, ex usu cujusque loci sumendum esse Marcianus definit. Nam in quibusdam locis, inquiunt, ovium numero esse videntur quum ad tonsuram venerint *l.* 65. *fin. D. de legat.* 3. Nisi ergo alius demonstretur vocabuli usus, ovibus legatis, agni non continentur, nisi annales sint, teste Paullo *sent. lib.* 3. *tit.* 6. §. 74.

Ἀγωνικά, genus oneris publici, cujus mentio fit *in l.* 4. *vers. valeat C. de discuss.* At in Græco textu verba ita scripta reperiuntur: ἀγώγιμα ἤτοι παραπομπικά, quibus verbis transmissibilia significantur. HEIN.

AGONOTHETÆ in *l. ult.* §. 17. *D. de mun. & bon. l. ult. C. Theod. de expens. ludor.* dicuntur, qui certamini præerant, qui, teste Hieron. *contra Jovinian.* proponebant præmium, & invitabant ad cursum, Denique, ut Tertullian. in libro *de fuga in persequut.* loquitur, ad eos arbitrium certaminis pertinebat. Idem Tertull. in libro *ad martyr. c.* 3. *Bonum agonem, ait, subituri estis, in quo agonothetes Deus vivus est.* Inde ἀγωνοθετεῖν in *l.* 10. *D. de pollicit.* idem est, quod ludis præsidere *l.* 6. *D. de ann. legat.* Et ἀγωνοθεσία ipsum constituendi, designandique certaminis munus adpellatur *l.* 20. §. 7. *D. de famil. hercisc.*

AGONOTHETICÆ possessiones *in l.* 5. *C. de divers. præd. urban. & rust. templor.* seu fundi, qui sunt agonothetici juris, ut loquitur *l. ult. C. de fund. patrim.* id est deputati sumtibus sacrorum certaminum, ut interpretatur Dionys. Gothofred. *ad. d. l. ult. C. de fund. patrim.*

Ἄγραφα dicuntur forensia, & publica instrumenta Nov. 42. 52. 73. 117. 142. diversa ab ἐγγράφοις, quorum fit mentio in *l.* 11. *C. qui potior. in pign.*

Ἀγορανόμος. Ædilis coloniæ, vel municipii. Describere-

fcreta fuisse Athenis τον ἀγορανομων & των ἀστυνομων officia certum est. At quamvis & in Municipiis hos magistratus distinctos fuisse existimet Cujac. *observ.* 22. 31. promiscue tamen his vocabulis usas esse colonias, & municipia, demonstravit Ev. Otto *de Ædil. Colon. & Municip. c.* 4. §. 4. *p.* 121. ubi & rationem, cur posterius vocabulum rarius fuerit, hanc reddit, quod solæ Athenæ κατ' ἐξοχὴν dictæ fuerint Ἄστυ, quemadmodum Roma sibi *urbis* nomen tamquam proprium vindicavit. HEIN. art. *Ædiles*.

AGRARIA lex de terminis motis *l.* 3. *D. de term. mot.* lata dicitur a Caio Cæsare, per quem aut C. Julius, aut Caligula intelligi potest. Sane Caii Julii Cæsaris leges agrariæ, quarum Suetonius *Jul. c.* 20. Vellei. *lib.* 2. *c.* 44. Dio Cassius *lib.* 38. meminerunt, ab hac, cujus in *d. l.* 3. *D. de term. mot.* mentio fit, diversæ sunt. Addamus, & Nervæ Cæsaris legem agrariam eundem memorare Callistratum *d. l.* 3 §. 2. Add. Ulr. Obrecht. diss. *de leg. agrar. c.* 4. & 5. HEIN.

AGRARIÆ viæ, quæ in agris sunt, aut in agros educunt *l.* 2. §. 22. *D. ne quid in loc. publ.*

AGRARIENSES naves *l. un. C. Theod. de lusor. Danub.* sic dictæ, quod agrarias exercerent, id est in vigiliis, & specula essent. Vid. Marcellin. *lib.* 4. *c.* 3. ibique Valesium, & Jac. Gothofr. *Commentar. ad d. l. un.*

AGRATICUM est, quod pro concesso agro penditur in *l.* 11. *C. Theod. de veteran.* & ibi Gothofred. Add. Du Fresne *Glossar. voc. Agrarium.*

AGRESTIA *loca*, agri rus. *l.* 4. *C. de malef. & mathem.*

AGRICOLÆ, qui & agricultores, & agriculatores dicuntur. Est generale nomen eorum, qui agros colunt. Specialia vero nomina sunt illa, quod Agricolarum quidam sunt adscriptitii, alii coloni conditionales, alii inquilini, alii originarii, alii simpliciter coloni usurpantur: Ad eos pertinet totus *titulus Codicis de agricolis, & censitis, & colonis*, quem erudite illustravit Cujacius.

AGRIMENSORES, qui ab Ulpiano *l.* 8. §. 1. *D. fin. reg. & tit. D. si mens. fals. mod.* mensores, alias vero & Agrimensores adpellantur *l.* 3. *C. fin. regund.* erant viri in geometria, & aliis mathematicis scientiis probe exercitati, quorum disciplina sub Augusto diligenter exculta, insequentiumque Principum favore diutissime floruit *Var.* 3. 52. auctoresque illius Siculus Flaccus, Julius Frontinus, Aggenus Urbicus, Simplicius, Hyginus, & alii, quorum & hodie ingens inter doctos pretium est, in magna dignatione habiti sunt, sicut ex sollemni illo testimonio apud Cassiodor. *Varr. III.* 52. constat.

Horum aliorumque veterum rei agrariæ scriptorum libros, & fragmenta cum eruditissimis suis, & Nic. Rigaltii notis, & observationibus, glossariis, & antiquitatibus agrariis, edidit Guil. Goesius *Amstelod.* 1674. *in* 4. Ceterum in *antiquitatibus agrar. c.* 4. non modo agrimensorum officium, quatenus a judicis officio differebat accurate exsequitur laudatus Goesius, sed & *p.* 31. varia eorum nomina colligit. Vocantur autem in vetustis monumentis finitores, mensores, mensores agrorum, mensores agrarii, mensores agris limitandis, metiendis, metitores, metatores, & decempedatores, limitatores, rectores, censitores, inspectores, agentes, artifices, professores, ministeriales imperatorum, arbitri. De eorum dignitate Honorius, & Theodosius Augusti *l. un. C. de mensor. Primicerius mensorum, biennio expleto, agentis in rebus militis militiam sortiatur.* HEIN.

AGRIPPINENSES in Germania inferiori Italici juris sunt, ait Celsus in *l. fin.* §. 2. *D. de censib.* Colonia autem Aggrippinensis vulgo Agrippina hodienum notissima est.

AHENUM vid. æneum.

AIO verbum, veteris juris erat, quo actiones personales intendebantur. Nonius interpretatur *dico*, Hinc nata illa forensis formula A. T. M. D. O. id est, aio te mihi dare oportere, ut Valer. Prob. scribit.

AIT, & AIUNT in legibus citandis frequenter veniunt *l.* 11. *pr. D. de divort. l.* 1. §. 1. *D. de adil. edict.* Et illud AIT, *inquit*, similiaque aliquando abundare ex *l.* 3. *D. si pars hered. pet.* & fortassis etiam ex *l.* 66. *pr. D. solut. matrim.* patet. Vid. Bynhersh *observ.* 3. 22.

Αἰκία græcis est injuria, quæ corpori infertur. Id vocabulum pro ἀδικία, quod apud auctorem Collat. *Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. legitur, reponit Salmas. *ad jus Attic. & Rom. c.* 7. & *de mod. usur. c.* 17. Sed ea emendatione nihil opus esse, ostendit Heinecc. Vid. supra voc. ἀδικία.

Αἱμασία Vide *hamasia*.

Αἵρεσις Eo vocabulo usus est Modestinus *l.* 6. §. 2. *D. de excus.* ubi ait: Est autem & numerus rhetorum in unaquaque civitate, qui vocationem munerum habent, καὶ αἱρέσεις τινὲς προσκειμέναι τῷ νόμῳ, id est & conditiones quædam lege propositæ, ut sensus sit, rhetores quidem vacationem munerum habere, sed conditionibus quibusdam lege propositis, ut interpretatur Cujac. *ad d. l.* Sic sane & Theophilus §. 2. *Inst. de his qui sui vel al. jur.* καλῇ αἱρέσει πωλῆσαι dicit, pro *bonis conditionibus vendere*. Et §. 10. & *sequ. Inst. de hered. inst.* κληρονόμος ὑπὸ ἀδυνάτῳ αἱρέσει. heres sub impossibili conditione; ὑπὸ πολλὰς αἱρέσεις sub pluribus conditionibus §. 2. *Inst. de legat.* αἵρεσιν ἔχει ἐν ἑαυτῷ tacitam habet conditionem, & §. 32. legatum αἱρετικῶς, id est *conditionaliter*, αἱρετικὸν *conditionale* relinquere. HEIN.

AITHALES Vid. AETHALES.

ALA in *l.* 1. *D. de his, qui not. infam.* est exercitus pars; inprimis equitum ordines ita dicti, quod dexteram, sinistramque legionis tamquam alæ regerent Gell. *lib.* 16. *c.* 4. Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 1. Alarum præfectus est apud Suet. *in Tib. c.* 30. Idem *in Claud. c.* 15. E-

15. *Equestrem militiam ita ordinavit, ut post cohortem Alam, post alam tribunatum legionis daret*, ALA funditorum. Valer. Max. lib. 2. c. 2.

ALABARCHA, & Alabarchia. Vid. infra *arabarcha*.

ALABASTRITES in *l.* 23. §. 10. *D. de aur. arg. mund.* pro quo Florentiæ legitur, *veluti labatio*, & in quibusdam codicibus additur *riscus*, ut adeo ex *labatio* id est *labavio* & *riscus* facile potuerit nasci vocabulum Alabastrites. Attamen ne hoc quidem ineptum. Alabastrum enim & alabastrites, id est onyx, servandis unguentis maxime videbatur idoneum teste Plinio *Hist. nat.* 36. 7. Quin vasa unguentaria etiam, quæ non erant ex alabastrite, eo nomine veniebant. Vid. Jul. Pollux. *onomastic. lib. 6. c.* 2. Hinc χρυσεα αλαβαστρα *aurea alabastra* apud Theocrit. *Idyll.* 15. *v.* 114. HEIN.

ALANICUS dictus est Justinianus in pr. proœm. Inst. nec non in lapide apud Tournefort. *Epist.* 17. *p.* 103. ab Alanis populis devictis. Hi autem, gens origine Asiatica, ultra Caucasum in Iberiæ finibus sedes constituerant, teste Procop. *de bell. Persic.* 2. 29. & *bell. Gothic.* 4. 5. Pars deinde cum Vandalis migravit in Hispaniam, ac postea in Africam trajecit, ubi cum illis in unam veluti gentem coaluit. Procop. *de de bell. Vandal.* 1. 5. Quare exciso Vandalorum regno non modo Vandalici, sed & Alanici cognomen sumsit Justinianus. HEIN.

ALARES milites, qui cohortalibus junguntur *l.* 4. *C. Theod. de veteran.*

ALBARIUS, qui tecta sarcit, tectoria inducit, cisternas hiat Tertull. *de idolatr. c.* 8. & ita adpellatur in *l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* In *l.* 1. *C. Just. eod. tit.* dicitur Albinus, quod eodem videtur redidire. Vetus glossarium Κονιτης dealbator, albinus, tector. Vid. infra *tector*. HEIN.

ALBESCENTE cœlo, id est prima luce *l.* 25. §. *ult. D. de lib. & posthum.* Virgil. *Æn.* 4. *v.* 586. *Ut primum albescere lucem Vidit*.

ALBINUS. Vid. ALBARIUS.

ALBUM tabula, in qua prætores edicta sua, quæ omnibus innotescerent, actionesque, & interdicta proponebant *l.* 1. §. 10. *D. de orig. jur. l.* 7. *l.* 9. *D. de jurisd.* Hesychius σανιδας λευκας vocat. Album autem dicta ea tabula, vel quia albis litteris erat notata, juxta Theophilum §. 12. *Inst. de act.* & Glossar. vet. græcum, vel quod ipsa dealbata esset juxta aliud vetus glossarium. Et huic opinioni favere magis videtur locus Plauti in *Persa act.* 1. *sc.* 2. ubi ait: Si id fiat, ne isti faxim numquam adpareant, qui hic albo pariete aliena oppugnant bona. Scilicet in albo propositas habebant actiones, ut ex *l.* 1. *C. de interd.* liquet.

Hinc ALBUM corrumpere, mutare, radere, tollere apud Paul. sent. *lib.* 1. *tit.* 13. §. 3. *seq.* & ALBI *corrupti* actio proposita adversus eum, qui album corrupit.

Album quoque adpellatur tabula, in qua decurionum nomina secundum cujusque ordinem scribuntur *Tit. D. de albo scrib. l.* 10. *D. de decur. l. ult.* §. 11. *D. de mun. & hon. l.* 5. *l.* 9. *l.* 67. *C. de decurion.* Vocatur curiæ album in *l.* 45. *D. de decur.* Ut autem albo quis adscribi dicitur, ita & albo eximi in *l.* 3. *C. de decur.*

ALCHELUCIA est in Florentino & in quibusdam pandectarum editionibus, ubi refertur inter species ad vectigal pertinentes *l.* 16. §. 7. *D. de publican.* Sed suspectum plerisque est illud vocabulum, quod proinde a Taurellio uncis inclusum animadvertimus. Scribendum plerique existimant *agallochium* αγαλλοχον, idque interpretantur xylaloen, seu lignum aloes, quod ex India & Arabia defertur, quodque odoratum, & gustu adstringens esse tradit Dioscorid. *lib.* 1. *c.* 21. HEIN.

ALEA lusus tesserarum. Aleam ludere *l.* 26. *D. de injur.* Suet. *in Aug. c.* 71. ALEA luditur *l.* 1. §. 2. *D. de aleat.* in alea gestum *l.* 19. §. 4. *D. de probat.* in alea lusum *l.* 1. *pr. l. ult.* §. *ult. de alear.* Si in alea rem vendam, ut ludant *l.* 2. §. 1. *D. quar. rer. act. non dat.* Vetitæ legibus aleæ Hor. *lib.* 3. *carm.*

Alea pro fortuna, vel eventu incerto. Alea emi dicitur, quum ipsum incertum reivenit, veluti si jactum retis, vel pantheram ab aucupe, vel missilium captum quis emat *l.* 7. *junct. l.* 11. *D. de hered. vel act. vend.* Sic & in *l.* 5. *pr. D. de naut. foen.* in aleæ speciem cadere dicitur, quod ex dubio, incerto, & fortuito eventu pendet.

ALEATOR *Tit. D. de aleator.* qui alea ludendo bonas horas consumit. Add. *l.* 225. *D. de verb. signif.* De aleatoribus est eruditissima commentatio Petr. Pantoi. de Ayala recusa *in Thesaur. jur. civ. Tom. IV. p.* 905. *seq.*

ALERE. Ali radicibus dicitur arbor *l.* 6. §. *ult. D. de arb. furt. cæs.* Singularis vero est loquutio, ali lege, vel consuetudine, quæ habetur *l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur.* Sed Muretus, Marcilius, & Bynhersh. legendum putant AGI.

ALEXANDRIA Urbs Ægypti ab Alexandro M. condita, sedes olim Ægypti Regum, postea Præfectorum Augustalium, & Juridicorum Alexand. civitatis. In jure nostro vocatur Urbs Ægypti clarissima, fertilissima, ac splendidissima *l.* 1. *C. de offic. juridic. Alex. l.* 13. *pr. C. de advoc. divers. judic. l.* 1. *C. de privat. carcer.*

ALEXANDRINI principales in *l.* 56. *C. de decur.* summates ordinis Alexandrini dicuntur in *l.* 57. *C. eod. tit.* Observandum autem est, Ægyptiorum rerum novarum studiosissimorum tam suspecta Romanis fuisse ingenia, ut iis magistratus gerere per leges plane non liceret. Isidor. Pelusiot. *lib.* 1. *epist.* 479. Ac proinde ne Alexandrini quidem publicum consilium, uti aliæ civitates, habebant, sed solis magistratibus Romanis jus di entibus obtemperabant, ceu patet ex Dion. Cass. *lib.* 55. *p.* 455. Primus Severus collegium decurionum ibi esse permisit, de quo Spartian. *in Sever.* c. 17. & Dio *l. c.*

l. c. Et hi sunt illi principales Alexandrini, & ordini Alexandrini summates, inter quos *primus curiæ* erat de quo *d. l. 56. C.* HEIN.

ALFENUS Varus ICtus Ser. Sulpicii auditor *l. 2. §. 44. de orig. jur.* Horatius *lib. 1. serm. sat. 3.* quemdam perstringit hujus nominis virum. Ad quem locum verus interpres: Alfinius, ait, Cremonensis, abjecta sutrina, quam in municipio suo exercuerat, Romam venit, Marcoque Sulpicio jurisconsulto usus, sua scientia ad tantam dignitatem pervenit, ut consulatum gereret, & publico funere efferretur. Sed hunc Alfenum a nostro diversum fuisse luculenter probavit Ev. Otto in *Alfeno Varo*, qui *in Tom. V. Thesauri juris* prodiit. Ac plane nostrum quadraginta Digestorum libros scripsisse ex Indice Pandectis Florentinis præfixo adparet: unde plurima in pandectas capita translata sunt, quæ Paullus in epitomen contraxit. Hinc illæ in *l. 30. & l. 31. D. locati* inscriptiones: *Alfenus lib. 3. & 5. Digestorum a Paullo epitomatorum*. Hunc rerum antiquarum non incuriosum ait Gell. *lib. 6. c. 5.* & ejus Digestorum librum 34. *conjectaneorum* item librum citat. At de his *conjectaneis* elegans est conjectura Bynkerhœkii *observ.* 8. 1. ea non fuisse opus Alfeni, sed Aufidii Namusæ, quem decem Servii Sulpicii discipulorum, adeoque & Alfeni scripta in 40. libros digessisse scribit Pomponius *l. 2. §. 44. D. de Orig. jur.*

ALGIDUS mons, cujus mentio est in *l. 2. §. 24. D. de orig. jur.* ubi Pomponius: Virginius recens cæde, madensque adhuc filiæ cruore ad commilitones confugit, qui universi de Algido, ubi tunc belli gerendi causa legiones erant, relictis ducibus pristinis, signa in Aventinum transtulerunt. At & ALGIDUM erat oppidum, in cujus agro eo tempore Romanorum exercitus ab Æquis cæsus fuerat. Neque ab ALGIDO, sed a Vercilio monte tunc exercitus Romam venit, ut auctor est Liv. *lib. 3.* De oppido mentio est apud Strabon. *lib. 5.* Situm autem erat inter Tusculum, & Albanum montem. Mons sane Algidus erat eadem regione 12. millibus passuum ab urbe distans. Vid. Eutrop. *l. 15.* Horatius *od. 21. 6. gelidum, & 3. od. 23. 9. nivalem* vocat: rationem nominis quasi explicans, quia ab *algendo* dictus est.

ALIAS pro aliquando. ALIAS videbitur possessione dominium intervertisse: ALIAS contra *l. 20. D. de adquir. vel amitt. possess.* Nonnumquam pro *alio casu*. Non ALIAS tenebitur ille libertus *l. 1. §. 2. D. si iis, qui testam. lib. esse juss.* Denique pro *aliter*, ut ALIAS, si alii *l. 8. §. ult. D. de pecul. legat.*

ALIGULA, vel Alicula in *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. mund.* non toga brevis puerilis, ceu putavit Cujacius *obs.* 10. 18. Sed chlamys, quæ pueris seminudis injiciebatur, ceu docuit Octav. Ferrar. *de re vestiar. Rom. part. 2. lib. 3. c. 1. p. 92.* Hinc facile patet, cur ἄλλιξ Heyschio sit χιτὼν χειριδωτὸς tunica manicata, & cur indecorus visus sit hic habitus, si eo grandiores uterentur. Gell. *Noct. Att.* 7. 12. HEIN. ALICULA autem est ab *ala*, quæ & axilla dicitur, concavitas sub brachiis.

ALIENARE est dominium in alium transferre. Itaque alienatum non videtur, quod adhuc in bonis venditoris manet *l. 67. pr. D. de verb. signif.*

ALIENATIO, ajunt Imperatores *l. 1. C. de fund. dot.* est omnis actus, per quem dominium transfertur. Senec. de *benef.* 5. 10. definit rei suæ, jurisque sibi in alium translationem. Ut ALIENATIO ab *abalienatione* differat. Vid. in ABALIENATIO.

ALIENATIONE tamen prohibita plenius testantis voluntatem, legisque mentem interpretantur, ut non tantum venditiones, sed & oppignorationes, servitutumque cessiones prohibitæ intelligantur *l. ult. C. de reb. al. non alien.* Et ita in lege Julia de fundo dotali, itemque in titulis D. & C. *de reb. eor. qui sub. tut.* & *de præd. minor.* plenissime interpretantur.

Alienare etiam videtur, qui patitur usucapi, nec non, qui non utendo amisit servitutem *l. 28. D. de verb. signif. l. 3. D. de fund. dot.*

Plane in edicto, quo cavetur, ne qua alienatio judicii mutandi caussa fiat, alienare intelligitur etiam, qui alienam rem vendiderit, sed heredem instituendo, vel legando, si quis alienet, aut venditori suo redhibeat rem, edictum cessat, nisi propter hoc ipsum redhibuerit, alias non redhibiturus *l. 8. in fin. l. 9. D. de alien. jud. mut. caus.* Quin etiam ad possessionis translationem hoc edictum pertinet *l. 4. §. 2. D. eod. tit.* Sed qui tantum possessionem omittit, alienare non intelligitur *l. 4. §. 1. D. eod. tit.*

Quum vero alienari extra familiam testator fundum vetuit, alienatio intelligitur, si quis, extraneo instituto herede, decesserit *l. 59. §. 3. D. de legat. 2.* vel si extraneos is fundus legetur *l. 114. §. pen. D. de legat. 1.*

Alienare utique, quod ad creditores fraudandos attinet, non intelligitur, qui occasione adquirendi non utitur *l. 6. D. quæ in fraud. cred. l. 28. pr. D. de verb. signif.* ALIENATIO enim est, cum patrimonium deminuitur, non quum non adquiritur. Nec tamen pupillus, qui sine decreto alienare non potest, delatam sibi hereditatem, vel legatum sine Prætoris auctoritate recte repudiat, quia ne spem quidem juris deteriorem facere potest. Generaliter autem alienatione interdicta voluntaria tantum interdicta intelligitur, non etiam ea, quæ causam juris habet necessariam *l. 1. D. de fund. dot. l. 2. §. 1. D. reb. eor. l. 13. l. 14. D. famil. hercisc. l. 114. §. 14. D. de legat. 1. l. 69. §. 1. D. de legat. 2.*

Alienare alicujus mentem medicamento *l. 15. D. de injur.*

Alienatio ab abalienatione quo differat. Vide art. *abalienatio*.

ALIENIGENUS, vel Alienigena in alieno territorio, vel sub aliena jurisdictione natus *l. 1. C. de emancip. lib.* ALIENIGENI Barbari *l. 2. C. quæ res export. non deb.*

ALIL-

ALIENIUS tempus, comparative dicitur in *l. 6. C. quand. provoc. non est necess.*

ALIENUS & proprius opponuntur. Alienæ ædes *l. 9. pr. D. donac. & ita* passim de re qualibet. Sed & alienum quandoque absolute ponitur. Sic in alieno facere, & in suo opponuntur *l. 15. §. 2. D. de damn. infect.* ALIENUM est, quod commune est *pr. Inst. de vi bonor. raptor.*

Aliena loqui, id est abhorrentia *l. 4. §. 1. D. quod met. caus.* ALIENUS a vi *l. 9. §. 28. D. quod. met. caus.* id est procul.

Alienus pro altero, vel alio *l. 3. pr. D. de rei vind.* Cujac. *obs. 5. 35.* Ita hoc vocabulum accipitur etiam *l. 3. §. 7. D. de lib. hom. exhib. l. 5. D. de duob. reis.*

Aliena res dicitur, quæ abitura speratur *l. ult. §. ult. C. commun. de legat.*

Alienus, id est suppositicius *l. 4. C. de hered. instit.*

ALII, id est reliqui *l. 1. C. Theod. de annon.*

Alii pro alius. Alii in locum successerunt *l. 159. §. 2.* D. de reg. jur. Ita uni pro unius in *l. 1. 12. fin. D. de bon. poss. sec. tab.*

ALIMENTARII dicuntur, quibus alimenta relicta sunt *l. 8. §. 3. & §. 24. D. de transact.* ALIMENTARII pueri, & puellæ memorantur a Jul. Capitolino *in vita Antonini Pii c. 8.* & in inscriptionibus passim. Vid. Ruben. *Elect. 2. 36.* Reines. ad Inscr. *6. 24.* Eos, easque Roma primum vidit sub Nerva Imp. Gruter. *Inscr. p. 440. 6.* postea id institutum provexit Trajanus, Plin. *Epist. 7. 10.* Grut. *p. 1028. 5.* & 1084. 7. eoque pertinet nummus apud Vaillant. *Num. Imp. p. 47.* ALIMENTARIIS illis incrementa liberalitatis adjecit Hadrianus, Spartian. in Hadr. quem locum ex *l. 14. §. 1. D. de alim. & cibar. legat.* de annis plenæ pubertatis interpretatur Edm. Merill. *Observ. III. 29.* De Antonino etiam Pio, & M. Aurelio Antonino res nota est ex Jul. Capitolini testimoniis, ex quibus etiam intelligimus, hunc novas instituisse *puellas Faustinianas*, quas ne numi quidem prætermittunt. Cura horum alimentariorum erat penes *Quæstores pecuniæ alimentariæ*, vel *arcæ publicæ alimentorum*, ut discimus ex Grutero *Inscr. p. 69. 6. p. 386. 3. p. 597. 2.* Reinens. *Insc. 6. 24.* Quin in iisdem lapidibus memorantur curatores alimentorum *p. 435. 8.* & procuratores alimentorum *p. 402. 4.*

Alimentariam legem pro frumentaria, vel de frumento plebi dividundo dixit Cœlius *ad Cic. lib. 8. epist. 6.* & alimentariæ causa est in *l. 8. §. 71. de transact.* ALIMENTARIA ratio *l. 4. §. 3. D. ad leg. jul. peculat.* HEIN.

ALIMENTORUM adpellatione cibaria, & vestiarium, & habitatio continentur, quia sine his ali corpus non potest; cetera, quæ ad disciplinam pertinent, nisi aliud testatorem sensisse probetur, non continentur *l. 6. 7. 17. §. ult. D. de alim. legat. l. 8. §. 12, D. de transact.* Augustior vero est *diariorum*, vel *cibariorum* adpellatio. His enim legatis neque habitatio, neque vestiarium, neque calcarium debetur; quoniam de cibo tantum testator senserit *l. 21. D. de aliment. legat.* Nec enim diaria aliud, quam diurna cibaria sonant.

At latius accipitur vocabulum, quoties leges de alimentis ex naturali æquitate a parentibus præstandis loquuntur. Tunc enim &, quæ ad disciplinam pertinent, comprehendit *l. 4. D. ubi pupil. educ. l. 6. §. 5. D. de Carbon. edict.* Immo & ministeriorum tunc haberi rationem paret ex *lib. 4. §. 1. D. de ventr. in possess. mitt.* HEIN. Ceterum notandæ loquutiones ALIMENTA constituere *l. 2. D. de fer.* decernere, & statuere *l. 2. l. 3. D. ubi pupill. educ.* præstare *rubr. C. de al. præst.*

ALIMONIA, æ. in *l. 1. §. pen. D. extraord. cogn.* ALIMONIÆ quæstus dixit Plaut. *Pers. 1. 2. 1.* eademque forma ea vocabulo usi sunt Macrob. Apulei. Prudent. aliique cadentis latinitatis auctores. Sed crebrius Ictis ALIMONIA plurative neutraliter usurpatur, ut in *lib. 4. D. de agnosc. & al. lib. l. 73. §. ult. D. de jur. dot.* Glossæ veteres τροφεῖον *alimonium*. Ad ALIMONIA πρὸς τὰ ἐφόδια. Vid. Car. Labæi *oas. & emend. in synops. Basilic. p. 95.*

ALIOQUIN, pro ceteroquin usus est Arrius Menander: ALIOQUIN si & relinquat litem, vel transfigat, retinendus est *l. 4. §. 8. fin. D. de re milit.* Frustra ergo hic χεῖτιν exercet Tabor, vel quisquis hic notulam hanc addidit: *Aliequin, pro quin. d. l. 4. nisi forte* RETINENDUM *ibi significat prohibendum, abstinendum, vel repellendum.* Quasi umquam id verbum eam notionem admittat. HEIN.

ALIPHANA. Vid. *Nyphanus.*

ALIQUANTI pro aliquot. Si non omnes, possunt tamen aliquanti cognosci *l. 31. C. Theod. de Episc.* Et quia aliquanti amplius, quam metuerant, occuparunt *l. 9. C. Theod. de censitor.* Tertul. *adv. Marcion. 31. 10.* ALIQUANTIS enim indignis conveniet uti. HEIN.

ALIQUATENUS, quodammodo, ex parte in *l. 10. D. de stat. hom. l. 5. §. ult. D. de obs. & act.*

ALIQUID pro aliquod, ut ALIQUID jus *l. 19. D. de damn. inf.* mancipium *l. 39. D. de bon. libert.* impendium *l. 63. §. 7. D. ad SC. Trebell.* emolumentum l. 22. §. 4. *D. de religios.* Si quid sacerdotium nacti *l. pen. D. de vacat. muner.*

ALIQUILIBET, pro quilibet. Omnes seu conchylio leguli, seu ex aliquolibet corpore mercatores *l. 9. C. Theod. de lustral. conlect.*

ALIQUO, loci *l. 1. D. de serv. export.* Tunc ut *aliquo* pluris patres haberent, placuit, duos ex numero patrum constitui *l. 2. §. 26. D. de orig. jur.*

ALIQUOT. Post aliquot annos, dixit Pomponius *l. 2. §. 28. D. de orig. jur.* quum tamen centum anni elapsi essent. Similia exempla collegit Rupert. *ad Enchirid. Pompon. cap. 14. p. 216.*

ALITARCHIA munus ad editionem ludorum pertinens

tinens in Syria prima, quod ad curam Comitis orientis pertinere vult *l.* 1. *C. de offic. com. or.* Alitarcharum autem magistratuum mentio est in *l. ult. C. Theod. de expens. lud. l.* 11. *C. Theod. de jur. fisc. l.* 2. *C. de express.* Vid. Jac. Gothofr. *comm. ad d. l. ult.* Reines. *insc. class.* 5. 6. Sic & Asiarchæ ludorum editionem incubuisse, indicio est, quod qui Eusebio *lib.* 4. *Hist. Eccles. c.* 15. *Asiarcha* vocatur, is a Rufino vertitur *Munerarius.* Ac plane Asiarchas munera dedisse populo, adparet ex Act. Apost. *cap.* 19. *v.* 31.

ALITER pro contra. Si aliter factum erit *l.* 4. §. 1. *D. de verb. oblig.* id est, si ita factum non erit, ut exponit *l.* 137. §. 7. *D. eod. tit.*

ALIUBI, pro alibi, vel alicubi. Nam si ea non esset, quæ aliubi nuptias non facile posset invenire *l.* 64. §. 1. *D. de cond. & dem.* Varro *de re rust.* 1. 44. Ut ex eodem semine aliubi cum decimo redeat, aliubi cum quinto Plin. *lib.* 9. *c.* 54. Aquatilia genera aliubi, atque aliubi meliora. HEIN.

ALIUS, diversus. ALIA causa est, id est diversa *l.* 14. *D. solut. matrim.* Est etiam alter. Actionem alia aliam consumit *l.* 130. *D. de reg. jur.* Nota porro *alii* pro *alius* in casu secundo in *l.* 156. §. 2. *D. de reg. jur.* Sic & *uni* pro *unius* dixit Ulp. *l.* 1. *fin. D. de bonor. possess. sec. tab.* Quin sæpe hac forma usos esse veteres, jam e veteribus Priscianus, & e recentioribus Scip. Gentil. *parerg.* 1. 7. & Voss. *de anal.* 2. 3. *&* 4. 6.

Alius pro alienus. Aliam, id est alienam caussam defendere *l.* 7. §. 1. *D. ad leg. jul. maj.*

ALLECTI. Vid. ALLEGI, ALLECTIO.

ALLEGARE æs alienum *l.* 5. §. 14. *D. de reb. eor.* caussas *l.* 4. §. 2. *D. ad leg. jul. de adult.* errorem *l.* 38. §. 7. *D. eod. tit.* exceptionem *l.* 21. *D. de usur.* excusationes *l.* 13. *D. mand.* mandatum *l.* 25. §. *ult. D. de minor.* privilegia *l.* 5. *D. de judic.* valetudinem *l.* 9. *D. de procur.* Singularis vero est loquutio. Allegare ex servitute in ingenuitatem, pro ad ingenuitatem proclamare *l.* 27. §. 7. *D. de liberal. caus.*

Hinc ALLEGATIO, & ALLEGATIONES *tot. tit. C. si tut. vel cur. fals. alleg.* Alias.

ALLEGATIO est rescriptum. Gesta, quibus & hujuscemodi allegatio inserta *l.* 37. *C. Theod. de hæret.* Gesta allegationis, Augustinus de eadem re, de qua lex illa agens lib. 2. contra *lit. Petiliani cap.* 92. *num.* 202. *& cap.* 97. *n.* 209. Vid. & *lib.* 1. *contra epist.* Parmeniani *lib.* 1. *sub. fin. cap.* 12. 2.

ALLEGATIONIS officium *l.* 11. *C. Theod.* idem ac *allectionis* officium, sive susceptionis, de quo infra art. Allecti &c.

ALLECTIONIS honor in *l.* 10. *C. Theod. de præt. & quæst.* est beneficium principis, quando cui nondum functo prætura consulares codicili dabantur, ut non cogeretur præturam suscipere. Symmach. *lib.* 7. *epist.* 95. Dynamium dignum esse prædico, qui nostro ordini copuletur: sed abjicienda est prærogativa militiæ, ut beneficio adlectionis utatur. Jul. Capitolin. *in Pertinace, c.* 6. Quum Commodus adlectionibus innumeris prætorios admiscuisset, SCum Pertinax fecit jussitque eos, qui præturas non gessissent, sed adlectiones accepissent, post eos esse, qui vere prætores fuissent. *Hein.* ALLECTIONIS officium, sive susceptionis munus, uti mutavit Tribonianus in *l.* 4. *C. de susceptor.* id est susceptorum redituum fiscalium, quos *allectos* vocant.

ALLEGI in collegium *l.* 5. §. 12. *D. de jur. immun.* in corporibus *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit.* in curiam, in ordinem *l.* 6. *D. de mun. & hon. l.* 3. §. 2. *D. de decur.* ALLECTI etiam dicebantur logographi, qui suscipiebant tributa fiscalia *l.* 12. 13. *C. Theod. de suscept. præp. & arc.* & ibi Jac. Gothofred.

ALLIGARE se hereditati, id est se obligare *l.* 78. *D. de adquir. vel omitt. hered.*

Ἀλληλέγγυοι, rei qui simul mutuo fidejusserunt, ac proinde inter se gaudent beneficio divisionis, tanquam ἀλληλέγγυοι ὑπεύθυνοι *Nov.* 99. *cap.* 1. Et ἀλληλέγγυον apud Zonar. *Tom.* 3. *annal. p.* 179. vocatum legimus, quod Basilius Porphyrogeneta invexit iniquissimum, ubi decrevit, tributum pauperum, qui periissent, a locupletibus exigere. HEIN.

Ἀλληλοκληρονομία, pactum de mutua successione maxime conjugum. Quale pactum inter paganos inutile esse tum ex *l.* 19. *C. de pact.* constat, tum e Constantino Harmenop. *ib.* 1. *tit.* 9. *n.* 29. *sequ. & tit.* 16. *n.* 6. Vid. Cujac. *Obs. lib.* 16. *c.* 39. & *ad lib.* 6. *Respons. Papin. p.* 70. HEIN.

ALLUVIO (accessionis naturalis species) est incrementorum latens, quum quid paullatim, & ut Constantin. Harmenopul. *lib.* 2. *tit.* 1. loquitur, κατὰ βραχὺ, καὶ ἀνεπαισθήτως a flumine fundo alieno adjicitur, ut intelligi non possit, quo uno impetu ager occupatur §. 20. *Inst. de rer. divis. l.* 7. §. 1. *D. de adquir. rer. dom. l.* 24. §. 2. *D. de legat.* 1. Itaque ab inundatione, qua uno impetu ager occupatur, alluvio diversam caussam habet *l.* 23. *D. quib. mod. usufr. vel us. amitt.* Porro Cic. *de orat.* 1. 38. ALLUVIONEM separat a circumluvione, & hanc Festus *lib.* 3. jus esse prædiorum scribit. Eam ita describit Lucanus *lib.* 6. *v.* 277. *Illos terra fugit dominos, his rura coloni accedunt, donante Pado.*

Alluvio, quandoque vocantur etiam recessus subsidentis fluminis, veluti in *l.* 30. §. 3. *D. de adquir. rer. dom.*

ALMA, id est sancta, & nutriens, quandoque est illustris, ut Alma urbs *l. un. C. ne negot. milit.*

ALTARE dicitur, quasi alta ara, in qua Sacerdos incensum adolebat. Altaria de Christianis *l.* 27. *C. Th. de Episc.* Altaria metaphorice sibi vindicant Impp. in *l. ult. C. Th. de locat. fund. jur. emphyt. l. ult. C. Th. de relat.*

ALTER, proxime sequens, secundus. Altera die, id est postridie *l.* 7. §. 1. *D. solut. matrim.* Alterum diem, id est biduum *l.* 1. §. 12. *D. quand. adpell.* vel secundum diem *l.* 2. *D. eod. tit.*

Alterum obligat, id est alterut um, sed alterum e duobus *l.* 34. §. 6. *D. de jurejur.*

Addiderat hic Tabor, quod ALTER dicitur etiam tertius, sive unus ex tribus, & idem fere quod alius *in l.* 12. *pr. D. de bon. possess. contr. tab.* At in hac *l.* 12. *pr.* ALTER non est tertius, sed unus ex duobus. Interim verum omnino est, ALTERUM aliquando esse tertium, idque jam Donatus *ad Terent. Andr. Act.* 1. *scen.* 1. *v.* 50. notavit. Sic apud Virgilium ALTER *ab undecimo annus*, non est duodecimus tertius: & *unus* & ALTER non sunt duo, sed plures Perizon. *Animadv. Hist. c.* 7. *p.* 283. At quoties huic significationi locus est, toties alter conjungitur cum alio numero. Quod autem absolute positum, idem sit ac *utrumque*, ceu sibi persuasit Jac. Gothofred. *Animadv. jur. civ. c.* 16. *p.* 79. nec adducta ab eo exempla probant, nec aliunde ea notio tam liquido potest demonstrari, ut credere liceat, in *l.* 40 *C. de hered. instit.* ALTERUM semissem esse utrumque. Et quis quæso, ita scriberet, duos fieri semisses, & utrosque æquis partibus inter heredem primum & substitutum dividi? quasi vero non & brevius & accuratius scribi potuisset, assem inter utrumque æquis partibus dividi, vel substitutum æque ac heredem semissem hereditatis capere. Hein.

Alterum pro alio in *l.* 12. *fin. de bon. poss. contr. tab. l.* 2. *C. Theod. de pistor.* Hæc notio deprehenditur etiam in *l.* 12. *pr. D.* de captiv. & postl. ubi Salmas. Jur. Atti. & R. *c.* 26. *p.* 576. male rescripsit *ad exteros*, pro ad alteros. Sane & veteres *alter* accipiunt pro *alius*, veluti Plaut. in *Truculent.* 1. 2. *v.* 59. *Mil. glor.* 2. 3. *v.* 17. Hor. *lib.* 2. *epist. ult.* Juven. *sat.* 3. quin & Tibullus, Propert. aliique melioris notæ scriptores. HEIN. Tertullian. *de cult. fem. c.* 2. Extinguamus nos, ut ALTERI pereant.

Alterum tantum, id est aliud tantumdem *l.* 9. *pr. D. de usur. l.* 9. §. 5. *D. de publican. & passim.* Add. Plaut. *Epidem* 3. 4. *v.* 81. *& Bacchid.* 5. 2. *v.* 65. Cic. *Topic. c.* 23. Idem est *tantum alterum l.* 15. §. 2. *D. ad municip.* & *tantum aliud* in *l.* 7. *C. de jur. fisc.*

ALTERCATUR, passive, §. *ult. Inst. de except.* scilicet a vetere alterco. Terent. *Andr. act.* 4. *sc.* 1. Scio cum patre altercanti dudum. Hein.

ALTERIUS, pro quo Brissonius ALTERIUS *jus* rescribi posse notat in *l.* 9. *pr. D. de liberal. caus.* ubi hæc verba leguntur. Non debet alterius collusione, aut inertia *alterius* corrumpi. Legi etiam posse ALTERI jus, ut est in Codicibus quibusdam; & tunc *alteri* in casu generandi dici potuisse ait Brisonius, sicut *alii*, & *uni* dixerunt veteres. Sane *alterius* pro alterius jus scribere prisci moris fuit, quo coalescentibus in unum exterioribus dictionum antecedentium, & sequentium primis syllabis; unum plerumque verbum duorum vice fungebatur: Sic *cujus* pro cui jus in *l.* 163. *D. reg. jur.* ejus pro ejus jus in *l.* 6. §. 2. *D. arbor. furt. cas.* ubi ista notavit Dionys. Gothofred.

ALTERNATIO pro disjunctione in *l.* 7. §. 4. *D. de injur. l.* 9. *pr. D. de serv. corrupt.* Alternata conditione *l.* 8. §. 4. *D. de cond. institut.* Usurpatur etiam improprie pro complexione, & ambarum rerum conjunctione Ulpian. *l.* 9. *D. de serv. corrupt.* Qui cum extraneo agit, sive receperit, sive corruperit, agere potest: qui cum socio, sine ALTERNATIONE, id est Extraneus utroque casu tenetur, socius hoc uno duntaxat, si corrupit.

ALTERNIS annis *l.* 16. §. 2. *D. famil. hercisc.* mensibus *l.* 44. *D. de manum. testam.* diebus *l.* 2. §. 22. *D. de aqu. quotid.*

ALTERUTER pro altero dictum videtur in *l.* 53. *D. mand.* De ALTERUTRO edictum memoratur in *l. un.* §. 3. *C. de rei uxor. act.* & in *l. ult. C. Theod. de testam.* quo cautum fuerat, ut uxor, cui quid supremo mariti judicio relictum esset, vel dotem eligeret, vel pro ea legatum caperet, utriusque vere capax non esset. Qua in re cum deterior esset uxorum, quam aliorum creditorum conditio, edictum istud sustulit Justinian. *d. l. un.* §. 3. & uxorem hoc casu ad utrumque admisit. Vid. Cujac. Observ. *lib.* 3. *c.* 16. HEIN.

ALTIORES, & humiliores *l.* 3. §. 5. *D. eod. tit.* sc. dignitate. ALTIOR, & inferior dignitas *l.* 49. *D. de rit. nupt.*

ALTIUS tollendi jus duplici ratione competere potest, jure scilicet naturali, & jure servitutis. Jure naturali licet unicuique ædificare, tollereque etiam in infinitum *l.* 8. *C. de servit. & aqu. l.* 24. *D. de servit. præd. urb.* modo tamen forma, & status antiquorum ædificiorum custodiatur *l.* 11. *D. eod. tit.* & legitimum spatium a vicina insula intermittatur *l. fin. D. fin. regund. l.* 14. *D. de serv. præd. urb.* Isto modo actio de jure altius non tollendi erit confessoria, sed negatoria. Sed interdum licet altius tollere jure servitutis, id tunc evenit, cum certa forma ædificiorum præstituta, supra quam altius tollere non licet, qualem olim apud Romanos tum jure augurali, quo facilius de cœlo servari posset, tum principum Constitutionibus fuisse, ostendit Vvurffel *in jurispr. definit.* §. 262. *in not.* Si jam vicinus mihi concesserit jus altius tollendi, sive adversus formam antiquam ædificiorum, sive cedens beneficio prohibendi ipsi a lege concesso, tunc servitus erit altius tollendi, nam vicinus cogitur pati. Et erit isto casu actio confessoria, per quam mihi servitutem deberi intendo, & altius tollere potero, non quidem jure libertatis, sed impositæ servitutis *l.* 1. *l.* 11. *D. de servit. præd. urb.* Hinc contraria est Servitus ALTIUS non tollendi, vel ne altius tollatur domus *l.* 21. *D. eod. tit.* Sunt qui hanc servitutem cum servitute, ne luminibus officiatur, convenire credunt, decepti verbis Pauli in *l.* 4. *D. de servit.* (Cum autem, inquit, Servitus, ne luminibus officiatur, hoc maxime adepti videmur, ne jus sit vicino invitis nobis altius ædificare, atque ita minuere lumina ædificiorum nostrorum.) Ergo licebit ædificando prospectum, & aeris liberum

cur,

cursum impedire. Propius verum est, omnibus his servitutibus distinctam ab invicem naturam esse, servitutemque altius non tollendi adeo late patere, ut quamlibet rationem altius ædificandi, quemlibet effectum excludat. Vvurff. *c. l.*

ALTUS, A, UM. Alto se præcipitare *l.* 7. *D. ad leg. Corn. de sicar.*

Altus, profundus. Alte fodere *l.* 14. §. *ult. D. de damn. inf.*

Altus, pro ALITUS in *l.* 1. §. 7. *D. si mul. calumn. caus. in possess. l.* 2. §. 2. *D. de tutel. & rat. distr.*

ALVEUS apum *l.* 10. *D. de instr. vel instr.* quo apes concluduntur *l.* 5. §. 5. *D. de adquir. rer. dom.* ALVEUS fluminis, alveo mutato *l.* 3. §. 2. *D. de aqu. quotid.*

ALUMNUS, qui alitur *l.* 1. §. 10. *D. de SC. Silan. l.* 1. *C. de pact. conv.* & aliis locis. ALUMNOS in *l.* 8. *pr. D. de pign. & l.* 1. *C. quæ res pign. oblig.* plerique interpretantur filios ex concubina susceptos. Sic etiam accipiunt *alumnam* in *l.* 16. §. 1. *D. de his, quæ ut indign. l.* 30. *pr. D. de adim. & transf. leg.* Nonius ALUMNUM accipit etiam eum, qui nutrit, quod Valla reprehendit.

AMA. Vide infra HAMA.

AMANDARE, relegare, deportare in *l.* 3. *C. de adpell.*

AMANUENSIS servus, qui notis vel litteris orationem excipit. Suet. *in Neron. c.* 44. *& in Tit. c.* 3. Paull. *sent.* 3. 6. 70. servos amanuenses accipit omnes qui domino in urbe ad manum essent, quæ vocabuli notio tunc pene vulgaris fuit. HEIN.

AMARE adv. ab amarus. Non amare hoc jus tractandum *l.* 28. *D. de don. int. vir. & ux.* Non amare ab eo exigendum *l.* 18. *pr. D. de ædil. edict.*

AMARUM. Ne quid amarum in creditoribus consequamur *l.* 2. *C. de præt. pign.*

AMATOR accipitur in malam partem in *l.* 1. §. *ult. D. de serv. corr.* Quo sensu Plaut. non modo hoc vocabulo usus est in *Asin. extr.* Surge AMATOR, dominum. Sed & deminutivum *Amatorculus* finxit in *Pœnulo Act.* 1. *scen.* 2. *v.* 17. Donatus *in Terent. Andr. Act.* 1. *scen.* 1. *v.* 49. differentiam AMATORIS & *amantis* ita expressit: AMATOR fingere potest; Amans vere amat. HEIN.

AMATORIUM poculum in *l.* 38. §. 5. *D. de pœn.* amatorium medicamentum apud Sueton. *in Calig. c.* 1. AMATORIUM absolute dixit. Quintilian. *Inst. lib.* 7. *c.* 3. *&* 8. *& lib.* 27. *c.* 8. Huic contraria *odii potio* fingitur ab ipso *Declam.* 14. De eo vid. Constantin. Harmenop. *lib. ult. c.* 10. §. 8. Suid. *in verb.* μαγεία, γοητεία, & φαρμακεία.

AMBAGES ambiguitatibus opponuntur in *l. ult.* §. 5. *C. de furt.* sunt circuitus sermonis. Caussa non multis ambagibus innodata *l.* 14. §. 1. *C. de compens.*

AMBEDERE est circumedere: Ambedit agrum flumen *l.* 38. *D. de adquir. rer. dom.* ubi Vulgata *abolevit* habet. Tacit. *annal.* 15. 5. 4. Vis locustarum ambederat quidquid herbidum, aut frondosum. Plaut. Uxoris suæ dotem ambedit. Eadem forma autem ambedere, ac ambire, quasi circumire. Vid. Ambitus.

AMBIGERE de proprietate domus *l.* 19. *C. de rei vind.* de finibus Ter. in *Heaut.* 3. 1. id est, contendere, disceptare. Non ambigitur *l.* 1. *C. de condict. indeb.* id est, non dubitatur.

AMBIGUUM, anceps, dubium, æquivocum, ut in *l.* 66. *D. de judic.* in AMBIGUO *l.* 16. *D. ad SC. Trebell.* AMBIGUE loqui *l.* 125. *D. de verb. signif.* Add. *l.* 7. *D. de supell. leg. l.* 3. *D. de reb. dub.*

AMBITIO, gratiam aucupandi studium. Sic sortiri eos oportebit, ne aliquam ambitionis, vel gratiæ suspicionem prætor subeat *l.* 24. §. 27. *D. de fideic. libert.*

Ambitio pro prensatione, & assiduitate *l.* 3. *C. de exsequut. rei jud. l.* 3. *C. si tut. vel cur. fals. alleg. l.* 1. §. 4. *D. de postul.* Græci ἀκὸς χάριν dicunt, Vid. Labb. *obs. & emend. in synops. Basil. p.* 171.

AMBITIOSA decreta, per ambitionem vel gratiam expressa *l. ult. C. de decret. decur.* AMBITIOSA diligentia, id est, adfectata *l.* 33. *pr. D. de usur.* AMBITIOSE tristis, id est cum adfectatione Martial. *præf. lib.* 1. *epigr.* AMBITIOSÆ pulchritudinis scortum Justin. *hist. lib.* 30. *c.* 3.

AMBITIOSE, id est gratiose, favorabiliter *l.* 65. §. 2. *D. ad SC. Trebell. l.* 12. *C. de transact.*

AMBITUS, ut Varr. *lib.* 4. *de lign. lat.* scribit, iter est, quod circumeundo teritur. Nam ambitus circuitus est. Atque ita adpellatum in XII. Tab. spatium illud, quod inter vicinas ædes intercedere necesse erat.

Ambitus Bonorum dicitur, quod candidati circumire populum, & prensare solebant, cujus reprimendi caussa lata lex Julia est *tit. D. ad L. jul. de ambit.* Vid. JULIA lex *de ambitu.*

AMBO. Si ambo decesserint *l.* 32. §. 14. *D. de don. int. vir. & ux.*

AMBULARE, aliud est quam *ire*. Nam qui spatia fecit, & in vestigia sua reflecrit, ambulat. It vero, qui porro & ulterius pergit. Quapropter & in itineris definitione hæc verba separantur *l.* 1. *D. de servit. præd. rust.* ALIAS AMBULARE idem est, ac ire, ut apud Plaut. Curcul. 5. 2. *Ambula in jus M. Non eo.*

Ambulare metaphorice de his, quæ in jure consistunt, usurpantur, & ambulare dicitur, quidquid per multos transit. Sic ambulare dicitur actio *l.* 7. §. 1. *D. de capit. minut.* possessio per multos *l.* 25. §. 8. *D. de hered. pet.* emtio *l.* 15. *D. de minor.* obligatio *l.* 7. *D. de cap. minut.* stipulatio *l.* 25. §. 2. *D. de usufr.*

Ambulare æquis passibus dicuntur, quæ ejusdem juris sunt *l.* 20. *v. simplices C. de don. ant. nupt.* AMBULAT hereditas per legitimum tramitem, id est, ad heredes legitimos devolvitur *l.* 7. §. 9. *C. de curat. furios.* HEIN.

AMBULARIS, E. AMBULARIS cursus; quem pli-

plane tollit Leo Imp. *l.* 22. *C. de curs. publ.* nihil aliud videtur, quam onus equorum possessoribus incumbens, ut suo quisque ordine transvehendos homines curaret. Sed Cujacio *ad d. l.* 22. magis placet librorum quorumdam scriptura, in quibus vocatur cursus *clabularis*, id est cursus vehiculorum, quod vid. infra in Clabularis. HEIN.

AMBULATORIA porticus est porticus deambulationis destinata *l.* 8. §. 1. *D. si serv. vind.*

AMBULATORIUM, quod per plures transit. Sic AMBULATORIA actio *l. ult. C. de furt.* Vel quod subinde mutatur, ut AMBULATORIA conditio *l.* 34. *pr. D. de statu lib.* potestas legis *l.* 10. *D. de fund. dot.* voluntas testatoris *l.* 1. *D. adim. leg.*

AMETHYSTI in *l.* 19. §. 17. *D. de aur. arg. leg.* gemmæ sunt purpureæ, permixto violaceo colore, leniter quasdam flammulas fundentes. Causa autem nominis hujus est, quod sit in purpura illarum quiddam non ex toto igneum, sed vini coloris habens, ut Plin. *lib.* 37. *c.* 9. & Isidor. *lib.* 4. *etym. c.* 10.

AMICA per εὐφημισμὸν dicebatur, quæ cum eo, cui uxor non esset, corpus miscebat, paulo honestiore vocabulo dicta concubina *l.* 144. *D. de verb. signif.* Titiæ, amicæ meæ, cum qua sine mendacio vixi, auri pondo quinque dari volo: est legandi formula in in *l. pr. D. de aur. arg. leg.* idem vocabulum simili εὐφημισμῷ aliquando pro meretrice accipi, observavit Voss.

AMICABILIS transactio *l. ult.* §. *ult. C. de legit. hered.*

AMICALIS affectio *l.* 10. §. 7. *D. mand.*

AMICIRE. Vestimenta induendi, præcingendi, *amiciendi*, insternendi, injiciendi, incumbandive causa parata sunt *l.* 23. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

AMICITIA paterna aliquid amplius est, quam benevolentia in *l.* 44. *D.* de negot. gest. Unde & Aristot. inter εὔνοιαν, καὶ φιλίαν distinguit. Cujac. *in l.* 213. *fin. D. de verb. signif.*

AMICOS adpellare debemus non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint jura cum patrefamilias honestis familiaritatis quæsita rationibus *l.* 223. *D. de verb. signif.* Ex amicis facile fieri possunt inimici *l.* 4. *D. de testam. tut.*

Amicos ab Imperatoribus in rescriptis vocatos legimus non tantum præfectum Urbi, ut in *l. ult. D. de off. pr. præf. vigil.* sed & præfectos annonæ *l.* 4. *C. de inutil. stipul.* proconsules *l.* 1. *C. Hermog. ex delict. defunct.* correctores *l.* 4. *C. de jur. & fact. ign.* præfectos augustales Ægypti, Plin. *lib.* 10. *Epist.* 23. præfectos prætorio *l.* 1. *C. de sentent. pass.* imme & jurisconsultos *l.* 17. *D. de jur. patron.* Erant nimirum amici Cæsarum eorumdem administri primarii, & interioris admissionis consiliarii *l.* 1. §. 3. *D. de appell. l.* 1. *C. si manc. ita veniet.* etiam si non semper, in comitatu, & contuberino principum essent. Unde lucem capiunt verba Judæorum ad Pilatum: *Si hunc absolvas, non es amicus Cæsaris*. *Joann.* 19. *v.* 12. Plura de amicis Cæsar. eorumque diversis ordinibus, (erunt enim primæ vel secundæ, vel tertiæ admissionis, vel loci) nec non de *libertis* August. qui in marmoribus vocantur *a cura amicorum*, erudite disseruit Claud. Salmas. *Script. Hist. Aug. p.* 47. *seq. & p.* 307. *seq.* HEIN.

AMINEUM, cujus mentio fit *l. ult. D. de trit. vin. ol.* idem quod postea falernum, itemque Cæcubum dictum, ceu observat Macrob. *Saturn. lib.* 3. *c. ult.* Nam ut AMINEA regio est vitifera Campaniæ, ita Cæcubum est oppidum Campaniæ vino nobile. Unde nescio, an sit suffragandum Servio, qui ad illa Virgilii *Georg.* 2. *v.* 97. *Sunt & Amineæ vites, firmissima vina*, hoc vinum *Amineum*, quasi sine minio, vel rubore, dictum esse contendit Plin. *lib.* 54. Principatus, inquit, datur AMINEIS propter infirmitatem, senio quoque proficientem. HEIN.

AMISSIO animæ pro supplicio extremo §. 11. *Inst. de publ. judic.* civitatis pro exilio *l.* 2. *pr. l.* 5. *pr. D. de capit. minus.* ordinis Paul. *Sent.* 5. 4. 11.

AMITA est soror patris *l.* 10. §. 14. *D. de grad. & adfin.* AMITA magna est avi paterni soror *d. l.* 10. §. 14. AMITA major est proavi soror, patris vel matris amita magna, & ut Festus *lib.* 11. scribit, avi & aviæ amita, quæ & *proamita* adpellatur *l.* 1. §. *ult. l. ult.* §. 7. *D. de grad. & adfin.* AMITA maxima, abavi soror, patris vel matris amita major *d. l. ult.* §. 6. quæ & *abamita* dicitur in *l.* 3. *l. ult.* §. 7. *eod. tit.* Atavi vero soror proprio nomine caret *d. l. ult.* §. 7.

AMITINI & AMITINÆ, qui, quæve ex fratre vel sorore propagantur *l.* 10. §. 14. *D. eod. tit. l.* 5. *C. commun. de success.* &, ut Nonius definit, fratrum maris, & feminæ filii, vel ut Paull. *sent. lib.* 4. *tit.* 11. §. 4. amitæ filius, filia. Possunt tamen & hi confusis appellationibus inter se consobrini appellari. Donat. *in Ter.* Cum de fratre natus est aliter, & alter ex sorore, consobrini, cum ex fratribus patrueles. Ac Cic. *pro Lig. c.* 4. Nescum hoc C. Broccho avunculo suo, ne cum ejus filio consobrino suo.

AMITTERE rem videtur, qui adversus nullum ejus persequendæ actionem habet *l.* 14. *in fin. D. de verb. signif.* Contra amittere rem non videntur, quorum ea propria non fuit *l.* 83. *D. de reg. jur.* non ea tamen minus periculo eorum AMITTI potest. In damnis autem ex lege Aquilia æstimandis AMISISSE dicimur, quod aut consequi potuimus, aut erogare cogimur *l.* 33. *in fin. D. ad leg. aquil.* In edicto vero vi bonorum raptorum AMISSA dicuntur ea, quæ corrupta alicui relinquuntur, scissa fortassis, vel fracta *l.* 4. §. 9. *D. de vi bon. rapt.* Alibi traditur, AMISSUM non intelligi, quod alteri ablatum non est *l.* 20. *D. ex quib. caus. maj.*

Amittere dicuntur actionem *l.* 46. §. 5. *D. de furt.* beneficium *l.* 13. §. 2. *D. de nov. op. nunc.* bonorum possessionem *l.* 3. §. 6. *D. de bonor. poss. cont. tab.* civitatem *l.* 1. §. 3. *D. de legat.* 3. custodiam *l.* 12. *D. de custod. & exhib. reor.* dignitatem *l.* 27. *D. de rit. nupt.* dominium

l. 1.

l. 1. §. 5. *D. si quis test. lib.* & alia quævis *sparsim*. Sed & res inanimata amittere quid dicitur. Sic ager propria forma AMISSA in *l.* 7. §. 5. *D. de adquir. rer. dom.*

AMITTI vero aliquid solet bello *l.* 19. *D. de capt. & postl.* casu *l.* 7. *D. de ed'nd.* culpa *l.* 29. §. 1. *D. de evict.* furto *l.* 1. *de distr. pign.* incendio *l.* 44. *D. de adquir. rer. dom.* non utendo *l.* 2. *D. de via publ.* repudiatione *l.* 13. *pr. D. de adquir. vel omitt. hered.* sponte *l.* 29. §. 1. *D. de evict.*

Singularis est verbi AMITTERE notio transitiva, ut idem sit facere, ut res amittatur, vel perimere rem *l.* 6. *l.* 7. *D. de capit. minut.* Et ita fortassis accipiendum est hoc verbum in *l.* 15. §. 7. *D. de usufr.* Vid. Bynkersh. *obs.* 1. 11. *p.* 36. HEIN.

AMNIS rapidus *l.* 1. *C. de alluvion.*

AMOENÆ deambulationes *l.* 13. §. 4. *D. de usufr.*
AMOENIOR prospectus *l.* 15. §. *ult. D. de servit.*

AMOENITAS locorum *l.* 7. *C. de bon. proscript.* AMOENITATIS caussa interesse *l.* 16. §. 1. *D. quod vi aut clam. ubi Cujac. in Paullo p.* 879.

AMOMUM, cujus mentio est in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Viri docti observarunt nobis hodie ignotum esse, veluti Guid. Pancirolli *de reb. depend. tit.* 11. *p.* 30. Ab aliis enim pro cinamomo usurpatum esse, ab aliis pro pede columbino, ab aliis pro aliis herbis, & aromatibus. Id vero eo minus mirandum, quo luculentius ostendit Salmas. in *Exercit. Plinian. Tom.* 1. *p.* 401. omne aroma sincerum, atque inculpa ùm veteribus dictum esse ἄμωμον, adeo ut & tus ἄλασμον λίβανον, vel ἄμωμον simpliciter diceretur. HEIN.

AMOTIO ordinis, pro ab ordine *l.* 43. *D. de injur.*

AMOVERE aliud est, quam rapere. Nam amovere aliquid & sine vi potest: rapi autem sine vi non potest *l.* 3. §. 5. *D. de incend. ruin. nauf.* Ceterum amovere est contrectare, & furto subtrahere, surripereque *l.* 2. *D. ad leg. Corn. de fals. l.* 3. §. 6. *D. de tab. exhib.* Et tamen levius, & mitius est AMOVENDI, quam furandi verbum. Et quod sui heredes, servi, uxores intercipiendi animo celaverint, interverterint, consumserint, ejus rei non furtum fecisse eos, sed amovisse dicimus, lenitate vocabuli rei turpitudinem mitigantes *l.* 71. §. 3. *sequ. D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 59. §. 1. *D. de manum. testam. l.* 6. *C. de compens.* Hinc AMOTARUM rerum actio inter conjuges prodita earum rerum nomine, quas divortii consilio alteruter surripuit. *tit. D. de act. rer. amot.* Hæc autem actio condictionis furtivæ vicem sustinet, turpitudine, & atrocitate facti verbi lenitate temperata.

Amovere pro loco movere, ut amovere terminos Paull. *sent.* 1. 116. 1. *junct. l.* 2. *D. de term. mot.*

Amovere a decurionatu *l.* 11. *D. de decur.* Amoveri denique dicitur dilatio *l.* 5. *C. de relig. & sumt. fun.* filius l. 12. §. ult. D. *de bon. possess. contr. tab.* obscuritas *l.* 2. §. *ult. D. fin. regund.* præscriptio *l.* 3. *C. de restit.* suspicio *l.* 27. *D. de cond. instit.* id est, summoveri.

AMPHITAPA in *l.* 23. §. 2. *D. de aur. arg. leg.* sunt vestimenta utrinque villosa. Nam ut ait Hesychius ἀμφικατεπροθεῖσαν μαλλαῖς, id est, Vestis utrinque villos habens, quod idem Nonius tradit. Varro *in Manio*: Alterum bene acceptum dormire super amphitapa bene molli. Pollux *Onomast. X. serm.* 38. ἀμφιτάπητες adpellat, & sic definit, Ἀμφιτάπητες οἱ ἐξ ἑκατέρας ὄψεως τάπητες ἐσθὴν ἔχοντες. Amphitapetes sunt ex utraque parte villosi, tapetes ex una tantum. Suidas: Ἀτόπαπτοι, τάπητες ἀμφίμαλλοι. Amphitapi, tapetes utrinque villosi. Lucillii versus a viris doctis ita legitur *lib.* 1. *Satyr.* Psilæ, atque amphitapæ villis ingentibus molles. ubi ψιλή, μαλλὸν ἔχων, *tapes viliis nudus, sive glaber*, quum amphitapa sit utrinque villosa. Idem Lucillius apud Nonium: Pluma, atque amphitapæ, atque aliud quid deliciarum.

AMPHITHEATRUM *l.* 3. *D. de oper. publ.* est locus ludis gladiatoriis, & venationibus destinatus, figuram pene ovi referens, unde & amphitheatri nomen tulit, quasi qui ex duobus theatris compositus est. Isidor. *etymol.* 18. 52. De eo erudite scripsit Lipsius, qui & totum amphitheatrum, & singulas ejus partes æris incisas exhibuit. HEIN.

AMPHORA, vinarium vas *l.* 206. *D. de verb. signif. l.* 35. §. 5. *D. de contrah. empt.* AMPHORA autem, ut Columella lib. 20. c. 12. scribit, duas urnas, ut vero Volusius Mæcianus in libro *de asse*, & Festus *lib.* 15. octo & quadraginta sextarios capiebat, quem & Latini *quadrantal*, iisdem auctoribus, adpellarunt. Ex doliis autem in amphoras, & cados vina diffundebant, ut in his essent, donec usus caussa promerentur.

AMPHORARIUM vinum in *l. ult. pr. D. de tritic. vin. ol.* quod in amphoras diffusum est *l.* 6. *D. eod. tit.* ad differentiam vini doliarii.

Ἀμφοτερόπλοια δάνεια dicebantur, qui pecuniam trajectitiam credebant sub usuris nauticis ob periculum non modo in itu, sed & in reditu navis susceptum. His opponebantur ἑτερόπλοια, ubi quis ex portu uno in alterum periculum suscipiebat, non vero in reditum. Prioris exemplum est in *l.* 122. §. 1. *D. de verb. oblig.* posterioris in *l.* 3. *C. de naut. fœn.* Vid. Franc. Stympan. *jur. matrim. & naut. part.* 4. *c.* 2. *n.* 33. *sequ.*

AMPLECTI bonorum possessionem *l.* 7. *C. qui admit.* hereditatem *l.* 41. *D. de bon. libert.* bonam fidem *l.* 1. *C. si maj. fact.* judicium defuncti *l.* 11. *D. de inof. test.* fideicommissum *l.* 28. §. 12. *D. de liberat. leg.* jus successionis *l.* 2. *C. si omiss. sit.* legatum *l.* 5. *pr. D. de legat.* 2. optionem *l.* 28. *pr. D. de verb. signif.* voluntatem parentis *l.* 23. *C. de fideic.* id est agnoscere, adprobare, sequi.

Amplecti terram radicibus terra dicitur in *l.* 11. *C. de rei vind.*

AMPLEXARI pro amplecti dixerunt Impp. in *l.* 3. *C. Theod. de prad. navic.*

AMPLIARE, augere *l.* 7. §. *ult. D. de usufr.* & sparsim. AMPLIARI dignitatibus *l.* 12. *D. de legat.*

Ampliandi voce utitur & Arnobius *lib.* 1. *adverf. gent.* ubi lenociniis ampliare.

AMPLIATIO vocabulum judiciale, quo judicium ob caussæ obscuritatem differendum esse decernebant, Ascon. *in Verr.* 1. *de prætura urbana*: Ampliandi signum N. L. dabant, quo significabant, non liquere; unde ampliatio nascebatur. Immo non solum N. L. sed & *amplius* pronunciabant Cic. *in Bruto. c.* 2*v. in Verr.* 1. 23. Plura de his formulis dedit Brisson. in *formul. v.* 214. *p.* 454. Et eo pertinet *l.* 36. *D. de re jud.* ubi unus ex pluribus judicibus jurasse dicitur, sibi de caussa liberali cognoscenti *non liquere*. HEIN.

AMPLIOR aquæ modus *l.* 1. §. 15. *D. de aqu. quotid.* id est major; ita passim. AMPLIORES fines *l.* 2. §. 6. *D. pro emt.* usuræ *l.* 8. *C. de usufr.* AMPLIUS pretium *l.* 77. §. 5. *D. de legat.* 2.

AMPLIORES pro plures in *l.* 65. *pr. D. de legat.* 2.

AMPLISSIMUS ordo, id est Senatus *l.* 2. §. 1. *l.* 30. *pr. D. ad SC. Vellei*, & sparsim. Itaque Senatus consulta Amplissimi ordinis decreta, consultaque vocantur *l.* 2. *pr.* & §. 1. *D. de his, quæ ut indign.*

AMPLISSIMORUM titulo consules honorantur *l.* 50. *D. de cond.* & *dem.*

AMPLISSIMAM etiam potestatem, & AMPLISSIMOS judices in constitutionibus legimus *l.* 26. *C. de adpell. l.* 3. *C. quand. prov. non est*, quo elogio præfecti prætorio ornantur in *l. ult.* §. *pen. C. de temp. adpell.* quorum & præfectorum urbi amplissima sedes dicitur in *l.* 2. & 6. *pr. C. de advoc. diverf. judic.* item amplissima præfectura *in Novel. Theod. de postul.* amplissimum præfecturæ judicium *l.* 1. *C. de sent. præf.*

AMPLIUS pro magis *in Constit. Justin. de rat.* & *method. jur. doc.*

Amplius solutum, id est plus *l.* 102. §. *ult. D. de solut.* AMPLIUS quam semel *l.* 3. §. 13. *D. de hom. lib. exhib.*

Vocabulum AMPLIUS ad eum quoque pertinet, cui nihil debetur *l.* 82. *D. de verb. signif.* quacum jungenda *l.* 15. *D. rem. rat. hab.*

Amplius non peti, cautio fuit veteribus usitata *l.* 2. *E. ut legat. non cav. l.* 14. 15. 23. *D. rem. rat. hab.* Stipulatio autem plerumque ita plene concipiebatur: Non petiturum eum, cujus de ea re actio, petitio, persecutio esset, & ratum habituros omnes, ad quos ea res pertineret *d. l.* 23. *D. rat. rem. hab.* AMPLIUS autem peti, ut accipiendum sit, docet *l.* 15. *D. rat. rem. hab.* Verba enim hæc ita accipimus, si judicio petitum sit, si in jus autem vocaverit duntaxat, & satis judicio sistendi caussa acceperit, stipulatio non committitur. Sed de tota ista cautione ex instituto egit Brisson. *l.* 6. *form. c.* 88. & 184. *p.* 499. & *p.* 548.

Amplius pronunciare dicebantur prætores, quæsitores, judices gravitate rei commoti, quum eo, quod sibi de caussa non liqueret, judicium proferebant. Donatus ad illud Terent. *Eunuch.* 4. 3. *v.* 39. *liquet mihi dejerare*. Liquet, ait, verbum est juris, quo utebantur judices, quum *amplius* pronunciabant gravitate caussæ moti. Hinc ampliatam caussam in in Cic. *pro Cæcin. c.* 10. & *in Verr.* 3. *c.* 9. Liv. *lib.* 43. *c.* 2. Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 1. & 16. Seneca, aliisque auctoribus crebro legimus. Ut plenius *lib.* 5. *de form. c.* 214. *p.* 454. comprobavit Brisson.

Hæc adjectio HOC AMPLIUS, quam vim habeat, declarat Africanus in *l.* 108. §. 7. & 8. *D. de legat.* 1. & ea superiora repeti, ait Pompon. in *l.* 54. *D. de legat.* 3. Exempla peti possunt ex *l.* 77. *pr. D. de cond.* & *dem. l.* 27. *pr. l.* 33. *l.* 34. *l.* 67. *D. de legat.* 3. *l.* 18. §. 3. *D.* de alim. & cibar. leg.

Formulam, nisi quod in his amplius sit, exponit Cujac. in *African. tract.* 8. *ad l.* 61. §. 2. *D.* de furt.

AMPLUS, magnus *l.* 15. *D. de damn. infect.* AMPLA domus *l.* 15. *D. de damn. infect.* legata *l.* 48. *D. de donat. int. vir.* & *ux.*

AMPUTATUM jus proprietatis *l.* 13. *C. de pœn.* id est detractum.

AMURCA est quidem fæx olei, teste Plin. *hist. nat.* 15. 6. Cum vero non constet id genus inter esculenta fuisse, plerique pro *amurca* in *l.* 3. §. 1. *D. de penu leg.* rescribendum censent *muria*. de qua vide suo loco HEIN.

AN pro vel in *l.* 83. *D. de adquir. vel omitt. hered.* juxta Brissonium. At ibi *eam* legi potest. Immo una littera mutata rescribere licet am, quo veteres usi pro *eam*, veluti Lucretius *lib.* 3. *v.* 445. ubi in veteribus codicibus legitur: Corpore qui nostro rarus magis am cohibesset. Maxime tamen placet divinatio Ausonii Popmæ *de usu antiqu. loquut. lib.* 1. *c.* 5. Ulpianus inquit *lib.* 18. *ad legem Juliam* & *Papiam. Si totam* AM *partem*, quo tamen loco *suspicior illud* AM *negligentia librarii repetitum* ex postrema syllaba præcedentis dictionis. HEIN. Vid. Cujac. 3. *obs.* 7. & *ad l.* 31. *D. de usurp.* & 3. *obs.* 38. Alias AN pro *vel* poni cernimus in *l.* 128. *C. Theod. de decur.* Nullum gravi pulsatione Tribunus Dux ille, AN Comes sit, curialem principalem contingat. In C. *Just.* legitur: *Dux ille, aut Comes sit*. Sed illud eleganter dictum, cujus exempla multa: unum hoc e multis. Mamertinus *Panegyr. Julian. c.* 34. Duo AN tria ferme e vetere memoria amicorum paria proferuntur. Sed hic alii legunt *aut tria*. Virgil. 1. *v.* 333. AN *Phœbi soror*. Ibi Servius adnotat, antique dictum AN pro *sive*. Valentiniani *Novella* 3. *homicidio casu, an voluntate facto*. Symmach. *lib.* 9. *ep.* 41. Fando AN lectione. Et *lib.* 8. *epist.* 51. Cervorum AN aprorum. Vid. plura apud Juretum *in lib. Symmach.* 9. *epist.* 41.

ANABAPTISMUS, piaculare crimen, & ultimo supplicio expiandum *l.* 2. *C. ne sanct. baptism. iteret.*

ANACHORETÆ, uti Justinianus in *Nov.* 5. *c.* 3. definit, sunt, qui ex monachis in contemplatione, & perfectione degentes vitam remotam habent in hospitio, quos vocare anachoretas, id est, descendentes, & hesychastas, id est quiescentes consueverunt. Differunt

..o Eremitis, hi quippe statum runt autem Anachorets prius in monasterio stipendiis, suo arbitrio non jus sententia, in eremum secedebant, nec ex abbatis abbatis licentia, nec ante annum trigesimum illi vero in monasterio exactum secessum faciebant, quidem habebant in cellis, quæ eis intra ipsius monasterii septa exstruebantur. Sulpic. Sev. *de monach. Dial.* 2. Isidor. *de off. eccles. lib.* 2. *c.* 15. Synod. Agath. *can.* 38. HEIN.

ANADEMATA in *l.* 26. *D. de aur. arg. leg.* sunt redimicula, quæ apud veteres erant inter ornamenta capitis. Vetus Glossarium: Redimicula ἀναδήματα & καθετῆρες ἀναδέσμαι Suidas μίτραν κεφαλῆς intepretatur. Merito retinenda lectio Florentina anademata, pro quo Alciato placuit *anadesmata*: quod vocabulum nequidem Græcum est. Vid. Ferrand. adducens *Explicat lib.* 1. *p.* 543. *Tomo II. Thesaur. jur. viv.* HEIN.

Ἀναγραφή, descriptum, inventarium. ANAGRAPHIN instrumentorum facere in *l.* 15. *D. de reb. auct. jud. possid.* idem est, ac descriptum facere instrumentorum, vel eorum indicem, vel repertorium conficere.

Ἀνάκρισις, indagatio, examinatio *leg.* 6. §. 1. *D. de custod. & exhibit. reor.* Ea autem fit, quum Prætor reos ad se cum elogiis, & notoriis missos ab Irenarchis examinat, quasi recenset, veritatemque requirit, ut loquitur *l.* 14. *C. de accus.* Sic *in Act. Apostol.* c. 25. v. 26. Festus de Paullo, qui ex vinculis causam dicebat, ita loquitur. Propter quod produxi eum ad vos, & maxime ad te, Rex Agrippa, ut (ἀνακρίσεως γενομένης) *inquisitione facta*, habeam, quod scribam. Dio in M. *Antonio Philosopho l.* 71. *p.* 804. τὰς τε πίστεις, καὶ τὰς ἀνακρίσεις μακρότερον ἐποιεῖτο, πανταχόθεν τὸ δίκαιον ἀκριβῶν. In probationibus cognoscendis, examinibusque reorum longior erat, ut undecumque jus investigaret. Alios hujus verbi testes dabit Budæus in Comment. ling. Græcæ *p.* 132. quibus addo Isæum περὶ τοῦ φιλοκτήμονος κλήρου, & περὶ τοῦ κλήρου τοῦ Ἀριστάρχου.

ANAPHORA, figura, qua a grammaticis excusantur orationes, in quibus relationes alio referuntur, quam supra scriptum est. Et ecce: Exemplo græci sermonis, apud *quos* omnes arborum species &c. *l.* 236. §. *ult. D. de verb. signif.* Mater & liberti, ex quibus *illi* damno, hi pœna plectuntur *l.* 2. *D. qui pet. tut.* vel a græco sermone, *qui* φῶρας adpellant fures. Multa dicuntur in jure ἀναφορικῶς, inquit Julianus in *l.* 8. *pr. D. de suis & legit. hered.* Vid. Ant. Augustin. *Emend. lib.* 4. *c.* 4. & Alciat. *de Verb. signif. lib.* 4. *n.* 14. HEIN.

Ἀναρθρὸς φωνή, vox inarticulata *l.* 7. §. 2. *D. de supellect. legat.*

ANATHEMA in *c. debet* 106. *Caus.* 11. *quæst.* 3. idem est ac excommunicatio. Alias anathema dicitur ipse separatus, excommunicatus. D. Hieronymus nos docet, Anathema verbum esse proprium Judæis, quo extremam detestationem significare solent. At ex usu scripturæ, & ecclesiastico est præcisio a corpore Christi, vel separatio a Deo. Et fieri anathema est præscindi ab eodem. Quæ auctoribus Ecclesiæ, hoc est summis ejus hierarchis, rectoribus & pastoribus in contumaces, & suis jussionibus, ac moderationibus in rebelles competit. Auth. *de eccl. tit. in princ.*

ANATOCISMUS, usuræ usurarum regulariter prohibitæ *leg. ult. Cod. de usur. rei jud. l.* 26. §. 1. *D. de condict. in deb.* Exceptio est in *l.* 58. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.*

ANCEPS perjurium subire *l.* 4. *pr. D. de in lit. jur.* ANCEPS autem est aliquid, seu aliquis huc & illuc fluctuans, & dubius, in quam partem declinet secundum Isidor. *lib.* 10. *etymol.*

ANCILLA, Paul. sent. lib. 3. tit. 6. §. 69. *Servis legatis* ANCILLÆ *quoque debentur, non autem servi legatis ancillis. Sed ancillarum adpellatione tam virgines* (continentur) *quam servorum* (adpellatione) *pueri continentur, his scilicet exceptis, quæ fiducia data sunt.* Add. *l.* 81. *D. de legat.* 3.

ANCILLARIS vestis in *l.* 15. §. 15. *D. de injur.* est tunica brevior ad medium crus pertingens nulla adsuta instita, nec toga injecta, quo ipso a meretricibus distinguebantur.

ANCONES in *l.* 13. *pr. D. de instr. & instr.* dicuntur vasa in cubitum flexa, & angulos habentia, juxta Turneb. *adversr.* 18. 23. Alias Ancones apud Vitruv. *lib.* 10. *c.* 13. sunt in cubitum flexi e ferro stipites, vel stili, vel regulæ, quorum in machinis hydraulicis usus erat. De iis quoque Turneb. *advers.* 2. 22. Et sane ab horum figura vasis illis potoriis nomen hæsisse, probabile est. HEIN.

ANECLOGISTUS tutor, qui ab onere reddendarum rationum immunis esse jussus est a testatore *l.* 5. 1. 7. *D. de admin. & peric. tut.* In Haloandriana ἀνεκλόγιστος.

Ἀνεξέταστος, inexcussus in *l.* 23. §. 2. *D. de pecul. leg.* ac proinde *aneclogistus*.

ANFRACTUS flexum viæ significat, verbumque erat XII. Tabular. *l.* 8. *D. de serv. præd. rust.* Varro *de ling. lat. lib.* 6. Anfractum est origine flexum duplici, dictum ab ambitu, & frangendo. Ab eo jubent leges viam in directo pedum octo, in anfracto sexdecim, id est in flexu.

ANGARIA. Ita adpellitant provincialibus, militibusque impositam onerum vehendorum, bajulandorumque necessitatem *l.* 10. §. 2. *l.* 11. *D. de vacat. & excus. mun.* Nam ut Suidas *Tom.* 1. *p.* 22. definit, ἀγγαρεία Græci vocant ἀναγκαίαν οἰκονομίαν, καὶ ἐκ βίας γενομένην δουλείαν, necessitatem invitis impositam, & ministerium vi extortum. Quod fuisse patrimoniorum munus, possessionibusve sine patrimoniis indictum, tradit Arcadius in *l. ult.* §. 12. *D. de mun. & honor.* Angariarum, & parangariarum præstatio inter vectigalia, quæ regalia dicuntur, recensetur *lib.* 2. *tit.* 56. Differentiam autem inter angarias, & parangarias vide apud Cujac. *in præem. tit. C. de curs. publ. angar. & pa-*

parang. Et definit ibi, quod sit angaria, qua cursus est publicus; *parangaria* in obliquum, id est, alio versum, & dicit utrumque onus a provincialibus exigi in transvectione armorum. Vide art. *parangaria*.

ANGARIARI dicuntur naves, quæ onerum vehendorum necessitate adstringantur in *l. pen. D. de veteran.*

ANGIPORTUS, vel Angiportum, cujus meminit Ulpianus in *l. 59. D. de verb. signif.* est inter compendiarium in oppido, angusta via, græcis στενωπὸς, legitimum nempe spatium, duorum sc. pedum cum semipede relictum inter insulas, seu *portus*, quod verbum veteribus erat *domus*, ceu observatur infra in voce *portus*. Non ergo angiportus dictus a portu, quatenus significat stationem navium, ceu ait Ulp. id *d. l. 59.* & Varro *lib. 4. de ling. lat.* Vide Menag. *Amœnit. jur. civ. c. 39. p. 261.*

ANGUILLARIUS lacus, id est, in quo anguillæ producuntur in *l. 69. D. de contrah. empt.* in qua Florentina habet ANGULARIUS quasi angularis eadem forma, qua Gellius dicit Vulgarius pro vulgaris, & nostri *peculiarius* pro *peculiari* in *l. 54. §. ult. D. de doli except.* Priorem tamen lectionem magis probat Guid. Pancirol. *Thesaur. var. lect. 2. 38.* qui simul observat, & anguillis abundare hunc lacum Sabatenem, de quo in dicta *l. 69.* Proculus loquitur, & ad jus littus hodie quoque exstare oppidum *Anguillariam*. Quum tamen Rutiliam Pollam totum istum lacum Sabatenen coemisse vix probabile sit, veterem & Florentinam scripturam servandam existimat Bynkersh. *Obs. 6. 20.* & partem illam a Rutulia emtam, vel diverticulum istud, quod sibi illa suis nummis comparaverit, a forma nomen angulari habuisse, censet. At forte & ipsa illa pars nomine totius lacus adpellari potuit *lacus Anguillarius*, quo significabatur sinus quidam, in quo soli venditori jus piscandi erat.

ANGULUS loci *l. 1. §. 38. D. de vi, & vi arm.*

ANGUSTARE aditum *l. 19. §. 5. D. locat.*

ANGUSTIÆ locorum *l. 2. §. 7. D. testam. quemadm. aper.* temporis *l. 2. §. 8. D. si quis caution.* verborum *l. 6. C. de instit. & substit.*

ANGUSTUS legatarius, id est mediocris, & qui usu parvæ partiunculæ domus contentus esse possit *l. 22. §. 1. D. de usu.*

ANIANUS, vir spectabilis, & Alarici Gothorum Regis referendarius, vel ideo hic locum suum deposcit, quod illi vulgo tribuitur collectio Codicis Alariciani ex Caio, Paullo, codicibusque Hermogeniano, & Theodosiano compilati, & interpretatio plerisque locis subjuncta. Sigebert. Gemblac. *de Eccles. script. c. 70. Anianus vir spectabilis jubente Alarico rege volumen unum de legibus Theodosii edidit, & monente Cruatio Episcopo librum Joannis Chrysostomi in Matthæum de græco in latinum transtulit.* At ex auctoritate, seu commonitorio Breviario isti, seu Codici Alariciano præmisso patet, illud compositum esse jussu Alarici Regis Tolosani an. 506. ordinante [illegible] viro Goiarico Comite: Aniani autem nullas in eo [illegible] partes fuisse nisi quod auctoritati illi, seu constitutioni Alaricianæ tanquam referendarius subscripserit. ANIANUS V. S. *hunc codicem legum juris, secundum auctoritatem [illegible] subscriptum, & in thesauris editum subscripsi & [illegible] di sub die 3. non. februarii anno 22. regnante Domino nostro Alarico Rege, & præceptione Domini nostri, gloriosissimi Regis Alarici, ordinante viro magnifico, & illustri Goiarico Comite.* Ubi verbum *edidi*, quod hic est promulgavi, vel recognovi, plerosque videtur decepisse, ut Anianum totius operis auctorem, vel *προσωπον* saltem fuisse, crederent, ac proinde, quidquid in illo peccatum esse animadverterent, id omne ab Aniani manu esse, dicerent. Vid. Oisel. *not. ad Cai. instit. tit. de jur. nat. gent. & civ.* & *tit. de libert. serv. p. 1. & 4. 5. edict. Schulting.* adeoque *Anianismi* ex criticis non minus frequenter audiantur, quam *Tribonianismi*, vel emblemata Triboniani. Vid. Jac. Gothofr. *prolegom.* C. *Theod. c. 5. p. 192. seq.* HEIN.

ANIMÆ amisso, id est vitæ §. 3. *Inst. de publ. judic.* Plaut. Amphitr. *l. 1. 85.* & Sallust. in *bell. Catilin. c. 20.*

ANIMADVERSIO pro jure gladii in *l. 1. §. ult. D. de offic. ejus, cui mand. jurisd.* Alias est pœna sive publica *l. 7. §. 1. D. de injur.* ut est ANIMADVERSIO capitis, seu capitalis *l. 1. §. 18. D. de orig. jur. l. un. D. de crim.* sive alia, veluti privata *l. un. C. de emend. propinq.* & civilis, ut pecuniaria *l. 131. §. 1. D. de verb. signif.* præteria *l. 15. §. 28. D. de injur.*

Animadversio etiam sumitur pro censura Ecclesiastica *in C. fin. de except. in 6.*

ANIMADVERTERE, id est, punire *l. 11. l. 13. D. de offic. præs.* ANIMADVERTERE facinorosos homines *l. 3. D. de jurisd.* in libertinum *l. 7. §. 1. D. de bon. damn.* Animadversorum corpora *l. 1. D. de cadav. punit.* ANIMADVERTI autem dicitur de omnibus suppliciis, & pœnis, si pœnæ genus adjicitur *l. 11. §. ult. l. 12. D. de pœn.* At si simpliciter ponitur hoc verbum, tunc significat potissimum capite plecti & quidem gladio, non securi, telo, fuste, laqueo *l. 8. §. 1. D. de pœn.* Hinc in *d. l. 8.* Scipio Gentilis *de jurisd. 3. 2.* pro *ut gladio in eum animadvertatur*, omisso *gladii* vocabulo, rescribi jubet, *ut animadvertatur*, quam tamen emendationem minus necessariam putat Heise cius, quum sæpe exprimere soleant boni auctores, quæ & non expressa subintelligerent. Adde et ex eo intelligi, cur Papiniani percussorem, qui securi fuerat usus, increpans Caracalla dixerit: Gladio te exsequi oportuit meum jussum, testibus Spartiano *in Caracalla c. 4.* & Xiphilino *lib. 77. p. 872.* Nam animadverere in Papinianum jusserat Imperator. Quare male ejus increpationis rationem ex supplicii istius ignominia reddunt alii. Vid. Ev. Otto *in Papiniano 16. §. 8. p. 331. seq.*

Animadvertere pro observare, intelligere. Sic non

ANI-

87. §. 2. *D. ad Leg. falcid.*
ANIMADVERTI, quæ circumstantias accurate exegit etiam remissa cognita, quid æquum, statuere: pendere, & sese ANIMADVERSURUM dicit *l.* Et ita *D. de minor.* Et sic quoque animadvertere 1. § ... arbiter *l.* 28. *D. de probat.*

ANIMALES res, & quæ anima carent, opponuntur *l.* 1. §. 1. *D. de rei vindic.*

ANIMICIDAM seu ψυχοφθόρον Appolinarem vocat Justinianus in *l.* 5. §. 2. & *l.* 6. §. 4. *C. de summ. Trinit.* quod divinitatem Christo loco animæ esse somniabat. Epiphan. *hæres.* 77. Augustin. *hæres.* 53. HEIN.

ANIMO possidet, qui adfectum possidendi habet, quique ea mente, & cogitatione est, ut possidere velit *l.* 3. §. 3. *D. de adquir. possess.* Contra animo possidere desinit, qui adfectionem, & voluntatem possidendi dimittit *d. l.* 3. §. 6. Possessio facti, & animi esse dicitur *l.* 1. §. 15. *D. si is qui test.* quia scilicet factum naturale desiderat, & animum possessoris.

Eodem sensu animum revertendi desiisse habere dicuntur animalia, quæ ex consuetudine abire, ac redire solent, quum consuetudinem revertendi dimiserunt *l.* 5. §. 5. *D. de adquir. rer. dom.*

Ex ANIMO accusare, & colludere opponuntur in *l.* 3. *D. ad leg. jul. de adult.* Non ex animo, sed extra *l.* 1. *C. si advers. del. l.* 3. *C. de adquir. possess. l.* 17. §. 1. *D. ædilit. edict.*

ANIMOSUS homo, qui ædes suas ad ornatum urbis exci at *l.* 7. *C. Theod. de præd. navicul.* Eodem sensu Symmachus *lib.* 5. *epist.* 59. de præparatoriis ad munus? Multum, inquit, rebus omnibus additurus, quas civium voluptati animoso impendio præparamus.

ANNALE tempus *l.* 2. §. 43. *D. ad SC. Tertul.* decretum *l.* 44. §. 4. *6. de Episc. & Cler.*

ANNALIA legata, id est annua *l. ult. C. eod. tit.* interdicta *l.* 1. §. *ult. D. de interd.*

ANNALIS actio, quæ intra annum datur, & anno finitur *l.* 1. §. 5. & §. *ult. D. quand. de pecul. act.* bonorum possessio *l.* 6. *D. ad SC. Tertull.* exceptio *tit. C. de ann. except.* rescissio *l.* 15. *C. de testam. manum.*

ANNALES sunt acta judicialia, quæ per annos digeri solebant. Hinc ANNALIBUS *necti.* Hac igitur lege sancimus, ut appellatio litigantium intra tempus jure præscriptum inscripta necta ur annalibus, ut promissa relatio intra triginta dies legibus definitas ad sacra scrinia destinetur *l.* 65. *C. Theod. de adpellat.*

ANNATE, quando in demortui Episcopi, aut Cœnobiarchæ locum novus subrogitur successor, is Pontifici fructus anni integri ejus beneficii, in quod succedit, solvere tenetur, quod vectigal annatam adpellant, quod unius & primi anni sit.

ANNICULUS intelligitur, qui extremo anni die moritur *l.* 132. *D. de verb. signif.* id est trecentesimo sexagesimo quinto die, quia annum civiliter non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus *l.* 6. *l.* 7. *D. de usuc. l. pen. D. de div. temp. præscr.* Et ita accipiendus anniculus apud Ulp. reg. tit. 3. §. 2. Ceterum verba illa legis 132. *de V. S.* pertinent ad legem Juliam & Papiam Poppeam, & quidem ad Caput de jure Quiritium ob liberos consequendo. De eo enim Lege Julia & Papia cautum fuerat: Latinus, cui ex Latina filius, filiave natus natave, & *anniculus anniculave* factus, factave erit, jura Quiritium consequitur. Ita observat. HEIN.

Ad agnos etiam quippe quos anniculis minores esse oportet, hoc vocabulum refertur in *l.* 60. *pr. D. de legat.* 3.

ANNIVERSARIA conditio percipiendi reditus præstanda, id est singulis annis *l.* 21. §. *ult. D. de ann. legat.*

ANNONA pro pretio annonario. Minime æquum est, decuriones civibus sub frumentum vilius, quam annona exigit, vendere *l.* 3. *D. ad leg. Jul. de ann.* 8. *D. ad municipal. l.* 5. *D. de administr. rer. ad civ. pertin.* Liv. 26. 19. Annona haud multum laxaverat. HEIN.

Annonæ nomine res omnes, quæ ad victum pertinent, complectimur *rubr. ad leg. Jul. de annon.* Hinc annona æraria *l.* 34. 35. 36. *C. Theod. de erog. milit. annon.* civica *l.* 10. 11. *C. Theod. de ann. civ. & pan. grad.* expeditionis *l.* 4. *C. Theod. de except. milit.* fiscalis *l.* 11. *C. Theod. de re milit.* limitaneorum *l.* 10. *C. Theod. de ann. & trib.* militaris *l.* 33. *C. Theod. de erog. milit.* publica *l.* 1. *D. de leg. jul. de ann.* urbis *l.* 5. §. 3. *D. de jur. immun.* Annona autem ab anno, quasi annua.

ANNONAS in Constitutionibus accipimus τὰς ἀννώνας quæ militaribus palatinis officiis ex eorum, qui possessiones tenebant, collatione erogabantur *tot. tit. C. de annon. & tribut.* quæ & panes civiles dicuntur in *l. ult.* §. 2. §. *de jur. dot.* Hinc annonæ divisio *l.* 1. §. 2. *D. de mun. & bon.* præbitio *l.* 11. *C. Theod. de re milit.* Adjuvare annonam, & ei servire *l.* 5. §. 3. *D. de jur. immun.* Adtentare annonam, & vexare *l.* 6. *pr. D. de extraord. crim.*

ANNONARIA, absolute *l.* 1. *C. Th. de domest.* Annonaria caussa, collatio, exactio, functio, necessitas, potestas, præfectura, præstatio, res, species, itemque annonaria alimenta, compendia in legibus nostris.

ANNONARII præerant annonæ militari. Eorum fit mentio *l.* 3. *C. Th. de numerar.*

Annonarius census, titulus *l.* 15. *C. de metall. & metallar. l.* 1. *C. de fid. & jur. hast.*

ANNONARIUS titulus *l.* 1. *C. de fid. instr.*

ANNOSUS, senex *l.* 3. *C. de decurion.*

ANNOTATIO; Vid. ADN.

ANNOTATORES *l.* 13. *C. Th. de suscept.* erant rationibus obnoxii, qui scilicet inlatarum specierum breves conficiebant, Tabularii *l.* 2. *C. Theod. tit.*

ANNUA exceptio in *l.* 30. §. 5. *D. de pecul. l.* 15. §. 3.

§. 3. *D. quod vi aut cl. l. ult. C. quib. ex cauf. major.* est annalis, seu quæ intra annum datur. At in *l. fin. D. quand. de pecul. act. ann.* Annua exceptio est, qua dominus de peculio conventus post annum, quam servus alienatus manumissusve est, defenditur.

Annua lex, prætoris, edictum adpellatur. Cic. I. *Verrin. c.* 42. Prætoris enim Imperium fuit annuum *pr. Inst. de perp. & temp. act.*

Annuum, quod in singulos annos percipitur, inprimis quod alimentorum caussa præstatur *l.* 22. *D. de pact. dot. l.* 15. *pr. l.* 28. §. 6. *& ult. l.* 33. *D. de donat. int. vir. & ux.* Sic annua merces *l.* 7. §. 8. *D. solut. matrim.* pensio *l.* 12. §. 4. *D. quand. dies legat.*

Annua die dare, id est anno *l.* 1. *D. de dot. præl.* ut quadrima die, id est quarto anno *l.* 19. *D. de pact. dot.* Suet. Solvendis (legatis) annuum diem definiit. Sic menstrua die apud Tertullian. in Apologet. *cap.* 39.

Annua, *bima*, *trima* die, id est tribus pensionibus, anno scilicet, biennio, triennio *l.* 19. *l.* 30. *l.* 49. *D. de legat.* I. & quidem æqualibus, etsi adjectum non sit æquis pensionibus *l.* 3. *D. de ann. leg.* Ita sæpe promittebatur dos, ceu patet ex Cic. *lib.* 11. *ad Attic. epist.* 4. 23. & in iis, quæ ex mutuo, emto, legato, aliisque caussis debebantur. Cic. *ad famil. lib.* 2. *epist.* 8. *l.* 6. §. 1. *D. de contrah. emt.* Ceterum in reddenda dote, numero, mensura, & pondere constabat, is solvendi modus fuit legitimus, teste Ulp. *tit.* 6. §. 8. donec eum in annuum mutavit Justinian. *l.* 1. §. 7. *C. de rei ux. act.*

ANNUERE, seu adnuere votis *l.* 5. *C. de adopt.* Annuere sine verbis *l.* 1. §. 2. *de verb. obl.* id est capitis signo adfirmare, concedere. Virgil. Æneid. lib. 12. Annuit hic Juno, & mentem lætata retorsit.

ANNULUS. vid. ANULUS.

ANNUS trecentis sexaginta quinque diebus constat ex Juliani constitutione *l.* 4. §. 5. *D. de statu lib.* Suet. *in Jul. c.* 11. Hic enim imperator Mathematico Sozygene rationem habuit spatii, intra quod sol circulum suum per zodiacum absolvere videtur, quod visum est 365 dierum & 6. horarum. Annus enim idem est, ac circulus. Virgil. *Georg.* 2. 401. Redit agricolis labor actus in orbem, Atque in se sua per vestigia volvitur annus. Indeque est quod Græcis dicatur ἐνιαυτός, quasi in se ipsum rediens, quæ natura circulo est. Atque hic proprie annus dicitur, nec nisi synecdoche est, quando Ovidius *Fastor.* 1. 149. & 151. ver. Tibulus *leg.* 2. 4. autumnum, & Hor. *Ep.* 2. hyemem *annum* dicunt. Spatium autem illud est, quod vocamus annum solarem, Romani annum magnum vocabant, auctore Censorino *de die natali* 119. vel etiam longum, ut apud Ovid. *metamorph.* 1. 273. Et ab hoc diversus est annus Lunarius, qui parvus, vel brevis dicebatur Plin. 7. 48. quod erat spatium, quod luna duodecies circulum suum per terram absolvit. Annus autem solaris hodie æquat 365. dies 5. horas, minuta 48. & secunda 36.

Annus autem in Legibus nostris vel naturaliter intelligitur, vel civiliter. Naturaliter, cum a momento ad momentum computamus, ut in *l.* 1[illegible]. *D. de verb. signif.* Et hic in nuptiis exigitur *Nov.* 76. & 100. in pupillis & minoribus *l. ult. C. quand. tut. vel cur. esse desin.* in præscriptionibus actionum temporarium *l.* 6. *D. de oblig. & act.* in Carboniani possessione *l.* 11. *D. de carbon. edict.* Sic: si cui legetur, quum quatuordecim annorum erit, is capiet, quum quatuordecim annos impleverit *l.* 49. *pr. D. de legat.* 1. Civiliter vero, cum a die ad diem computatio ita fit, ut qui ad extremum anni diem pervenerit, annum absolvisse videatur, ut in *l.* 134. *D. de verb. signif.* atque hic exigitur in muneribus, & honoribus, si damnum injuria datum sit, & in testamenti factione *l.* 5. *D. qui testam. fac. poss.* in manumissione ex Lege Ælia Sentia *l.* 1. *D. de manum.* in usucapione *l.* 5. 7. *D. de usurp.* in Lege Papia & Poppea, ut supra dictum est in art. *anniculus.* In his & similibus dies inceptus pro completo habetur. Si cui his verbis libertas relicta sit, *duodecimo anno liber esto*, in principio anni duodecimi liber erit. Duodecimus enim annus est, quum quantum liber ex duodecimo anno venerit, aut præterierit. Et qui duodecimo anno liber esse jubetur, omnibus duodecimi anni partibus liber esse jubetur *l.* 41. *D. de manum. testam.*

Annos etiam inchoatos plerumque pro plenis accipimus, nisi aliter conceptio verborum, vel loquentis voluntas suadeat *l.* 1. *D. de manum. l.* 5. *D. qui test. fac l.* 8. *D. de mun. & honor. l.* 3. *D. de jur. immunit. l.* 74. *in fin. D. ad SC. Trebell.* nisi aliter conceptio verborum, vel loquentis voluntas suadeat. Ut quum quis aliquo anno dare damnatur, ei potestas est quolibet anni die dare *l.* 50. *D. de oblig. & act.* & qui hoc anno dari stipulatus sit, nisi omnibus anni partibus præteritis non recte petet *l.* 42. *D. de verb. oblig.* sed & si in annos decem dare damnatus, aut liber esse jussus est, novissimo ejus temporis die legatum debebitur, & libertas obtinget *l.* 49. *D. de cond. & demonstr.*

Annus deinde vel continuus, vel utilis in jure distinguitur. Continuus, qui vulgo, & naturaliter annus adpellatur, vel qui constat ex 365. diebus continuis. In eo dies ad numerum reputatur, prout continui effluxerunt nullis ex his deductis eorum, quibus experiundi potestas non fuerit: Sic in usucapionibus mobilium continuum tempus numeratur *l.* 32. §. 1. *D. de usurp.* Annum vero utilem dicimus, qui constat ex 365. diebus utilibus, his nempe quibus experiundi potestas fuit: & ita in annalibus actionibus, quæ annua præscriptione excluduntur, annum accipimus in jure nostro. Vid. *l.* 14. §. 1. *quod met. cauf. l.* 1. §. 2. *D. quand. de pecul. act. annal. l.* 19. *D. de minor. l.* 1. *pr. D. si is qui testam. lib. l.* 6. *D. de calumniat. l. ult. C. de temp. in integr. rest.* §. 5. *Inst. de action.* Quod & Goveanus notat *lib.* 1. *variar. lect. c.* 10. *p.* 795. *operum.*

Hoc sermone POST ANNOS biennium significatur

tur *l. 17. in fin. D. de munum. testam.* ut *in diebus* biduum intelligitur in *l. 217. D. de verb. signif.* Nam apud Latinos non minus, quam alias gentes pluralis numerus duorum significatione sæpe contentus est. Grot. *adnot. ad Levit.* 5. 15.

Anni pars major, quæ sextum, septimumque mensem egreditur. Secus est in interdicto *utrubi*, ubi major anni pars non ad numerum dierum, mensiumve, quibus ipse annus constat, sed ad longius tempus possessionis refertur: qui majore, quam adversarius, anni parte possederit, vincit, qui minore, vincitur. Gœdd. ad *l. 156. D. de verb. signif.* ubi Licinius Ruffinus ait: Majore parte anni possedisse quis intelligitur, etiam si duobus mensibus possederit, si modo adversarius ejus, aut paucioribus diebus, aut nullis possederit.

ANSA scyphi *l. 20. D. de adquir. rer. dom.* poculi *l. 21. §. 4. D. de furt.* Ansis vasa tenentur, & Aræ primo *Ansæ* dictæ sunt, quod teneantur a sacrificantibus. Varro.

ANSARIUM genus vectigalis, cujus mentio fit in *l. 1. C. Hermog. de jur. fisc.* ubi vocatur ansaria, quum in marmoribus *ansarium* adpellari, docuerit Cujac. *obs.* 14. 3. Pet. Burmannus *de vectig. pop. Rom. c.* 5. In inscriptione, inquit, apud Grut. *p. 99. 6.* hoc vectigal designari creditur, & adpellari *vectigal foriculiarii & ansarii promercalium:* Difficile vero dictu est, unde hæc nomina *foriculiarii*, & *ansarii* deducta sunt, Verosimile est quidem, quod Guther. *de off. dom. Aug. lib. 3. c.* 17. conjicit, legendum esse *foricularium*, (unde *fori culeari* efficietur,) & *ansarii*, & indicari vectigal frugum minutarum, vini, tritici, olei, quæ in foro, a culeis & vasibus ansatis, quibus fruges venum exponebantur, & Reinesium legisse fori *culearii*, notat Gudius *ad iscr.* ut *de culleis*; quibus ex rure promercalia devehebant, intelligatur, idque maxime de vino, & oleo verum esse, credimus, quod culleis semper condatum in forum deferebatur, ut venderetur. ---- Et ut hoc vectigal obscurius, ita non magis patet, quale fuerit ansarium, quod possit a vasis *ansatis*, quibus merces quædam, & præcipue vinum, si minori mensura venderetur, quam culeis in forum deferebantur, dictum videri: nam amphoris ansatis vinum fuisse conditum, neminem, ut probem, exacturum puto quum sexcentis locis amphorarum, quibus etiam, ut culeis, libertatis agrorum rationem iniisse, testantur rei rusticæ scriptores, mentio fiat. Hæc Burmannus qui postea & Lazium in lapide legentem *Ansarii*, & Guth. rium *ansarium* & ad arma promercalia, ab Ennio *jacula ansata* vocata, trahi posse existimantem, erudite refellit. HEIN.

ANSERES in *l. 5. §. 6. D. adqu. rer. dom.* Anserum pastores *l. 66. D. de legat. 3.* Vet. Glossar. Anserarius χηνοβοσκός.

ANSITERIA, pro quo in *l. 23. §. 2. D. de aur. arg. leg.* legendum est *amphitapa*, de quo supra.

Ανταναχλασις, repercussio, reflexus, reverberatio in *l. 17. §. 2. D. de servit. præd. urb.* Interdum dici potest, eum quoque, qui tollit ædificium, vel deprimit, luminibus officere, si forte κατ' ανταναχλασιν. vel pressura quadam lumen in eas ædes devolvatur.

ANTAPOCHA. Vid. Apocha.

ANTE Kalendas proximas dari qui stipulatus est, nihil differt ab eo, qui Kalendis stipulatur *l. 13. l. 56. D. de verb. obl.* Paullus in *l. 132. pr. D. de verb. signif.* postquam dixit anniculum amitti, qui extremo anni die moritur, addit: *Ut consuetudo loquendi id ita esse declarat*. ANTE DIEM DECIMUN KALENDARUM, POST DIEM DECIMUM KALENDARUM: *neque enim utro sermone undecim dies significantur*. Sive autem hanc lectionem *neque utro sermone* cum Card. Norisio *Cenotaph. Pisan. diss. 2. c. 17. p.* 345. probes, sive cum Henr. Brenkmanno & hanc alteram lectionem admittas *neutro sermone*, sensus recte se habet. Anniculum recte dici, qui die anni extremo decesserit, quia & is, qui X. Kalendas decesserit, ante Kalendas decessisse dicatur. Quod ad loquutionem ipsam attinet, ejus sensus non obscurus est *ante X. Kalendas*, id est, antequam decimam Kalendarum præterierit, adeoque designatur ipsa dies decima, quæ Kalendas antecedit, non undecima. Quod tot veterum testimoniis probavit laudatus Norisius *ibid. p.* 243. HEIN.

ANTECEDERE. Proximus est, *cui* nemo antecedit *l. 92. D. de verb. signif.* Holoander rescribit *quem* ANTECEDENS instrumentum *l. 23. C. de donnat.* tempus *l. 58. §. 2. D. de adm. & peric. tut.* ANEECEDENTES creditores in ordine pignorum *l. 7. C. de oblig. & act.* ANTECEDENS tempus *l. 58. §. ult. D. de administr. tut.*

ANTECESSOR in *l. 55. D. de judic. l. 9. D. de reb. eor.* alias decessor.

ANTECESSORES Justinianus in Epistola pandectis præposita juris, ac Legum professores adpellat, qui ibidem & professores legitimæ scientiæ dicuntur. Vid. Cujac. *observ. 12. ult.* Non autem soli Legum Doctores Antecessores vocabantur, immo, ne omnes quidem, sed pragmatici, uti vocantur *l. 9. §. 5. D. de pœn.* qui formulis potissimum scribendis operam dabant. Ex latino antecessor Græci effingebant αντικενσωρ vel αντικηνσωρ, quod solerent illo tempore NS. pro S. vel SS. pronunciare, veluti *defensus*; *deprehensus* μενσιν pro *defessus*, *depressus*, *missus*. Et frequenter legimus in Florentina *vicensimus*, *tricensimus*, *thesaurus*. HEIN. Vid. *l. 3. D. de veter. jur. enuol.* ubi Dorotheum, & Craticum antecessores vocat. Vox videtur efficta intentione Græcorum, apud quos προηγεῖσθαι per metaph. est præeundo, & docendo discipulum in alicujus arti penetralia. Isocrati ad Demon. est εισηγεῖσθαι νεωτεροις.

ANTEFERRI, clausulæ, cujus mentio fit *in c. quodam de præbend. in 6.* & c. *auctoritate* de *confess. præb. in 6.* vim explicat Felin. *in c. caussam quæ*, & *c. capitis de rescript. in antiq.*

AN-

ANTESTARI, vetus XII. Tabularum verbum. Significat autem, in testimonium aliquem vocare. Quod hac formula fiebat: *Licet antestari?* & tactis auriculis, ita dicendo: Memento quod tu mihi in ista caussa testis eris. Vetus glossarium Antestari μαρτυροποιεῖσθαι. Vid. Hor. *sermon.* 1. 9. *v.* 74. Plaut. *in pers.* 4. 9. *v.* 10. *in Poen.* 5. 4. *v.* 57. *Asinar.* 2. 4. *v.* 74. *Curcul.* 5. 2. *v.* 23. Plin. *hist. nat.* 11. 45. Hoc autem verbum tam activa, quam passiva significatione protulisse veteres, Priscianus *lib.* 8. testatur, qui ex Livio hæc verba citat: Impubes neque libripens esse potest, neque antestatus, id est προσκαλεῖσθαι μαρτυρηθῆναι, seu *ad testimonium adhiberi*. ANTESTATI, qui testimonium vocantibus perhibebant. Apud Caium vero Inst. tit. 6. Antestatus dicitur, qui in mancipatione testimonii causa adhibetur.

ANTEVERTERE supplicium *l.* 2. *C. qui test. fac.*

ANTHIANUS (Furius) jurisconsultus, auctor librorum 5. ad Edictum, quorum tamen ex primo duntaxat fragmenta tria in pandecten relata sunt, puta *l.* 62. *D. de pact. l.* 40. *D. de dol. mal.* & *l.* 80. *D. de rei vind.* Itaque jam Triboniani temporibus non integrum opus, sed hoc tantum fragmentum videtur superfuisse. Nam in indice Florentino legitur Ἀνθιανοῦ φουρίου Ἀνθιανοῦ μέρος Ἐδίκτου βιβλίων πέντε. Anthi vel Furii Anthiani pars Edictalium librorum quinque, non μέρος Ἐδίκτου βιβλία πέντε, uti Taurellius edidit. Laur. Theodor. Gronov. *de emend. Pandectar. cap.* 25. *p.* 81. Ex tribus, quæ exstant fragmentis, iisque satis brevibus, de ætate hujus Jurisconsulti nihil certi elicitur. HEIN.

ANTHROPOLATRA in *l.* 5. §. 2. *& l.* 6. §. 2. *C. de summ. trinit.* Anthropolatriam primis Christianis abjecisse paganos Christum pro nudo homine habentes, constat ex Tertull. *apologet. c.* 21.

ANTHROPOMORPHITÆ dicti pro eo, quod simplicitate rustica Deum habere humana membra, quæ in divinis libris scripta sunt, arbitrarentur *c.* 35. §. 3. *caus.* 34. *quæst.* 3.

Ἀντιάδες in *l.* 14. §. 8. *D. de ædilit. edict.* sunt tonsillæ, id est, faucium inflammationes cum tumore. Antias autem est nomen tam morbo, quam particulæ accommodatum. Unde Plin. Tonsillæ in homine, in sue glandulæ. Ab Aristot. *in* 1. *de hist. animal.* παρίσθμια vocantur. Vid. de his Paullum Æginet. *l.* 6. *c.* 50.

ANTICHRESIS contrahitur, quum ita pignori domus, vel fundus opponitur, ut in usuras fructus creditor percipiat, aut locando, aut ipse percipiendo, habitandoque *l.* 12. §. 1. *D. de pign. l.* 33. *D. de pignor. act.* ut in specie *l.* 14. *& l.* 17. *C. de usur.* vel ut *in l.* 6. *C. quod cum eo,* quum in usurarum vicem creditori facultas habitandi conceditur.

ANTICIPARE supremum judicium consiliis *l.* 8. *pr. C. de inoff. donat.* Anticipata res *l.* 2. *C. de vectigal.* anticipatum tempus *l.* 6. *C.* de feriis.

ANTICUS dicitur Justinianus *in pr. Inst. proœm. l.* 3. *C. de vet. jur. enucl. l.* 1. *C.* de offic. præf. prær. afr. & alibi passim a devictis *Antis.* Refert enim Procop. *de bell. Goth.* 3. 40. sub Justiniano Antas, Sclavenorum accolas, transito Istro, in Romanorum fines effusos, non sine clade insigni repressos esse. Addit idem scriptor, Antas demum perdomitos, novas trans Istrum sedes a Justiniano impetrasse, ut Hunnos a depopulationibus prohiberent. Eadem autem fuisse videtur gens Antica cum Venedica: *sunt enim Antæ & Sclavi populus unus: sed tamen colunt duas respublicas populares*, inquit idem Procop. *lib.* 3. 4. HEIN.

ANTIDICOMARITÆ appellati sunt pro eo, quod Mariæ virginitati contradicunt, asserentes eam post Christum natum viro suo fuisse commistam *c.* 39. *caus.* 24. *quæst.* 3.

Ἀντίδωσις remuneratio *l.* 25. §. 11. *D. de hered. pet.*

ANTIDOTUM in *l.* 5. *pr. D. de penu. leg.* Græcis autem ἀντίδοτος masculino, & feminino genere, neutro ἀντίδοτον dicebatur, quasi dicas *contra datum* adjective. Hinc Caius in *l.* 35. §. 2. *D.* ANTIDOTI plurali numero dixit. Diosc. *lib.* 3. *c.* 29. ὁ καρπὸς θανασίμων φαρμάκων ἐστὶν ἀντίδοτος semen lethalium venenorum antidotum est, id est adversatur venenis. Gell. *lib.* 14. *c.* 16. Hujus Regis (Mithridatis) antidotus celebratissima est, quæ Mithridatios vocatur. Serenus Sammonic. c. 62. Antidotus vero multis Mithridatica fertur Consocia a modis.

ANTINOMIA, legum inter se pugna, qualem in corpore juris suis auspiciis confecto nullam exstare voluit, & si qua forte ex auctorum oscitatione irrepserit, subtiliore interpretatione tolli jussit Justinianus *l.* 1. §. 8. *C. de vet. jur. enucl.* Voti ne damnatus sit, an non, cernunt viri docti, & adhuc sub judice lis est. HEIN.

Ἀντιπαράστασις, argumenti genus, quo Jurisconsulti aliquando sententias suas duabus rationibus communire solent. Quemadmodum enim priorem στάσιν, ita posteriorem antiparastasin vocabant. Exemplum est in *l.* 17. *D. de auct. tut.* Hinc Paullus, ut probet, tutorem a prætore compelli non posse, ad auctoritatem interponendam, addit rationem, quia iniquum sit, tutorem cogi ad adprobandum id, quod fortasse non utile futurum sit pupillo: & hæc est στάσις. Deinde subjicit, si vel maxime actus iste pupillo utilis esset, pupillum tamen nihil damni facere, quatenus tutelæ judicio consequi possit a tutore, quantum sibi ob eam rem absit, quod tutor auctor fieri noluerit, quantumque potuisset lucrari, si auctoritatem interposuisset, & hæc est *antiparastasis*. HEIN. Vid. & Cujac. *obs.* 25. 11. ubi plurimis exemplis id probat *ex l. pen. D. de serv. export. l.* 27. §. 4. *D. ad SC. Tertull.*

ANTIPHERNA in *l. ult. C. de donat. ant. nupt.* Cujac. *lib.* 5. *obs. c.* 4. Donatio, inquit, propter nuptias, est dos mariti, atque ideo, quæ donantur propter nuptias, antipherna, id est tanquam ex altera parte doti respondentia vocantur. Ea in dotem a muliere ple-

plerumque redigebantur *l. 5. verb. hoc observare C. de secund. nupt.*

ANTIQUARI lex rogatione olim dicebatur, quæ non accipiebatur, sed improbabatur, & rejiciebatur. Antiquare enim significat antiqua probare, &, ut Festus explicat, in morem pristinum reducere. Sic antiquatum edictum in *l. 5. C. de ædific. priv.*

ANTIQUARII *l. 2. C. Theod. de stud. urb. Rom.* librarii sunt, seu librorum scriptores, & qui vetustos codices describunt. Antiquarii quatuor in scrinio memoriæ *l. 10. de proxim. sac. scrinior.* Augustin. *de verb. Dom. serm.* 44. Quemadmodum qui videt litteras in codice optime scripto, & non novit legere, laudat quidem antiquari manum, admirans apicum pulchritudinem. Vetus Glossar. græcum antiquarium καλλιγράφον interpretatur. Add. Panzirol. *de Clar. leg. interpr. l. 2. pag. 10.* HEIN. Isidorus *lib. 6. orig. c. 14.* Librarii autem, ait, iidem & antiquarii vocantur: Sed librarii sunt, qui & nova & vetera scribunt. Antiquarii, qui tantummodo vetera, unde & nomen sumserunt. Auson. *ad Probum Epist. 16. int.* oblata per antiquarios mora. Add. Sidonium lib. 9. epist. 16. & Cassiodorum *de divinis lectionib. c. 15. & 30.* ubi scite describit antiquarios. Hinc antiquaria *ars* Hieronymo *epist.* ad Florentinum.

ANTIQUI in *l. 3. D. si pars hered. pet.* qui sæpius veteres adpellatur, ubi sermo est de majoribus.

ANTIQUIOR, majoris ætatis. Ut antiquior acceptilatio *l. 13. §. 9. de acceptil.* Alias antiquior est *carior* in *l. 19. §. 7. D. capt. & postl.* Cicero antiquiorem ait Dejotaro fuisse laudem, & gloriam, quam regnum, & possessiones suas.

ANTIQUITAS in §. 14. *Inst. de hered. qua ab intest.* id est, antiquum jus.

ANTIQUUS, A, UM. ANTIQUA actio ex LL. XII. Tab. descendens l. 23. §. D. de R. V.

ANTIQUUM JUS pro jure gentium, quod cum humano genere natura prodidit *l. 1. pr. D. de adquir. rer. dom.* ANTIQUUM jus etiam dicitur, quod ex LL. XII. Tabularum descendit *l. 23. §. 6. D. de rei vind.* sive antiqua lex, prudentia *l. 2. §. 1. D. de noxal. act. l. pen. fin. C. de constit. pecun.* & jus vetus *l. 1. D. de petit. hered.* At in *l. 29. §. 7. D. de lib. & post.* ANTIQUUM jus accipi oportet, quod ante legem Vellejam obtinuit, quemadmodum in *l. 1. §. 9. & l. 2. §. 20. D. ad SC. Tertull.* ANTIQUUM jus est, quod SCum Tertullianum præcessit, & in *l. 29. fin. D. de legat. 2.* quod ante Legem Juliam, & Papiam observabatur: quomodo etiam accipiendum est apud Ulp. *tit.* 1. §. 20. *tit.* 17. §. 2. & *tit.* 18. §. 1. Enim vero in *l. 42. §. ult. D. de mort. caus. don.* jus ANTIQUUM est, quod Severi constitutionem præcessit, qua in mortis caussa donationibus Falcidia ducta est. Similiter ANTIQUUM jus in *l. 19. §. 3. D. de castr. pecul.* constitutiones Imperatorum circa peculium castrense factas antecessit, ut antiqua observatio §. 1. *Inst. per quas pers. nob. adquir.* quæ ante Justiniani constitutionem locum habuit. ANTIQUUM jus in *l. 18. C. de col. lat.* quod Anastasianam constitutionem præcessit, qua nova forma emancipationis faciendæ introducta est. Quæcumque ergo jura novis constitutionibus anteriora sunt, ea harum respectu jus ANTIQUUM vocari, e. g. in *l. 1. C. und. vir. & ux.* respectu constitutionis novæ *l. ult. C. Theod. de legit. hered.* recte observavit Cujacius. Add. *l. 17. C. de nupt. l. 6. C. de incest. & inut. nupt.* Denique ANTIQUUM jus in *l. 1. fin. D. si a parent. quis manum.* querelam inofficiosi testamenti significat.

ANTISTES simpliciter Episcopum significat in *l. 18. 22. pr. l. 25. §. 1. l 28. §. 2. C. de Episc.* aliquando etiam sacerdotem *l. 1. C. Theod. ne sanct. baptism. iteret.* ANTISTES sacerdos dictus est, quod antestat: primus enim est ordine in Ecclesia *c. cleros 1. §. 10. dist. 21.* Sed & liberalium studiorum dicuntur antistites *l. 1. C. de decret. decur.* & locorum, vel urbis *l. ult. §. 5. C. curat. fur.* Antistites sapientiæ, Plin. *hist. nat. lib. 7. c. 1.*

ANTISTIUS Labeo, institutus a Trebatio, de quo vid. *l. 2. §. 4. D. de orig. jur.* Ejus mentio fit apud Suet. *in Aug. c. 45.* & Gell. 13. 10. qui ejus libris, qui post mortem editi sunt, *posteriorum* nomen inditum esse scribit, eumdemque commentarios ad XII. Tabulas composuisse ait *lib. 1. c. 12.* Ipsius quoque *liber 1. prætoris urbani* citatur in *l. 19. D. de verb. signif.* Reliquit, teste Pomponio, libros CCCC. Quotannis enim sex menses secedebat, librisque conscribendis dabat operam, in quibus etiam fuere *l. 8.* πιθανῶν, libri prætoris peregrini saltim 30. *l. 9. §. 4. D. de dol. mal.* & liber epistolarum *l. 30. §. 1. D. de usurp. & usuc.* Hic equidem non gratus fuit Augusto ob præfractam in sententiis in senatus dicendis libertatem. At non ipse est, quem aspergit Horatius *satyr. 3. lib. 1. serm.* his verbis: *Labieno insanior inter Insanos dicatur*, ut tradit vetus interpres. A Labeone enim diversus fuit Labienus, insanus homo, qui ob istum animi morbum pro *Labieno Rabienus* dicebatur, & de quo lepida quædam narrat Seneca pater *in præf. libri 5. controv.* HEIN. Vid. ATEJUS.

ANTONINUS Pius est cognominatus, inquit Jul. Capitolinus, vel quod socerum fessa jam ætate manu præsente Senatu levaverit, vel quod eos, quos per malam valetudinem Hadrianus occidi jusserat, reservavit. Hic quum annos 24. imperasset, morbo periit, anno ætatis suæ 70. & quasi adolescens desideratus est. Antoninus Augustus Pius noster, ait Marcianus in *l. 42. D. de fideic. libert.* Aurelius Imperator Antoninus dicitur in *l. 48. D. de condit. & dem.* & Imperator Titius Antoninus in *l. 55. §. 1. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. de condict. indeb.* & Divus Antoninus in *l. 7. D. de* in integr. rest. & *l. 1. §. 5. D. de quæst.* item Divus Pius Antonius in *l. 5. 3. D. de censib.* & Imperator Antoninus Pius *l. 13. §. 1. D. de alim. vel cib.*

cib. leg. A Modestino vero Ἀντωνῖνος Εὐσεβὴς *l.* 8. §. 1. *D. de excus.* Passim vero in libris nostris D. Pius vocatur, & quod rarum est, Antoninus nullo adjuncto in *l.* 57. *D. de legat.* 2. & Imperator Antoninus, in *l.* 17. *D. de stat. hom.* Hujus singulari virtute & incredibili quadam pietate factum est, ut ad quamplurimos Imperii successores, nullo licet sanguinis vinculo junctos, nomen Antonini velut hereditarium transiret. Quo nomine etiam Imperatores quosdam prænominis, cognominisque loco usos esse ex diversis antiquitatum monumentis constat. Si quidem post obitum Antonini Pii fuisse nomen Antoninorum tam amabile, testis est Ælius Lampridius, ut qui eo nomine non uteretur, mereri non videretur imperium. Hinc ANTONINI Imperatoris nomine in *l.* 12. *D. de fideic. libert.* Antoninus Caracalla exaudiendus est, qui & Divus Antoninus dicitur in *ead. l. §. ult. ult.* & Antoninus Aug. in *l.* 32. *pr. D. de don. int. vir. & ux.* Fuit hic Antoninus Caracalla Septimii Severi Augusti filius. Observandum tamen est, patri aliquoties a Jureconsultis, qui ejus temporibus vixerunt, in ordine scripturæ anteponi, veluti in *l.* 9. *D. de capt. & postlim.* & apertius in *l.* 8. §. 1. *D. de legation.* ubi *Impp. Antoninus, & Severus August.* Add. *l.* 3. *D. de cond. & indeb. l.* 5. §. 2. *D. de solut. l. ult. D. de excusat. l.* 14. §. 4. *D. ad SC. Trebell. & l.* 15. §. 3. *D. de re jud.* aliter atque *in l. ult. pr. &* §. 11. *D. de publican. l.* 1. *l. ult. D. de requir. & absolv. l.* 33. §. 1. *D. de cond. & dem. l.* 3. *l.* 7. *D. de min. l.* 4. §. 1. *D. de in lit. jur.* Idem Imperator magnus Antoninus quandoque adpellatur *l.* 11. *D. de adpell. l. ult.* §. 11. *D. de publican.* quin & alias Divus Antoninus vocatur, ut in *l.* 69. *D. de legat.* 3. interdum Divus Magnus Antoninus, ut in *l. ult. D. de veteran. & l.* 9. *D. de divers. temporal.* Ad eum enim, non ad Pium, hanc Divi & Magni adpellationem pertinere, plenum facit *d. l. ult. D. de veteran.* in qua ita est. Divus Magnus Antoninus cum patre suo rescripsit, ut in *l.* 1. *D. de requir. & absolv. damn.* Divi Severi & Antonini Magni rescriptum est. Add. *l.* 11. §. 3. *D. de vacat. & excus. mun.* juncta *l.* 6. *D. de excus.* Nam quod illic Modestinus ait: Divus Magnus Antoninus cum patre rescripsit, hoc idem in *l.* 6. *D. de excus.* ex Ulpiano refert his verbis: Imperator noster cum patre rescripsit. De hoc itidem accipienda sunt verba Ulpiani in *l.* 4. §. 5. *vers. quædam. D. de offic. proconf.* hæc Imperator noster Antoninus Augustus. Et generaliter, quotiescumque apud eundem Ulpianum, & Paullum legimus, Imperator noster, toties Antoninum hunc demonstrari, sciendum est. Vide art. noster. De Magni autem cognomine hoc addit Heinecc. Observavit Ezech. Spanhem. in *Orb. Rom. exercit.* 2. *c.* 4. *p.* 144. illud in nummis quoque eidem Caracallæ tribui. Nam ut ait Aurel. Victor. *c.* 37. corpore Alexandri Macedonis inspecto, Magnum, atque Alexandrum se jusserat adpellari. Conf. Herodian. *hist.* 4. 17. Attamen & ejus pater Severus jam antea non modo *magni*, sed *maximi principis* elogio sæpe ornatur, ut in *l.* 78. §. 1. *D. de legat.* 2. *l.* 8. *D. de vacat. & excus. mun.* & *l.* 17. *pr. D. de quæst.* Alios Antoninos vid. in art. *Marcus Aurel.*

ANULUS. Anuli signatorii in *l.* 74. *D. de verb. signif.* quibus signa tabulis imprimebantur *l.* 22. §. 2. & 5. *qui test. fac.* Alii ornatus caussa habebantur *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* Et anulum sponsæ missum narrat Paullus in *l.* 36. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.* de quo ritu vid. Kirchman. *de anul. c.* 18. *p.* 185. Anulum quoque a moriente filiæ custodiæ causa traditum proponit Papinian. *l.* 77. §. 2. *D. de legat.* de quo more disserit laudatus Kirchman. *c.* 22. *p.* 259. Anulos interdum arrhæ nomine venditoris datos, ostendunt *l.* 11. §. 6. *de act. emt. l.* 5. *pen. D. de institor.* Eo etiam pertinet *l.* 17. *D. de præscr. verb.* Vid. laud. Kirchman. *c.* 15. *p.* 181. Anuli quoniam inter ornamenta habentur *l.* 25. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* quærebatur an auri adpellatione contineantur *l.* 19. §. 7. *de aur. arg. leg.* Quæ enim alio legatorum genere continentur, ea communi auri vocabulo, non venire, nec legato auri comprehendi sciunt omnes. Sed valuit sententia Q. Saturnini, auri adpellatione contineri anulos aureos. HEIN.

ANULORUM aureorum jus olim non erat, quam Senatoribus, & equitibus, ut patet ex Dion. Cass. *lib.* 48. & Plin. *hist. nat. lib.* 33. *c.* 2. ait. Anuli distinxere alterum ordinem a plebe, ut semel cœperunt esse celebres, sicut tunica ab anulis Senatum tantum. At postea ingenui omnes aureos gestare cœperunt. Unde Asconius anulos aureos *ingenuitatis signa* adpellat. Proinde liberti, ut ingenuitatis munia, salvo patronorum jure, consequerentur, jus aureorum anulorum a principe impetrare solebant *l.* 10. §. 3. *D. de in jus voc. l.* 44. *D. de excus. tut.* Quod Plinius *lib.* 33. *hist. nat. c.* 2. perstringit his verbis: Passim ad ornamenta anulorum etiam servitute liberati transiliunt. Atque hoc est jus aureorum anulorum *l.* 1. *l.* 2. *D. de jur. aur. anul.* quod χρυσῶν δακτυλίων δίκαιον adpellatur a Modestino in *l.* 14. *D. de excus. tut.*

ANUE obstetrix in *l.* 3. §. 5. *D. de Carbon. edict.* id est vetula.

APAMEA. Apamea Bithyniæ colonia fuit Romanor. de qua in *l.* 1. §. 10. *de censib. l. ult. C. de divers. præd.* Plin. *lib.* 5. *c. ult.* inquit: Inthus in Bithynia Colonia Apamea. Cujac. 1. *obs.* 18.

APELLITÆ, quorum auctor Apelles fuit, qui creatorem Angelum nescio quem gloriosum superioris Dei faciens, Deum Legis Israel illum igneum affirmans dixit, & Christum non in veritate Deum, sed hominem in phantasia fuisse *c.* 39. §. 11. *caus.* 24. *quæst.* 3.

APER minor in *l.* 46. *D. de ædilit. edict.* ubi prohibito, ne quis carnem, vel *minorem* aprum, lupum, ursum, pantheram, leonem, ibi, ubi vulgo iter fit, habuisse velit. Quamvis vero hæc verba, quippe in Basilicis omissa, plerique post Charondam pro glossemate habenda, expungendaque existiment, nulla tamen idonea

mei ratio est, lituram inducendi his verbis, maxime quum verba in Basilicis *κατρα αγεια* procul dubio ad aptum pertineant. Vid. Ev. Otto. *de tutel. viar. lib.* 3. *c.* 1. *p.* 418.

APERIRE, facere, ut quid pateat: Sic aperire codicillos *l.* 3. §. 25. *D. de SC. Silan.* epistolas *l.* 25. *D. de legat.* 2. testamentum *l.* 1. §. 5. *D. ad leg. Corn. de fals.* APERIRE autem tabulas ille intelligitur, qui naturaliter aperit, sive signatæ sint, sive ligatæ, sed tantum naturaliter clausæ. Et ita in Edicto, quod Prætor aperiri tabulas vetat ante quæstionem de familia habitam, hoc verbum accipimus *l.* 3. *D. de SC. Silan. l. ult. D. de adpell. recip.* Si in duobus exemplaribus scriptum sit testamentum, alterutro patefacto, apertæ sunt tabulæ. Sed etsi sua natura patefactæ sunt, apertæ videbuntur. Quod si quis authenticum fecit, & exemplum, apertum utique censetur testamentum, si authenticum patefactum, non item, si exemplum *l.* 10. *pr. l. ult. D. testam. quemadm. aper.* Ceterum quo ritu aperiendæ fuerint tabulæ testamenti, docet Paull. *Sent.* 4. 6. Ulp. & Cai. in *l.* 4. 6. 7. *D. testam. quemadm. aper.*

Aperire parietem dicitur, qui fenestras, vel januas in eo facit *l. pen. & ult. fin. D. de servit. præd. urb.* APERIRE viam publicam est, eam ad veterem latitudinem, altitudinemque restituere in *l.* 1. *D. de via publ.* APERIRE puteum in domo *l.* 25. §. *ult. D. de damn. inf.* sulcum *l.* 29. *D. de servit. præd. rustic.*

APERTE, manifesto *l.* 10. *pr. D. de inoff. testam.* & sparsim.

APERTURA testamenti *l.* 3. §. 20. *D. de SC. Silan.* tabularum, codicillorum *l.* 31. §. 1. *D. de excus. l.* 86. §. 1. *D. de legat.* 1.

APERTUS, A, UM. item de testamento, tabulis, codicillis, ut supra dictum est. Sed & aqua per apertum ducta dicitur in *l.* 3. *pr. D. de rivis*, nec non per canales opertos. APERTUM etiam est manifestum, ut apertum jus *l.* 109. *D. de condit. & dem.*

Apes. Harum fera natura est §. 14: *Inst. de rer. divis.* Apes alienas fumo facto fugare *l.* 49. *D. ad leg. aquil.* exurere *l.* 27. §. 12. *D. eod.*

APEX. Apices, pro scriptura, vel litteris. Sic APICES adnotationis *l.* 7. *C. Theod. de petit. & ultero dat.* augusti *l.* 6. *C. de advoc. divers. judic.* cœlestes *l.* 5. *C. de aquæd.* divini *l.* 7. *C. de episc. &* sacri *l.* 3. *C. ubi senat.* Alias APEX est culmen, ut apex potestatis *l.* 6. *C. Theod. de iis, qui administr. vel. offic.*

APICES juris in *l.* 29. §. 4. *D. mand.* veteribus res leves, minimique ponderis, ac pene contemnendas fuisse docuit Radulph. Forner. rer. quotid. 1. 19. HEIN.

APISCI possessionem *l.* 37. *D. de pign. act.* & alibi in D. quo verbo pro adipisci sæpe utirur Tacitus. Ut & Plaut. *Epidic.* 5. 2. 3. *Rudent. prol. v.* 17. Gell. 1. 24. Lucret. 1. *v.* 448.

APOCHA in *l. ult.* §. 2. *D. de condict. indeb.* & passim. Vox græca latinitate donata, & cautionem pecuniæ solutæ significat, quæ a creditore debitori, pro bandæ solutionis caussa, dari solet. Juxta vetus glossarium græcum Apocha eo differt ab acceptilatione, quod apocha non puram habet liberationem, ne extra controversiam positam, acceptilatio vero omni modo, & ab omni controversia liberat. Rursum acceptilatio omnino liberat, apocha non aliter quam si soluta sit pecunia. Quæ postrema verba sunt ex *l.* 19. §. 1. *D. de acceptil.* Adpellatur etiam *pecuniæ solutæ professio* in *l.* 4. *D. de solut.* & alias *cautio solutionis*. Apocha, inquit vetus Glossarium, cautio, quam creditor dat debitori solventi, qua profitetur se accepisse, hincque *professio* dicitur. Plerumque etiam securitas ab Imp. vocatur *l.* 35. §. 2. *C. de inoff. test. l. ult. si cert. pet. l.* 1. *C. de apoch. publ.* Cur autem apochæ *securitatis* nomen sit inductum, Cassiodorus explicat *lib.* 11. *Epist.* 8. & Arrian. *lib.* 2. *Epictet. c.* 13. Quemadmodum autem apocha solutionis probandæ caussa datur a creditore, ita a debitore debitum agnoscente, & solutionem a se factam confitente, creditori præscriptionis impediendæ caussa ANTAPOCHA datur *l.* 18. *C. de fid. instrum.* Ceterum APOCHÆ formula est in *l.* 89. *D. de solut.* & alia similis procuratoris Cæsaris, qua is sibi satisfactum esse fatetur pro solo ad scalare sepulchri, integra superest in marmore apud Reines. *inscr. Class.* 7. *n.* 16. HEIN.

APOCHARE. Sciens inhibitam esse apochandi licentiam: ita ut ne præsenti, aut futuro, vel præterito sub hoc titulo nummus a provincialibus postuletur *l.* 1. *C. Theod. tribut. in ipso specieb.* Commoda cogitantes urbis æternæ, vini speciem ita provinciales statuimus comportare, ut apochandi præsumtione damnata vina Romam portentur *l.* 2. *eod. tit.* APOCHARE autem his duabus legibus est mutare canonem, ut loquitur *l.* 30. *C. Theod. de annon. l.* 5. *C. Th. de canon. frum. urb. Rom.* quasi in aliud vertere, fundere, & accipiendo pretium sic, aurum pro speciebus, apochas seu securitates emittere. Quod alias *adærare* dicitur, de quo supra.

Ἀποκήρυξις in *l.* 6. *C. de patr. pot.* est abdicatio liberorum, de qua vide in verbo abdicare.

APOCRISIARIUS *Novell.* 6. *c.* 2. *vers. propterea sancimus* Novell. 123. ubi Gothofred. Hoc nomen præcipue ferebant legati, vel nuncii Patriarcharum, Archiepiscoporum, & maxime Pontificis Romani ad comitatum, vel aulam principum, ut caussas ecclesiarum suarum agerent, & de rebus talibus ad principem referrent d. Novel. 6. c. 2. Gregor. M. *dialog. lib.* 3. *c.* 36. De Apocrisiariis hic mentio est in *c. significasti* 4. *de elect.* & *c. septuaginta* 12. *dist.* 16. Eos, ex Romanæ ecclesiæ consuetudine, potissimum ex Diaconorum ordine sumtos esse, patet ex Alcuin. *de divin. offic. c. quid. signif. vestimenta*. Denique & in monasteriis singulare fuit Apocrisiariorum officium, ad quos ecclesiæ thesauri pertinebat custodia. Udalric. *consuetud. Cluniac. lib.* 3. *c.* 12. HEIN.

Ἄποικος domo profugus, advena, colonus adventitius in *l.* 239. §. 5. *D. de verb. signif.*

APO-

APOLIDES, extorres, deportati, nec in aliam admissi civitatem, item in opus publicum damnati, qui sine civitate *l.* 17. §. 1. *D. de poen. l.* 1. §. 2. *D. de legat.* 3.

APOLLINARISTÆ ab Apollinare vocati sunt, dicentes Christum corpus tantummodo sine anima accepisse *c.* 39. §. 44. *caus.* 24. *quæst.* 3.

APOLLO DIDYMÆUS erant inter Deos, quibus Romani, ridiculo admodùm instituto, jus liberorum dederant, eum in finem, ut capaces essent hereditatum, Dio Cass. *lib.* 55. *pr.* De eo Ulp. *tit.* 22. §. 6. Deos heredes instituere non possumus præter eos, quos SC. constitutionibus principum instituere concessum est, sicut Jovem Tarpejum, Apollinem Didymæum &c. De hoc Schulting. *jurispr. vet. antejust. p.* 365.

Ἀπόφασις in *l.* 1. §. 1. *D. de adpell.* Sententia, Dictum, responsum.

Ἄπορον perplexum *l.* 88. *pr. D. ad Leg. falcid.* Gell. 9. 15. inexplicabile vocat, quæ acceptio generalis est. At in dicta lege idem est, quod dialecticis ψευδόμενον, ubi, *quidquid constituas verum esse, falsum reperias*, Quod in ea ipsa luculento illustratur exemplo. HEIN.

APOSTATA, Christianus religionis desertor, Quum vero alii tormentorum metu deficerent, alii sua sponte religioni christianæ darent repudium, quos Leges etiam ecclesiasticæ accurate distinguebant. Concil. Eliberit. *can.* 1. *&* 46. Hoc discrimen etiam servant leges, quæ lapsis quidem, & errantibus subveniendum esse statuunt, apostatas vero publicatione bonorum, infamia, immo & exsilio coerceri jubent *l.* 1. 2. 3. 6. *C. de apostat.* HEIN. Vid. & *c. pen.* & *ult. extr. eod. tit.*

APOSTOLI libelli sunt dimissorii, seu litteræ, quæ ab eo, a quo adpellatum est, ad eum, qui de adpellatione cogniturus est, dantur testandæ adpellationis causa, qui scriptum habebant, a quo dati essent, id est quis, adversus quem, & a qua sententia adpellarit. Qui & dimissoriæ litteræ dicuntur, quod per eas caussa ad eum, qui adpellatus est, dimittitur *l.* 106. *D. de verb. signif. l. un. D. de libell. dimiss.* Dicuntur & libelli adpellatorii *l.* 1. *fin. l.* 5. §. *ult. D. de adpell.* APOSTOLI autem reddi dicebantur *l.* 9. *D. de jur. fisc.*

APOSTOLICI, hoc sibi nomen ideo sumserunt, quod nihil possidentes proprium nequaquam recipiant eos, qui aliquo in hoc mundo utuntur *c.* 39. §. 18. *caus.* 24. *quæst.* 3.

Ἀποστιναγωγισμὸς & ἀποσυνάγωγοι, Vid. infra *art. projic.*

APOTELESMA differt ἀπὸ τοῦ ἔργου. Hoc enim est actus vel labor, quo aliquid perficitur. Illud ex opere facto corpus aliquod perfectum. Et tale ἀποτέλεσμα, vel opus intelligitur, quoties opus locatum conductum esse, dicitur *l.* 35. §. 1. *D. de verb. signif.* HEIN.

APOTHECA: repositorium, reconditorium, id est locus rebus quibusvis ad tempus condendis idoneus, quæ & librorum erat *l.* 5. §. 3. *D. de his qui effud. vel dejec. l.* 12. §. 34. *D. de instr. vel instrum.* eorum nempe qui commercii, aut alterius rei gratia habentur: Bibliotheca vero, quæ usus est, ceu observat Bynkers. 3. 3. Sane apotheca erat & reconditorium vini *l.* 12. §. 9. *D. eod. tit.* & olei, ut patet ex Columell. *rei rust. lib.* 1. *c.* 6. & aliarum rerum: APOTHECÆ exhaustæ *l.* 40. *D. de statu lib.*

APOTHECARII in *l.* 12. §. 3. *C. de cohortal. princip. cornicul.* junguntur trapezitis gemmarum, argentique, vestiumve venditoribus, quo Theodosius, & Valentin. AA. a provincialibus officiis removerat, *ut omnis honor, atque militia a cognatione hujusmodi segregetur.* Ex quibus verbis patet, inter vilioris conditionis homines fuisse Apothecarios. Videntur ergo intelligi institores, qui res viliores in pergulis, & tabernis venum exponunt. HEIN.

APPARATIO, pro adparatu in *l.* 28. *D. de aur. arg. leg.* quo vocabulo usus est Vitruv. *de archit. II.* 8. *V.* 9. *VI.* 3. *VII.* 5. 6. auctor. ad Heren. *lib.* 2. *c.* 4. immo & ipse Cic. *de off. lib.* 2. *c.* 16. in laudanda, ait, magnificentia, & adparitione publicorum munerum. HEIN.

APPARTUS scenicæ vestis, vel aulæi *l.* 15. §. 5. *D. de usur.* Usurpatur etiam hoc vocabulum de instrumento, quod in taberna habet servus *l.* 5. §. 13. *D. de tribut. act.*

APPARERE, vel adparere dicebantur magistratuum officiales, qui eis officii caussa præsto erant, veluti scribæ, lictores, præcones, & cetera ministeria. Cic. *pro Cluent. cap.* 53. Quid sibi autem illi scribæ, quid lictores, quid ceteri, quos adparere huic quæstioni video, volunt? Quadrigarius apud Gell. lib. 2. *cap.* 2. Quod postquam lictor ille, qui adparebat, cito intellexit. Servius *in VII. Æneid. v.* 849. ad illum versum, sævique in limine regis adparent: Adparent, inquit, id est, præsto sunt ad obsequium.

Apparere alias dicitur, quod exstat, quum periisse crederetur, vel qui antea absens se sistit. Sic Apparere dicuntur res, quæ in mare jactæ sunt *l.* 2. §. 7. *D. de leg. Rhod.* servus *l.* 39. §. 3. *D. de noxal. act.*

Apparere denique est manifestum esse. Si quis liber adparuit *l.* 29. *D. de liberal. caus.* Adparet ex rescripto *l.* 26. *D. de excus.*

APPARITIO præsidis, id est, apparitores ipsi & adparitorum obsequium *l. ult.* §. *ult. D. quod met. caus. l.* 13. *C. de testam.* Suet. *c.* 9. *de gramm.* Orbilius primum *adparituram* fecit magistratibus.

APPARITORES in *l. ult.* §. *ult. D. quod met. caus. & sparsim* ab adparendo, de quo modo dictum.

APPELLARE. Varias hujus verbi significationes ita perstringit Corn. Fronto *lib. de differ. voc.* Appellat vel a potentiore propter injuriam, vel invocat auxilium magistratus, vel quum pecuniam reposcit.

In jure autem nostro APPELLARE significat judicio convenire, & ad judicem vocare *l.* 16. *fin. D. de fidejuss. l.* 29. *D. de judic.* Et ita adpellatur debitor reus *l.* 15. §. 33. *D. de injur. l.* 16. §. *ult. de fidejuss.* Et hoc verbo eodem significatu utuntur Valer. Max. *lib.* 14. *c.* 8. &

8. & *lib. 6. c. 2.* Seneca *de benef. lib. 1. c. 2.* & lib. 2. *c. 6.* Quinctil. *lib. 5. instit. or. c. 11.* Et ita sponsorem appellare est apud Cic. *lib. 1. ad Attic. Epist. 8.* Sed & Sex. Alphius fœnerator, bona nomina non adpellando mala fieri, crebris sermonibus usurpare solebat. Columell. *de re rust. 1. 7.*

Sæpe tamen verbum ADPELLARE significat ab inferiore judice ad superiorem provocare, veluti *ad* Imperatorem *l. 39. l. 17. D. de min.* vel sine præpositione ad, ut adpellare principem *l. 8. §. ult. D. de vacat. & excus. mun.* magistratum *l. ult. D. quis, & a quo adpel.* Et ADPELLATUR a judice *l. 28. D. de tut. & cur. dat.* adversus aliquem *l. 6. D. de appel. recip.* adv. sententiam *l. 18. D. de accus.* de sententia *l. 4. C. de liberal. causs.* ADPELLANDI legitimi dies. Vid. art. LEGITIMI.

Denique APPELLARE est blanda oratione pudicitiam attentare *l. 15. §. 15. & 20. D. de injur.* Quinctil. *Inst. or. lib. 4. c. 1.* Uxor marito dixit, adpellatam se de stupro a Tribuno. Valer. Max. *lib. 7. c. 1.* Senec *lib. 2. controv.*

APPELLATIO pro nomine adpellativo, quod a nomine proprio distinguitur. Quinctil. *Inst. 1. 4.* Nomen est, quo homo propria discriminatione pronunciatur, ut Cato: Adpellatio communis similium rerum enunciatio specie nominis, ut homo, vir, consul. Hinc Papin. in *l. 24. D. ad SC. Trebell.* Si non sub appellatione hæredum, sed propriis nominibus expressis fideicommissum relinquantur. Vid. Ev. Otto *in Papinian. c. 9. §. 3. p. 153.* HEIN.

Appellatio est ad superiorem judicem provocatio, quæ iniquitatis sententiæ querelam continet *leg. 17. D. de minor.* Et ita: Adpellationem facere *leg. 1. D. an per alium.* interponere *leg. 1. §. 3. D. quand. adpell.* explicare, persequi *leg. 24. §. ult. l. 27. D. de adpell.* ADPELLATIONIS causas agere *leg. 7. D. eod. tit.* vel reddere *leg. un. D. si ven. adpell.* APPELLATIO autem dicitur admitti *l. 6. D. de adpell.* recipi vel non recipi *l. un. pr. D. nih. innov. pend. adpel.* repudiari *l. 3. C. de adpel.* nempe a judice, a quo adpellatur. At is, ad quem adpellatur, dicitur de adpellatione cognoscere *l. 6. §. 1. C. de adpel.* ex ea cognoscere *l. 20. D. de quæst.* vel dicere sententiam *l. 18. §. 3. D. de minor.* judicare *l. 48. D. de cond. & demonst.* pronunciare *l. 102. §. 1. D. de solut.* & ipsa ab eo vel justa, vel injusta pronunciatur *l. 21. §. 2. D. de adpel.*

Adpellationum tempora, id est constituta ad adpellandum *l. 1. D. quand. adpel.*

APPELLATOR, quid appellavit, vel ad judicem provocavit *l. 1. pr. D. si pend. adpell. l. 1. §. 7. D. quand. adpell. l. 6. §. 3. & §. ult. l. 12. 17. 23. 31. 32. C. de adpell.*

Apellator l. 1. 14. 15. 28. 56. 67. C. Theod. de appellat. l. 3. C. Th. de repar. apell.

APPELLATORIUS libellus *l. 6. §. 6. C. de adpell.* Vid. supra art. Apostoli. Adpellationum juvamen *l. 5. §. 4. fin. C. de temp. & repar. adpell.*

APPELLERE, APPENDERE, APPENDIX. Vid. supra ADPELLERE, ADPENDERE, ADPENDIX.

APPETERE, vel adpetere bona *l. 2. §. 42. D. de orig. jur.* ADPETERE quem judicio *leg. 14. §. 3. D. de bon. libert.* per calumniam *l. 27. §. 5. D. ad leg. jul. de adult.* civiliter, vel criminaliter *l. 2. C. de offic. magistr. mil.* id est provocare, convenire.

APPETERE ferro, id est, petere *l. 6. §. ult. D. de SC. Silan.*

APPLAUSUS *l. 18. pr. C. de hæret.*

APPLICARE, id est, navem adpellere, per mare in Asiam adplicare l. 4. §. 5. *D. de offic. procons.*

Applicare pro adjungere. Sic Adplicare adjunctionem Paul. *sent. 3. 6. 49.* fidejussorem obligationi *leg. 16. §. 3. D. de fidejus.* fundum *leg. 19. D. de in diem addict.* peculium *l. 8. §. 8. D. de pecul. leg.* titulos *l. 2. §. 1. D. de statu lib.* unciam semissi, Volus. Mæcian. *de asse.* usuras *l. 17. §. 7. D. de usur.* quid alicui caussæ *leg. 13. §. 1. D. de statu lib.* Quoscumque Vacuos publico inveneritis officio in complexum vestri ordinis ADPLICATE *leg. 3. in fin. C. Theod. de naufrag.* Conciliabulis eorum se applicaverit *l. 1. C. Theod.* de Judæis. Hygin. de *limit. constituend. p. 165.* inter Script. Rei agrar. Vv. Goesii. Quædam coloniæ propter aquæ commodum monti applicantur.

APPLICARE pro adhibere. Ut Adplicare demonstrationem *l. 8. D. de aur. leg.* exactores debitoribus *leg. 41. §. ult. D. de fideic. libert.* personam obligationi, & solutioni *l. 56. §. 3. D. de verb. oblig.* quæstiones *l. 19. D. de quæstion.* rerum *l. 45. §. 1. D. fam. hercisc.* stipulationem *l. 31. D. oblig. & act.*

Applicare se ad honores, & munera *l. 2. pr. D. de jur. immun.* pro iis studere.

Applicare pro implicare. Sic adplicitus morbo *l. 7. D. ad SC. Trebell.*

APPLICATIO. Adplicationis jus obtinebat, quoties aliquis, qui Romam in exilium venerat, cui ibi exsulandi jus erat, se ad aliquem quasi patronum, adplicuisset. Ei enim tunc hic, quasi patronus, ab intestato jure adplicationis succedebant. Cic. *de orat. 1. 38.* Adlusisse ad hoc jus videtur Terent. *Andr. 5. 4.* Tum illa egens forte adplicat primum ad Chrisidis patrem se. Gronov. *obs. 1. 5. p. 84.* HEIN.

APPLICITUS hortus domui l. 41. §. 1. *D. de legat. 3.* i. e. adjunctus. Ita adplicitum cubiculo hypocaustum dixit Plin. *lib. 2. Epist. 17.*

APRARIA retia inter instrumenta venationis sunt *l. 22. pr. de instr.* vel *instr. leg.* Paull. *rec. sent. lib. 3. tit. 6. §. 45.*

APRONIANUM SC. omnibus civitatibus, quæ sub Imperio Pop. Romani sunt, restitui debere, & posse fideicommissum hereditatem, jubet *leg. 26. D. ad SC. Trebell.* Et hoc forte intelligi debet in *l. 1. D. de libert. univers.* Nomen autem habet non ab *Apronio* illo,

lo, qui Marci temporibus consulatum gessit, (hoc quippe jus jam ante viguisse, ex Salvio Juliano, qui libros suos saltim ante Marci imperium scripsit, notum fuisse patet ex *leg.* 27. *pr. D. ad SC. Trebell.*) sed potius ab Aproniano Consule, quem sub Hadriano fasti anno 117. & 123. præferunt, Ita HEIN. ex Ant. August. *de SCis.* & Schultingio *jurispr. vet. antejust. p.* 365.

APSIS. Vid. ABSIS.

APTARE accomodare. Sic APTATUS casus *l.* 20. §. 7. *D. de lib. & postum.* edictum *l.* 3. *pr. D. de Carbon. edict.* exceptio *leg.* 27. §. 7. *D. de pact.* fideicommissum *l.* 77. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* interpretatio verbis *l.* 20. §. 6. *D. de hered. pet.* stipulatio ad fideicommissa *leg.* 1. §. 2. *D. usufr. quemadm. cav.*

APTE parum scribit *l.* 108. §. 14. *D. de legat.* 1.

APTUS. Apti boves *leg.* 12. §. 3. *D. de usu, & habit.* Aptum verbum *l.* 181. *D. de verb. signif.*

APUD & *penes* differunt. Apud aliquem est, quod ab eo qualitercumque tenetur: *Penes* eum est, quod quodammodo ab eo possidetur *l.* 65. *D. de verb. signif.* Sed hæc ut plurimum confunduntur *l.* 1. *pr. l.* 3. §. 4. *l.* 4. *D. de tab. exhib. l.* 7. §. 10. *D. de administ. & peric. tut.*

Apud aliquem obligari, id est alicui *l.* 16. *pr. l.* 12. §. 3. *l.* 60. *D. de fidejuss.*

Apud pro AD sæpe ponitur. Ita APUD Acta *l.* 17. *D. de in jus voc.* Apud Imperatorem adpellare *l.* 39. *pr. D. de minor.* Apud heredem pervenire *l.* 10. *D. ad Leg. falcid.*

Apud pro IN. Apud ædem deponi *l.* 5. §. *ult. D. de depos.* Apud domicilium suum esse *l.* 28. §. *ult. D. de fideic. libert.* Simili notione legimus: APUD Antiochiam thermæ *in l.* 131. *C. Theod. de decurion.* id est Antiochiæ.

Apud Julianum Marcellum scribere, vel notare, quum legis, ut in *l.* 11. §. 1. & 5. *D. de min.* notas significari accipe, quas is ad Julianum scripsit. At quum APUD Alfenum, vel Melam Servium scribere legis, referri Servii sententiam scito, ut in *l.* 65. §. 8. *D. pro soc.* Nam plurima Servii Sulpicii auditores, quæ ab eo auditione acceperant, in scriptis suis retulere *l.* 12. *pr.* & §. 9. *D. de instr. & instrum leg.*

Apud Julianum *leg.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 3. *D. ex quib. caus. in possess.* Plautium *leg.* 28. §. 3. *D. de donat. int. vir. & ux.* Vitellium *leg.* 10. §. 5. *D. quib. mod. ususfr.* Marcellum *l.* 11. §. 7. *D. de injur.* Id est in scriptis Juliani, Plautii &c. Ita Apud veteres *l.* 140. §. 1. *D. de verb. signif.*

APULENSIS colonia *l.* 1. §. 9. *D. de censib.*

AQUA *æstiva*, quæ æstate tantum ducitur, licet & hieme duci possit, quæ plenius, & latius explicantur in *l.* 6. *D. de aqu. quotid.* & in *l.* 1. §. 8. *D. ne quid. in flum. publ.* calida *l.* 1. §. 13. *D. de aqu. quotid.* diurna, quæ interdiu ducitur *l.* 10. *D. quemadm. serv. amitt.* frigida *l.* 1. §. 13. *D. de aqu. quotid.* nocturna, quæ noctu tantum ducitur *d. l.* 10. perennis, quæ perpetuo fluit, & ab illis separatur, quæ arescunt *l.* 1. §. 5. *D. de aqu. quotid.* pluvia, quæ de cœlo cadit, & imbre excrescit *tit. de aqua, & aqu. pluv.* cui opponitur viva aqua in *l.* 1. §. 1. *D. de font.* AQUA profluens, seu fluens *l.* 2. *D. de rer. divis. l.* 2. §. 1. *D. de aqu. pluv.* putealis, quæ opponitur perenni *l.* 1. §. 5. *D. de aqu. quot. & æstiv.* quotidiana seu cottidiana, qua quis quotidie uti possit, si velit, quæque duci adsidue possit, vel æstivo tempore, vel hiberno, etsi aliquo temporis momento aliquando ducta non est *l.* 1. §. 3. *sequ. D. de aqu. quoti l. & æstiv.* Sed etsi alternis horis, vel una hora quotidie duci possit, quotidiana servitus dicitur *l.* 7. *D. quemadm. servit. amit.* AQUÆ salientes, quæ ex tabulis, & fistulis erumpunt *l.* 79. *fin. D. de verb. signif.* Et ita *salientes* accipe in *l.* 15. *D. de act. emt. vend.* Saliebant autem vel cantharis, vel rostris personarum *leg.* 41. §. 9. *D. de legat.* 1. *l.* 17. §. 8. *D. de act. emt.* Nam juxta vetus glossar. Petron. *voce Marsyæ*, Marsyæ, inquit, erant *personæ*, seu sigilla, ex quorum rostris, aut alia corporis parte aqua salire solet, varie efficta. Aqua venalis in quibusdam regionibus *l.* 1. *l.* 14. *D. de adim. legat.* Aqua Viva opponitur conceptæ ex imbribus *leg.* 1. §. 1. *D. de font.* AQUÆ controversia insulam subvertit *l.* 24. §. 3. *D. de damn. infect.* Unde eam loquutionem impetum aquæ denotare existimant. Aquæ usus personalis est *l.* 21. *D. de usu & habit.*

Interdictum de AQUA quotidiana, & æstiva ei datur, qui aquam, quam anno proximo duxit, ducere prohibetur, dummodo jure uti se putet, aut sine vitio eodem duxerit. Est prohibitorium, & restitutorium, pertinetque ad aquam non modo, quæ agris, verum etiam quæ nobis, urbanisque prediis usui sit *l.* 2. & *passim D. de aqu. quot. & æstiv.*

Interdictum de AQUA de castello ducendo datur habenti jus auctoritate publica ducendi aquam de castello, id est, dividiculo aquarum publico: quod tamen non ad possessionem, sed ad tuendum jus aquæ pertinet magis, quam Princeps adsignavit, atque de jure, non de facto est. Vid. *l.* 1. §. 38. & *seq. D. eod. tit.*

Actio de AQUA pluviali arcenda descendit ex LL. XII. Tab. ceu patet ex *l.* 21. *D. de statu lib.* Pompon. in *l.* 22. §. 1. *D. de aqua & aqu. pluv.* Sed etsi fructuarius opus fecerit, per quod aqua pluvia alicui noceat, erit quidem actio legitima cum domino proprietatis, an vero utilis in fructuarium actio aquæ pluviæ arcendæ sit danda, quæsitum est; & magis est, ut detur. Hæc quidem Pompon. Si ergo facis aliquod opus in fundo tuo, per quod aqua pluvialis nocere potest fundo vicini tui, datur huic contra te actio aquæ pluviæ arcendæ, per quam tuis expensis opus teneris destruere, & damnum contingens resarcire. Si vero possideas opus ab alio factum, teneris patientiam præstare, ut destruatur *arg. l.* 1. & 2. §. 3. *in fin. & l.* 6. §. 7. *vers. si quis alius D. eod. tit.* Hæc autem actio locum habet in

in damno nondum facto, opere tamen jam facto, ex quo damnum timetur *l. 1. §. 1. D. eod. tit.* toties que locum habet, quoties manufacto opere agro aqua nocitura est, i. e. cum quis manufecerit, quo aliter fluere quam natura soleret, si forte mutando (alias immittendo) eam aut majorem fecerit, aut citatiorem, vel rapidiorem, aut vehementiorem, aut si comprimendo redundare fecerit eam. Nam si natura aqua noceat, ea actione non continetur *d. l. 1. §. 1.* Item sciendum est, hanc actionem alias locum non habere, quam si aqua pluvia agro noceat. Ceterum si ædificio, vel oppido noceat, cessat actio ista: agi autem ita poterit, *jus non esse, stillicidia, flumina immittere d. l. 1. §. 17.* De eo opere, quod agri colendi caussa aratro fit, Q. Mucius ait non competere actionem aquæ pluviæ arcendæ *d. l. §. 3.* Nec ea tenetur nisi is, qui in suo opus facit. Quare si quis in publico opus faciat, hæc actio cessat, ubique imputare debet is, qui damni infecti cautione sibi non prospexit: si tamen in privato opus factum sit, & publicum interveniat, de toto agi posse aquæ pluviæ arcendæ, Labeo ait *l. 3. §. 3. D. eod. tit.* Sciendum autem, hanc actionem non in rem, sed personalem esse *l. 6. D. eod. tit.* Verumtamen cum ante susceptum judicium possessorem sequatur, oportet eam in rem scriptam censeri *l. 12. l. 16. D. eod. tit.*

Aqua profluens separatur a fluminibus §. *& quidam Inst. de rer. divis.* Videturque tantum a flumine differre, quantum pars a toto. Flumen enim est, quod integrum fluminis usum præbet, velut navigandi, piscandi, lavandi. Aqua profluens est pars ejus quantumvis tenuis, quæ non integrum fluminis usum præstat, sed potandi, & abluendi tantum. Ex quibus intelligi debet, aquam profluentem nihil aliud esse, quam fluminis Cic. *de offic.* Ex quo sunt illa communis, non prohibere aquam profluentem, pati ignem ab igne capere: ubi tamen *aqua profluente* legendum videtur.

AQUÆ DUCTUS, jus aquam ducendi per fundum alienum *l. 1. D. de servit. præd. rust.* Vulgo autem fistulis aqua ducebatur: lapide vero strato ita demum, si convenerat: Tollebatur porro, & trahebatur aliquando aqua per rotam *leg. 40. fin. D. de contrah. emt. l. 2. D. commun. prædior.* Et dividebatur aqua mensuris; digitis videlicet, unciis, & modulis *l. 5. D. de aqu. quotid.* & apud Front. *lib. de aquæduct.* Vocatur etiam servitus AQUÆ DUCENDÆ *in l. 9. D. de serv. præd. rust.* immo & aquæ ductio in *leg. 10. D. de aqu. & aqu. pluv.* Vetus Glossar. Grecum. Aquæ ductus, το ἄγειν μετ ὕδωρ δι ἀλλοτρίου ἀγρου, ducere aquam per alienum agrum.

Aquæ HAUSTUS *l. 1. l. 2. §. 1. D. de servit. rust. præd.* Hæc servitus vocatur etiam aquæ hauriendæ, jusque hauriendi *l. 9. l. 3. §. 3. D. eod. tit.*

Aquæ ITER idem, quod aquæ ductus *l. 21. D. de servit. præd. rust.* Item aquæ jus *l. 47. 49. D. de contrah. emt.* id est aquæ ducendæ jus, ut est in *l. 25. D. de servit. præd. rust.*

Aquæ SULCI in agris aquæ e rivis educendæ caussa fiebant, qui ὄλκοι græce adpellantur *l. 1. §. 4. l. 20. de aqu. & pluv.* Columell. *de re rust. lib. 2. c. 8.* & Fest. Pompon. lib. 5.

Aqua ET IGNI accipitur nova nupta *l. 66. §. ult. D. de don. int. vir. & ux.* de quo ritu Dion. Halicarn. *lib. 2. p. 100.* & Eurip. *phœniss. v. 345.* Romæ autem ignis e foco, in titione, ex felice arbore, Aqua in aquali de puro fonte petebatur per puerum felicissimum, vel puellam, quæ intererat nuptiis. Varro apud Servium *ad Æneid. 4. v. 167.* & Non. Marcell. *c. 2. n. 874.* utrumque vero elementum & in limine ædium tangebant novi conjuges, & aqua imprimis pedes lavabant. Serv. *ibid.* Varro *de ling. lat. lib. 4.* Ceterum varias ejus ritus rationes reddunt veteres, & in his Plutarch. *Quæst. Rom. 1.* Festus voce *aqua.* Lactant. *Inst. div. 2. 18.* Plerisque tamen in eo convenit, iis symbolis uti voluisse Romanos, quod illis elementis maxime vita humana contineatur, & quod ignis maris, aqua feminæ imaginem in generatione præ se ferat. De eo ritu fusius ipse Brissonius *de rit. nupt. p. 78.* Anton. Hotmann. *de vet. rit. nupt. 18. p. 188.* Cujac. *obs. lib. 11. c. 2.* Lomier. *de lustrat. vet. c. 20. p. 197. seq.* Fernand. Aduens. *Explic. lib. 1. p. 531. Tom. 3. Thesaur. jur.*

AQUÆ ET IGNIS INTERDICTIO populi scito fiebat, eo consilio, ut interdictus relicta civitate in aliam se conferre cogeretur. Quo facto jus civitatis Romanæ amittebat, simul ac alterius civitatis civis esset factus. Cic. *pro domo c. 30.* ait: *Qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti, quo vertendi, hoc est, mutandi soli caussa venerant. Id autem ut esset faciendum, non ademptione civitatis, sed tecti, & aquæ, & ignis interdictione faciebant.* Ex juris enim publici Romanorum principiis nemo poterat duarum pluriumve civitatum civis esse, ac proinde Romanam civitatem amittebat, quisque se inter alterius cives adoptari passus erat. Idem *ibid. c. 81.* & Corn. Nep. *in Attic. c. 3.* At postea Augustus, suasu Liviæ, interdictos, non ubicumque vellent, vagari passus est, sed in insulam aliquam deportavit, ne quid moliri possent contra rempublicam. Dio Cass. *lib. 55. p. 562.* & *lib. 56. p. 586.* Tacit. *Annal. 6. 30.* Hinc aquæ & ignis interdictio, & deportatio conjunguntur, ut *in l. 1. C. de repud.* & *l. 24. D. de donat.* Quamobrem manifestus est eorum error, qui deportationem aquæ & ignis interdictioni surrogatam esse existimant. HEIN.

AQUAGIUM in *l. 3. §. 5. D. de aqu. quotid. l. 15. D. de servit. præd. rust.* id est ductus aquæ, ut Festus *lib. 1.* interpretatur. Immo & Glossa Cyrilli, Aquagium ὑδραγωγεῖον. HEIN.

AQUARII adpellantur aquarum Custodes, quos greci ὑδροφύλακας vocant *leg. pen. Cod. de aquæd.* & apud

apud. Frontin. *de aqued.* At AQUARII servi in *l.* 12. §. 42. *D. de instr. vel instr. leg.* sunt servi, qui aquam in usum balneorum, hortorumve curabant. Atque istis balneorum aquariis plerumque amorum internuntiis uti solebant. Hinc Festo Aquarii sunt impudicarum mulierum sordidi asseclæ. Et Juvenal: Veniet conductus aquarius.

Alias AQUARII *in c.* 39. §. 22. *cauf.* 24. *quæst.* 3. sunt, qui aquam solam offerunt in calice sacramenti vid. infra art. Batrachitæ.

AQUILEIA il *l. pen.* §. 1. *D. locat.* ampla civitas, & nobilis colonia, ad quam profluentem Natisonem cum Turro Plinius memoravit. Nomen Julianus *orat.* 2. *de gestis Constantii*, ab aquilæ augurio, quum conderetur, compositum dixit, Isaac. Vossius ad Melam, ab aquarum copia quasi Aquilegiam adpellatam. Ipsa habet Patriarchautm, & celebre emporium fuisse ex *d. l. pen. D. locat.* ac maxime ex Herodian. *lib.* 8. *c.* 2. & præfat. *Novella* 29. item ex Ausonio *de claris urbibus* intelligimus.

AQUILEX aquam colligens. Varro *de Quinquatribus*: Tuscus AQUILEX. Unde AQUILICIA festa dicebantur, quibus Jovi pro aqua e cœlo elicienda sacra faciebant, quorum Tertullian. in *apologet. c.* 40. meminit. Idem *adversus Marcionem*: nec statim AQUILICEM, & agricolam se Deus repromisit. Ex quo patet AQUILICES in *l. ult. D. de jur. immunit.* eos dici, qui aquæ eliciendæ, & inveniendæ rationem monstrant, ut apud Plin. *lib. X. Epist.* 46. qui a græcis ὑδροσκόποι, & ὑδροφάνται vocantur, quorum Cassianus *lib.* 2. γεωπονικῶν meminit. Nec mihi quidem liquet, quod ait Ill. Heineccius, non confundendos fuisse Aquilices, & Aquileges. Quod illi sicciore anno, rei divinæ procuratione aquas cœlo eliciebant, unde ipse Jupiter Elicius, & dies festi Aquilicia; quod vero hi erant aquarum indagatores, qui fontes, venasque aquarum investigabant, quasque in apricum producebant. Qui tamen vocabula haud ita accurate veteribus distingui solita esse ipse fatetur: quod sane ex ipso Tertulliani loco *ad Marcionem* jam laudato patet. Adi omnino Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 41.

AQUILINUS, servi nomen *l.* 19. §. *ult. D. de fideic. libert.*

AQUILLIA lex Plebiscitum est de damno injuria dato *leg.* 1. *& tot. tit. D. & Inst. de Lege Aquil.* nomen sortita ea Lex ab Aquillio, sed a quoniam? Qui varias circa hoc conjecturas desiderat, adeat Heineccium *Antiq. Rom. lib.* 4. *tit.* 3. §. 4. cui præterea probabile videtur L. Aquillium Gallum esse, qui anno V C. 572. tribunus plebis, anno vero 577. Prætor Siciliæ fuit, ergo multa ætate superior illi C. Aquillio Gallo, de quo mox dicendum. Ex illo autem plebiscito nata est *actio Legis* AQUILLIÆ. Et persequitur hæc lex damnum ab homine libero datum injuria, dolo nempe aut culpa datum §. 3. *Inst. ad Leg. Aquil.* & proprie id, quod corporis corruptione, & per corpus illatum §. *ult. Inst. eod. tit.* & tunc quidem directa est actio, *Utilis* vero est, id est, ex ratione & sententia legis datur, si non corpore, at corpori tamen damnum illatum. In factum denique datur ex ea Lege actio, si nec corpore, nec corporis nocitum, damnum tamen datum sit *d.* §. *ult. Inst.* & tunc prœtoria est, cum alias sit civilis actio. Ejus autem Legis tria erant capita, quorum primum pertinebat ad servos, servas, quadrupedesque pecudes occisos: tertium ad reliqua omnia damna in his, & reliquis rebus facta §. 13. *Inst. l.* 27. §. 6. *D. ad Leg. Aquil.* Ex primo æstimatur res, quanti intra annum plurimi fuerit, ex tertio, quanti intra mensem *l.* 21. *pr. D.* §. 14. *Inst. de Leg. Aquil.* Secundum caput, in quo Claud. Chiflet. *Eor. quæ de jur. part.* 1. *p.* 441. *sequ.* de servo corrupto actum fuisse putat, in usu esse negat Justinianus §. 12. *Inst. eod. tit.* idque jam tempore Ulpiani in desuetudinem abiisse oportet, si gemina sunt verba *l.* 27. §. 4. *D. eodem tit.*

AQUILLIANA stipulatio, in quam omnes omnino obligationes quæcumque ex caussa proficiscentes novandi caussa deducuntur, ut sic in verborum obligationem translatæ acceptilatione perimi possint. Cujus verba referuntur in *l.* 18. §. 1. *D. de acceptilat.* §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.* Ejus igitur hæc est natura, & indoles, ceu discimus ex vet. Glossar. græco: Interrogabat ita: Faterisne, te mihi debere tantum ex hac, vel illa causa? Adfirmante illo, nova a debitore fiebat interrogatio creditori: *Quod tibi me debere fassus sum ex hac, vel illa caussa, habesne acceptum?* Respondebat hic: *habeo acceptum, & perinde ac si solutum acceperim.* Itaque per priora verba fit obligatio verborum, firmans priorem obligationem, per posteriora acceptilatio, seu imaginaria acceptio, liberans debitorem. Ceterum inventa ideo est hæc stipulatio, quod nihil tam naturale videtur, quam quo quid colligatum, eo & dissolvatur modo *l.* 35. *D. de reg. jur.* ac proinde verborum obligatio, cum verbis solemnibus esset concepta, & verbis solemnibus solvenda fuerit. Hujus stipulationis mentio etiam est in *l.* 2. 4. 5. *l.* 9. §. 2. *l.* 15. *D. de transact. l.* 3. 4. 15. 32. 40. *C. eod. tit. l.* 38. *D. de dol. mal.*

AQUILLIUS GALLUS Jurisconsultus, Ciceroni familiaris, ad quem pro Quinctilio sæpe convertitur oratio, a quo formula inventa est instituendorum posthumorum, quæ in l. 29. *D. de lib. & postum.* exponitur. Hic est, de quo Plin. *lib.* 17. *c.* 1. C. Aquillius eques Romanus domo sua clarior, quam juris civilis scientia. Citatur Galli nomine *l. pen. C. de legat.* 1. *l.* 7. §. 4. *D. quod vi aut cl.* Ab eo est Aquilliana stipulatio, de qua modo diximus. De hoc plura, & accuratiora dixit Heinneccius in singulari oratione. Vid. infra art. GALLUS *C. Aquillius.*

AQUIMINALIA legimus in *l.* 3. *D. de supellect. leg.* & apud Paull. *sent. lib.* 3. *tit.* 6. §. 56. Potius scribendum esse Aquimanalia, censet Scaliger ad Festium *p.* 78. & Cujac. *observ.* X. 13. 17. ab *aqua & manu.*

nu. Fuit enim trulla aquam manibus ante cibum lavandis subministrans. Glossa Philoxeni ἐπιβ..ν, *trulleum aquimanile*. Attamen & altera forma *aquiminale* suis non destituitur auctoribus. Scribitur etiam aquæmanile, & probat C. Du Fresne in *glos. med. latin.*

AQUIMINARIUM in *l.* 19. §. 12. A *l.* 21. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* propter escam parari, & escario argento cedere dicitur. Ideoque quum alteri argentum potorium, alteri escarium legatum esset, *aquiminarium* escario cedere, Cassius respondit *d. l.* 21. §. *ult.* pro quo aquimanarium legit Cujac. 10. *obs. c.* 13. & 17. Forte utraque lectio probari potest, quemadmodum in proxime præcedenti vocabulo, cum quo hoc eamdem habere videtur significationem, ac derivationem, ab *aqua* scilicet, & *manu*. Nec infrequens est mutatio litteræ A in I in vocabulis a *manu* descendentibus, qualia sunt *cominus*, *eminus*, *adminiculum*.

AQUITANIA *l.* 11. *D. de custod. & exhib. reor. l.* 2. *C. de municip. & origin.*

ARA salutis βωμὸς ἐλέους pro securitate, vel jure asyli accipitur *l.* 3. *pr. C. de his, qui ad eccles. confug.* ubi Imperatores edicunt, ut pateant summa Dei templa timentibus, nec sola altaria, & oratorium templi circumjectum, quod ecclesias quadripartito parietum septu concludit, ad tuitionem confugientium sint proposita, sed usque ad extremas fores ecclesiæ, quas oratum gestiens populus primum ingreditur, confugientibus ara salutis sit. Nimirum ante id tempus Theodosii, & annum Æræ Dionys. 421. sola interior pars templi, quam Græci θυσιαστήριον vocant, ubi altare erat, jure asyli gaudebant. Chrysost. *Homil. in Entrop. Tom.* 3. *p.* 768. At evenit postea, teste Socrate *Hist. Eccl. lib.* 7. *cap.* 33. ut præpotentis cujusdam viri servi barbari immanem domini sævitiam veriti Constantinopoli ad Ecclesiam confugerent, & in θυσιαστήριον gladiis armati prosilirent, nullisque cleri, cui sacra facturo impedimento erant, precibus moveri se paterentur, ut inde exirent. Immo per aliquot dies stricto gladio minantes omnibus, a quibus exire jubebantur, demum unum clericum occiderunt, alterum vulnerarunt, ad extremum sibi ipsis mortem consciverunt. Id ne postea contingeret, jus asyl non modo ad reliquas ecclesiæ partes, id est ad narthecem, vel ἀκτηρίον ναὸν, qui hic vocatur *oratorium*, sed & ad atrium usque ad primam, per quam popolus oraturus ingreditur, ecclesiam, januam protulerunt Cæsares. Vid. Jac. Gothofr. *Comm. in C. Thood. Tom.* 3. *p.* 369. Similes sunt constitutiones tum synodi Toletanæ *can.* 37. *qu.* 4. *causs.* 35. & Pontificum *can.* 17. *qu.* 4. *causs.* 17. tum Clotharii Francorum regis in *Decretione* §. 13. apud Steph. Baluz. *Capitular. Tom.* 1. *p.* 21. HEIN.

ARABARCHES, vel potius ALABARCHES dicebatur supremus Judæorum Alexandriæ magistratus, plerumque Judæus, at aliquando tamen & non Judæus. Ad hunc Magistratum pertinent loci sub voce sequenti adducti. De eo videndi Fullerus *Miscellan. Sacr. VI.* 16. Turneb. *Adversar XXVII.* 25. Capell. *Hist. Apostol. pag.* 118. & Basnag. *Hist. Judæor. lib.* 7. *c.* 7. §. 19. *p.* 178. *Tom.* 7. qui & contra Henr. Valesium (*Not. ad Euseb. Hist. Eccles. lib.* 2. *c.* 5. *p.* 24.) ostendit, non per risum, & contumeliam confictum hoc dignitatis vocabulum, sed admodum honorabile habitum fuisse HEIN.

ARABARCHIA, vectigal per Ægyptum, & Augustaneam institutum *l.* 9. *C. de vectig. & commis.* Cujac. rescribit Alabarchia, ostenditque, fuisse vectigal pro traductione pecorum pendendum, ἀπὸ τῆς ἀλαβας, a pro eodem modo id vectigal nomen accepisse existimat, ac a scribendo *scriptura*, per quem itidem vectigal pro pascuo pendendum intelligitur. Contra Bulenger *de Vectigal. c.* 16. legendum putat ἀλαβαρχίαν quasi *vectigalis pro sale pendendi curationem*. Plane ἀλαβάρχης est apud Joseph. *Antiq. Jud.* XVIII. 8. XX. 5. & 7. Arabarches in plerisque codicibus Ciceronis *ad Attic. lib.* 2. *epist.* 17. & Juvenal. *sat.* 1. *v.* 130. quamvis & apud hos viri docti legere malint *alabarches*. Add. Voss. *etym. p.* 16. HEIN.

ARABIÆ *scholares*, qui Beryti liberalibus studiis, & maxime jurisprudentiæ operam dabant, rescriptum impetrabant a Diocletiano, & Maximiano, quo illis cavebatur, ne ante annum ætatis vicesimum quintum a studiis avocarentur *l.* 1. *C. qui. ætat. vel profess. se excus.* HEIN.

ARABICI nuncupati, eo quod in arabica exorti sunt, dicentes animam cum corpore mori, atque in novissimo utrumque resurgere *c.* 39. §. 68. *causs.* 24. *quæst.* 3.

ARABICUS onyx, inter species ad vectigal pertinentes, refertur a Marciano *l.* 16. §. 7. *D. de publican.* Lapis & alabastri similis, qui in montibus Arabiæ nascitur, & ex quo olim vasa potoria, & unguentaria fiebant. Plin. *hist. nat.* 37. 7. qui & observat, errare eos, qui id genus lapidum in solis Arabiæ montibus, nec usquam alibi, nasci tradiderint, quum in Germania vasa potoria, & postea pedes lectorum, sellæ, quæ inde confecta miraculo fuisse, tradiderit Cornelius Nepos. Meminit iste & onychis Indici, lapidemque a colore, quem unguibus humanis similem habet, nomen tulisse docet. Add. Pancirol. *Thesaur. var. lect. II.* 110. *Jurispr. Rom. & Attic. Tom.* 2. *p.* 1220. HEIN.

ARATORES servi. ARATORII boves, ARATORUM instrumentum in *l.* 7. *C. quæ res pign. oblig. poss.*

ARATORIA. Quid in vineis, olivis, *aratoriis*, pascuis, sylvis fuerit inventum *l.* 7. *Cod. Theod. de decurion. de bonis proscript.* Similiter dicit Claudius in *Cos. Theod. v.* 79. quæ gleba favere frugibus.

ARATRUM in civitatem duci dicitur in *l.* 21. *D. quib. mod. ususfr. amit.* quando funditus evertitur, & solo æquatur. Senec. *de clement.* 1. *extr.* Aratrum vetustis urbibus inducere. Adde Hor. *Carm. lib.* 1. *od.* 16. *v.* 18. & *sequ.* Quemadmodum enim vomere utebantur in condendis urbibus, designandisque pomoeriis, a qua curvatur: quam *urbem* vocabant veteres,

urbs nomen accepit. Plutarch. *in vit. Romul. p.* 23. & *quæst. Rom.* 25. Dion. Halicarn. *lib.* 1. *p.* 75. *l.* 239. §. 6. *D. de verb. signif.* ita & aratrum inducebant urbibus, quas funditus evertere vellent. Coel. Rhodigin. *Lect. antiq. lib.* 36. *c.* 5. nihil esse tam naturale existimantes, quam eodem modo quidque dissolvi, quo colligatum est *l.* 35. *D. de reg. jur.* Adde Pet. Fabri *lib.* 1. *semestr. c.* 8. HEIN.

ARBITA, vocabulum nihili, & quod tamen ad jurisprudentiam pertinuisse creditur. Auctor enim est Optatus Milevitanus *de schism. Donatist. lib.* v. Imperatorem ad Donatistarum quorumdam adpellationem rescripsisse: ARBITA *furoris audacia*. Hinc Cujac. *observ.* 4. 20. illud *Arbita* non pro dictione habet, sed pro notis seu siglis, arguteque interpretatur *a re bene judicata temere appellasti furoris audacia*. Sed lubrica admodum est illa notarum interpretatio, & Cujaciana illa tanto incertior, quanto minus codices manuscripti addicunt, in quibus, ipso fatente Cujacio, non *arbita*, sed *orbita* legitur, ex quo recentiores editores majore specie exsculpunt sententiam: *O rabida furoris audacia!* HEIN.

ARBITER judicem datum, addictumque a prætore plerumque significat, ut in *l.* 19. §. 1. *D. commun. divid. l.* 24. *D. depos.* junct. *l.* 7. *D. de negot. gest. l.* 1. *D. de pact. dot. l.* 6. *C. de reb. cred. l.* 2. *C. de sentent. interloquut. l.* 5. *C. de distr. pign.* Vetus Glossar. χαμαιδικαστής, pedaneus judex, arbiter. A judice tamen separatur arbiter datus in *l.* 7. *pr. D. ad Leg. jul. repetund. l.* 15. *pr. D. de re jud.* & apud Gell. *lib.* 20. *c.* 1. Quin hoc controversum apud veteres consultos Cicero *pro Murena c.* 12. scribit, judicem, an arbitrum dici oporteret. Inde in formularum notis apud Valerium Probum T. I. A. P. V. D. id est: *Tantum judicem arbitrumve postulo, uti des*. Quorum verborum illa ex Cicerone *pro Rosc. c.* 6. differentia colligi potest, quod qui bonæ fidei judiciis vel arbitrariis dabatur, Arbiter, qui stricti juris, Judex dicebatur. Quod Festi comprobat interpretatio, qui arbitrum inde dici ait, quod totius rei habeat facultatem, ac arbitrium. Nam in arbitriis quum & hoc actionum natura & clausulæ: *Ex bona fide*, vel *quantum æquius melius sit dari*, verba indulgerent, solutius æquitatem sequi permittebatur: contra quam in strictis judiciis, quibus addictus judex angustissimæ formulæ, a quo discedere vel latum unguem non poterat, cancellis circumscriptam habebat potestatem. Hoc discrimen Seneca *lib.* 3. *de benef. c.* 7. perspicue declarat: Quæcumque, ait, in cognitionem cadunt, comprehendi possunt, & non dare infinitam potestatem judici. Ideo melior videtur conditio caussæ bonæ, si ad judicem, quam si ad arbitrum mittatur, quia illum formula includit, & certos, quos non excedat, terminos ponit. Hujus libera, & nullis adstricta vinculis religio, & detrahere aliquid potest, & adjicere, & sententiam suam, non prout lex, aut justitia suadet, sed prout humanitas, aut misericordia impellit, regere. Hæc Seneca. Inde observare possumus, Arbitros in his potissimum judiciis nominari, quæ *ex bona fide* descendunt, veluti Arbiter communi dividundo in *l.* 31. *D. de usu & usufr. legat.* seu bonis dividundis datus in *l.* 3. *C. comm. divid.* divisionis *l.* 26. §. 1. *D. de pact. dotal.* Quo adludens auctor *Querali*: Exprome, ait, thesaurum, divisio celebretur, quoniam præsto est arbiter. Ejusdem generis est arbiter dotis re uperandæ *in l.* 48. *D. de solut.* qui de dote cognoscit *l.* 1. *D. de pact. dot.* Quo referenda sunt hæc Tertulliani verba *lib.* 2. *ad uxorem c.* 5. Sustinent, quarum dote subjectione nominis mercedem silentii faciant, scilicet apud arbitrum speculatorem litigaturi. Nam olim rei uxoriæ actio bonæ fidei judiciis adnumerabatur §. 29. *Inst. de action.* Cic. *de offic. lib.* 3. *c.* 17. ARBITER familiæ herciscundæ in *l.* 1. *pr. D. de dot. collat.* qui & arbiter dividundæ hæreditatis adpellatur in *l.* 18. *C. famil. hercisc.* Eo etiam pertinent Arbitri funerariæ *l.* 15. § 7. *D. de religios.* pro socio *l.* 38. *pr. D. pro soc.* quelæ *l. ult.* §. *ult. D. de adpell.*

Sed & judices in stricti juris judiciis dati arbitri dicebantur. Tales sunt arbiter aquæ pluviæ arcendæ in *l.* 24. *pr. D. de aqu. & aqu. pluv.* & apud Cic. *in Topic. c.* 9. arbiter finium regundorum, de quo paullo post, arbiter quod metus caussa in *l.* 14. §. 4. *D. quod met. caus.*

Datur, & in his caussis ARBITER, quæ arbitratu boni viri æstimandæ, ac definiendæ sunt *l.* 12. *D. de legat.* 3. Veluti ad determinandam viam, latitudinemque actus, vel itineris statuendam *l.* 19. §. 1. 2. *D. de servit. præd. rust.* Item si inter vicinos de altitudine ædificiorum sit controversia *l.* 11. §. *ult. D. de servit. urb. præd.* ad fidejussores etiam probandos *l.* 9. *l.* 10. *D. qui satisd. cog.* quos fidejussorum vires æstimare, ait *l.* 6. *pr. C. de advoc. divers. jud.* Arbiter quoque falcidiæ ad ineundam bonorum quantitatem, quum legi Falcidiæ locus est, dicebatur *l.* 12. *D. ad Leg. falcid.* Arbiter & a Prætore de rationibus excutiendis inter hæredem, & servum dabatur computationis ineundæ, rationumque excutiendarum, examinandarumque caussa *l.* 37. *D. de fideicom. libert.* Nihil aliud autem hic significat Arbiter, quam virum bonum a prætore electum, cujus arbitrio rationes computantur l. 47. §. 2. *D. eod. tit.* Arbiter & de alimentis patroni datur arbitraturus, quantum sit in facultatibus *l.* 5. §. *ult. D. de agnosc. & al. lib.* nec non inter fructuarium, & proprietarium de refectione ædium: & ut sarcta tecta habeantur, arbiter datur *l.* 7. §. 2. *D. de usufr.* Arbitrum porro dat Prætor, cujus interventu tribuuntur merces *l.* 7. *D. de tributor. act.* Sed & quum Magistratus in possessionem fideicommissi servendi, ventrisque caussa miserunt, Arbitrum dant ad definiendum, quantum deminui oporteat, distrahendaque ea, quæ mora deteriora futura sunt *l.* 1. §. 25. *D. de ventr. in possess. mitt.* Præterea ad exsequutionem judicati arbiter datur *l.* 15. *pr. D. de re jud.* ut & ad restituendum fidei commissum *l.* 8. *D. de confess.* Quin etiam in revocatoria actione arbiter intervenit *l.* 8. *D. quæ in*

fraud.

fraud. credit. Postremo & in controversia finium de modo agrorum arbiter, vel ex conventione litigatorum, vel prætoris datione sumebatur *l.* 7. *D. fin. regund. l.* 44. *D. de recept. qui arbitr. rec.* Terent. *Heaut. Act.* 3. *scen.* 1. Vicini nostri hic ambigunt de finibus: me cepere arbitrum. Sic Q. Fabium Labeonem arbitrum Nolanis, & Neapolitanis de finibus, seu finium constituendorum a senatu datum, Cicero *de offic. lib.* 1. *c.* 10. & Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 3 memorant. Idem Cicero *de legib. l.* 21. Nec Mamilia lege singuli, sed ex XII. tres arbitri fines regemus. Et in Topic. *c.* 10. Si io urbe de finibus controversia est, quia fines magis agrorum videntur esse, quam urbis, finibus regundis adigere arbitrum non possis. Ubi Boethius: Arbitros finium regundorum, ait esse, qui finalia litigia discernunt, & quum est orta, de finibus contentio, eorum dirimatur arbitrio. Suetonius etiam in *Othone c.* 4. cuidam de parte finium cum vicino litiganti adhibitus arbiter totum agrum redemit. Inde eleganter Tertullia. *lib. de Pallio c.* 2. Jordanem amnem finium arbitrum dixit, quippe qui agro disterminat. Ad hos utique finium regundorum arbitros vetus Glossarium respexit in illo corrupto loco, in quo est: *Arbares scodates* lib. de offic. proconf. οἱ περὶ τῶν ὅρων διαγνῶσαντες δίκαςαι. *Arbares scodates in libro* 1. *de officio Proconf. sunt judices de finibus cognoscentes.* Nam quod aliquibus in mentem venire posset, illic *arvales sodales* reponendum, frustra est, proterea quod arvales illi XII. fratres nihil cum finalibus jurgiis commune habebant. Tantum pro frugibus sacra publica faciebant, ut fruges ferant arva & a ferendo, & arvis *arvales* dicebantur, quemadmodum Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* scribit. Ita Brissonius. At Heinecc. *arbares scodates* in glossario isto manifesto *arvales sodales* esse sentit. Illos vero finales diremisse controversias, idem ostendit in *voc. arvales* fratres. Arbitros etiam ad æstimandas possessiones post bellum civile datos, Cæsar de bello civ. *lib.* 3. *c.* 1. narrat.

Arbiter vero alius est compromissarius, in quem scilicet litigatores pœna adjecta compromittunt. Cujusmodi arbiter *ex compromisso sumptus judex* definitur *l.* 82. *D. de judic.* & ex compromisso addictus *l.* 1. *C. de recept. arbitr.* Dicuntur & RECEPTI ARBITRI ab eo, quod arbitrium recipiant *tit. D. de recept. & qui arbitr. recep.* Propterea quod, ut Justinianus ait, ex recepto, hoc est ex compromisso causas terminandas suscipiunt *l.* 12. *C. de judic.* Unde & compromissarii adpellantur *l.* 5. §. *ult. C. de recept. arbitr.*

Sunt & ARBITRI electi, qui ex judicis jussu, exsequutore negotii imminente, a litigatoribus eliguntur *l. pen. C. de pact.*

Est etiam ARBITRORUM aliud genus, in quorum arbitratum quid confertur *l.* 76. 77. *D. pro soc.*

Arbiter dicitur *adigi*, pro adiri ad arbitrium sumendum Cic. *de Offic. lib.* 3. *c.* 17. Arbitrum illum adegit, quidquid sibi dare facere oporteret ex fide bona. Idem in *Topic. cap.* 10. Finibus regundis arbitrum adigere dixit. Et *pro Rosc. c.* 9. Quæ quum ita sint, cui non arbitrum pro socio adegeris Q. Roscium, quæro. Singularis hæc loquutio, & hinc a paucis intellecta est. Plerique etiam loci, ubi illa occurrit, ita corrupti sunt, ut modo *adiri*, modo *adjici* pro *adigi* legamus. Restituit illam Cujac. *obs.* 5. *lib.* 4. *c.* 15. Ceterum & Senecæ addendum testimonium, qui *Epist.* 55. Eam, inquit, partem ad te perferam, quæ in lite est, te arbitrum adigimus. HEIN.

Arbitrum adire l. 21. §. 8. *D. de recept.* Quæ phrasis arbitris veluti propria est: Immo inde nomen acceperunt, quod a partibus adirentur. *Ire* enim veteribus *betere*, qua forma usi sunt Pacuvius, & Varro apud Nonium, vel *bitere*. Plaut. *Mercat. act.* 2. *sc.* 3. v. 127. *Ad Portum ne bitas.* Quemadmodum ergo a *bito* vel *bete* est *perbitere*, pro perire apud eumdem Nonium, *interbitere* pro interire, apud Plaut. *Mostell.* 5. 1. *v.* 47. ita & *adbitere* fuit adire: & inde euphoniæ causa, ARBITER quasi *adbiter*, ut *arcesso* pro *accesso*, quia a partibus aditur. HEIN.

ARBITRALIS forma *l.* 5. *pr. c. de recept. arbitr.* sententia *l.* 4. §. 4. *c. eod.*

ARBITRARI, æstimare modum *l.* 7. *D. de quæst.* restitui *l.* 35. §. 1. *D. de rei vind.* quod factum est *l.* 13. §. 1. *D. de usufr.* id est æstimare. ARBITRARI passive. Ulpianus *l.* 12. §. 5. *D. de religios.* sumtus funeris arbitrantur pro facultatibus. Ita & in *l.* 27. §. 4. *D. de rec. arb. l.* 13. §. 1. *D. de usufr.* Vid. Voss. *de analog.* 3. 6. Bynkers. *obs.* 1. 25.

ARBITRARIA actio *l.* 3. §. 1. *D. de usur.* seu ex arbitrio pendens §. 31. *Inst. de action.* In hujusmodi autem actionibus, nisi intercessione judicis reus rem actori restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel servum dedat καταδικάζεται πάντως, in solidum comdemnatur, inquit Theophilus in §. 31. *Inst. de act.* Itaque primo arbiter rem jubebat restitui, & quantum, vel quomodo restituendum, solvendum, dedendumve esset, definiebat, isque, qui parebat, eo obsequio effugere condemnationem poterat. Sin dictis minus audiens esset reus, in majus, vel amplius quid condemnabatur, veluti in actione, quod metus caussa intra annum in quadruplum *l.* 14. §. 1. *D. quod met. caus.* vel in tantum, in quantum actor in litem juraverit, vel in solidum. Formula autem committendi litem arbitrio judicis hæc fere erat. *Neque ea res arbitrio judicis restituatur, dedatur, exhibeatur.*

Arbitraria ex stipulatu actio fit, quum alio, quam in quo sibi dari quis stipulatus fuerat, loco agitur *l.* 2. *l.* 4. §. 1. *l.* 7. *l. ult. D. de eo quod cert. loc.* Tunc enim arbitrio judicis tanti lis æstimatur, quanti vel actoris, vel rei intersit, eam pecuniam loco constituto solvi, plenissimumque hic est officium judicis, quod quantitati contractus non subservit, sed vel augere, vel minuere condemnationem propter loci utilitatem potest, quum ejus æstimationis tota ratio arbitrio ejus committatur *l.* 2. §. *ult. l.* 8. *D. de eo quod. cert. loc. l.* 1. *C. ubi*

conven. qui cert. loc. §. 31. *Inst. de act.* Sic & actio *quod metus caussa* Arbitraria adpellatur *l.* 14. §. 4. *D. quod met. caus.* & *d.* §. 31. *Inst. de act.* quod arbitrio judicis, qui de ea re cognoscit, restitutio comprehenditur. Is enim rei restituendæ facultatem usque ad sententiam reo tribuit. Quod nisi restitutio fiat, in quadrupulum condemnatio sequitur. Et generaliter quæcumque alia stricta judicia ita reddebantur, ut rei restitutio, deditio, exhibitio officio judicis committatur, ea Arbitraria dicuntur *l.* 9 *D. de doctr. mal.* §. 31. *Inst. de act.*

ARBITRARIAS pœnas hodie vocant, quæ non lege definitæ, sed arbitrio judicis relictæ sunt. At jure Romano *mulctas* quidem, non autem pœnas, arbitrio judicis relictas esse, tradunt Ulpian. *l.* 131. §. 1. *D. de verb. signif.* & Paull. *l.* 224. *D. eod. tit.* Hein.

ARBITRATU *boni viri usurum, fruiturum* Fructuarius cavens, ut adsolet, hoc significat, non deteriorem se caussam ususfructus facturum, ceteraque facturum, quæ in re sua faceret, denique ita usurum, quemadmodum bonus paterfamilias uti debet *l.* 1. §. 3. *D. ususfr. quemadm. cav. l.* 15. *fin. D. us. & habit.*

Arbitratu judicis *l.* 10. *D. quod met. caus. l.* 5. §. *ult. D. depos.* i. e. ut judex æstimaverit in arbitrario judicio metus caussa, de quo in art. arbitraria actio.

Arbitratu illius: Verba hæc sæpe conventionibus adjiciebantur *l.* 43. *D. de verb. oblig. l. ult. C. de contr. empt.* eaque jus significant, & in servum non cadunt *l.* 68. *D. de verb. signif.* servus quippe de facto quidem arbitrari potest, non autem de jure. Sæpe quæ facti sunt, & servis conceduntur, quæ juris, negantur *l.* 10. *D. de capit. minut.* HEIN.

ARBITRIUM in Florentina plerumque arbiterium scribitur, ut in Gloss. Isidori ubi: *Arbiterium, Collectio arbitrorum, id est, ipsa consensio.* Ita & apud Gruter. *inscr.* non semel legi observat HEIN.

Quemadmodum autem arbitri & judices, ita Arbitria & judicia differunt, ut Cicero *pro Rosc. c.* 4. & 5. exponit. Arbitria tamen dicantur non solum ea judicia, quæ in bonum, & æquum concipi, & ex bona fide reddi solebant, sed & ea, quæ Arbitraria dicta esse supra vidimus; Sed & eorum faciendorum, quibus arbitrum dari etiam supra scriptum est, dicebatur arbitrium.

Hinc ARBITRIUM officium arbitri circa ea, quæ in judicio versantur, formulaque minime continentur *l.* 31. §. 13. *D. de ædilit. edict. l.* 34. §. *pen. & ult. solut. matrim.* & aliis locis.

Arbitrium aquæ pluviæ arcendæ *l.* 23. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv.* communi dividundo *l.* 47. *D. fam. hercisc.* familiæ herciscundæ *d. l.* 47. communium parietum Vitruv. *lib.* 2. *c.* 8. rei uxoriæ Cic. *de off.* 3. 15. tutelæ *rubr. C. arbitr. tut.* de his vide sub voc. arbiter.

Arbitrium boni viri *l.* 41. *D. ususfr. quemadm. cav.* judicis *l.* 8. *de eo quod cert. loc.* boni judicis *l.* 3. §. 13. *D. commod.* judicantis *l.* 45. §. 10. *D. de jur. fisc.* præsidis provinciæ *l.* 1. *C. de nupt.* In arbitrio, & in judicio esse res dicitur *l.* 47. *D. famil. hercisc.*

Arbitrium, pro decisione Imperatoris *l.* 4. *pr. C. de recept. arbitr.*

Arbitrium recipere, vel suscipere *l.* 3. *l.* 4. *D. de recept. arbitr.* Recepisse autem arbitrium videtur, qui judicis partes suscepit, finemque se sua sententia impositurum controversiis. Et hæc pertinent ad arbitrum compromissarium, seu receptum, de quo supra.

Arbitrium etiam arbitratum significat *l.* 4. *D. ususfr. quemadm. cav.* Et ita in arbitrio alicujus esse quid dicitur *l.* 1. *naut. caup. stab.* quod in mera ejus voluntate positum est, quod significatur his verbis: si *libuerit*, si *voluerit*. Quo pertinent arbitrio suo ut *l.* 10. *D. de jur. & vi arm.* arbitrio bonæ voluntatis *l.* 10. *C. quomod. & quand.* Arbitrio suo, & sponte sua *l.* 49. *D. fam. hercisc.* sui arbitrii esse *l.* 22. *D. de rit. nupt.* in arbitrio ejus ponere *l.* 1. *C. si maj. fact.* ad arbitrium suum, id est pro arbitrio suo *l.* 42. *D. de jur. dot.* quæ omnia pertinent ad arbitrium liberum, & plane solutum. Aliud est Arbitrium, quod dicitur boni viri, quoque his verbis exprimi intelligitur: Si arbitratus fueris: Si justum putaveris: si comprobaveris: si tibi videtur: ἐὰν δοκιμάσῃς *l.* 75. *D. de legat.* 3. *l.* 41. §. 4. *l.* 46. *D. de fideic. libert. l.* 3. §. 3. 4. *D. de ann. leg.* Ubicumque autem in arbitrium sive judicis, sive alterius quid confertur, pro arbitrio viri boni hoc habendum, & quasi viro bono commissum, accipiendum est *l.* 17. §. 5. *D. de injur. l.* 30. *D. de oper. libert. l.* 6. *D. pro soc. l.* 1. *pr. D. de legat.* 2. Idque in condicionibus bonæ fidei judiciis adscriptis maxime locum habens *l.* 22. §. *ult. D. de reg. jur. l.* 77. 78. *D. pro soc.* Ita quod operum faciendorum lege comprehendi solebat, *ut arbitrio alicujus opus fieret*, adprobareturve, ad boni viri arbitrium referebatur *l.* 25. *D. locat.*

ARBOR nomen est generale, & ejus appellatione continentur vites *l.* 1. §. 3. *D. de arbor. cæd. l.* 3. §. 1. *D. de arbor. furtim. cæs.* hederæ item, arundines, & salictum *d. l.* §. 1. 2. stirps quoque oleæ arbor recte dicitur *d. l.* 3. §. *ult.* At arbor nulla proprie dicitur, quæ radicem non conceperit *d. l.* 3. §. 5. Nec arboris numero habetur, quod adeo tenerum est, ut herbæ loco sit *l.* 4. *D. eod.* Et arbor quoque recte dicitur, quæ subversa a radicibus etiam nunc reponi potest, aut ita translata est, ut reponi possit *d. l.* 3. §. 6. Dejectæ autem arbores lignorum adpellatione continebantur, nisi aliud testator senserit *l.* 55. §. 2. *fin. D. de legat.* 3.

Arbor pro malo navis in *l.* 3. *l.* 6. *D. de leg. Rhod.* Silius Ital. *lib.* 3. *v.* 131. Pendentibus arbore nautis.

ARBORES aliæ sunt frugiferæ *l.* 13. §. 4. *D. de ususfr.* aliæ non, veluti cupressi *l.* 16. §. 1. *D. quod vi aut cl.*

Arbores caducæ & *cremiales* in *l.* 7. §. 12. *D. solut. matrim.* de quibus suis locis, ut & de Arbore, quæ sycaminon, vel syntaminon vocatur.

Arbores terminales apud Paull. 5. *sent.* 22. 2. quæ pro terminis, & finibus observantur: quales olim habebantur *Antemissa*, & *Peregrina*, quæ & *finales* adpellantur, de quib. Sic. Flaccus *de condit. agror. p.* 4. & Ag-

& Aggen. Urb. *de limit. agr. p.* 45. Frontin. *p.* 40. Ut vero Arbores *peregrinæ* sunt, quæ alias in ea regione non reperiuntur, & studio in limitibus, & finibus agrorum ponuntur, ne vulgares credantur, ita *Antemissæ* dicuntur, quas nonnulli ante fundos suos ita servant intactas, ut nec frondem, nec lignum, nec cremium cædant, idque eo consilio, ut magnitudine antistent ceteras, & observationem finium præstent. Nic. Rigalt. *Glos. agromens. p.* 291. Unde & *intactæ* vocantur a Siculo Flacco *p.* 7. 8. itemque *omissæ* p. 8. HEIN.

Interdictum de ARBORIBUS cædendis duo capita habet: primum ut arbores ædibus alienis impendentes adimantur: Secundum ut agro vel ruri alterius impendentes succidantur: quorum duorum capitum, ut Ulpianus inquit, differentia hæc est. Si quidam arbor ædibus impendeat, succidi eam præcipitur. Si vero agro impendeat, tantum usque ad quindecim pedes a terra coerceri. Et hoc interdictum prohibitorium est. Si autem arbores ædibus alienis impendeant, utrum totas jubeat prætor adimi, an vero id solum, quod supra exstiterit? Rutilus ait a stipite excidendas: idque plerisque videtur verius. Et nisi adimeret dominus arborem, Labeo, ait, permittit ei, cui arbor officit, si velit, succidere eam, lignaque curtare, ut est textus *in l. un.* §. 2. *D. de arbor. cæd.* Non solum autem domino ædium, sed etiam ei, qui usumfructum habet, competit hoc interdictum *d. l. un.* §. 4. Illud tamen observandum est, non antea recte conveniri dominum hoc judicio, quam ubi admonitus, ut adimat, recusavit adimere. Quamobrem Bartholus hujus admonitionis probandæ gratia consulit, instrumentum esse scribendum. Vid. *d. l. un.* §. 6.

Interdictum de ARBORIBUS collucandis & sublucandis. Sublucare autem est compescere luxuriem ramorum, quod usque ad 15. pedes, ut fiat, definitum est veluti subtus lucem mittere. Collucare vero est vel superiores ramos lumini officientes succidere, vel ipsam arborem ex stirpe penitus exscindere. Cujac. *Ad Paull. sent. lib.* 5. *tit.* 6. §. *arbor.*

ARBUSTUM in *l.* 27. §. 7. *D. ad leg. Aquil.* est locus arboribus consitus, At in *l.* 3. §. *ult. D. de termin. mot.* Arbustum opponitur arbori finali, & denotat novellam arborem eo loco pro vetere plantatam, eo consilio, ut facies loci obscurandarum finalium quæstionum caussa mutetur. Quam notavit significationem Isidor. *etym.* 17. 6. De aliis vero nationibus videndus Taubman. *ad Virgil. p.* 10. HEIN.

ARCA in qua numi conduntur *l.* 34. §. 4. *l.* 51. *D. de legat.* 1. & multis aliis locis. In arca etiam instrumenta, & cautiones debitorum *l.* 64. *D. de legat.* 3.

Arca porro frumentaria, & olearia in *l.* 1. §. 2. *D. de mun. & honor.* vinaria *l.* 1. *C. Theod. de calc. coll.* Quibus locis per *arcas* non receptacula vini, olei, frumenti, sed pecunias iis rebus coemendis destinatas intelligi monet Heinecc.

Arca fiscalis in *l.* 4. *c. de muner.* in quam nimirum tributa inferebantur, ceu patet ex *Nov.* 128. non procul ab initio. Arca sublimium potestatum in *l.* 6. *C. Theod. de indulg. deb.* amplissimæ præfecturæ *l.* 16. 17. *C. Theod. eod. tit.* prætoriana Nov. *Valentinian. de sicariis.*

Provinciæ, quæ nec transvectioni publicæ, nec arcæ aliquot compendium deferre possent, officiorum annonas præstabant *l.* 19. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* Hæc verba videntur intelligenda de Arca præfectoria, seu sublimium Potestatum, in quam species inferebantur, non ad horrea publica, seu fiscalia, militibus erogandæ, sed ad usus, necessitatesque Præfectorum prætorio pertinentes. Vid. de arca præfect. præt. Synesium *Epist.* 127.

ARCÆ ratio *l.* 10. *c. de suscept. præpos. & arcar.* Quibus in locis etiam per *arcam* ipsi proventus intelliguntur, quæ figura etiamnum in usu est, ut apud Italos, Germanosque, quibus *Cassa* idem sonat; quod utique verbum leviter mutatum, eodemque significatu Galli habent.

Arcæ lapideæ mortui condendi caussa structæ meminit *l.* 7. §. *ult. D. de relig. & sumt. fun.* Vocabulum hoc significatu est apud Gruter. *Inscript. p.* 460. 3. ubi aliquis arcam suam rosis quotannis coronari præcipit, nec non *p.* 482. 2. *p.* 754. 16. *p.* 1056. 1. *p.* 1060. 1. & apud Reines. *inscr. Class.* 20. *n.* 445. Ceterum veteres magnifaciebant arcas lapideas ex assio lapide factas, quippe cujus ea erat natura, ut cadaver illi illatum statim combureret, consumeretque. Unde & Sarcophagi nomen accepit. De Assio lapide Vid. Plin. *hist. nat.* 37. 17. Dioscorid. *lib.* 5. *c.* 99. De arcis vero, & sarcophagis ex eo lapide confectis Cujac. 21. *obs.* 13. HEIN.

ARCARIUS servus *l.* 41. §. *ult. D. de fideic. libert.* & Paul. 3. sent. 6. 72. est dispensator, quem arcæ quæ præfecit Dominus, ut acceptorum, & expensorum redderet rationes. Vid. Turneb. *adversar.* 28. 5. & Laur. Pignor. de serv. p. 159. HEIN.

Diversus ab hoc Arcarius, vel *susceptor*, qui & *arcæ custos*, *aurique illati susceptor* in *l.* 32. *C. Theod. de suscept. præpos. & arcar. l. ult. C. eod. tit.* Glossar. antiq. *Arcarius* υποδεκτης χρυσȣ, ο επι της δημοσιας τραπεζης. Arcarii erant, qui reditus domui principis debitos a colonis rei privatæ accipiebant *l.* 11. *C. Theod. de jur. fisc. l.* 14. *C. Th. de susceptor.* quæ leges eædem sunt. Macarius *humilia* 16. §. 11. *in fin. p.* 253. *Edit. Lips. Pritii.* εχȣσι δε και φοβον ȣ των φοβȣμενων τα πονηρα πνευματα, metum vero habent, non tamen eum, qualis est eorum, qui extimescunt malos spiritus. Hic autem nonnulli legunt, εχȣσι δε και φοβον των Αρκαρων, &c. Et *p.* 254. 255. ως οι εγκεχειρισμενοι Αρχας επαρχοτητος, η θησαυρȣς βασιλικȣς παντα επαρχοτητος, η θησαυρον βασιλικον παντα τον χρονον εν μεριμνη εισι, μηπως αρα προσκρȣσωσι τω βασιλει, & sicut ii, quibus gerendæ præfecturæ aut custodiendi thesauri regii cura commissa est, numquam curis vacant, ne quo pacto regem offendant; ubi pro αρχας Brissonius legit αρκας.

Sane

Sane & Arcarii coloniarum, & municipiorum, de quibus egit Reinef. 3. *Var.* 16. & *ad Infcr. p.* 431. Eorum curæ credita erat arca municipii, vel coloniæ: & talis procul dubio Eraftus œconomus urbis a Paulo Apoft. a latino interprete Arearius *Corinthi* vocatur in *Epift. ad Rom. c.* 16. *v.* 23. HEIN.

ARCERA, genus vehiculi arcæ fimile, unde & nomen habuit juxta Varronem *de ling. lat. lib.* 4. In LL. XII. Tab. fcriptum erat: *Si morbus, ævitafve vitium efcit, jumentum dato, fi nolet, arceram ne fternito.* Ad quæ verba Gellius *lib.* 20. *c.* 1. fi homo in jus vocatus, morbo, aut ætate æger, ad ingrediendum invalidus eft, arcera non fternitur, fed ipfe aufertur, & jumento imponitur, atque ita ad prætorem in comitium nova funeris facie effertur. Plura vide apud Non. 1. 270.

ARCERE aquam eft curare, ne influat l. 1. §. 7. *l.* 9. *D. de aqu. pluv.* Feftus *lib.* 1. arcere, inquit, eft continere. Unde arcus in ædificiis dictus, qui fe ipfum continet.

Arcere, pro prohibere, interdicere, vetare. Ita arcentur Collegia illicita SCO *l.* §. 1. *D. de colleg. & corp.* Arcetur quis a poffeffione *l.* 5. *C. de poftul.* Arcetur tempeftas *l.* 12. §. 16. *D. de inftr. vel inftr.* incencendium *l.* 1. *D. de offic. præfid.*

ARCESSERE vulgo fcribunt accercere: Alii, veluti Agrætius, ita utrumque verbum diftinguunt, ut *accerfere* fit vocare, *arcefsere* accufare. Aliis, inter quos Papirianus Grammaticus, *accerfere* eft vocare, *arcefere* fubmovere, vel repellere. Aus. Popina *de differ. verb. p.* 4. Sed fatis certum eft, Arceffere folum latinum effe, & modo fignificare *vocare*, modo *accufare*, numquam autem *cohibere*, vel *repellere*, ceu jam e veteribus Grammaticis Velius Longus obfervavit. Hein. Vid. quæ ex ipfo fupra notata funt fub verbo Accerfere.

ARCHEOTÆ inter reliquos, qui muneribus perfonalibus in coloniis, & municipiis adftringuntur, recenfentur ab Arcadio Charifio *l.* 18. §. 12. *D. de mun. & honor.* quos archivii in urbibus cuftodes fuiffe, oftendit Reines. *Variar.* 3. 16. HEIN.

ARCHIATRI in *l.* 6. 9. 10. *C. de profefs. & med. l. un. C. de comitib. archiatr.* & in plerifque veterum locis. Eo nomine vocantur non folum principum medici, quorum fidei, & peritiæ Imperatorum falus tuenda committitur, quique in eorum comitatu medicinam factitant, quos ARCHIATROS noftri palatii vocant Imperatores *l.* 8. *C. de metat. & epidemic.* quibus ob medendi curam a comitatu facri palatii difcedere non licuiffe, oftendit *l.* 2. *C. quib. non abiicitur*, fed & in omnibus civitatibus paullo celebrioribus erant Archiatri, qui reliquorum medicorum fcholæ, vel collegio præeffent, & horum controverfias, & contentiones componerent, ceu patet ex *d. l.* 9. *C. de profefs. & med.* Eo fpectant verba Caffiodori *Var.* 6. 19. Ut inter falutis magiftros folus haberis eximius, & omnes judicio tuo cedant, qui fe ambitu mutuæ contentionis excruciant. Efto arbiter artis egregiæ, eorumque diftingue conflictus, quos judicare folus folebat adfectus. In ipfis ægros curas, fi non contentiones noxias prudenter abfcondis. Magnum munus eft, fubditos habere prudentes, & inter illos honorabilem fieri, quos reverentur ceteri. De iis quædam haud vulgaria habes apud Menag. *Amoen. jur. civ. c.* 35. HEIN.

ARCHIATRIA, dignitas archiatri in *l.* 1. *C. Theod. de progefs. & med.*

ARCHIDIACONUS eft poft Epifcopum Vicarius, ad quem in omnibus in clero omnis cura pertinet *c.* 1. *de offic. archidiac.*

Vide amplius in DIACONUS.

ARCHIEPISCOPORUM adpellatione, ut notiffimam fignificationem prætermittam, continentur Patriarchæ alii præter privilegiatos. Nam Archiepifcopus intelligitur Patriarcha in *l.* 14. *C. de SS. Ecclef.* & in Nov. 131. pr. ubi de Archiepifcopo Conftantinopolitano loquitur.

Vide amplius in EPISCOPUS.

ARCHIEROSYNA *l.* 10. *C. Theod. de decurion. l.* 19 *C. Theod. de erog. milit.* Priori lege Chriftianis id munus imponi prohibetur, quod ad archiereon curam, templa, & templorum folemnia pertineant. Erant ἀρχιερεῖς fummi pontifices, qui reliquis facerdotibus, facrifque per aliquam provinciam præerant, quorum officium multis verbis in Epiftolis fuis paffim defcribit Julianus Imperator, ex eoque, & aliis vetuftis monumentis Jac. Gothofred. *Comment.* in *C. Theod. Tom.* 4. *p.* 547. *fequ.* HEIN.

ARCHIGERONTES in *l.* 6. *C. de epifc. & cler.* ubi nonnifi Chriftiani eo munere ornari jubentur. Nimirum Alexandria olim curia carebat ante Severum Imperatorem, tefte Spartiano *in Severo c.* 17. Curiam deinde nacti decuriones vocabant γέροντες, & fenatum γερουσίαν. Quinque primos vero, vel principales archigerontas, id eft *fummates Alexandrinos*, ceu vocantur in *l.* 57. *D. de decur.* Adde fupra Alexandrini. HEIN.

ARCHIGUBERNUS in *l.* 46. *D. ad SC. Trebell.* Claffis præfectum fonat, gubernatorem claffis primum. Alii principem gubernatorum explicant, & omnium gubernatorum primum ab ἀρχὸς & κυβερνήτης.

ARCHIMANDRITA in *l.* 7. §. *C. de fumm. trinit.* eft Abbas, vel præfectus monafterii, apud græcos a græco μάνδρα *fpelunca*, quod olim eremitæ in fpeluncis, & cavernis delitefcerent Evagr. *hift. eccl.* 1. 13. Eodem exemplo & monialium præfectas Archimandritiffas dictas, reperimus. Vid. Per. Pithæi *Glofs. obfcur. verbor. juliani*, voce *Archimandritiffa*.

ARCHIMIMUS in *l.* 25. §. 1. *D. de oper. libert.* quod nomen vetus interpres Horatii in *lib.* 1. *ferm. fat.* 6. tribuit faltatori cuidam, qui Lepos vocabatur.

ARCHITECTUS *l. ult. D. de jur. immun. leg.* 1. 2. 3. *C. Theod. de excuf. artif.*

ARCHIUM, vel ARCHIVUM *l.9.* §. *6. D. de poen.* Edicit Justinianus in *Nov.15.c.6.* §.2. ut in civitatibus aliquod ædificium publicum definiatur, in quo conveniat, defensores acta reponere, & designetur aliquis ex provincia, qui ea custodiat, ut incorrupta maneant, celeriterque ab iis inveniantur, qui ea desiderant, & ut aliquid apud eos ARCHIVUM sit. Idem Novell. *75.c.4.* §. 2. chartam reponi jubens εν τοις εκκλησιας αρχειοις, *in archiis Ecclesiæ*, addito τεπεσιν εν τω σταγει κειμηλιοφυλακιω, hoc est, *in sacro loco, ubi vasa servantur*. At apud Pausan. *lib.* 10. *c.* 4. ubi ειγε ονομασαι τις πολιν, και τετοις, οις γε α χεια, γυμνασιον εσιν. *Si urbem eam adpellare par fuerit, in qua Cives nec αρχεια, nec gymnasium habent.* Αρχειον illi auctori manifesto est *senaculum*, *curia*, *praetorium*, ceu observat Heinecc. qui & addit: Quemadmodum & *dium* & *divum*, *odeum* vel *odivum*, *museum*, & *musivum* habent veteres, ceu ostendunt Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 318. Is. Voss. *ad Pompon. Mel.* 3. 3. 95. Ducker. *de latin. jurisc. p.* 444. ita nihil impedit, quo minus & *archium*, & *archeum*, & *archivum* scribamus.

ARCHONTES olim summi Atheniensium magistratus, postquam ibi regnari desitum fuerat, unde & eorum nominibus annos in fastis signabant, quemadmodum Romani Consulum paribus. Cic. de *Fato c.9.* At postea idem nomen tulerunt decuriones, & duumviri civitatum. Sic apud Modestium αρχοντες των πολεων sunt duumviri civitatum. Et hi quoque magistratus annui erant, ceu patet ex *l.48.D. de jud.*

ARCIFINIUS ager, ut Frontinus in libro *de agror. qualit.p.*38. scribit, *qui nulla mensura continetur*, & paullo post. *Nam ager arcifinius, sicut ait Varro, ab arcendis hostibus est adpellatus.* Accurata vero est Isidor. *lib.15.orig.c.* 23. definitio, si emendetur: ARCIFINIUS *ager*, inquit, *dicitur, quia certis linearum mensuris (non) continetur, arceanturque* ADFINES (vulgo legitur fines) *ejus objectu fluminum, montium, arborum.* Ita recte hunc locum restituit Goesius in Indice ad scrip. rei agrar. voce *Ager. arcifinius.* Nimirum si quando agri modus universus, & indivisus civitati attribuebatur, ita ut tantum extremitates mensuras comprehenderentur, ager talis dicebatur adsignatus. Sin divideretur privatis possessoribus per centurias, & jugera, certisque singulæ possessiones limitibus, qui versus orientem, & occidentem *decumani*, versus meridiem, & septentrionem *cardines* vocabantur, includerentur, ager limitatus erat. Denique si quisque sine adsignatione occuparet tantum agri, quantum colere posse sibi videretur, ager is erat arcifinius, quod arcebat adfines. Is ergo fines mensoria ratione comprehensos non habet, ac proinde *nulla mensura comprehendi* dicitur a Frontino *de ager.qual.p.*38. eamdemque ob caussam *solutum* vocatur a Siculo Flacco *p.3. quia ejus fines deprehendi non possunt.* Dicitur ergo & occupatorius, non quod a victore populo occupatus sit, quod etymologiæ duntaxat caussa attulisse videntur veteres, sed quod tantum quisque occuparit pro habitu, quantum in spe colendi haberet. Non mirum est, pro vera rei descriptione meras adlusiones etymologicas hic attulisse Brissonium, quum ne doctissimus quidem Grotius de *jur.bell.& pac.l.* 2.*c.*3.§.6. illud agrorum discrimen satis perspectum habueri, observante Jo. Frid. Gronovio in *notis*. HEIN.

ARCTA mulier *l.14.*§.7.*D. de ædilit edict.* ARCTA *annona* est gravior, & cujus non magna ubertas est *l.17.D.compens.* & apud Suet. in *Tib.c.*8.

ARCTARE, vel, uti Florentiæ legitur, artare, in arctum cogere. Arctare tempus *l.2.D. de re judic.* Se arctare, id est, in angustias se conjicere *l.2.*§.8. *D. si quis caut.* Arctari dicitur pœna tempore *l.* 8. §. 7. *D. de pœn.*

ARCUARIUS *l.* 6.*D.de jur.immun.* A plerisque accipitur pro opifice, vel architecto, qui arcus exstruit. HEIN.

ARCULA, pro arca minore, quæ relicto argento legato non cedit *l.53.D.legat.*3. Arcula pro loculo, seu sarcophago *l.39.D. de religios.& sumt.fun.*

ARCUS Nonio Marcell. omnis suspensus fornix dicitur. Arcus autem ducendæ aquæ caussa olim fiebant, ut ostendit *l.2.l.11.D. de aqu.& aqu.pluv.* De his Plin. *lib.* 10. *Epist.*46. Frontin. *lib.* 1. *de aquæd. urb. Rom.* Vide & Lips. *de Magnit.Rom.c.*11. & Paul. Aringh. *Rom.subterr.Tom.*1.*lib.*2.*c.*1.§.25. HEIN.

ARDERE dicitur domus *l.40.*§.1. *D. de condict. indeb.* frumentum *l.3.*§.7.*D.de in rem.vers.* stramenta *l.44.*§.3.*D. ad Leg. Aquil.*

ARDINIENSIS panis sordidus *l.5.C.Theod. de annon.civic.* ubi Jac. Gothofredus. Tales quos Plato Comicus in *Nocte longa* (Comœdiæ nomen est) κιλικιους *cilicios* vocavit, & in *Alexandro*, Αγελαιους, *gregales*, Alexis φαιους fuscos. Vide Athenæum *l.3.c.*15. Πλατων δ' ο κωμωδ. εν Νυκτι μακρα τους μεγαλους τους, και ρυπαρους κιλικιους ονομαζει. Plato vero Comicus in *nocte longa* magnos panes, & sordidos cilicios vocat. Theocrito *Idyl.*24. *in fin.* est αρτος Δωρικος, quem describit: ατραφαξος κεφ... quem facile etiam fossorem satiare posset. Vide Heinsium in *Lection. Theocrit. cap.* 25. ibique Glossam Apollonii. Ejusmodi erant *panes cibarii* apud Romanos, quibus viliores vescebantur rustici. Cicero *Tusculan. v.* 34. Ptolemæo peragranti Ægyptum, comitibus non consequutis, cum cibarius in casa panis datus esset, nihil visum est illo pane jucundius. Consule *Clavem Ciceron.* Ernesti *voc. cibarius.* Nonius *cap.* 2. *num.* 188. cibarium neutro genere dictum tradit, de pane sordido, aut alio indigno. Isidorus *origin. l.20.c.*1. cibarium est, qui ad cibum servis datur, nec delicatus. Apuleius. *Metamorph. lib.* 6. *p.* 110. Sed ante pedes ejus residens humilis, & pane cibario contenta. Vide etiam Hieronym. *Epist. ad Paulinum.*

num. Talis panis fuit etiam *cumanus*, cujus meminit Lucilius *l.* 25. apud Nonium *cap.* 5. *voc. acerosum* n. 97.

AREA in urbe dicitur locus sine ædificio *l.* 212. *D. de verb. signif.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Ubi frumenta secta terantur, & arescant, ateæ. Propter horum similitudinem loca in urbe pura *areæ*. At plerumque hoc verbum sic a Consultis accipitur, ut significet solum, cui ædes imponuntur, & quod depositis ædibus manet. Unde ædificii pars area statuitur *l.* 20. §. 2. *D. de servit. præd. urb.* Ad aream redacta ædes *l.* 10. §. 1. *D. quib. mod. ususfr. amitt.*

Sed & AREAM, ut Fest. *lib.* 1. indicat, adpellabant, in quam collecta ex omni tecto pluvia descendebat, quomodo accipimus in *l.* 2. 20. §. 3. *&* §. 6. *D. de serv. præd. urb.* Si area ab utralibet parte ædium sit *l.* 1. §. 8. *D. de cloac.* Hæc ita in prædiis urbanis. In rusticis vero prædiis area locus erat, qui terendis frugibus, leguminibusque exprimendis deserviebat *l.* 14. §. *ult. D. de alim. & cib. leg. l. ult.* §. *ult. C. de servit.* Unde *messium & arearum tempore* dixit Scævola *in l.* 15. §. 1. *D. de alim. & cib. leg.*

ARELATÆ fit mentio in *l.* 13. *pr. D. de inst. act.* Cassiodor. *Variar.* 8. scribit: Civitas est supra undas Rhodani constituta, quæ in orientis prospectum tabulatum pontem per fluminis dorsa transmittit. Auson. Pande, duplex Arelate, tuos, blanda hospita portus Gallula Roma Arelas. Idem *Epist. ad Paullinum*: Atque duplex Arelas.

ARENA, in Florentina sæpe harena vulgari significatione pro Sabulo in *l.* 6. §. 1. *D. de serv. præd. rust.* Priori autem modo juxta Servium *in Æneid.* 1. *v.* 176. ab *ariditate* posteriore vero ab *hærendo*, ut in fabricis videmus, derivatur. Superiorem tamen etymologiam magis probat.

Arena etiam ea pars theatri dicebatur, in qua gladiatorum, bestiarumque pugnæ exhibebantur, & edebantur *l.* 36. §. *ult. D. de rei vind. l.* 1. §. 6. *D. de postul.* Erat hæc ima, & concava theatri pars, quam Amm. Marcellin. *lib.* 29. *amphitheatralem caveam*, & qua gladiatorii ludi ubi edebantur, *Martiam* adpellat. Ovid. *trist. lib.* 4. *eleg.* 5. & Martial. *lib.* 1. *epigr.* 11. nec non *sanguineum humanum* idem Martial. l. 2. Epigr. 75. *tristem* Statius Papin. *lib.* 2. *silv. infamem* Prudent. *l.* 10. *contra Symmach. Ludus matutinus* est apud Reines. *Inscr. Class.* 5. 50. *Class.* 1. 15. 17. & Grut. *p.* 335. 2. & 3. Vid Lips. *in Amphitheatr.*

ARENARI, qui in arenam depugnandi caussa prodierunt, vel qui se in arenam ad depugnandas bestias dederunt *l.* 21. §. 2. *D. de test. e.* 38. *D. de oper. libert.* Quamvis vero infames haberentur tam desperatæ audaciæ homines, qui vitam ultro ad cultrum locabant, multoque magis, qui ob crimen ad bestias fuerant damnati, erant tamen, qui non mercedis, sed virtutis caussa ad amphitheatralem illam θηριομαχιαν descendebant, qualis ille Carpophorus laudatus a Martiale de spectaculis *Epigr.* 15. 23. & 27. HEIN.

ARENIFODINÆ in *leg.* 13. §. 5. *D. de usufr.* sunt loca, ex quibus arena effoditur *leg.* 7. §. 14. *D. solut. matrim.* ARENARIAS vocavit Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 2. Cajus in *l.* 13. *D. de publican.* & Cic. *pro Cluent. c.* 13.

ARESCERE dicuntur arbores *l.* 4. §. 1. *D. de cens.*

ARESCUSA, αρε κουσα *Blanda*, in jure nomen est ancillæ *l.* 15. 16. *D. de stat. hom.* Gell. *lib.* 9. *c.* 4.

ARETHUSA in *l.* 75. §. 4. *D. de verb. obl.* etiam nomen ancillæ, sed deductum a fonte Arethusa prope Syracusas, ex eoque Jurisconsultus in *l.* 65. §. 4. *D. de leg.* 3. *&* §. 1. *Instit. lege Aquil.* vel ab Arethusa Dianæ comite, de qua Virgil. *Georg.* 4. *v.* 344. Et tandem positis velox Arethusa sagittis. HEIN.

ARGENTARE æs. Paul. 5. *sent.* 25. 5. pro obducere argento. Falsi poena coercetur, qui sciens dolo malo in fraudem alicujus æs inauraverit, argentarit. Eodem sensum *argentatus*, dixit Liv. *l.* 9. *c.* 40. inargentatus Plin. *lib.* 21. *c.* 2. & Paull. *lib.* 3. *D de supellect. legat.*

ARGENTARIA, ipsa argentatiorum negotiatio: sic argentariæ officium *l. pen. D. de edend.*

ARGENTARII, seu argentariæ mensæ exercitores, mensularii erant, qui in foro tabernas & mensas suas positas habebant, apud quas fœnebres pecuniæ deponebantur, quod per partes erogabant, & collocabant, quarum probatio scriptura, codicibusque eorum continebatur *l.* 4. §. 1. *l.* 9. §. 1. *l.* 10. §. 1. *D. de edend.* Iii utiles se omnibus contractibus exhibebant: nam & mutuas pecunias dabant, & fidejubebant pro aliis, & constituebant, & minorem monetam pro argento permutabant *Novell.* 4. *sub fin. & Nov.* 136. Per eos etiam venditiones fiebant *l.* 18. *D. de petit. hæred.* nec non auctiones, Quinctil. *l.* 11. *c.* 1. Unde argentariorum usus necessarius esse dicitur *l.* 8. *D. deposit.* Singulorum autem rationes argentarii conficiebant, omniaque, quæ apud se gerebantur, in codices accurate referebant, qui idcirco edere postulantibus cogebantur *l.* 4. 6. 9. §. 1. *l.* 10. *D. de edend.* Vid. infra art. expensilatio. Argentarii porro a Justiniano αργυροπραται vocantur in *Nov.* 135. *præf.* item & argenti distractores in *l. ult. C. de pign. l. pen.* §. *ult. C. de constit. pec. l. un. C. negot. ne milit.* item argenti venditores, & pecuniarum *l.* 12. *C. de cohortal.*

ARGENTARIUM, in quo argentum reponitur *l.* 19. §. 8. *D. de aur. arg. leg.*

ARGENTARIUS coactor in *l.* 40. §. *ult. D. de statu lib.* & Argentariæ coactiones apud Suet. *in Vesp. c.* 1. Vetus Horatii interpres *lib.* 1. *serm. sat.* 6. Coactores, ait, mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam. Argentarii, qui habent summam rerum venalium. Coactores etiam dicuntur Argentarii in auctionibus, quia pecunias erogant (*lege corrogant*) qui & collectarii nominantur.

ARGENTIFODINÆ *l.* 3. §. *ult. de reb. eor.*

AR-

ARGENTUM. Hujus, aurive apellatione tam factum, quam infectum continetur *l.* 78. §. 4. *D. de legat.* 3. Proinde quum aurum vel argentum legatur, & vasa aurea, argenteave, & omne omnino sive factum, sive infectum argentum, non tamen signatum pecuniam legato contineri placuit *l.* 9. *pr.* & §. *ult. l.* 27. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

Argenti adpellatione nec supellex venit, nisi argenti numero a testatore habita est *l.* 19. §. 3. & §. 9. *D. de aur. arg. leg.* Itaque argentum accipimus id omne, quod ita ex argento est, ut neque suppellectilis instrumento cedat, neque proprio alicui, & speciali generi adscribi possit. Auctor *ad Herenn. lib.* 4. *c.* 51. Perspicit, ait, argentum, quod erat expositum, visit, triclinium stratum probat, argentum quoque vult. Et ita quoque accipiendum est in *l.* 4. *pr. D. de legat.* 1. *l.* 2. *D. de legat.* 2. *l.* 22. *pr. D. de manum. test. l.* 1. *l.* 3. §. 1. & §. *ult. D. de supell. leg.* argentum mensale vocat Vopisc. *in Claud. c.* 10. sic: Argentum ad ministerium præbere *l.* 5. §. 13. *D. commod.*

FACTUM porro ARGENTUM, quod nomen usurpatur in *l.* 27. *D. de adquir. rer. dom.* Mucius definiebat, vas argenteum videri esse. Ulpianus vero recte ita definiri posse ait, quod neque in massa, neque in lamina, neque in signato, neque in suppellectili, neque in mundo, neque in ornamentis esset *l.* 7. *pr.* & §. *ult. D. de aur. arg. leg.* Itaque *a signato* factum separatur Isidorus *lib.* 16. *etym.* definit, quod est in vasis, & signis. Proinde argento, aurove *facto* & gemmas aureis annulis inclusas, & cymbia argentea cristis aureis illigata, & aurea emblemata, quæ in lapidibus, absidibusque argenteis sint, & replumbari possint, adnumerari, si ea argenti numero testator habuerit, Paullus scribit in *l.* 32. *D. de aur. arg. leg.* Denique auro vel argento facto id continetur, ex quo auro argentove aliquid effectum est, sive id suæ, sive alterius usionis caussa paratum sit, quod in supellectilis nomen non cadit *l.* 19. §. 9. *leg.* 17. §. 4. *D. eod.* FACTI autem argenti plures sunt species, prout variis usibus subservit. Est argentum escarium, potorium, viatorium, balneare. Escario argento legato, quod & escale adpellatur in *l.* 8. *D. de supell. leg.* id debetur, quod ad epulandum testator in ministerio habuit, id est, ad esum & potum *l.* 19. §. *ult.* & §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Omnia itaque vasa propter escam parata, quæ non coquinatorii instrumenti sunt, legato cedent. Sed & ea, in quibus & potabat, & edebat testator, continebuntur *l.* 32. §. 3. *D. eod. tit.* In Argento potorio non id tantum, in quo bibi possit, sed & quod ad præparationem bibendi comparatum est *l.* 21. *D. eod. tit.* Viatorium vero argentum, & balneare dicimus, quo in itinere, & balneo quis uti consuevit *l. ult. pr.* & §. 1. *D. eod. tit.*

INFECTI ARGENTI adpellatio, ait Ulpianus, rudem materiam continet, id est: non factum *l.* 19. §. 11. *D. eod. tit.* Infectum enim argentum est rude, & in opera nulla conjectum argentum, & in massa constitutum, quemadmodum Arnob. *lib.* 6. *adv. gent. p.* 200. loquitur, & *l. fin. C. depos. l.* 19. §. 2. *D. de furt.* Hoc & grave alias adpellatur, ut Serv. *in* 6. *Æn. v.* 862. & Isidor. *etym. lib.* 16. *d.* 17. scribunt. Ceterum & factum argentum, si fractum, & collisum sit, infecto continetur. Nam factum argentum id videtur, quo commode uti possumus *l.* 27. §. 3. *D. de aur. arg. leg.* Vid. sub infectus.

Argentum muliebre l. 12. §. *ult. D. de instr. vel instr. leg.*

Argentum pusulatum in *l.* 31. *D. locat.* ut in P. Florentinis scriptum est. Nam apud Suet. *in Neron. c.* 44. & Martial. *l.* 7. *epigr.* 85. Pustulatum scribitur. Per id ut quidam interpretantur, intelligitur argentum purum, putum, & quod multo igne excoctum pusulos, seu tubernaculos collegerit. Promiscue autem veteres dixisse *postula*, *pustula*, & *pusula* ex Cujacio 7. Observ 39. & Bynkersh. 8. observ. 4. notat HEIN.

Est & aliud ARGENTI genus, quod signatum adpellatur, quod scilicet aliqua forma est expressum, veluti Philippi, & numismata *l.* 27. §. 4. *sub fin. D. de aur. arg. leg.* Eo aurei continentur per *l.* 19. §. 3. *D. de furt.*

Ceterum tria illa argenti genera perspicue complectitur Livius *lib.* 34. *c.* 6. Secundo dic, ait, aurum, argentumque factum, infectum, & signatum. Infecti argenti fuit pondo decem, & octo millia. Facti vasa multa omnis generis. Signati argenti octoginta quatuor millia fuere Atticorum.

ARGUERE, reum postulare, judicare, convincere significat *l.* 197. *D. de verb. signif. l.* 3. §. 13. *D. de Sc. Silan.* Arguere adulterii *l.* 37. *D. ad Leg. jul. de adul.* dolum *l.* 13. *C. de transact.* factum *l. ult. D. si ventr. nom.* metum *l.* 6. *C. de his quæ vi*. Arguitur ingratus libertus *l.* 4. *D. de obsequ. par.* & *patron.* prævaricatio *l. un. C. de sent. adv.*

ARGUMENTUM, ut Cic. *in partitionib. c.* 2. definit, est probabile inventum ad faciendam fidem, vel ut idem *in Topic. c.* 2. ratio, quæ dubiæ rei facit fidem, vel ut Quinctil. *lib.* 5. *c.* 10. ratio probationem præstans, qua colligitur aliud per aliud, & quæ, quod est dubium, per id, quod dubium non est, confirmat. Sic Argumenta rei; qua de agitur, dicere, id est, signa & notas *l.* 3. *pr. D. ad exhib.*

ARGUTUS & acutum hominem, & convictum facinorum significat, ut Priscianus *lib.* 10. interpretatur. Unde joci caussam arripuit Plautus *in pseudol.* 2. 4. *v.* 56. Quærenti namque *ecquid argutus est*: respondet CH. ex in perato: *Malorum facinorum sæpissime*. ARGUTO *pectine* dixere Arcad. & Honor. *l.* 4. *C. de vest.* &c. id est tenui.

ARIANI ab Ario dicti *l.* 6. *pr. C. de hæret.* De his vide Epiphanium 2. *Tom. hæres.* 69. Vid. Ariani.

ARICIA, primum a Romæ excelsa oppidum, in via Appia situm. Horat. in *lib.* 1. *sat.* 5. *pr.* Egressum magna me excepit Aricia, Roma hospitio modico. Reponen-

ponendam eam vocem in §. 9. *Inst. de obligat. quæ ex delict.* cum Cujacio censet Vvissenbachius *ad tit. D. de furt.* ubi alias legitur *in aciem* equum perduxit, infami mendo, judice Vvissenbachio *d. l.* Conf. locum Valerii Max. *lib. 8. c. 2. extr.* Sed nec infame hoc mendum est, nec necessaria Cujacii, & Vvissenbachii emendatio. Nam quamvis nota illa sit historia, quam præter Valer. Maximum & Symmachus *lib. 7. Epist. 69.* retulit: non tamen sequitur, ut vel Triboniano hæc scribenti, vel Caio, ex cujus fragmentis *l. 54. D. de furt.* magna ejus §. pars descripta est, notum non fuerit aliud exemplum hominis furti usus damnati, quod equum gestandi caussa sibi commodatum in aciem produxit. Sane & Theophilus non legit *Ariciam* sed *in aciem*, vertitque εἰς παράταξιν, & multo magis furti reus est, qui equum gestandi caussa sibi commodatum in aciem, ubi majus amittendi periculum est, quam qui Ariciam usque commodatum in proximum montem perduxit. HEIN.

ARIDI *fructus Nov. 32. c. 1.* Varro *de re rust. lib. 1. c. 13. Fructus aridi, ut est faba, fœnum.* Illis opponitur fructus humidi, quales vinum, & oleum. B. August. Epis. 122. Fructus aridos diripiunt, humidos fundunt. HEIN.

ARIOLUS. vid. Hariolus.

ARISTO, vid. in SALVIUS.

ARMA, quod ad interdictum de vi & vi armata attinet, sunt omnia tela, hoc est fustes, & lapides, non solum gladii, hastæ, framæe, id est, romphææ *l. 3. §. 1. D. de vi, & vi arm.* Cic. *pro Cæcin. c. 21.* in interpretatione istius interdicti: Armatos quos jure adpellare possumus? Opinor eos, qui scutis, telisque parati ornati sunt. Quid igitur si glebis, aut saxis, aut fustibus aliquem præcipitem de fundo dent? &c. Sed & in Lege Julia de vi publica Armatos intelligere debemus non utique eos, qui tela habuerunt, sed etiam quid aliud, quod nocere potest *l. 9. D. ad leg. jul. de vi publ.* ARMORUM quædam partes enumerantur in *l. 13. §. ult. D. de re milit.* ubi & ARMORUM custodis fit mentio, ut & in *l. ult. D. de jur. immun.*

ARMAMENTA dicuntur teste Sipontino, quæ ad instruendum aliquid pertinent. Sic Armamenta navis *l. 3. §. 1. C. de rei vind.* vel alia in *l. 3. §. 2. D. de supell. leg.* Sed & pro Armamentario accipitur armamentum in *Nov. 85. c. 1.*

ARMARI navis dicitur, quæ armamentis necessariis instruitur *l. 1. §. 7. D. de exercit. act.* Et contra exarmari dicitur, quæ armamentis suis spoliatur *l. 2. §. 1. D. Ad leg. Rhod.*

ARMARIUM *l. 30. pr. D. de adquir. poss. l. 19. §. 2. D. de judic.* Vetus Glossarium: Armarium est locus, ubi quarumcumque artium instrumenta ponuntur. Sic armaria librorum, aut vestium, aut armamentorum caussa parata *l. 3. §. 2. D. de supell. leg.*

ARMATUS. ARMATA manus, Vid. *Manus*, militia, Vid. *Militia.* vis, *rubr. D. de vi, & vi arm.* Ejus interpretationem pete ex *l. 3. §. 1. D. eod. tit.*

ARMENIA duplex est prima, & secunda *l. 5. C. de offic. magistr. mil.* Prima vocatur minor, Leuco Syria Græcis, Ararat Hæbreis. Secunda vocatur major. Hæbreis Aram, teste Aria Montano. Vid. Gothofr. *ad. d. l. 5.*

ARMENTA dicuntur majorum animalium, quemadmodum minorum grex *l. 12. §. 3. D. de usu, & habit.* Ita a grege, & equitio separantur l. 1. §. *ult. D. D. de rei vind.* Quare etiam armento legato boves, non etiam greges ovium, & caprarum continentur l. 81. §. *ult. D. de legat. 3.* Boves utique magis armentorum, quam *jumentorum* nomine adpellantur *l. 89. D. de verb. signif.* Servius tamen in *lib. 3. Georg. v. 286.* Armenta definit, equorum esse, & boum, quod hæc animalia apta sint armis, ut scutis boum coria, equi prælio. Quam opinionem tuetur ipse iterum in *lib. 3. v. 540. Æneid.* & addit: *Armenta quoque dicta sunt majora animalia, quæ arationi congrua sunt.* Et ab *arando* quasi *aramentum* dici armentum, probabilius videtur, quam ab *armis.*

ARMILLÆ enumerantur inter muliebria ornamenta in *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Armillæ autem & viriolæ sunt ornamenta manuum, quæ ψέλια, κλεῖα, περιχείρια. Vid. Cujac. 10. *obs. 17. in fin.* Festus *lib. 1.* Armillæ, inquit, erant ex auro, quas viri militares ab Imperatoribus donati gerebant, dictæ, quod antiqui humerus cum brachiis *armos* vocabant. Unde & arma ab his dependentia sunt vocata.

ARMUS eo significatu, quem ex Festo modo vidimus, accipitur in *c. un. circa med. verbis Principis unctio, de Sacra unct.*

ARNOLDISTÆ. Horum mentio est in *c. 15. de cretal. de hæret.* & in *authet.* Gazaros. *C. de hæret. & Manich.* Vide art. *Patareni.*

AROMA indicum species est ad vectigal pertinens *l. 16. §. 7. D. de publican.* Aromata in *l. pen. D. de usufr. ear. rer.* sunt herbarum fructus, odoris, & saporis grati, quibus utimur ad excalefaciendum ventriculum, vel ad appetentiam provocandam.

ARPAGONES in *l. 11. §. 21. D. de instr. vel instr. leg.* Vid. Harpago.

ARRA, vel ARRHA dicitur, quod emptionis nomine datur, ut evidentius probari possit, convenisse de pretio *l. 35. D. de contrah. emt. l. 16. C. de fid. instrum.* Sic Arræ nomine datur anulus in *l. 5. §. 15. D. de instit. act.* aut pecunia *l. ult. D. de lege commiss.* Dicitur autem arrha a græco verbo ἀῤῥαβών, quod *firmum* significat. Veteres arrhabonem adpellabant, ut Varro *l. 4. de ling. lat.* notat. Nec vero in argumentum modo contractæ venditionis, sed & sponsaliorum nomine arrhæ dantur *l. 38. pr. D. de rit. nupt.* Vetus Glossarium. Arra est non solum sponsio conjugalis, sed pro qualibet promissa re data, ut compleatur. Hunc autem arrharum usum in sponsalibus antiquissimum esse, jam alii ostenderunt, & in his Cujac. 11. *Obser.* 17. & Gronov. *not. ad. Gell. 17. 2.* HEIN.

AR-

ARRHALE pactum, in quo arrha intercessit *l.* 3. *C. de act. emt.*

ARRIANI ab Arrio Alexandrino Presbytero orti sunt, qui coæternum Patri Filium non agnoscens diversas in Trinitate essentias asseruit, contra illud, quo ait Dominus *Ego & Pater unum sumus c.* 39. §. 42. *caus.* 24. *quæst.* 3.

ARRIANUS ICtus citatur a Paullo in *l.* 5. *D. de grad. & l.* 47. *D. de oblig. & act.* nec non ab Ulpiano in *l.* 19. *D. de her. inst.* in qua Pomponius ei entepotur, & in *l.* 1. §. 4. *D. quod legat.*

ARRIUS Menander ICtus libros quatuor *militarium*, seu *de re militari* scripserat, ex quibus aliquot in pandectis capita sumta sunt. Citatus is ab Æmilio Macro in *l.* 1. *D. de veteran. & mil. succes. & l.* 14. *D. de poen.* Et a Marciano *l.* 13. §. 4. *D. de re milit.* Menandri etiam Arrii consiliarii meminit Ulp. *l.* 11. §. 2. *D. de minor.*

ARROGANTIA in violandis legibus, i. e. temeritas *l. un. C. de priv. carc.*

ARROGATIO, & arrogare. Vide Adrogatio.

Αῤῥωστία ægrotatio, quam a νοσήματος, πάθει, νόσω subtiliter distinguit Paull. *l.* 5. *D. de ædilit. edict.* HEIN.

ARS liberalis *l.* 4. §. *ult. D. de decr. ab ord. fac.* Ovidius *ingenuas* non semel vocat.

ARTES *ludicræ, quæ*, ut Seneca interpretatur, *ad voluptatem oculorum, aut aurium tendunt*, qualem facere intelliguntur saltatores gesticulatores, mimi, pantomimi, histriones, & alii id genus, non item athletæ, designatores, similesque *leg.* 1. *leg.* 3. *l.* 4. *D. de his qui not. infam.* Cicero referente B. Augustino *de civ. Dei lib.* 2. *c.* 13. Quum artem ludicram, scenamque totam in probro ducerent. Sic Aesopum, Rosciumque ludicræ artis peritissimos vocat Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 10. Idem ejusdem *libri c.* 7. Quapropter nos ludicra ars Roscium, sed Roscius ludicram artem condemnavit. Et ita artes ludicras accipere debemus, de quibus Columella in *proœm.* Quinctilian. *de caus. corr. eloq. III.* 7. & Plin. *in panegyr. c.* 56. Artem ludicram facere *l.* 37. *pr. D. de oper. libert. l.* 14. *D. de poen.*

Artes aliæ sunt vetitæ, de quibus *l.* 7. *D. de extraord. crim.* aliæ laudabiles, ut *ars* æqui, & boni *l.* 1. §. 1. *D. de just. & jur.* fabrica *l.* 19. *fin. D. de instr. vel instr.* leg. geometriæ *l.* 2. *C. de malef. & mathem.*

ARS, & ARTES pro dolo *l. un. C. de his qui ad stat. conf. l. un pr. C. de suffrag. l. C. solut. matrim.*

Ἀρτάβαν meminit Justinianus *Edict.* 13. *c.* 6. ARTABA autem mensura apud Ægyptios modios quinque capiens, auctore B. Hieronymo *lib.* 2. *comment. in Esaiam c.* 5. Fuit & mensuræ Persicæ medimnum Atticum, & prætetea tres chœnices capientis, idem nomen, ut Herodot. *lib.* 1. & Pollux. *lib.* 14. *Onomast. c.* 23. & Suid. *in verba* ἀρτάβη tradunt.

ARTAXATA, cujus mentio fit in *l.* 4. *C. de comm.* *merc. & mercat.* fuit Urbs Armeniæ, de qua Strabo, & Plutarchus *in Lucullo*, qui præter Dionem, & Tacitum, Artaxata plurali numero dixerunt. At in *d. l.* 4. *C.* Artaxatam singulari legimus.

ARTEMO est velum navis minus majori adpensum *l.* 242. *pr. D. de verb. signif.* & ibi Cujac. Adde de artemone Jo. Brodæi *miscell.* l. 6. 10. *c.* 19. ubi simul. notat Alexandrum ab Alex. *Genial. dier. lib.* 1. *c.* 25. per *artemonem* intelligentem trochleæ genus, cujus meminit Vitruvius *Archit. lib.* 9. *c.* 5. Dictum ab ἀρτάω *suspendo*, quod veluti alterius veli adpendix est, & ex altero velo pendet. Hoc sensu ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα, *tollere* artemonem, dixit Lucas *Act. Apost.* 6. 27. *v.* 40. HEIN.

ARTICULATA vox *l.* 10. *C. qui test. fac. poss.*

ARTICULATE loqui *l.* 29. *pr. C. de testamen.*

ARTICULEIANI SC. sententia exponitur in *l.* 51. §. 7. *D. de fideic. libert.* Id forte ab Articuleio Pæto Consule factum, qui cum Trajano una Consulatum gessit.

ARTICULUS non pro particula tantum, id est præpositione, conjunctioneve, ut articulus *tum* in *l.* 4. *D. de cond. & dem.* sed & pro quolibet verbo ponitur. Sic verbum *est* articulus vocatur in *l.* 34. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* articulus *quisquis* in *l.* 29. *D. de hæred. inst.* Quin etiam pro clausula, & oratione sumitur, ut in *l.* 27. §. 2. *D. ad* SC. Trebell. *Detracto hoc articulo, Quisquis mihi hæres erit*, & pro casu & specie facti *l.* 12. *D. de legib. l.* 9. *D. de stat. hom.* aut specie unius generis, Ut in duos articulos divisio deducitur *l.* 1. *pr. D. de rer. divis.*

IN ARTICULO pro in continenti *l.* 2. *C. de offic. comit. sacr. palat.*

Articulus denique pro interloquutione accipitur in *l.* 5. *C. quor. adpel. non rec.* ubi Græci verba: Ab articulo adpellare verterunt κατὰ διάλαλιν, ab *interlocutione*. Quo sensu & in *l.* 1. *l.* 3. *l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* id vocabulum accipi, observarunt Cujac. 12. *obs.* 6. & Jac. Gothofr. *ad Cod. Theod. Tom.* 4. *p.* 295. HEIN.

ARTIFEX homo *l.* 43. *pr. D. de contrah. emt.*

ARTIFICES servi, qui aliquod artificium callent, & in aliquo artificio versantur *l. ult. pr. D. de op. serv. l.* 12. §. 42. *D. de instr. vel instr. leg.* quibus ibi opponuntur mediastini, qui nullam certam artem exercent sed in mediis ædibus præsto, & ad obsequia quæque parati sunt. Festus: Artifices dicti, quod scientiam suam per artes exercent, sive quod apte opera inter se artent, quæ ex caussa etiam artes adpellatæ sunt.

ARTIFICIUM servi ab *officio* separatur *l.* 65. §. 1. *D. de legat.* 3. nec non ab *operis*, ut in *l.* 11. §. 1. *D. ad exhib.* Add. l. 26. §. 12. *D. de cond. indeb.*

Artificium ab officio non mutatur. Et ideo si lecticarius legatus sit, & is postea coquus fiat, legatum non exstinguitur *leg.* 65 §. 1. *D. de legat.* 3. Et si quis textorem ostiarium fecerit non ad aliud *artificium*, sed

ad

ad alium *usum* transtulisse servum videtur *l. 61. D. de legat. 3.* ARTIFICIUM, veluti grammaticam docere *l. 71. pr. D. pro soc.*

Artificium pro commento, fraude, & machinatione *l. 15. §. ult. D. D. de excus.*

ARTUS tabescentes atro sanguine *l. 1. C. de emend. servor.*

ARTALES FRATRES numero XII. qui pro frugibus, & anni ubertate sacra faciebant, & semel in anno ambarvali sacrificio lustrabant agros, prodigiaque arborum fulmine tactarum procurabant. Iidem vero & de terminis motis cognoscebant *l. 14. C. Theod. de pagan. sacrific. & templ.* Glossar. vetus: Arvales sodales οἱ περὶ ὅρων διαγνώσκοντες. Cujus rei ratio, quod Terminum in Deorum numerum retulisset Romana superstitio. Cujac. 10. *obs.* 34. Ulr. Obrecht. *Diss.* de *Termino Deo.* Frustra ergo hos sacerdotes finales controversias diremisse negat Brissonius in art. *Arbiter*: nec magis cognitio de finibus ab eorum sacerdotio aliena fuit, quam a munere pontificum cognitio de sepulcris, vel ab officio fecialium disceptatio de foederibus. HEIN.

ARUNDINETUM locus, ubi arundo provenit *l. 9. §. 7. D. de usufr.*

ARUNDO caedua in *leg.* 40. §. 1. *D. de contrah. emt.* Arundine utebantur ad palos *l. 9. §. 7. D. de usufr.* & pro ligno in Ægypto *l. 55. §. 5. D. de legat.* 3. Arundines porro *arbores* dici observamus *l. 3. §. 1. D. de arb. furt. caes.*

ARUSPES. Vid. HARUSPEX.

ARVUM ager, in quo sationes fiunt *l. 4. pr. D. de censib.* Varro *de re rust. lib. 1. c.* 19. arvum adpellari tradit, quod aratum nec ratum est, similique modo Festus: Arvum dicimus agrum nec dum satum.

AS erat quidquid Ad μονάδα, atque unitatis rationem poterat reduci, quasi εἷς. Fluxit *assis* vox a Doribus, Siculis, & Tarentinis, a quibus & ipsum gravius ponderis numum, & plerasque rei pecuniariae adpellationes Romani acceperant. Nam ex Dorico αἷς Tarentini, & Siculi fecerunt ἄς. Inde Romani utrumque vocabulum *Æs*, & As habuerunt. Quorum vocabulorum eadem erat significatio, quia primus As ex aere fuerat percussus. Conf. Scalig. *in Varr. de ling. lat.* 4. *p.* 69. Hinc Romani omne totum *assem* vocabant, idque dividebant, in duodecim uncias, quasi id demum esset perfectum, quod XII. partibus, vel unciis constaret. Habeat autem & hae partes propria nomina ab *uncia* usque ad *assem*, puta haec: Uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bes, dodrans, dextans, deunx, as *l. 13. §. ult. l. 50. §. ult. D. de hered. inst.* Atque ex asse haeres institutus intelligebatur ex solida haereditate *l. 7. D. de cond. & demonstr.* & ex asse dicebatur auferre hereditas, quae tota auferebatur *l. 2. D. de his, quae ut indign.* Quin modo ex asse, id est ex toto, ac solidum modo *ex parte* legatum dicitur deberi *l. 1. §. 11. D. ut legator. causs.* Et ex asse vel *pro parte* quis dicitur possidere *l. 15. §. 1. D. qui satisd. cog.* Eademque figura Columella *de re rustica* 2. 3. dixit: In asse fieri octo menses, & dies decem, id est, subductis & computatis omnibus diebus. Porro actio ex asse, id est, in solidum dari dicitur in *l ult. princ. D. de donation.* Ex asse impendium reddere, Plin. *lib. 1. Epist. 15.* Ex asse satisdare *l. 5. §. 11. D. ut in possess. legat. caus.* satisfacere *l. 1. §. 1. D. de Separat.* vendere *l. 9. pr. D. quib. mod. pign.* vindicare *l. 40. §. ult. D. de legat. 3.* Hereditatis autem partes iis designabant nominibus, quibus assis partes designari modo vidimus, ut infra ex articulis nomina illa exhibentibus apparebit. Sed & omne quodlibet nominibus illarum assis partium notabant *l. 76. D. pro soc.* Ita enim & fundum dividebant, quemadmodum *bessem*, & *trientem* fundi a jumadver timus in *l. 39. §. 2. D. de evict.* nec non *quadrantes*, & *semissem* fundi in *l. 8. D. de rei vind.* Et pretii quoque *bessem* dixit Ulpian. *l. 12. §. 8. D. mand.* Usuras etiam assis partibus distinguebant, ut sub voce usurae videre est.

Ἀσαφῶς loqui, id est obscure: quod vitium vocis est in *l. 9. D. de Aedil. Edict.*

ASCENDENTES Jurisconsulti vocant parentes, majoresque nostros, a quibus geniti, & procreati sumus, ut contra DESCENDENTES eos, qui ex nobis prognati sunt *l. ult. D. de rit. nupt.*

ASCETERIUM, monasterium *l. 33. C. de episc. & cler.* quasi locus exercitationi virtutis, & disciplinae destinatus. Nam & ipsi monachi *Ascetae* dicti, quod eorum vita jugis esset exercitatio, variis distincta officiis lectionis, orationis, & manuum operis. Origen. *adv. Cels. lib. 5. p. 264.* Simili figura & moniales ascetriae dictae, quae in funeribus psallebant *l. 45. 48. C. de Episc. & cler.* HEIN.

ASCLEPIADES in *l. 34. D. de jur. fisc. l. 2. C. si cert. per.*

ASCODROGITÆ in *l. 5. C. de haeret. l. 65. C. Theod. eod.* haeretici fuere, qui utrem inflatum in sua ecclesia positum, ac coopertum veneratione prosequebantur, & circa eum lascivientes, more bacchantium, discurrebant, auctore Philastrio Brix. Episcopo *in Haeres. catalogo c. 75.* Iidem ab Augustino *de haeres. c. 62.* ASCIDÆ vocatur ab ἀσκὸς uter, quem perhibebantur inflatum, & apertum circumire bacchantes. Abusos eos dicto Servatoris *Matth. 9. v. 17.* & in Galatia protissimum bacchatos esse, praeter Philastrium refert auctor *praedestinati*. Vid. Jo. Alb. Fabric. *not. ad Philastr. ibid. p. 143.*

ASIA, provincia, quae proconsulari imperio regebatur *l. 6. §. 1. D. de cust. q. & exhib. reor. l. ult. §. 9. D. de censib.* Ea, quemadmodum Cicero *pro Flacco c. 27.* tradit, constabat ex Phrygia, Mysia, Caria, Lydia. Et pars quidem est Asiae juxta fines ampliores latissime patentis apud Melam *lib. 1. c. 1. & 2.* Herodian. *lib. 6. c. 2.*

ASIA-

ASIANI pro Aſiaticis *l.* 4. §. 5. *D. de offic. proconſ.* ASIANA dioeceſis in *l.* 5. *C. de metallar.*

ASIARCA, qui ſacerdotio totius Aſiæ fungebatur *leg. ult. C. Theod. de expenſ. ludicr.* Vid. ſupra art. ALITARCHIA *ſub. fin.*

ASIARCHIUM hoc ipſum eſt Aſiæ provinciæ ſacerdotium, cujus mentio fit *l.* 8. *pr. D. de vacat.*

Ασήμως loqui dicitur, cujus vox abſque intellectu, & ſignificatione eſt *l.* 9. *D. de ædelit. edict.*

ASINUS machinarius quid ſignificet, vide infra art. Machinarius Aſina molendaria eſt in *l.* 18. §. 2. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.*

ASPARGO. Ulpianus in *l.* 4. §. 2. *D. de lege Rhod. ſi vicenum ait, merces duorum fuerint, & alterius aſpargine decem eſſe cœperint*, id eſt περιαλυσμασι, ut gloſſarium vetus, id eſt Lexicon B. Germani, interpretatur. Aſpargi nequidem legitur Florentiæ, ſed alibi tantum non ubique adſpergo ſcribitur, quia omnia compoſita a verbo ſpargo A in E mutare ſolent. HEIN. Utuntur hac voce & Virgil. *lib* 8. *Æneid. v.* 534. Ovid. *metamorph. lib.* 3. *v.* 683. Plin. *lib.* 36. *cap.* 22. Sil. Ital. *Lib.* 4. & 14.

ASPECTU, & ex aſpectu *l.* 2. *D. de feriis l.* 23. *D. de minor.* id eſt, inſpectione, ut loquitur Juſtinian. pr. Inſt. *quib. mod. tut. fin. Sic in l.* 3. *C. ſi minor ſe major*. Si alterius conveniendi cauſſa minor ætate majorem te adſpectu probare liberaverit. Sed & adſpectus auri eſt in *l.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Adſpectus publicus in *l.* 2. *C. de ædif. priv.*

ASPER numus, Vide, quæ adducta ſunt in art. *Numu.*, ex quibus conſtat, veteribus quidem numos quoſdam ASPEROS dictos fuiſſe, quamvis veteres, an novi, recenſque cuſi eo nomine venerint, nondum ſatis explicatum videatur Heineccio, qui addit ab hoc verbo non dici aſpraturam, ſed hujus vocis aliam videri originem. Habebant enim, ait, Græci recentiores, & hodie adhuc habent monetam minutiorem argenteam, quam a colore aſpram, id eſt *albam* vocant, a voce ασπρος, quæ nova Græcorum dialecto *album* ſignificat. Car. Du-Freſne gloſſar. lat. *Tom. I. p.* 354. Quod ergo ab iis, qui pro minore moneta ſolidos ſibi comparabant, collybi loco addendum erat, aſpratura vocabatur. Gloſſar. vetus *aſpractura*, κολλυβος.

ASPERITAS dominorum §. *ult. Inſt. de his, qui ſui, vel al. jur.* quæſtionis *l.* 15. §. 1. *D. de quæſt.*

ASPERNANTER quem habere *l.* 6. §. 3. *C. de poſtulando.*

ASPERNARI pro recuſare *l.* 1. *pr. D. quod quiſque jur.* Non aſpernatur prætor conſilium *l.* 8. *D. de collation.*

ASSERERE, ASSERTOR, & ſimilia vid. in adſerere.

ASSIDVUS juxta Feſtum, pro locuplete, quaſi multorum aſſium, & eſt ab eſſe dando. Quatenus vero a ſedendo derivatur, aliam habet ſignificationem, quam vide in verbo Adſiduus. Vide. Soſipat. *lib.* 1. *Inſt. Gramat.* Gell. *Noct. Attic. l.* 16. *c.* 19. Eo ſenſu Plaut. *Amphitr. l.* 1. *v.* 18. Hoc magis miſer eſt divitis ſervus. Noctesque, dieſque aſſiduo ſatis ſuperque eſt, Quis dicto, factoque ad eſt opus, quietus ne ſis. Dubium an eodem ſenſu *urbani* Aſſidui dicantur ab eodem *in Trinumn.* 1. *v.* 165. Quum vero opulentiores, & aſſidui cives in claſſes referrentur, eoque ſepararentur a proletariis, & capite cenſis, facile patet, cur orator, vel poeta *claſſicus aſſiduuſque* ſcriptor, non proletarius Gellio *l.* 11. *c.* 8. idem fit, ac præclarus, & eximius. HEIN.

ASSIGNARE. Vid. adſignare.

ASSISII dicuntur beneficiarii, qui tamen canonici non ſunt, ſerviuntque eccleſiæ *c. pen. de cler. non reſid. in antiq.* Sic autem dicuntur quaſi aſſidui. Eoſdem & Manſionarios vocari adnotat *ibid.* Bernardus.

ASSURIUS ſermo pro aſſyrio *l.* 1. §. *ult. D. de verb. oblig.*

ASTROLOGUS in *l.* 15. §. 13. *D. de injur.*

ASTUTIA plerumque pro dolo, & calliditate ponitur *l.* 3. *C. de tempor. & repar. adpell.* uti & aſtute *l.* 2. *C. de legib.* Aliquando tamen & pro prudentia ſumi, jam obſervavit B. Auguſtinus Epiſt. 29. HEIH.

Αστυνομοι in *lib.* 1. *D. de via publ.* quæ ex Papiniani αστυνομικω ſingulari ſumta eſt, ii ſignificantur, qui ædilitatem in municipiis gerunt, ad quos etiam viarum cura pertinet. Vid. ſub voce Ædilis.

ASYLUM *l.* 17. §. 12. *de ædilit. edict.* Serv. *in* 8. *Æneid. v.* 342. interpretatur *Templum miſericordiæ, unde nullus poſſet abduci*. Liv. *lib.* 35. *cap.* 5. Ubi, & in fano, lucoque ea religione, & eo jure ſancto, quo ſunt templa, quæ ASYLA græci adpellant. Cadmum dum Tebas concederet, primum ferunt aſylum inſtituiſſe, quo perfugientes ſive ſervi, ſive liberi ab omni pœna tuti eſſent, indeque trahi non poſſent. Alii tamen prognatos Herculis primos aſylum Athenis aperuiſſe dicunt: Cum enim Hercules e terris commigraſſet, nepotes ejus, eos forte timentes, quos avus vexaverat, Athenis aſylum collocarunt, unde neminem per vim extrahi fas eſſet, ut Servius in 2. & 8. *Æneid.* tradit, eum Statii locum citans 2. *Theb.* Fama eſt defeſſores acie poſt buſta numinis, Herculeos ſedem fundaſſe nepotes. Sic ſacraſſe loco commune animantibus ægris confugium. Horum exemplo Romulus, & alii multi aſylum aperuere. Romulus, ut quam ocyſſime urbem conditam civibus repleret, ampliaretque, ſacrum quemdam locum inter collem, & capitolium aperuit, ad quem quiſquis, quamlibet ſceleſtus, confugiens, non tantum ab omni pœna tutus eſſet, verum etiam civitate donaretur. Auctores ſunt hujus rei

rei locupletissimi Livius in 1. *ab urb. cond.* Dionys. Halicarnas. 2. *Antiquit. Roman.* Plutarch. *in Romulo*, & Strabo *lib.* 5. *Geogr.* commeminitque Virgil. in 8. *Æneid.* inquiens: Huic lucum ingentem, quem Romulus acer asylum retulit, & gelida monstrat sub rupe lupercal. Et Ovid. 4. *Fastor*. Romulus ut saxo locum circumdedit alto, Quilibet huc, inquit, confuge, tutus eris. Cum vero hæ asylorum impunitates malefaciendi ansam iniquis hominibus præstarent, Tiberium Cæsarem, ne impunita essent crimina, eas abrogasse legimus: quem tamen Junoni Samiæ, & Æsculapii delubro veterem immunitatis morem restituisse, prodit historia. Justa certe asylorum auctoritas ea quondam fuit, ut magis affectis injuria, & potentiorum formidine oppressis, quam sceleratis hominibus serviret. Nam & Thesei sepulcrum apud Athenienses, quemadmodum Plutarchus in Theseo scribit, servis, atque humilioribus fortuna hominibus, & potentiorum opes formidantibus, asylum constitutum est: nec delictis voluntariis veteres refugium esse aras putaverunt. Coras. *Miscell. lib.* 5. *c.* 23 Ferrand. Adduens. *lib.* 2. *explic. c.* 4. *circa fin.*

ATAVIA abavi, vel abaviæ mater *l. ult.* §. 16. *D. de gradib. & adfin.*

ATAVUS abavi, vel abaviæ pater, proavi, vel proaviæ avus, avi, aviæve proavus, patris, vel matris abavus *d. l. ult.* §. 16.

ATEIUS CAPITO maximæ auctoritatis Ictus, qui & consul fuit *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur. l.* 29. *D. de rit. nupt.* Tacitus *l.* 1. *ann. c.* 76. 77. de eo scribit; Capito Ateius, de quo memoravi, principem in Civitate locum studiis civilibus adsequutus, sed avo centurione, Sullano patre prætorio. Consulatum ei acceleraverat Augustus, ut Labeonem Antistium, iisdem artibus præcellentem, dignatione ejus Magistratus anteiret &c. Fuit certe ad obsequium principum non sine adulationis reprehensione pronus, quo famam suam maculasse, dehonestasseque dicitur. Id adeo ex eo intelligitur, quod Tiberio vetante, L. Fanii, equitis Romani nomen inter reos recipi, quum is magistratus postularetur, quod effigiem principis ad usum promiscuum argenti vertisset, noster hic Ateius, quemadmodum Tacitus *Annal.* 3. 70. memoriæ prodidit, per libertatis speciem Imperatori blandiens, non debere patribus jus de reo cognoscendi, statuendique eripi, censuit, nec tantum facinus impunitum relinquendum. Auctor est Suetonius *de illustr. grammat. cap.* 22. a Pomponio Marcello Tiberium in oratione reprehensum, adfirmante vero Capitone, verbum, de quo quæstio erat, & Latinum esse, & si non esset, futurum certe, dixisse Marcellum: *Jam mentitur Capito. Tu enim Cæsar, civitatem potes dare hominibus, verbis non potes.* Itaque quum se totum Principum servitio mancipasset, Antistium Labeonem arguebat. Ei rei testimonio est, quod Gell. lib. 13. c. 12. scriptum reliquit *In quadam Epistola Ateii Capitonis legimus, Labeonem Antistium legum, atque morum populi Romani, jurisque civilis doctum apprime fuisse. Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia, atque vecors, usque adeo, ut Augusto jam principe, & rempublicam obtinente, ratum tamen pensumque nihil haberet, nisi quod justum, sanctumque esse, in Romanis antiquitatibus legisset.* Vide supra de Labeone sub voce ANTISTIUS. Sane Ateius divini humanique juris peritissimus fuit, teste Macrobio, qui *lib.* 6. *saturnal. c.* 13. pontificii juris inter primos peritum vocat. Argumento sunt ejus libri. Gellius enim *lib.* 1. *c.* 6. verba quædam ejus ex quinto librorum, quos de jure pontificio composuerat, citat. Festus quoque librum sextum pontificalem, Macrobius vero *lib.* 3. *c.* 10. librum ejus de jure sacrificiorum laudat. Collectaneorum idem (an conjectaneorum) libros scripserat. *Collectanea* adpellantur apud Gell. *lib.* 2. *c.* 24. ex iisque librum 8. qui de judiciis publicis inscriptus erat, idem Gellius *lib.* 4. *c.* 14. citat. At. *lib.* 20. *c.* 2. & apud Non. Marcellum in voce *Sitinices*, conjectanea adpellantur. Ejus quoque Epistolas Gellius *lib.* 13. *c.* 12. laudat. Scripserat de officio Senatoris, teste eodem Gellio lib. 4. c. 20. Citatur & a Plinio *hist. nat.* 14. 13. sed apud eum *l.* 2. *c.* 24. corruptum ejus nomen est. Citatur & nomine Capitonis Ateii e Festo in verbis *Porcam*, *Propudianus*, *Reus promittendi*, & *Rutilæ*. Rursus Atei Capitonis nomine a Proculo in *l.* 13. §. 1. *D. de servit. urb. præd.* & Ateii nomine in *l.* 79. §. *ult. D. de jur. dot.* & *l.* 30. §. *ult. D. de legat.* 3. Add. *l.* 39. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* & *l.* 2. §. 4. *D. de aqu. & aqu. pluv.* De ejus consulatu addit Heineccius ex *l.* 2. §. 27. *D. de orig. jur.* Labeonem oblatum sibi consulatum ideo adspernatum esse, quia non ordinarius, sed suffectus Consul designandus esset, atque inde colligi posse videri, Capitonem ordinarium fuisse, eamque indignationis caussam habuisse Labeonem, quod Capitone deterioris conditionis esse juberetur. At Fastos Capitonis nomen nusquam proferre. Quod enim Muretus in *not. ad d. l.* 2. §. 47. Capitonis consulatum reperiisse sibi videtur in Fastis *an.* V. C. 764. in eo magnopere ille falsus est. Eo enim fasces retulit Capito quidem collega Germanico Cæsare, non autem noster, sed Fonteius Capito. Dicendum ergo potius, Ateium Capitonem non ordinarium, sed suffectum fuisse, & quidem ex Kalend. Jul. anni ab V. C. 758. Nam iis mensibus illum Consulem cum C. Vibio Postumo laudat marmor apud Gruter. *inscr. p.* 997. *n.* 9. & aliud *pag.* 1082. 2. Vid. Perizon. *animadv. hist. c.* 1. *p.* 19. Almeloveen *Fast. consul. p.* 66. Ita HEIN.

ATER sanguis *l. un. C. de emend. serv.* ubi homi-

micidii rei esse jubentur domini, qui labescentes servi artus atro sanguine permixta sanie defluentes pene in ipsis cruciatibus adegerint vitam relinquere sævitia immanium barborum.

ATHLETÆ, qui virtutis gratia palæstra exercentur *l.* 4. *D. de his qui not. infam.* Athletæ judiciorum vocantur advocati in Justiniani Constitution. *omnem reip. ad antecess.* §. 6.

ATILIA lex (non Attilia) jubebat mulieribus, pupillisve non habentibus tutores dari a Prætore, & majore parte Tribunorum plebis, quos Tutores Atilianos vocabant. Ulpian. *fragm.* 11. 18. *& rrbr. tit. Inst. de Atilian. tut.*

ATILICINUS non levis juris auctor, cujus plures in libris nostris exstant sententiæ, quæ a posterioribus jurisconsultis, nullo neque libro, neque libri indice adscripto, laudantur. Is alias Proculo anteponitur, ut in *l.* 27. *D. de pact.* alias postponitur, ut in *l.* 5. *D. de servit. præd. rust.* & *l.* 21. §. 9. *D. de rec. arb.* Itaque uter utro antiquior fuerit, dubium est. Verum omnem dubitationem ipse Pomponius eximit, qui Atilicinum citat in *l.* 48. *D. de legat.* 1. Ac fortassis is est, qui Proculum per litteras consulit in *lib.* 17. *D. de pact. dotal.* Ex hoc Cæsaris ad Statilium Taurum rescriptum refertur in *l.* 35. *D. de servit. præd. rust.*

Idem plerumque vel Proculi, vel Nervæ sententiis suffragatus est, ex eoque colligunt viri docti, eum Proculeianorum partibus addictissimum fuisse. HEIN.

ATINIA lege cavebatur, ut ne res furtiva usucaperetur, nisi in potestatem ejus, cui subrepta esset, reversa fuisset *l.* 4. §. 6. *l.* 33. *pr. D. de usucap.* *l.* 215. *D. de verb. signif.*

Plebiscitum autem fuit teste Gellio *lib.* 8. *c.* 17. Legem hanc singulari commentario illustravit vir non indoctus, sed Cujacio iniquissimus Hadr. Pulvæus, quem libellum recusum novimus in *Thesaur. jur. civ. Tom.* 4. *p.* 327. HEIN.

ATNEPOS, vel, ut in Pandectis Florentinis varie svribitur, Adnepos, adneptis. Hi sunt abnepotis, vel abneptis, filius, filia, pronepotis, vel proneptis nepos, neptis, nepotis, vel neptis, pronepos, proneptis, filii filiæve abnepos, abneptis *l.* 1. §. *quinto*, & *l. ult.* §. 16. *D. de grad. & adfin.*

ATORNATI dicuntur procuratores apud acta constituti *in c. un.* §. 3. *de stat. regul. in* 6. sed in codice, quem præ manibus habeo, ibi lege Adornati. Sane apud Du-Fresne *in glos. med. & infim. latin.* Atornare est instruere, adornare.

ATQUE pro ac si *l.* 61. *pr. v. sed si tutor D. de administr. tut.*

ATQUIN pro atqui *l.* 78. §. *pen. D. de legat.* 3. *l.* 19. *D. de negot. gest.* *l.* 56. *D. ad Sc. Trebell.* in Pand. Florent.

ATRIENSES servi, qui atrium observabant, & custodiebant *l.* 19. -. 1. *D. de usufr.* *l.* 203. *D. de verb. signif.* Hi & atriarii dicuntur in *l.* 1. §. 5. *D. naut. caup. & Stab.*

ATROCITAS facinoris, vel sceleris *l.* 157. *pr. D. de reg. jur.* verborum *l.* 4. *C. de obsequ. patr.* In atrocitate non debet patria potestas consistere *l.* 5. *D. ad Leg. Pompei. de parricid.*

ATROCITER tractare *l.* 2. §. *ult. D. de his, qui sui*.

ATROX abactor *Collat. leg. Mos. & Rom. tit.* 12. §. 2. crimen *l.* 27. §. 1. *D. de minor.* injuria §. 9. *Inst. de injur.* persona & famosa *l.* 3. §. 1. *D. de offic. præf. vigil.*

ATTENDERE, advertere in *l. fin. D. de testib.*

ATTENTARE. Vide supra adtentare.

ATTESTARI, pro testimonium denunciare. Attestari vicinos, Paull. 2. *sent.* 26. 3.

ATTESTATIO est testimonii denunciatio in *l.* 3. §. 1. *C. de jur. dom. impetr.*

ATTINGERE quis dicitur bona, qui se iis immiscet, eaque adprehendit *l.* 1. §. *ult. D. de separat.* Eodem sensu Attingere hæreditatem *l.* 25. §. 12. *D. de adquir. hered.*

Attingere pro accipere, subire, suscipere. Sic Attingere pecuniam *l.* 20. §. 14. *D. de hered. pet.* tutelam *l.* 7. §. 1. *D. de tutel.*

Attingere quem cognatione *l.* 5. §. 12. *D. de injur.* metropolim *l.* 4. §. 6. *D. de offic. proconf.* Singulares loquutiones sunt: Attingat hoc ejus personam *l.* 86. *D. de leg.* 1. ATTINGI suspicione cædis, vel conscientia *l.* 1. §. 30. *D. de SC. Silan.* vinculis patriæ potestatis *l.* 4. *fin. C. de pact. conv.*

ATYPUS in Florentinis legitur *l.* 19. §. *ult. D. de Ædilit. edict.* In aliis editionibus *atyphus*. Prior lectio firmatur testimonio Gellii *l.* 4. *c.* 2. ubi itidem junguntur *balbus*, & *atypus*, isque locus eo est notatu dignior, quod desumtus est e loco Cœli Sabini ad *Edictum Ædilitium*. Glossa vetus apud Scalig. *in lection. Ausoniar* 2. 9. ATTUBUS, μογιλάλος, μογγὸς, ἄτυπος, ut facile pateat, ita adpellari eum, qui verba profert minus articulata, ut intelligi ab audientibus nequeat. Vid. Ducker. *de Latin. vet. jurisconsul.* p. 404. HEIN.

AVARITIA præceps *l.* 3. *C. de naut. fœn.* Avaritiæ cupido *l.* 3. §. 3. *C. commun. de legat.* Hoc vitium πάσης πονηρίας πρόξενον τε καὶ ῥίζαν, omnis nequitiæ principium, & terminum vocat Justin. *Nov.* 8. *pr.* §. 1.

AUCEPS, aucupes servi *l.* 90. §. 1. *D. de legat.* 3. Aucupibus rescriptum *l.* 16. *D. de servit. præd. rust.*

AUCTIO pretii in subhastationibus adjectio. Auctionem facere, Cic. *in Verr.* 2. 19. Auctionis diem obire, id est, die, quo auctio proscripta, & proposita est, adesse. Cic. *pro Rosc. c.* 8. Auctione

emere *l.* 1. §. 8. *D. pro emt.* sub auctione licitari *l.* 5. *C. de fid. hast. fisc.*

AUCTIONALIA, rationes super auctione confectæ *l.* 1. §. 3. *D. de tut. & rat. distr.* Auctionariæ tabulæ apud Cic. *in Catil.* 2. *c.* 8. Basilica ἐξαργυρωτικὰς λόγους, *mensarias rationes* interpretantur, idcirco, ut quidem existimat Brissonius, quod apud argentarios licitationes, auctionesque fieri, & adjectiones admitti solerent, quarum probatio eorum codicibus continebatur.

AUCTOR. Ita scribendum, non *autor*, vel *author*, est enim ab augendo. Et cam scribendi rationem ex marmoribus, numis, & codicibus vetustissimis confirmat Cellar. *orthograph. p.* 91. AUCTORES in jure nostro dicuntur, a quibus jus in nos transiit, & a quibus caussam habemus, sive sint venditores, ut in *l.* 4. §. *ult. l.* 55. §. *ult. D. de act. emt. l.* 28. *l.* 61. *pr. l.* 64. §. 2. *D. de evict.* & aliis locis, sive ii sint, quorum hæredes sumus, ut in *l.* 1. *C. Hermogen. de succes. Bona, quæ quum moreretur* AUCTOR *tuus, ejus fuerunt, solemniter petis*: ubi auctor Consultationis veteris male reponit *actor.* Vid. Schulting. *jurisp. vet. Antejustin p.* 716. Ita & interpres Paulli 1. *Sent.* 3. 4. *Actio de exsequutione judicatarum rerum non solum ipsi* AUCTORI, *qui egit, competit, sed & hæredi similiter debetur.* Et hi sunt primi auctores. Nam secundi auctores dicebantur, qui pro evictione fidejubebant *l.* 4. *p. D. de evict.* qui βεβαιωταὶ a Justiniano vocantur in *Novell.* 4. *c.* 2. & *venditionis firmatores* a Juliano Patricio. Ut vero auctor, ita & auctrix dicitur *l.* 16. *C. de evict.* Horum auctorum alii *boni, locupletes, idonei*, alii *mali* dicebantur. Hinc eo sensu auctor *adesse* dicitur ad agendam caussam *l. C. de peric. & commod. rei vend.* itemque *defugere*, vel *auctoritatem* defugere, si nolit emptoris defensionem caussæ suscipere *l.* 13. *D. de verb. oblig. l.* 30. §. *ult. de evict.* Auctorem laudare dicitur emtor *l.* 6. §. 5. *D. de act. emt.* eique denunciare *l.* 35. §. *ult. D. de evict.*

Auctor, id est suasor, impulsor, sic auctor cædis *l.* 7. *C. de his quib. ut indign.* auctor servo delinquentis *l.* 3. *D. de noxal. act.* Antonius oratione in senatu habita auctor fuisse Senatui dicitur censendi in *l.* 32. *pr. D. de don. int. vir. & ux.*

Auctores quoque dicebantur, qui mulieribus propter sexus infirmitatem dabantur, sine quibus nec ullam quidem rem privatam agere poterant, ut ait Liv. *l.* 34. *c.* 2. Add. Cic. *Topic. c.* 11. & Senec. *lib.* 2. *controv.*

Auctores juris adpellantur jurisconsulti *l.* 39. *D. de act. emt. l.* 32. *D. de usur.* & alibi passim. Sic Gell. *lib.* 2. *c.* 10. Servius Sulpicius juris civilis auctor. Et Aggen. Urbic. *in Comm. Frontin. p.* 57. Cassius Longinus prudentissimus juris auctor. Inde prudentibus auctoritas tribuitur *l.* 24. *D. de hered. instit.* Et Proculum *non levem juris auctoritatem* vocant divi fratres in *l.* 17. *D. de jur. patron.* Iidem *auctores* sine vocabulo adjecto vocantur *l.* 1. §. 3. *D. de usufr. adcresc. l.* 2. §. 13. *D. de orig. jur.* sive diversæ Scholæ auctores §. 2. *Inst. de emt. vend.* id est Jurisconsulti Proculi partibus addicti.

Auctor præterea adpellatur is, cujus autoritate quid fit, geritur, contrahitur. Sic quid fieri dicitur auctore judice *l.* 137. *D. de reg. jur.* Prætore vel Præside *l.* 1. *C. de præd. min. l.* 1. §. 9. *D. quod legator.* tutore, veluti ad litem *l.* 27. *pr. D. de testam. tut.* Ac plane auctorem fieri idem est, ac dicere, probare se id, quod agitur *l.* 3. *D. de auctor. & cons. tut.* Nec enim præsentia corporis sufficit ad auctoritatem, si tutor vel somno, vel morbo oppressus taceat, vel invitus retineatur *l.* 1. §. *ult. D. eod. tit.* Nec multum interest, abfuerit tutor, quum negotium gereretur, an præsens ignoraverit, quale esset, quod contraheretur *l.* 15. *D. eod.* Atque ita Prætorum, tutorumque auctoritatem accipimus *tit. D. & C. de auctorit. tut.* & *l.* 8. *D. de transact.* eaque auctoritas accomodari, interponi, & intervenire dicitur.

Auctor pro petitore accipitur in Papiniani *resp. tit.* 32. auctorem cujuscumque negotii, id est petitorem adversarium suum interpellare debere HEIN.

AUCTORAMENTUM sacramentum, quo se obstringebant illi, qui se ad ludum gladiatorium locabant, vendebantve quoque, se dira quævis subire, *uri, vinciri, ferroque necari*, & ista *vel invitos pati* velle, spondebant. Hæc enim atrocis istius sacramenti verba servavit Senec. Epist. 35. Hinc *auctoramento rogatus ad gladium* apud Auctorem *Coll. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 3. Suet. *in Tib. cap.* 7. Quinctilian. *declam.* 9. Ad sacramentum militare id vocabulum transfertur *l.* 1. *C. Theod. de quæst.* ubi illud auctoramentum *militiæ* dicitur.

AUCTORARI, auctorem fieri, auctoritatemque accomodare, & interponere significat *l.* 4. *D. de auct. tut. l.* 9. *D. de eo, quod fals. tut. auct.*

AUCTORATI etiam dicebantur, teste Acrone *in Hor. lib.* 7. *serm. sat.* 7. qui, intercedente auctoramento, vel sacramento ad ludum se vendiderant, uti & auctoratio gladiatorum venditio erat. Quinctil. *Declam.* 302. quæ inscribitur *Auctoratus ad sepeliendum patrem*: Quidam, ait, ut patrem sepeliret, auctoravit se. Senec. in Apoc. Claudii: Sed & proximo munere inter noxios auctoratos. Liv. *lib.* 7. Eo enim pignore veluti auctoratum sibi proditorem ratus est. Sic auctoratus depugnandi caussa apud auctor. *Coll. leg. Mos. & Rom. tit.* 9. §. 2. De his auctoratis vid. Lips. 2. *Saturn.* 3. & 5. & Schulting. *jurispr. vet. antej.* p. 746. ubi *auctoratos* a Julico Firmico Materno *lib.* 3. *Math. c.* 5. & *lib.* 4. *c.* 15.

15. & auctores dictos esse, quod ipsi essent auctores venditionis suæ faæi, observat post Salmas. ad Trebell. Pollion. Gallien. c. 12. HEIN.

AUCTORITAS pro jure dominii in XII. Tab. Nam tabula 3. cautum fuerat, ut *adversus hostem* (peregrinum) *æterna auctoritas esset*. Cic. *de offic.* 1. 12. & Tab. 6. *Ut usus auctoritas fundi biennium, ceterarum rerum annuus usus esset*. Idem *Topic. c.* 4. Ita etiam in Lege Atinia: *Quod subreptum erit, ejus rei æterna auctoritas esto*.

Auctoritas actio pro evictione, ut Venuleius interpretatur *l. ult. D. de evict.* quam græci βεβαιώσεως δίκην vocant, ut Pollux *l.* 8. *Segm.* 34. scribit. Sic apud Paull. 2. *Sent.* 17. 3. Res empta mancipatione, & traditione perfecta, si evicantur, auctoritatis venditor duplo tenus obligatur. Et auctoritatem præstare dixit Cic. *pro Cluent.* promittere Senec. *lib.* 4. *nat. q.* defugere *Plaut. pœnul. Act.* 1. *Sc.* 1.

Auctoritatis Instrumenta, quibus origo rerum, & probatio juris nostri continetur, quæ vulgo titulos adquisitionum adpellamus *l. ult. D. de pign. act.* auctoritatis tabellas Senec. 4. *Controv.* 22. Tertull. *de præscript. adv. hæret.* Habes origines firmas ab ipsis auctoribus, quornm res fuit.

Auctoritas pro jussu, & voluntate superiorum. Sic ex auctoritate apud Gruter. *Inscr. p.* 222. 1. *& p.* 247. 6. 7. Hinc auctoritas Augusti *l.* 7. §. 47. *D. de orig. jur.* judicis *l.* 2. *C. de rescind. vend.* magistratum *l.* 3. §. 1. *D. de reb. eor.* patrum *l.* 2. §. 12. *D. de orig. jur.* præsidiis *l.* 2. *C. si propt. publ.*

Auctoritas porro tribuitur omnibus, quæ vel publicis auspiciis, vel rite, & ex legum præscripto fiunt. Hinc auctoritas contractus *l.* 1. *C. Si antiquor.* decreti *l.* 50. *D. ad SC. Trebell.* juris *l.* 6. *C. de rer. permut.* legum *l.* 3. *C. de pagan.* rei judicatæ *l.* 27. *D. de inoff. test.* Senatus-consulti *l.* 15. §. 1. *D. ad leg. Cornel. de fals.* sententiæ *l.* 18. *D. de accus.*

Auctoritas etiam prescribi dicebatur pro Senatus consultis, quum ob id, quod iis quis intercessisset, eorum, qui adfuerant nomina conscribebantur, ut ex Cic. *l.* 8. *ad Famil. epist.* 8. & *lib.* 8. *de Or. c.* 2. patet.

Auctoritas magistratuum pro litteris, & edictis, quæ publicis locis proponunt, aliquid jubentes, vetantesve *l. ult. C. de fabricens. l.* 20. *C. de aquæd.* Sic & in Cassiodoro aliquoties, & in Beatorum passionibus, ut vocant, hoc verbum accipitur. Denique & eruditis in sua arte auctoritatem tribui animadvertimus. Sic auctoritas Hippocratis *l.* 12. *D. de Stat. hom.* prudentum *l.* 7. *D. de just. & jur.* Tuberonis *l.* 7. *D. de suppellect. legat.*

AUCTUMMUS adjective. Auctumnis fœtibus decerpendis in *l.* 11. *T. Theod. de feriis* Auson. *Eidyll.* 8. Mordeat auctumnas frigus subtile pruinas. Gell. *lib.* 9. *cap.* 7. Quodam tempestatis auctumnæ die. Vid. Jo. Frid. Gronov. 3. *observ.* 24. *pag.* 668. HEIN.

AUCUPARI & aucupium *l.* 3. §. 1. *D. de adquir. rer. dom. l.* 9. §. 3. *D. de usufr.*

AUCUPATIO, captatio verborum *l.* 1. *C. de formul. & impetr. act. subl.* Aucupia verborum dixit Cic. *pro Cæcina c.* 23. & verborum aucupes *lib.* 1. *orat. c.* 55. HEIN.

AUDACIA furoris *l.* 7. *D. unde vi.*

AUDACIOR factus *l.* 2. §. 1. *D. si is qui testam. lib.*

AUDENTER *l.* 29. §. 14. *D. de lib. & postum.*

AUDIANI hæretici in *l.* 5. *C. de hæret.* qui & Odiani, Epiphan. *E. tom.* 1. *hæres.* 70. Add. Theod. 4. *hist.* 10.

AUDIENTIA, quæ Episcopis tribuitur *tit. C. de Episc. aud.* nuda fuit cognitio sine ulla exsequendi potestate, quo sensu accipi id verbum videtur in *l.* 1 *C. de jurisd. l. un. C. ne lic. potent.* & *l.* 8. *C. de ordin. jud.* Sozom. *Hist. Eccles. lib.* 1. *c.* 9. τὰ ἐγγραφα κρινόμενα παρὰ τῶν ἐπισκόπων ἄγειν τοὺς ἄρχοντας, καὶ τοὺς διακονοῦντας αὐτοῖς στρατιώτας, i. e. Judicata ab Episcopis ad effectum perducere magistratus, & qui illis ministrent, milites. HEIN.

AUDIRE. Audiens dicto, i. e. obtemperans *l.* 1. §. 3. *D. si quis omiss. caus. test.*

Audire judex, præfectus urbi, præses dicitur, qui cognoscit. Hinc audire caussam *l.* 26. *D. de adpell.* crimina *l.* 6. *D. de accus.* custodias *l.* 12. *D. de publ. jud.* mulierem propitiis auribus *l.* 23. *D. de jur. dot.* querelas *l.* 12. §. *ult. D. de re milit.* reum *l.* 1. *D. de fur. baln.* AUDIRI non oportet ignaviam prætendentes *l.* 78. §. 2. *D. de legat.* 2. i. e. eorum dicta non admitti debent.

AUDITIO. Sub tuæ sedis auditione *l.* 32. *C. Theod. de navicular.* Vid. & *l.* 28. *C. Theod. de cohortal.*

AUDITOR in *c. super quæstionem* 27. *de offic. & pot. jud. deleg.* a judice separatur, caussæ quippe audiendæ, ut de ea referat, non autem definiendæ commissus.

AUDITORES pro discipulis in *l.* 2. §. 42. *D. de orig. jur. l.* 1. §. 6. *D. de aqu. pluv.* Seneca *lib.* 9. *Controvers.* 2. Initio contumeliæ caussa a deridentibus discipuli Latronis auditores vocabantur: deinde in usu verbum esse cœpit, & promiscue poni pro discipulo auditor. Addatur Cujac. *obs.* 27. *c.* 4. HEIN.

AUDITORIUM, locus, in quo caussæ agebantur *leg.* 1. *D. an. per al. caus. adpell. l.* 1. §. *ult. D. ne de stat. defunct.* Ἀκροατήριον vocatur *Act. Apost. c.* 25. *v.* 23. sic majus auditorium est judicium superius *leg.* 54. *D. de sent. & re jud.* Auditorium recipere, i. e. caussæ cognitionem *l.* 41. *D. de recept. arb.* Auditorium sacrum in *l. ult.* §. 2. *C. de temp. adpell.* id est auditorium principis, ut *in l.* 18. §. 2. *D. de min. l.* 22. *D. ad SC. Trebell.*

Auditorium locus acroasibus scholasticis destinatus *l. ult. C. Theod. l.* 1. *C. Justin. pe stud. liberal.*

AVE, vel HAVE formula, qua rescripta vel auspicabantur, vel finiebant, e. g. Have Anthemi carissime nobis *l.* 2. *C. Theod. de offic. rect. prov.* Similis est inscriptio *l.* 9. *C. de adpell. & l.* 11. *C. de excus.* quam ex vetere codice MSC. ita restituit Cujac. 1. *observ.* 15. Habe *Crispine*, *carissime nobis*. Habe pro have, uti bibere pro vivere. Propria Imperatoribus fuisse videtur hæc salutandi formula, ceu innuit etiam Mamertin. in *panegyr. c.* 29. Pontifices Romani eodem exemplo bullis suis subjicere solebant, *Bene valet*, quod Leo PP. IX. in monogramma contraxit, ceu ostenderunt Mabillon. *de re diplom.* 2. 14. & Heinecc. de sigill. I. 12. 4. p. 144. HEIN.

AVEHERE *l.* 4. §. *ult. D. de peric. & comm. rei vend.*

AVELLERE *l.* 17. *de fund. dot. l.* 3. §. 9. *D. de statu lib.* Paul. 5. *sent.* 2. 5. *l.* 1. *D. de term. met.*

AVENA pro herbis inutilibus una cum frumento cœlo humido provenientibus *leg.* 27. §. 14. *D. ad leg. Aquil.* Si lolium, aut avenam in alienam segetem injecerint. In *l.* 15. §. 2. *D. locat. herbarum segretes corrumpentium* nomine venit. Ceterum notum est, lolium, & avenam conjungi etiam a Virgilio *Georg.* 1. *v.* 151. *Interque nitentia culta, Infelix lolium, & steriles dominantur avenæ.*

AVERSIO, Aversione venire dicitur, quod confuse, & universaliter, sive pretio insimul dicto, non in singulas res constituto venit, ut Caius loquitur in *l.* 35. §. 5. *seq. D. de contrah. emt.* seu confuse universis rebus venditis constituto pretio, ut in *l.* 36. *D. de Ædilit. edict.* Aversione vinum venisse accipe, quum omne, quantumcumque fuit, uno pretio venit, non in singulas amphoras, vel metretas certo pretio constituto. Sic & in *l.* 62. *fin. D. de contr. emt.* Aversione locatum opus, id est uno pretio, non in singulas operas, ut Javolenus loquitur *l.* 51. §. *ult. D. locat.* Unde in *l.* 36. *D. eod.* Aversione locatum opus opponitur ei, quod ita conductum est, ut in pedes, mensurasque præstetur. Ita in *l. ult.* §. *ult. D. de leg. Rhod.* ubi: Aversione navem conductam, & pro numero impositarum amphorarum mercedem constitutam, distinguit Paullus. Eodem modo accipe & in *l.* 1. §. 15. *D. de exercit. act.* De hoc autem vocabulo Ictis proprio vid. Ant. August. 3. *Emend.* 6. Cujac. 8. *observ.* 15. Connan. 7. *Comment.* 10. 6. Turneb. 30. *adversar.* 37. Raevard. 2. *var.* 7. Ducker. *de latin. vet. jurisc. p.* 437.

AVERTA in *l.* 12. *C. de curs. publ. l.* 47. 48. *C. Theod. eod. tit.* quid significet, explicat Græcus interpres apud Budæum in *adnot. ad l. eos.* 27. *D. ad Leg. Cornel. de fals.* Αβερτα, ait ille, τουτεστι το υποσαγμαλον, οπερ επιφερονται κατα του νωτου, εστι και αυτο εξηκοντα λιτρων, καλειται δε αβερτα εκ του αποστρεφεσθαι. Averta, id est, ferculum ansatum, quod ferunt in dorso. Est & ipsum sexaginta librarum, & ab avertendo nomen accepit. Usus eo vocabulo jam est vetus interpres Horat. *lib.* 1. *sat.* 6. *v.* 106. ubi explicaturus, quid *mantica*, sit, *pera*: inquit, *mantica*, *averta*: adeoque falluntur, qui avertam pro genere vehiculi habent HEIN.

AVERTARIUS equus, cui id onus, vel ferculum imponitur *l.* 22. *C. Theod. de curs. publ.*

AVERTERE onus, Tertull. *lib.* 5. *adv. Marcion. si nullum omnino onus avertisti, vel adulterasti.* Unde oneris aversi actio in *l.* 31. *D. locat.* Avertere hæreditatem dixit Cic. *l.* 12. *ad famil. Epist.* 25. & *l.* 13 *Epist.* 29. Aversa, id est subtracta in *leg.* 2. §. 3. *D. si is, qui test. lib.*

AVERSA sella *l.* 1. §. 5. *D. de postul.*

AUFERRE, interdum est alieni juris rem, invito ignoranteve eo, qui eam habet, tenet, possidet, tollere. Sic auferre furto rem *l.* 3. *C. de possid.* clam rem commodatam *l.* 59. *D. eod.* & dicitur plerumque de rebus mobilibus, quæ anima carent *l.* 17. *D. de evict.* Auferre tamen aptum, dixit Proculus in *l.* 55. *D. de adquir. rer. dom.*

Auferre pro nancisci, consequi, recuperare, veluti agendo *l.* 12. §. 7. *D. de evict.* per adpellationem *l.* 57. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* per bonorum possessionem *l.* 35. *D. de vulg. & pupill. subst.* ab intestato *l.* 12. *pr. D. de injust. rupt. irrit.* ex testamento *l.* 43. *D. de hered. pet.* evictione *l.* 38. §. 6. *D. de verb. obl.* falcidia *l.* 10. *D. de dot. præleg.*

AUFIDIUS NAMUSA. Vid. voc. Namusa.

AUFIDIUS TUCCA ex Servii auditorium numero fuit, ut Namusa *leg.* 2. §. 44. *D. de orig. jur.*

AUFUGERE aliquem pro ab aliquo fugere *l.* 1. *D. ubi quis de curial. vel cohortal.*

AUGERE. Auget qui æstimationem *l.* 7. §. 2. *D. de don. int. vir. & ux.* crimen *l.* 6. §. 1. *C. de re milit.* dotem §. 3. *Inst. de donat.* pretium *l.* 12. *C. de act. emt.* Augetur societas *l.* 26. *D. pro socio.*

AUMMENTUM dicitur, quod rei accedit *l.* 20. §. 3. *D. de hered. pet.*

Hinc ad augmentum dare *l.* 9. §. *ult. D. de administr. & peric.* AUGMENTUM dotis *l.* 31. §. *ult. solut. matrim.* fœnoris, & fructuum *leg.* 44. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* fœtum, & partuum *l.* 3. *pr. D. de instr. leg.* fundi *l.* 8. *pr. D. de legat.* 1. hæreditatis *l.* 26. *D. de hered. pet.* patrimonii *l.* 10. *C. arbitr. tut.*

Augmentum pro adjectione pretii *l.* 4. *C. de fid. & jur. hast. fiscal.* In *l.* 9. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* nonnullæ editiones habent augmentum, quam formam & in quibusdam codicibus Palladii *de re rust. Decembr. tit.* 6. & *Febr. tit.* 25. observarunt viri docti. Sed quum Florentiæ & ibi legatur augmentum, non est, quod de analogia istius vocis disputemus. Ducker. *de Latinit. vet. Jurisconsf. p.* 411. Obiter tamen monendum, id vocabulum & in Varron.

ron. *lib.* 4. *de ling. lat.* reperisse sibi visum Scaligerum in *Conjectan. p.* 48. ubi pro *agumentum* legi jubet *augmentum*. HEIN.

AUGURES ab avium garritu dicti sunt. Eos consuli prohibet *l. 5. C. de malef. & mathem.*

AUGUSTA principis uxor *l. 30. D. de legib.* Quamvis autem Pulcheria, quæ Augusta cognominatur in *l. ult. C. Theod. de lustr. coll.* non fuerit Augusti conjux, sed soror, solebant tamen principes & aliis illustribus feminis Augustæ domui cognatione, vel adfinitate junctis Augustarum titulum concedere veluti matribus, sororibus, consobrinis, quamvis domo Augusta enuptis *l. 12. D. de senator.* Exempla ex historicis, gemmis, numis collegerunt Paul. Alex. Maffeus *in gemm. antiq. p.* 43. & Ezech. Spanhem. *de us. & præst. numism. Tom. 3. p.* 270. Immo & repudiatas aliquando ab Imperatoribus Augustarum cognomen retinuisse, demonstravit Phil. a Turre de ann. Imper' Marci Aurel. Anton. *Hein.*

Augusta domus *rubr. C. de privil. dom. August.* id est Imperatoria. Augusta fortuna pro ipso Imperatore in *l. ult. C. de judic.*

AUGUSTALIANUM judicium in *l. ult. C. Theod. de patrocin. viar.* id est augustalis præfecti.

AUGUSTALITAS *l. 11. C. Theod. de censit. peræquat.* i. e. dignitas augustalium.

AUGUSTANA colonia in *l. 1. §. 1. D. de censib.* ubi Haloander legit *Augustiniana*.

AUGUSTALIS præfectus *rubr. tit. D. de offic. præf. August.* id est præfectus Ægypti, ut est *in l. 1. D. eod. tit.* qui & Augustalis absolute adpellatur *l. 57. 59. C. de decurion.* Vid. infra sub art. præfectus.

AUGUSTALES vicarii *l. 2. C. qui per met. judic.* Erant & alii Augustales diversissimi ab illis Ægypti præfectis. Hi enim, qui & Sodales Augustales dicebantur, erant sacerdotes in honorem Augusti instituti a Tiberio in urbe XXV. ex viris primariis, in municipiis quaterni, seni, & aliquando plures Tacit. *Annal.* 1. 54. *Hist.* 2. 95. Grut. *Inscr. p.* 149. 5. *& p.* 249. 5. Alicubi & totum corpus Augustalium in decurias suas erat descriptum, Grut. *p.* 1088. 12. & *p.* 326. 8. in quod & feminæ recipiebantur, Lips. *ad Tacit. Annal.* 1. *pag.* 14. 25. Grut. *p.* 1088. 1. 12. *p.* 417. 4. Præerat toti corpori Magister Augustalis, Grut. *p.* 1088. 5. *& p.* 149. 5. Reines. ad inscr. p. 186. qui æque ac ipsi Augustales e decurionibus lecti. Noris. *Cenotaph. Pisan. p.* 78. Hi vero non solum sacra faciebant, sed & aliquando jus dicebant, & curam viarum gerebant, Grut. *p.* 421. 7. *p.* 152. 3. *p.* 149. 5. non quidem tamquam Augustales, sed tamquam magistratus, quia sæpe tali dignitate una cum sacerdotio isto fungebantur, ceu contra Reinesium probavit laudatus Noris. *Cenotaph. Pisan. l. 6. p. 77. sequ.* qui & docuit, non perpetuum fuisse hoc Augustalium sacerdotium, sed temporarium. Unde II. Augustalis adpellatur L. Cancrius apud Gruter. *p.* 19. 6. Denique observandum, & collegia quædam suos habuisse *Augustales*, *Mag. Augustales*, *Seviros Augustales*, *& Priores*, de quibus Reines. *ad inscr. p.* 29. HEIN. Augustalis Sevir judex municipalis erat, a Decurionibus factus, ut ex *l. 5. & l. 59. C. de decurionib.* junctis epitaphiis, quæ Mediolani exstant, *Fausto VI. vir Augustalis, qui inter primos Augustales a Decurionibus Augustalis factus est.*

AUGUSTUS. Eo cognomine, qua ratione, quaque de causa ornatus fuerit Octavius Cæsar, docet Dion *lib.* 53. cujus verba ex G. Xylandri versione hæc sunt: Sed posteaquam ea, quæ pollicitus fuit, reipsa perfecit, ibi demum Augustus a Senatu, populoque adpellatus est. Etenim cum statuissent peculiari quodam cognomento insignire, ac alii alia referrent, ac probarent, Cæsar quamvis Romuli nomen vehementer adpeteret, tamen cum sentiret, hinc se suspectum adfectati regni fieri, eo amisso, Augustus quasi hominis natura amplior ipse cognominatus est. Augusta enim ea, quæ honore dignissima, ac sanctissima sunt, dicuntur, ideoque σεβαστὸν Græci Augustum interpretati sunt, quasi venerandus dicas Add. Suet. *in Aug. c.* 7. Ovid. *Lib.* 1. *Fast. v.* 609. *sequ.* Pausan. in Laconic. *l. 3. c.* 11. A Divo Augusto lata est Lex Julia de adulter. teste *l. 1. D. ad leg. jul. de adult.* Ejus libri, quos de vita sua conscripserat, citantur in *l. 1. D. de cadav. punit.* Eum enim vitam suam triginta libris Contabricotenus bello, nec ultra exposuisse, testatur Sueton. *in Aug. c.* 85.

AUGUSTUM privilegium in *l. un. §. 14. C. de caduc. toll.* nihil aliud est, quam quod legem Imperii vocant Alexander Imperator *l. 3. C. de testam.* id est *Lex regia*, quæ de Imperio principum lata est, & qua eis, & in eos omne suum imperium, ac potestatem populus contulisse dicitur *l. 1. pr. D. de const. princip.* & §. 6. Inst. *de jur. nat. gen. & civ.* HEIN.

AVIA patris, vel matris mater *l. 34. D. de negot. gest.*

AVIARIA l. *66. D.* de legat. *3.* caveæ, quibus aves concludimus.

AVIDIUS. Cassius *l. 60. D. de pact.*

AVIS, Avibus legatis, & anseres, & gallinæ, & phasani, & aviaria debentur *l. 66. D. de legat.* 3. quæ Lex integrior exstat in Paul. 3. *sent.* 6. 76. Quum enim hinc adjecisset: *An autem phasanarii, & pastores anserum,* (simul debeantur) *voluntatis quæstio est.* Tribonianus, & socii ita refinxerunt hæc verba: *Phasianarii autem, & pastores anserum non continentur, nisi id testator expressit.* Quasi vero voluisse nihil potuerit testator, nisi quod verbis expressit. HEIN.

AVITUM, ab avo, vel avia profectum. Avitæ res *l. 30. §. ult. D. de ex. rei jud.* AVITA lex *l. un. D. Theod. de bon. codicill.*

AULA, pars ædium *l. 1. C. de his quib. ut indign.*

AULÆUM, Scenæ adparatus *l.* 11. §. 5. *D. de usufr.* Donatus *præf. ad Terent.* Aulæa, ait, *in scena sternuntur, quod pictus ornatus erat, ex Attalica regia Romam usque perlatus, pro quibus siparia posterior ætas accepit.* Ac plane aulæa ab aula Attali Regis Asiæ, in qua primum inventa sunt vela ingentia, nomen traxisse Servius *in 3. Georg. 5. v. 25.* tradit. Lucret. *lib. 2.* Sic tibi tolluntur festis aulæa theatris, Surgere signa vides.

AULAZANUF *l. 3. de cond. insert.*

AULUS CASCELLIUS, Q. Mucii Volusii auditor, qui quæstoria dignitate contentus consulatum adspernatus est, quum ei ab Augusto offerretur. Is librum unum Ben edictorum scripsit. Auctor Pomponius *l. 2. §. 46. D. de orig. jur.* Cujus loci indicio mendum quod Plinii codicibus, tam in auditoris, quam præceptoris edendo nomine, tenacissime hæret, detexit Brisson. Hic enim quod apud illum *l. 8. hist. nat. c. 11.* scriptum est: *Apud nos Volcatium nobilem qui Cæsellium jus civile docuit, canis a grassatore defendit*, reponit, *Volusium, qui Cascellium jus civile docuit.* Additque, Cascellium hunc acerrimum rei publicæ libertatis adsertorem, & vindicem fuisse, quo nomine debitis a Valerio Maximo laudibus adfectus fuit *l. 6. c. 2.* in hæc verba. Aulus Cascellius vir juris civilis scientia clarus, quam periculose contumax! Nullius enim aut gratia, aut auctoritate compelli potuit, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, formulam componeret, hoc animi indicio victoriarum beneficia extra ordinem legum ponens. Idem quum multa de temporibus Cæsaris liberius loqueretur, amicique, ne id faceret, monerent, duas res, quæ hominibus amarissimæ videantur, magnam sibi licentiam præbere, respondit, senectutem, & orbitatem. Ita Valerius. Ejusdem summam juris peritiam commendavit Horatius in *art. poet. v. 371.* Ad eum enim pertinet, quod ait, Nec scit, quantum Cascellius Aulus... Ad quæ verba vetus interpres: *Cascellius*, ait, *jurisperitus fuit, & sapiens, ut Gellius testatur.* Cascellius porro littera L. geminata adpellantur in *l. 158. D. de verb. signif.* & sparsim in legibus nostris.

AULUS OFILIUS in Servii Sulpicii auditoribus nominatur *l. 2. §. 44. D. de orig. jur.* Ut ibidem refertur, libros de jure plurimos scripsit, veluti de *legibus vicesimæ, de jurisdictione.* Item Edictum Prætoris primus diligenter composuit. Præterea libros *juris partiti* complures, quorum secundus, & quintus citantur in *l. 55. §. 1. D. de legat. 3.* Ejusdem liber 16. actionum laudatur in *l. 3. §. 5. & §. 8. D. de penu leg.* Citatur & Ofilius *Ad Atticum* in *l. 234. §. ult. D. de verb. signif.* Idem non modo a Cicerone laudatur, sed & C. Julio Cæsari fuit familiarissimus, quamvis honores non ambiverit, sed in equestri ordine consenuerit *l. 2. §. 44. D. de orig. jur.* Cæsaris auspiciis eum primum edictum prætorium composuisse, idque opus tamquam edictum aliquod perpetuum publica auctoritate receptum esse, tradit Henr. Dodwell. *Prælect. Cambd. p. 780.* sed nihil eorum, quæ Cæsar de jure civili in ordinem redigendo cogitarat, exitum habuisse, consilia omnia fatis illius principis turbantibus, satis notum est ex Sueton. *Cæs. c. 44.* Præterea tota illa res veterum testimonio destituitur, nullumque, nisi in Dodvelli ingenio præsidium reperit. De libro Ofilii ad Atticum legendus est Menag. *amœnit. jur. c. 42.*

AVOCARE pro abducere. Sic avocare aquam *l. 26. D. de damn. infect.* hereditatem *l. ult. D. de his quæ in test. del.* hominem *l. 36. D. de noxal. act.* pignora *l. 6. C. de oblig. & act.* possessionem *l. 2. pr. D. de act. emt.* AVOCARI ab officio *l. 24. §. ult. D. de judic.* a signis *l. 3. §. ult. D. de testib.* AVOCARE cui rem pro ab aliquo *l. 1. §. 11. D. ad leg. falcid. l. 36. D. de noxal. act. l. ult. D. de his, quæ in test. del.*

AVOLARE, & revolare dicuntur aves mansuefactæ *l. 5. §. 5. D. de adquir. rer. dom.*

AURA communis, id est aer communis *l. 23. C. de pœn.*

AURARIUS canon in l. 10. *C. de excus. mun.* præstatio fuit a mercatoribus conferri solita, quæ & Auraria pensitatio vocatur in *l. 2. C. de fund. patrim.* præstatio *l. un. C. Theod. de annon. & trib.* functio *l. 13. 19. C. Theod. de lustr. coll.* ratio *l. 29. C. Theod. de suscept. præpos.* Item Aurum mercatoribus indictum *l. 6. C. Theod. de lustr. coll.* negotiatorum collatio *l. ult. C. Theod. de excus. artif.* Et hoc fortassis est *aurum negotiatorium* apud Lamprid. *in Alexand. c. 33.* a quo id aurum Romæ remissum refert: Aurarius susceptor *l. 1. C. de apoch. publ.* qui aurum cellarum suscipit.

AURELIUS ARCADIUS CHARISIUS magister libellorum librum singularem *de officio præfecti prætorio* scripserat, item librum singularem *de muneribus, & honoribus*, itemque alium *de testibus*, ex quibus aliquot in pandectas capita translata sunt. Is Herennium Modestinum citat in *l. ult. §. 16. D. de mun. & honor.* Vixit non sub Caro, & Carino, ut credidit Guid. Panciról. *var. lect. 1. 79. p. 161.* sed saltim post Constantinum. Meminit enim præfectorum prætorio, a quibus adpellare non liceat l. un. §. 1. *D. de offic. præf. Prat.* Id vero privilegium a Constantino M. eos accepisse anno demum 331. ex *l. 16. C. Theod. de adpell.* notum esse observat HEIN.

AUREUS nummus l. 159. *D. de verb. signif. l. 52. §. 13. D. de fur.* Aurea pecunia *l. 35. D. de pact.* Aurei *l. 37. §. 1. D. de pecul.* quo nomine & argentei signati comprehenduntur *l. 19. §. 3. D. de furt.*

Aureus græcis χρυσοῦς, quem idem valere ac Solidum intelligimus ex collatione *l. 5. §. 6. D. de his, qui effud.* cum §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex quas. delict.* & ex *l. 47. D. de manum. test.* cum *l. 9. in fin. & l. 7. D. de inoff. test. l. 31. D. de usur.* & *l. 2. C. de fidei.* Sed & quod in Socrat. *lib. 4. c. 34.* ὀγδοήκοντα χρυσοῦς, *in octoginta solidos* vertit Cassiodor. *lib. 8. hist. tripart. 8. 13. & 12. 2.* Idem fecit in vertenda ad Callipem Epi-

Epiſtola, quæ a Socrate *lib.* 7. *c.* 25. refertur. Et aureos ſolidos dixit Apuleius *lib.* 9. *de aſin. aur. p.* 225. & *lib.* 10. *p.* 242. Uterque viginti quinque denarios, ſeu centum ſeſtertios numos valebat, ut Dio *lib.* 55. *p.* 556. tradit. Quem Dionis locum Zonaras *Tom.* 2. *p.* 167. referens: Δυναντωι δὲ, ait, παρα Ρωμαιοις αι Εικοσι και πεντε δραχμαι χρυσουν νομισμα ει αυρα δε τοις ελλησιν εικοσι δραγμων, ως Διων φησι, το χρυσουν αλλαττεται νομισμα. *Valent autem apud Romanos vicenæ & quinæ drachmæ unum aureum numum, ut Dio ſcribit. Apud Græcos autem xx. drachmis unus aureus permutatur:* Hæc Briſſon. Addit Heinecc: AUREORUM jam Plinius *hiſt. nat.* 38. 3. meminit. Solidorum ante Conſtantini M. tempora mentionem uſquam fieri, negant Car. Du-Freſno *in diſſert. de Imperat. Conſtantinop. numis. n.* 86. & Ev. Otto *de Tutel. viar.* 3. 1. *p.* 442. Quod de vocabulo ſolidus abſolute poſito fortaſſis accipiendum fuerat. Nam *ſolidos aureos* bis dixiſſe Apuleium, jam Briſſonius notavit. Hinc vix dubitandum videtur, quin quoties in edicto prætoris, & antiquiorum Ictorum fragmentis occurrunt ſolidi, Tribonianus, ejuſve ſocii id vocabulum ſubſtituerint pro centum ſeſtertium, ut leges ſui temporis rei numariæ attemperarent. Ceterum non eumdem ſemper fuiſſe ſolidi valorem, omnes agnoſcunt rei nummariæ paullo peritiores. Ante Conſtantini M. tempora 48. aurei efficiebant libram auri: ab iis temporibus promiſcue accepti *aureus*, & *ſolidus*, teſte Ant. Auguſtino *Emend.* 2. 9. illiuſque internus valor multum imminutus eſt, ut ex multorum ſententia ſub Conſtantino M. ſolidi 84. ſub Valentiniano 72. in libram auri computarentur. At Jo. Frid. Gronovius *de pecun. vet.* 4. 13. evicit, Conſtantinum M. pro aureis cudiſſe ſolidos quaternorum ſcriptulorum, ſeu 24. ſiliquarum, quales 72. libram, & ſex uncias auris complectebantur. Itaque tunc aureus a ſolido diſcrepavit proportione ſeſculpa. Unde idem vir doctus probat emendationem Panciroli, & Savoti, qui in *l.* 1. *C. Theod. de ponderat.* Pro VII. ſolidis ſex, & pro XIV. duodecim reſcribunt.

AURICHALCUM vas *leg.* 45. *D. de contrah. emt.* Feſtus. Aurichalcum quidam putant ex ære, & auro, ſive quod colorem habeat aureum. Orichalcum ſane dicitur, quod in montoſis locis invenitur: mons enim græce ορος adpellatur. Vetus Horatii Interpres *in art. poet. v.* 202. ad hæc verba: Tibia non, ut nunc, orichalco vincto: Orichalcum, inquit, dictum æs montanum, quod in montibus colligitur, vel aurichalcuum quaſi *æs auri*. Heineccius obſervat, verum nomen fuiſſe ορειχαλκον orichalcum, quod vulgus in *aurichalcum*, hybridem mutaſſe videtur, quia promiſcua pene veteribus fuit AV, & O pronunciatio, e. g. *ploſtrum*, & *plauſtrum* olla, & aula. Ceterum ſive hæc vulgi perſuaſio, qua orichalcum ex auro: & ære conflatum eſſe putabatur, ſive metalli illius raritas (nam ſuo tempore dudum non reperiri, conqueritur Plin. *lib.* 34. *c.* 2.) tantum illi pretium conciliavit, ut Serv. ad Æneid. 11. illud omnibus metallis pretioſius fuiſſe, teſtetur. Unde phraſis *orichalco contra carum* apud Plaut. *Pſeudol. act.* 2. *ſc.* 3. *v.* 22. Idem *in Milit. glorioſo.* Ego iſtos milites orichalco contra comparem.

AURICULARIS morbus *l.* 2. *C. qui morb.* ſe *excuſ.* Idem vocabulum legit Heineccius in *l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cognit.* ubi ſic fluere ait verba: Qui alicujus partis corporis, vel certi doloris ſanitatem pollicentur, utpote ſi *auricularis* (ſcilicet doloris) ſi fiſtulæ, vel dentium, Ubi Alii Auricularium legunt medicum nempe intelligentes, qui aurium doloribus medetur.

AURIFEX *l.* 34. *D. de aur. arg. leg.* qui & anulos facere dicitur in *l.* 2. *D. locat.* Aurifices ſpecierum, ſolidorum *l.* 7. *C. de palatin. ſacr. largit.*

AURIFODENA *l.* 1. *pr. D. de aur. arg. leg.*

AURILEGULI in *l.* 9. *C. Theod. de motall. & metallar.* Ita dicebantur, qui metalla ſcrutabantur. De iis Jac. Gothofr. *Comm. in Cod. Theoh. Tom.* 3. *p.* 499. Ipſis leges has ferunt conditiones, primo ne in Sardiniam aurileguli Galli transferrentur *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* Deinde, ut certum canonem fiſco pendant, puta in ſingulos annos pro terrarum varietate in ballucam, vel octonos ſcrupolos, vel ſeptenos *l.* 4. 12. *C. Theod. eod.* Denique ut, quod collegiſſent auri, id fiſco venum offerrent *l.* 3. *C. Theod. l.* 1. *C. Juſtin. eod. tit.*

AURIS. Judicis aures *propitia*, vel, ut alii legunt, *propriæ* in *l.* 33. *D. de jur. doc.*

AURUM coctum *l.* 1. *Cod. Theod. de aur. pond.* comparatitium *l.* 3. *Cod. Theod. de milit. veſt.* publicum *l. un C. de auct. publ. proſcr.* ſacrarum largitionum, & privatarum *l.* 48. *C. Theod. de curſ. publ.*

Aurum factum in *l.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* ex quo nimirum aliquid effectum, veluti vaſa aurea, emblemata, ſigna, aurum muliebre &c. quæ his rebus ſunt ſimilia *l.* 27. §. 3. *D.* eod. quibuſque, ut Servius ait, commode uti poſſumus *d. l.* 27. §. 3. *D. eod.* infectum, quod teſtatoris ita factum eſt, ut eo, quod ad rem factum eſt, non poſſis uti ſine refectione *l.* 27. §. 4. *D. eod.* Auri maſſa *l.* 5. *C. de ſuſcept. præpoſ. & arc.* Aurum ſignatum, quo legato legatum videtur, quod ejus aliqua forma eſt expreſſum, veluti quæ Philippi ſunt, itemque numiſmata, & ſimilia *l.* 27. §. 3. *de aur. arg. leg.*

Aurum coronarium, glebale, luſtrale, oblatitium abrizum. Vid. his vocabulis.

AUSPICIA juris *l.* 8. *pr. C. de jur. codicill.*

AUSUS protervus *l.* 14. §. 1. *Cod. de SS. Eccleſ.* temerarius *Auth. agricultores, quæ res ping.*

AUT, Vox iſta interdum diſtinctivæ, interdum ſubdiſtinctivæ orationis eſt *leg.* 124. *D. de verb. ſignif.* De hujus particulæ vi adde *l.* 13. §. 3. *D. de reb. dub. l.* 53. *D. de verb. ſignif. l. pen. C. eod. tit.*

AU-

AUTEM præter notissimas significationes, quæ ab iis, qui de particulis latinæ linguæ scripserunt, diligenter notatæ, atque expositæ sunt, aliquando in veterum Ictorum fragmentis pene otiosum est, & tantum qualicumque connexioni subservit, e. gr. Fuit autem inprimis jurisperitus *l. 2. §. 36. D. de orig. jur.* HEIN.

AUTHENTICA habitatio est coenatio, in qua paterfamilias habitare solet. Julian. *ad. Novell.* 130. *cap. 9. v.* 541. pars principalis ædium *l. 2. C. de metat.* primaria habitatio *l. 6. §. 5. de offic. præsid.* Add. *Novell.* 134. *c.* 1. *Novell.* 57. *c.* 10. Hothofred. *ad Novell.* 120. *c. 9.*

AUTHENTICÆ. Confecerant cum Irnerius, tum alii quidam ex *Novellis* certas positiones juris novissimi, quibus ipsis Codicis legibus derogatum esse observarent. Addiderant alii similes quasdam periochas ex legibus potissimum utriusque Friderici Imp. decerptas. Has omnes sub titulo AUTHENTICARUM Codici inueruit nescio quis, ut eo facilius reperirent studiosi, quid novis legibus mutatum sit: quamvis nonnumquam a Novellarum sensu aberrasse earum auctores, res ipsa loquatur. De authenticarum erroribus, auctoribusque videndus est Jo. Strauchius in *Irnerio non errante*, & inter quos acris ea dere contentio fuit, Alb. Arn. Pagenstecherns *Scilim. Manipul. 3. & in Irnerio injuria vapulante*, ac A. Corn. van Bynkershoek *de auctore, auctoribusque Authenticarum*; Hein. *hist. jur. Rom. lib.* 1. §. 420.

AUTHENTICUM est, quod vulgo originale dicimus *l. 2. D. de fid. instr. l. ult. D. quemadm. test. aper.* Quod inde ducitur, describiturque, *exemplum* seu *index* latinis, barbaris *copia*, & *transsumtum* adpellatur. AUTENTICUM proprie esse observat Heineccius, quod certum habet auctorem, ac proinde auctoritatem habet. Cic. *ad Attic. lib. 9. Epist.* 14. *At qui eum loqui quidam αὐθεντικῶς narrant, & lib.* 10. *epist. 9.* Id enim αὐθεντικῶς nunciabatur. Talia erant instrumenta non promiscue omnia, quorum de auctore constabat, sed sollemniter confecta, subscriptaque, & signata. Hinc Authenticæ tabulæ *l. 4. §. ult. D. fam. ercisc.* rationes *l. 8. D. eod. tit.* probatoriæ *l. pen. C. de divers. off.*

Αὐθεντικαὶ etiam dicebantur Imperatorum constitutiones semel rite promulgatæ. Atque inde Novellæ a recentioribus dictæ Authenticæ. Car. Labb. *Novell. Const. Imp. X. p.* 89. HEIN.

AUTOGRAPHUM, ita in *Novell. 49. c. 2. in fin. pr.* itidem pro authentico accipitur, eique opponitur *apographum*.

AUTOMATARIA in *l.* 41. §. 11. *D. de legat.* 1. sunt opera mechanica arte ita constructa, ut suapte vi sine cujusquam impulsione moveantur, vertantur, agitentur. Heronym. In pneumaticis usquam, ait, in sublime automaton, id est, sponralem ex sphæra concava. Suecon. *in Claud. cap.* 44. Si automaton, aut pegma, vel aliud tale cessisset.

AUTOPRACTORUM impetratio *l. 4. C. Theod. ne conclationis translat.* Est, ut quis sponte tributa inferat, sic ut a compulsore compelli, exigi, ut ceteri, non possit. Studium spontaneæ devotionis eleganter vocat *l. 34. C. Theod. de annon. & tribut.* Αὐτοπραγία Græcis, actio spontanea. Inter stoica dogmata apud Laertium lib. 7. *in Zenone, p.* 511. *Edit. Steph.* ἐλευθερία ἐστὶν ἐξουσία αὐτοπραγίας: δουλεία, στέρησις αὐτοπραγίας. Libertas potestas est per se agendi, servitus autem privatio arbitrii sui, & voluntatis. Αὐτοπρακτος, *spontanea*. Sponte autem fit, quod sine alterius interventu, vel ope fit.

Αὐτοκατάκριτος, suopte judicio damnatus *l. 7. C. Theod. de falsa moneta*, si quidem ipse se dignum condemnatione judicavit.

Αὐτοφυὲς apud Ulpianum *l. 70. pr. D. de legat.* 3. non solum est, quod sponte nascitur, sed & quod tale, sicut natum est, manet, nec arte vel mutatum, vel perfectum est. Hoc ipsa verba exigunt: Si cui lana legetur, id legatum videtur, quod tinctum non est, sed αὐτοφυές. Ceterum notum est, ab Ulpiano manifesto hic dissensisse Paullum, qui *3. sent. 6.* 82. *Lana*, inquit, *legata, sive succida, sive lota sit, sive pectinata, sive versicoloria legato cedit.* Et ita Paulus etiam philosophatus in *l. 32. §. D. de aur. leg. leg.* HEIN.

Αὐτόφωρον. Ἐπ' αὐτοφώρῳ deprehendi dicuntur fures manifesti *l. 3. pr. D. de furt.*

AUTOR. Vid. AUCTOR.

AUTUMNUS. Vid. AUCTUMNUS.

AVUNCULUS frater matris *l. ult. §. 8. D. de grad. & adfin.* Juxta Festum traxit adpellationem ab eo, quod æque tertius a me, ac avus est, sed non ejusdem juris. Ideoque facta denominatio est. Sive Avunculus adpellatur, quod avi locum obtineat, & proximitate tueatur sororis filium.

Avunculus magnus est aviæ frater, mihique is avunculus magnus est, qui patri meo, vel matri meæ est avunculus *l. 1. §. 6. l. ult. §. 18. v. avunculus. D. de grad. & adf.*

Avunculus major, & proaviæ frater patris, vel matris avunculus magnus *l. ult. §. 16. D. eod. tit.* seu aviæ tamen paternæ, quam maternæ avunculus Paul. *4. sent.* 11. 5. vocat proavunculum. At Pers. sat. 6. *Major avunculus exit*, ubi Cornutus scholiastes: *Major avunculus*, inquit, *aviæ frater.* Conf. Suet. in *Aug. c. 7. & in Claud. c. 3.*

Avunculus maximus est abaviæ frater, patris, vel vel matris avunculus major *d. l. ult.* Idem & abavunculus in *leg. 3. pr. D. eod. tit.*

AVUS est patris, vel matris pater *l. ult. §. 13. D. de grad. & adfin.*

AUXARIA *pensatio*, nonnulli legunt in *l. 2. C. de fund. patrim.* idque vocabulum interpretantur pensationem, quæ pro nemoribus ex saltibus præstanda erat, quod ibi frequentes aves. Vid. Isidor. *etym.* 17. 6.

17. 6. sed aliæ pleræque editiones habent auraria. HEIN. Probabilius sane in ea lege frumentariæ pensitationi *auraria* opponitur.

AUXILIA adpellabantur ex fœderatis, amicisque populis in exercitu conscriptæ cohortes *l.* 2. §. 1. *D. de his qui not. inf.* Festus: Auxiliares *dicuntur in bello socii Romanorum, exterarum nationum.* Vocantur & auxiliares cunei in *leg.* 1. *C. Theod. de tiron.* opponunturque legionibus in *l.* 23. *C. Theod. de erog. mil. annon.* Quomodo vero differant, docet Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 1. his verbis: Ipsi speditesin duas divisi sunt partes, hoc est in auxilia, & Legiones. Sed auxilia a sociis, vel fœderatis gentibus mittebantur. Romana autem virtus præcipue in Legionum ordinatione præpollet. In auxiliis minor, in legionibus longe amplior consuevit militum numerus adscribi. Et *cap.* 1. Quid inter Legiones, & auxilia interesse videatur, expediam. Auxiliares conducuntur ad prœlium ex diversis locis, ex diversis numeris venientes, nec disciplina inter se, nec notitia, nec adfectione consentiunt, alia instituta, alius est inter eos usus armorum: Legio autem propriis cohortibus plena quam uno animo, parique consensu castra muniat, &c. Sed & inter auxilia, & Socios rursus quasdam differentias adnotavit Lipsius *lib.* 1. *de milit. Rom. lib.* 1. *Dial.* 7. Et notat Heineccius permultum interesse inter *auxilia*, qualia erant tempore reipublicæ, quæ descripsit Lipsius, & qualia sub Imperatoribus, maxime sæculo quarto, quæ nobis ob oculos posuit Vegetius, quocum conferendus Claud. Salmas. *de milit. Rom.* HEIN.

AUXILIUM ætatis *l. ult. D. de succes.* adpellationis *l. ult.* §. 1. *D. de adpell.* constitutionum *l.* 26. *pr. D. de fideic. lib.* divisionis *l.* 10. §. 1. D. *de fidejus.* exceptionis *l.* 94. §. *ult. D. de solut.* restitutionis in integrum *l.* 26. §. 9. *D. ex quib. caus. maj.* juris *l.* 2. *de usur. & fruct. leg.* prætoris *l.* 67. *D. de procurat.* provocandi *l.* 1. §. 3. *D. a quib. adpell.* Senatus-consulti *l.* 7. §. 1. *D. ad SC. Maced.*

Auxilium ordinarium, extraordinarium. Vide suis locis.

AZZALUM, de quo Plin. *lib.* 34. *cap.* 14. idem ac *ferrum indicium*, quod inter species vectigalis est in *l.* 16. §. 17. *D. de pubbican.* & a Guid. Pancirolo *de reb. deperd.* 1. 13. inter res deperditas refertur. At hodieque superesse, & in pretio haberi istud ferrum, seu chalybem, quæ ex India in proximas Asiæ regiones, & nostris temporibus defertur ex Jo. Bapt. Tavernier Itin. Pers. *lib.* 5. *cap.* 12. erudite colligit Bynkersh. *Observ.* 4. 5. HEIN.

B



Hæc littera sæpe in Pandectis nostris ponitur pro V. Ut nobis pro novis in l. 2. *D. de constit. princ.* in conbivio pro in convivio *l.* 4. *D. de aleat.* beneno pro veneno *l.* 3. §. 3. *D. de ædilit. edict.* quæ observatio aliquando usui esse potest in restituenda vera lectione, ubi fortassis præteritum pro futuro, e. g. *obligaveris* pro *obligaberis* ponitur. Exemplum habes in Bynkersh. 2. *obs.* 11. Et monet Heineccius, hanc permutationem sæpe in inscriptionibus occurrere.

BABYLONICA, quæ equis insternebantur, & Babylonicæ pelles memorantur in l. 25. §. 3. *D. de aur. arg. leg. l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Sunt autem, notante Heineccio, aliæ Babylonicæ pelles, quæ olim & Parthicæ, de quibus Is. Voss. *ad Catulli epitha. lam. Thetid. & Pel. v.* 190. Unde & qui eas vel præparabant, vel vendebant, Particarii vocabantur *l.* 7. *C. de excus. mun. vid. Reines. inscr.* 10. 8. Et his pellibus equos & hodie sternunt, exornantque populi orientales. Alia peristromata Babylonica ποικίλματα, acu picta, vel ingeniose texta. Nam, ut Plinius *lib.* 8. *c.* 48. docet, colores diversos picturæ inferere, Babylon instituit, Plaut. *in Sticho Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 54. Quum Babylonica peristromata, consutaque tapetia advexit.

BACCHARI circa fana *leg.* 1. §. 10. *D. de ædil. edict.* Bacchata muliere servili amore §. *ult. Inst. de success. subl.*

BAFIA loca, in quibus fucabatur, seu tingebatur purpura *l.* 1. *C. Theod. de murileg.* Vid. infra BAPHIA.

BAJULARE dicuntur, qui ferunt suo corpore *l.* 235. *D. de verb. signif.* Festus: Bajulos dicebant antiqui, quos nunc dicimus operarios: unde adhuc bajulari dicitur. Bajuli autem dicti a Baiis oppido Campaniæ, in quo propter confluentium advenarum multitudinem, ob aquas calidas in ejus agro existentes, & ad voluptatem, & ad curandos morbos commodissimas magna erat hujusmodi hominum gerulorum pia. Vid. Gell. *lib.* 5. *c.* 3.

BALAAM ariolus. De ejus asina loquente vid. c. *nos. si compotente caus.* 2. *q.* 7.

BALABITENA in *Nov.* 31. *c.* 1. §. 3. Belabitena in *l. ult. C. de offic. magistr. Novell.* 31. *c.* 1. §. 3. & utrobique Gothofred. not.

BALANI *l.* 55. §. 1. *D. de legat.* 3. & *l.* 167. *D. de verb. signif.* quamvis in posteriore textu a nucleis secernerentur, tamen ita palmarum nuclei adpellantur, auctore Suida *Tom. I. pag.* 412. Balanos autem in Phœnice Syriaque palmæ fructus populari nomine adpellari, Plinius *lib.* 13. *c.* 4. tradit. Observatque Heineccius, vocabulum esse origine phœnicium, cujus hebraicam

braicam compositionem ex vocibus *in quercu* significantibus ex Vossii *etymol. T.* 1. *op.p.* 71. exponit.

Βαλαντιοτόμοι in *Nov.* 13. *cap.* 4. *pr.* vocantur cingulotum incisores, uti vetus Interpres vertit, id est crumenisc æ.

BALBUS, qui in pronunciando litteras, vel syllabas integras exterit, ac proinde male loquitur ut intelligi facile non possit. Hinc junguntur *Balbi*, *&* *blæsi*, & *atypi*, iique, *qui tardius loquuntur* in *l.* 10. §. *ult. D. de ædil. edict.*

BALBUTIENS lingua l. 15. *in fin. C. de testam.*

BALINEUM pro baleno. In Florentino bis scribitur. Valineum, pro balienum *in l.* 13. §. *ult. D. de ususfr.* itemque semel in *l.* 14. §. 2. *D. de impens. in rem dot.* Contra posterius reperitur in *l. ult.* §. 1. *D. de aur. arg. mund. l.* 3. §. *ult. D. de off. præf. vig.* & aliis locis. Quæ forma est Græcorum βαλανεῖον. Quum tamen & aliquoties Balneum, & Balneus legamus, Vid. infra *Balnea*.

BALLISTARII in *l. ult. D. de jur. immunit.* & βαλιστάριοι τάγμα in *Novell.* 85. *cap.* 2. Ad exemplum autem scripturæ pandectarum in Vetere Glossario Ballistra scriptum est, & vertitur πετρόβολον, μαγγανον. Ballistæ autem sunt machinæ, seu tormenta bellica, quæ suo more accurate descripsit Lipsius *lib.* 3. *Policrcet.* dialog. 3. Græcis dicebantur βαλλίστραι, ἀπὸ τοῦ βάλλειν, *a jaculando*, ex quo satis patet Ballista, vel Ballistra cum duplici L scribendum esse, non Balista. Qui hæc tormenta conficiebant, dicebantur Ballistrarii, Ballistrari, & nota litterarum permutatione *in d. l. ult. D. de jur. immun.* Vallistrarii. Uti vero illi tempore Justiniani certum τάγμα, seu ordinem constituebant, ita Collegium Ballistariorum, & Ferrariorum repetimus in marmore apud Reinef. *inscr. class. X.* 6.

BALLUCA in *l.* 1. *&* 2. *C. de metallar.* est aurum nondum purgatum, neque adhuc in massam redactum. Græce Chrysammos dictum, vel, ut apud Pollucem, χρυσῖτις ψάμμος quasi arena aurea. Neque est ballucæ verbum latinum, sed hispanum. Plin. *lib.* 33. *nat. hist.* Hispani, inquit, aurum, quod minutum est, ballucam vocant. Justin. in *d. leg.* 1. *C. de metallar.* Octonos, inquit, scrupulos in balluca, Et *dicta l.* 2. *eod. tit.* sensus est: Quod si metallarii conduxerunt a Principe aurifodinam aliquot auri libris, puta centum, id debere esse purgatum, quod solvendum est. Quod si voluerit solvere *in baculla*, debere pendere pro singulis libris quatuordecim unicas, h. e. pro intertrimento, & spurcitia duas ultra duodecim.

BALNEA, & BALNEAS ut ceteri latini auctores, ita & jureconsulti promiscue dicunt *l.* 50. *D. ad leg. Aquil. l.* 35. §. *ult. l.* 91. §. 4. *D. de legat.* 3. *l.* 17. *fin. D. de instr. vel instr. leg. l.* 30. §. 1. *D. locat.* Et in Pandectis Florentinis sæpe balineum ut supra dictum est. Dicuntur & Balnearia *l.* 13. *D. de serv. præd. urb.* & apud Senec. *de tranquil. cap.* 9. & *lib.* 3. *natural. q. c.* 24.

BALNEARE argentum *leg. ult.* §. 1. *D. de aur. leg.* quo mulier in balneo uti consuevit.

BALNEARII fures. Vid. sub art. fur.

BALNEARIUM instrumentum, quo legato balneatorem ipsum contineri ait Marcianus in *l.* 17. §. *ult. D. de instr. vel instrum. leg.* furtum *l. ult. D. de fur. baln.*

BALNEATOR, qui balnea præbet *l.* 4. §. 4. *D. de his qui not. infam.* Balneator etiam servus, qui balnei usibus deservit *l.* 17. *fin. D. de instr. vel instrum. l.* 15. §. 1. *D. de usufr.*

BANNA, ORUM, seu proclamationes sponsi, & sponsæ in Ecclesiis fieri solitæ *c.* 27. *pr. Decretal. de sponsal. c. ult. pr. qui matrim. accusar. c. ult. de clan. destin. despons.*

BAPHIA officinæ erant infectorum, qui vestibus, muriæ, & cocco tingendi operam dabant *l.* 2. *l. pen. C. de muril. l. ult. C. de vestib. olober.* Hujusmodi multa Baphia & in orientis, & in occidentis partibus Imperatores habebant, quæ sua dispositione Comitum Sacrarum Largitionum in *Notit. Imperii Romani* ponuntur. De Baphiis Phœnices vid. Strab. *lib.* 16. Præponebantur iis procuratores, ut eadem *Notitia* c. 74. ostendit. Lampridius *in Alexand. c.* 40. *Ita ut Alexandrina purpura hodieque dicatur r quæ vulgo Probiana dicitur: idcirco, quod Aurelius Probus Baphiis præpositus, id genus muricis reperisset.* Ipsi tinctores vocantur Baphei, vel baphii in *l.* 1. *C. de muril.* Procuratoris vero his officiniis præfecti meminit etiam Euseb. *hist. eccles. lib.* 7. *c.* 32. puta Dorothei eunuchi, viri doctissimi, & hebraicarum etiam litterarum peritissimi, postea Antiochenæ ecclesiæ presbyteri, demum martyris.

BAPTISMA. In Codice nostro titulus exstat, *Ne sanctum baptisma iteretur.* Ibi enim Impp. Valentin. Valens, & Gratianus *l.* 1. *d. t.* eorum detestantur, ac condemnant errorem, *qui Apostolorum præcepta calcantes, Christiani nominis sacramenta sortitos alios rursus batismate non purificat, sed intestant lavacri nomine polluentes.* Hinc baptismum repetentes sacerdotio privari *d. l.* 1. hæretici, qui orthodoxos ad id sacrilegium pellexerint, vel ultimo supplicio, vel exsilio, aliisque pœnis plecti jubentur *l.* 2. *l.* 3. *C. eod. tit.* Nata primum hæc lis de lapsis rebaptizandis sæculo III. S. Cypriano una cum Firmiliano Cappadoce, & Dionysio Alexandrino anabaptismum probante, damnante illum Stephano Romano Pontifice. Unde turbæ, quas referunt Euseb. *lib.* 7. *c.* 7. & passim in Epistolis Cyprianus. Viguerunt postea eædem lites natis Novati & Donatistarum schismatibus, & ne hodie quidem, ceu satis notum est, deferbuerunt. HEIN.

BARBA. Eam demittere alterius infamandi caussa inju-

injuriæ species *l.* 15. §. 27. *D. de injur*. Ce ea Hoto man. *de barba*, *& coma*, Cujac. 6. *Obs.* 5. Guid. Pancirol. 2. *var. lect.* 118.

BARBARI in Impp. constitutionibus sunt, quicumque Romanorum Imperio non parent *l.* 26. *C. de episc. & cler.* aliisque locis. Aliquando tamen Barbari, quicumque vel Græca, vel Latina lingua non utuntur. Talis enim videtur Barbaræ notionis testator in *l.* 78. §. 3. *C. de episc. & cler.* Vid & *Nov.* 117. *c.* 4. ubi *subjecti reip. nostræ Barbari*, & §. 1. *procem. Inst.* ubi: *Barbaricæ gentes sub juga nostra redactæ*. Ita & Græciæ Barbarias memorat Tertullianus de *veland. virg. c.* 2. Per Græciam & quasdam Barbarias ejus plures ecclesiæ virgines suas abscondunt. Est & sub hoc cœlo institutum istud alicubi, ne quis gentilitati græcanicæ, aut barbaricæ consuetudinem illam adscribat. Ibi Rigalt. *in obs. ad Tertull.* Barbarias, inquit, Græciæ dixit extra Græciam regiones quasdam, sed adpositas Græciæ, quibuscum fuere Græcorum negotia, seu bella. Hor. *Grecia Barbariæ lento collisa duello*. Tales regiones erant Illyricum, Thracia, Chersonesus, Pontus, non Macedonia, quippe & origine, & lingua Græcanica.

BARBARICARII in *l.* 1. *C. de excus. artif.* *l.* 7. *C. de palat. sacr. larg.* cassidas, & bucculas tegebant, & deaurabant, ut patet ex *l.* 1. *C. de Theod. de fabricens.* Donatus in *Æneid.* 11. *v.* 777. Barbaricarii dicuntur exprimentes ex auro, & coloritis filis hominum formas, & diversorum animalium specierum imitatam subtilitate veritatem. Et verosimile esse ait Heinec. Phrygas κατ' ἐξοχὴν dictos esse *Barbaros*, quumque illi omnes gentes arte illa adeo superarent, ut inde & *Phrygiones* dicerentur, qui acu pingerent, eosdem Barbaricariorum nomen tulisse. Barbariorum autem vocabulum, quod occurrit in *Notit. Imperii c.* 62. qua parte de officio Magistri officiorum per Orientem agitur, perperam pro Barbaricariorum legitur. Nec minus manifeste corruptum esse videtur Branbaricaricorum, quæ vox nihil est.

BARBARICUM Græcis η βαρβαρος pro Barbarico solo in *l.* 2. *C. de commerc. t.* 1. *C. quæ res expil. non deb.* *l. ult. C. de Eun.* & apud Amm. Marcell. lib. 18. c. 2. eadem forma dicitur, ac *hosticum* pro terra hostili, *pacatum* pro terra pacata, *Geticum*, *Celticum*, *Noricum*, *Vindelicum*. *Illyricum* pro regione *Getarum*, *Celtarum*, *Noriciorum*, *Vindeliciorum*, *Illyriorum*, ceu ex Gronov. 2. *obs.* 3. *p.* 233. notat HEIN.

BARBARICUS idem, ac barbarius. Sic Incestus barbaricæ immanitatis ritus vocatur in leg. 32. C. Greg. de nupt. Barbarica feritas *l.* 20. *pr. C. de postl. revers.*

BASES collocandorum vasorum caussa paratæ *l.* 100. §. 3. *D. de legat.* 3. Basibus structilibus adfixæ statuæ *l.* 245. *D. de verb. signif.*

BASILICA in *l.* 83. §. 5. *l.* 137. §. 6. *D. de verb. obl.* ædes publicæ ad jus potissimum dicendum, negotiandumque magnifice exstructæ. Primam Romæ Basilicam Cato exstruxit, teste *auctore de vir. illustr. c.* 47. quæ Porcia adpellata est. Aliam Julius Cæsar, quæ Julia dicta, cujus Plinius *lib.* V. *Epist. ult.* & Inscriptio apud Gruter. *p.* 171. & Suet. *in Calig. c.* 35. meminere. Opimiæ etiam Basilicæ Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* meminit. Fuere & aliæ Romæ Basilicæ, ut ex Victore, aliisque constat, quas, quod a proposito longius hic sermo recedat, non enumero. Statius Papin. *Lib.* 1. *silv.* 1. *v.* 29. Regiam vertit hoc versu: Illic belligeri sublimis *regia* Paulli. Basilica thermarum est in *l.* 3. *C. Theod. de pact.* Sed in *l.* 32. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* in Basilica argentum muliebre fuisse, refertur, quod negotiandi caussa proponeretur.

Basilica, vel libri βασιλικοι, corpus juris Græcum sæculo IX. compositum, publicatumque sub initium sequentis, ut in foris Imperii Orientalis pro norma judicandi esset. Nomen consequutum est a Basilio Macedone Imp. qui primum anno 838. ediderat πρόχειρον των νομων, quod nonnisi quadraginta titulis constabat. Jos. Mar. Suarez. *Notit. Basil.* §. 3. Locupletavit deinde hanc paternam collectionem Leo σοφος, qui eamdem sub titulo ἑξηκοντάβιβλον βασιλικων promulgavit anno Æræ Christi 886. Suarez *ibid.* §. 10. Denique & Constantinus Porphyrogeneta opus paternum, fraternumque sub incudem revocavit, & universum Basilicorum opus publicavit sub initium sæculi decimi: Suarez *ibid.* §. 12. *seq.* Universum opus in 60. libros divisum ac proinde & ἑξηκοντάβιβλον dictum præter pauca, quæ nondum reperta sunt, cum versione, latina, glossisque satis amplis, & jam aliquoties laudata Suaresii *notitia*, splendidissimis typis edidit Car. Hannib. Fabrott. *Paris.* 1647. *fol. vol.* 7. HEIN.

BASILIDIANI a Basilide appellati, qui inter reliquas blasphemias Jesum passum abnegavit *c.* 39. §. 4. *caus.* 24. *quæst.* 3.

BASILISCUS fuit tyrannus sub Imperatore Zenone, de quo accipiendam putant *l.* 16. *C. de sacrosanct. Eccles.* Hujus meminit Suidas: & vide de eo Nicephor. Procop. & Zonaram. Meminit & Basilisci hujus Cujac. *observ. lib.* 3. *cap.* 19. Vid. omnino Gothofred. *not. ad. d. l.* 16.

BASTAGA in *l.* 8. *C. de cohortal.* ita rectius ac Vastaga, ut est in *l.* 11. *C. Theod. eod. tit.* nota litterarum V. & B. permutatione. Est autem απο τε βασταζειν *a portando*, significatque onus possessorum, & colonorum quævis necessaria in procinctu in castra transvehendi. Unde Bastagarii, quibus id oneris incumbit *l.* 4. 8. *C. de muril.* *l.* 4. 11. *C. Theod. eod.* Bastagam autem *privatam* sub dispositione Comitis largitionum privatarum divinæ Domus, Præpositos vero Bastagarum sub dispositione comitis sacrarum largitionum collocat *Notitia Imp. Orient. c.* 74.

BASTERNIA in *l.* 12. §. 4. *C. de ædif. privat.* alias Basternæ sunt ambulacra, vel exedræ, ex quibus prospectus esse potest. Unde & Græci in *l.* 1. *D. de serv. præd.*

præd. urb. protecta Basternas, *projecta*, & *mœniana* solaria interpretantur. Aliis auctoribus est genus vehiculi gestatorii muliebris, vel lecticæ undique tectæ, & clausæ, quod accuratissime post Cujac. 13. *obs.* 30. descripsit Jo. Scheffer. *de re vehic. vet. lib.* 2. *c.* 6. HEIN.

BATRACHITÆ, genus hæreticorum in *l.* 5. *C. de hæret. & manich.* iidem fortassis, quos Epiphan. in hæresib. hydracitas, quasi *aquarios* adpellat, quum Batrachitæ ἀπὸ τῦ βατράχυ *a rana* dicti. Hoc autem nomine *aquarios*, de quibus supra, derisorie adpellatos fuisse probabile est.

BEARE, prodesse. Unde naturaliter *bona* ex eo dicuntur, quod *beant*, hoc est, beatos faciunt. Beare vero est prodesse *l.* 49. *D. de verb. signif.* ubi videndi interpretes. HEIN.

BEATISSIMI μακαριώτατοι vocantur Patriarchæ, Archiepiscopi, & Episcopi a Justiniano in *Novell.* 123. *c.* 3. & *in Epistola ad Joann. Papam* §. 5. *tit. C. de summ. trinit.* Addantur B. Augustini *Epistola* 11. 76. 139. HEIN.

BEATITUDO. Constantinus A. dixit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quam minuere *l.* 2. *C. Theod. de veteran.* quæ est *l.* 1. *C. Justin. eod. tit.*

BEGUARDI, & BEGUINÆ viri, & mulieres damnati in *c.* 1. *Clementin. de religiof. domib. c.* 3. *clement. de hæret.* Dicuntur & viri Beguini, vel Bizochi *in extr. Joan. XXII. c. un. de religios. dom.* Beguini autem, seu Beguendi vocabulum derivatum volunt ab Anglo saxonico *beggen*, quod est *mendicare*. De origine Beguardorum librum scripsit Petr. Coens. Adde Sanderi *hæres.* 160. & 261.

BELISARIUS, quo duce Africa fuit a Vandalis recuperata *l.* 2. §. 13. *C. de off. præf. prat.*

BELLE, BELLISSIME, eleganter, elegantissime *l.* 5. §. 9. *D. de nov. op. nunc. l.* 7. §. 3. *D. quod vi, aut cl.* Belle quæri potest *l.* 2. §. *ult. D. de suis & legitim.* tractari potest *l.* 2. *D. ad SC. Turpil.*

BELLI appellatio accipitur dupliciter, scilicet pro ipso conflictu, ut in *l.* 18. *D. de excus. tut.* & pro tempore militiæ, ut *in pr. Inst. eod. tit.*

BELLUM civile l. 1. *D. de censib.* intelligitur bellum Pescennii Nigri, a quo stetit Bysantium, & Antiochia, quas etiam victor Severus male mulctavit, & auctore Herodiano, Perinthiis, qui a se steterant, adjudicavit Bysantios partis adversæ, & eadem ratione Laodicenis Antiochenos, quibus præterea cum ademisse multa Spartianus scribit, privilegia scil. omnia, ut Bysantinis.

BENE credere *l.* 12. §. 13. *D. mand.* id est absque ullo periculo, & damni metu, cui contrarium est *male credere* apud Plaut. in *Pœnul. act.* 3. *sc.* 2.

BENEDICERE est laudare, & gratias agere, bene precari, quod in dandi, accusandique casu effertur ἐν τῇ αγωγραφία. Significat etiam in ordinem cooptare, & probare, & consecrare, & ordinare *cap.* 1. *de suppl end. neglig. prælat.* Hujus benedictionis effectum tradit Panorm. in *d. c.* 1. *vers. quæro an alium*, & *vers. præced.* Accipitur etiam pro consecratione, & confirmatione nuptiarum, de qua in *can. feriatim* 12. *dist.* 32. Benedictionis quoque adpellatione heredis institutio continebatur veteri Testamento, cujus rei exemplum est in *cap.* 27. *Genes.* & in Jacobi benedictione, quod & adnotavit Bald. in *proœm. Decretalium.*

BENEDICTORUM liber *l.* 2. §. 45. *D. de orig. jur.* De hoc Cascellii libro Bynkersk. *in prætermiss. ad Pompon. p.* 81. Ego, inquit, putem, eum librum præter ea, quæ ad jurisprudentiam pertinebant, fuisse complexum elegantiores, sententias, præcipue ad eloquentiam comparatas. Nam hac arte valuisse Cascellium Pomponius significat, dum ait, Cascellium Trebatio eloquentiorem fuisse. Ipse, ut auguror, Themidi austeræ alioquin, & horridæ blandiores musas conjunxit, ac jurisprudentiæ admiscuit flores, & eleganter dicta ex aliorum scriptis, præsertim orationibus, quo nomine & *aurea* veteres adpellabant. Ita sane verbo Benedicta usos esse veteres, Bynkersboeck eo loco variis testimoniis Senecæ Rhetoris *lib.* 1. *controv.* 4. auctoris *de corrupt. eloq. c.* 34. Quinctiliani *lib.* 6. *Inst. or.* c. 4. probat, & ex *capite* 3. ejusdem libri ostendit, & Ciceronis exstitisse *Libros* 3. *urbane dictorum*. HEIN.

BENEFICIALIS caussa dicitur, sive agatur de dignitate, vel personatu, officio, præbenda, vel beneficio, Archid. *in c. si gratiose* &c. *si propter De election. in* 6. Beneficium hic accipe spirituale.

BENEFICIARII dicebantur, qui beneficio magistratuum, vel ipsorum Principum a militaribus laboribus, ac muneribus immunes erant, quum tamen interea caperent stipendium. De iis plura habent Reines. *in epist.* 23. *ad Rupert. p.* 82. & *ad inscr. p.* 524. Salmas. *ad script. rei aug. p.* 4. Nomen adsumebant ab eo, cujus beneficio illam immunitatem fuerant consequuti, veluti Beneficiarii Aug. apud Gruter. *inscr. p.* 458. 4. Centuriones beneficii Tiberii apud. Suet. *in Tib. cap.* 12. Beneficiarii præf. præt. apud Gruter. p. 445. 4. & p. 111. 4. item legati consularis apud eumdem *p.* 52. 4. denique consulis apud eund. *p.* 7. 4. *p.* 90. 10. *p.* 1005. 2. Diversi ab his quos Polyb. *lib.* 6. *cap.* 28. vocat πρὸς ἐθελοντὴν στρατευομένους τῇ τῶν ὑπάτων χάριτι, *qui ultro in gratiam consulis militant*. Ceterum istud beneficium ratum non fuisse, nisi simul ac in urbem venirent, apud ærarium profiterentur, ostendit Is. Casaub. *ad Suet. Tib. cap.* 12. Quum vero ii Beneficiarii plerumque in urbe, vel in provinciis magistratuum, vel ducum, quorum beneficio immunitatem illam obtinuerant, comitatu essent, factum inde est, ut Beneficiarii sequiore ævo dicerentur Magistratuum officiales adjutores, adparitores, Plin. *lib.* 10. *Epist.* 18. & 20. *l.* 5. *l.* 7. *C. Theod. de cohort. princ.* HEIN.

BENEFICIUM. Beneficii, ac nudæ voluntatis esse

esse dicuntur, quæ non jure perfecto, sed ex justitia attributrice debentur *leg.* 17. §. 3. *D. commod.* græcis δωρεαὶ ἀνεπιγραφαί. Beneficio adfici hominem, hominis interest.

Beneficium aliquando in jure nostro privilegium significat, & ita est, quod conceditur certæ alicui personæ, vel rei, aut certo collegio, certæve universitati. Sic Divus Hadrianus cuidam *speciali* Beneficio præstitit §. 6. *Inst. de her. qual.* Beneficiis Augusta gratiosa Colonia *l.* 1. §. 1. *D. de censib.* Et ita ab eo differt.

Beneficium, quod hodie vocant *legis*; Est enim hoc, quod vel causarum, vel personarum generi cohæret. Priori casu *generale* Beneficium vocari solet, veluti restitutionis integrum, inventarii, ordinis, divisionis, cedendarum actionum, excussionis, cessionis, de quibus Vid. suis locis. Posteriori casu *speciale* dicitur beneficium, qualia sunt quæ mulieribus, studiosis, fisco, collegiis, & corporibus dantur, quæ & nonnumquam *jura singularia*, & improprie *privilegia* adpellantur. Cujac. *obs. lib.* 13. *c.* 8.

Beneficium non pro merito, & benefacto, sed etiam simpliciter pro facti occasione, immo etiam delicto accipitur in *l.* 46. *pr. D. de furt.*, ubi res abesse *beneficio* furis dicitur, & *l.* 40. §. 1. *D. d damn. infect.* ubi damnum alicujus beneficio contigisse legimus. Addit quis alium locum ex *l.* 27. *C. de inoff. test.* in qua memorantur *liberti perperam, & non bene merentes, maximisque beneficiis suum patronum adsequuti*: ubi & Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib.* 1. *c.* 37. id vocabulum in sensu sequiore accipi putaverat. Sed ostendit Duckerus *de lat. vet. Ictor. p.* 374. eo in loco particulam negativam e præcedentibus ita repeti posse, ut liberti illi *non adsequuti patronum maximis beneficiis* dicantur. In *l.* 40. §. 1. *D. de damn. infect* pro beneficio Bynkersh. 4. obs. 10. rescribendum esse conjicit *pene vitio*. Alii utrumque locum per ironiam, vel antiphrasin explicare malunt cum glossa. Alii similem loquutionem reperire sibi videntur in marmore apud Gruter. inscr. p. 687. 5. ubi mater in luctu esse dicitur *beneficio novercæ*. Sed quemadmodum duriusculum est adverbium istud *pene*; & jurisconsulti in re seria non solent ironice loqui: ita in lapide Gruteriano *Beneficio* manifesto est *veneficio*. Singularis ergo, & Ulpiani propria videtur illa loquutio, ceu recte observavit Ducker. HEIN.

Beneficium Ecclesiasticum, id est canonicatus, vel præbenda *cap. ex multis*. §. *constitutus qu.* 3. & alibi sæpissime. Non potest licite sine institutione canonica obtineri cap. 1. de *reg. jur. lib.* 6. *ext. cap. si quis deinceps* 16. *qu.* 7. Beneficium autem Ecclesiasticum juxta summam Angelicam aliud est *religiosum*, aliud *sæculare*. Illud rursus est vel simplex, ut *canonicatus regularis*, vel duplex, quod porro est vel *Abbatia*, vel *Prioratus* sine jurisdictione, vel habens jurisdictionem. Sæculare autem est vel summum *papatus*, vel majus *episcopatus*, vel minus seu simplex, ut *canonicatus*, *capellania*, *advocatoria*.

BENEMERITI. Palatinis, & benemeritis suis salutem Constantinus *l.* 1. *C. Theod. de privileg. eor. qui in sacr. palat.* Lampridius in *Alexand. Severo c.* 16. Si de re militari tractaret, adhibebat milites veteres, & senes, ac benemeritos. Omnibus *benemeritis* veteranis, quam volunt, patriam damus *l.* 8. *C. Theod. de veteran.*

BENEVOLENTIA pro humanitate, & benignitate *l.* 53. *pr. D. de adquir. vel omitt. her.*

BENIGNUM, æquum, bonum significat *l.* 49. *D. de ædil. edict.* & passim. Eoque sensu Benigne, & Benignitas in legibus nostris.

BERONES In *l.* 31. *D. locat.* ubi de tritico separato Beronibus. Sed dubbia admodum est hujus vocabuli lectio. In quibusdam codicibus est *erotibus*, alii edere maluerunt *heronibus*, alii *peronibus*, alii *centonibus*. Sed manifestum est, ibi rescribendum *æronibus*. Vid. Supra Sub ÆRO. HEIN.

BERYLLUS, sive (ut in Florentina est, ubi V. pro B. more veterum sæpe ponitur) Veryllus, βήρυλλος in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Gemma est in India nascens, quæ a gentis suæ lingua nomen habet, viriditate similis smaragdo, sed cum pallore, ut Plin. *lib.* 37. *c.* 5. Solin. *in polyhist. c.* 53. & Isidor. *lib.* 16. *etymol. c.* 7. scribunt.

BERYTUS urbs Syrophœniciæ, quam metropolitano nomine, ac dignitate exornarunt Imperatores Theodosius, & Valentinianus *rubr. C. de metrop. Beryt.* Celebris fuit legum studiis Berytensis *colonia Augusti beneficio gratiosa* in *l.* 1. *D. de censib.* Jam Gregorius Thaumaturgus, qui anno 248. ad Episcopatum Neocæsariensem evectus est, se juvenem ait, Berytum missum esse, tamquam ad τῶν νόμων Ῥωμαικῶν παιδευτήριον, *legum Romanarum gymnasium*. *Vid. ejus panegyr. Origen. p.* 57. Et ea quidem schola a Diocletiani temporibus per aliquot sæcula excellentissime floruit, ceu patet ex *l.* 1. *C. qui æt. vel prof. excus.* Zachariæ Mitylen. *libro de opific. mundi* p. 264. Non. *Dionys. lib.* 41. *extr. vetere geographo a Jac. Gothofredo* primum edito *p.* 256. *edit. Gronov.* &, qui hujus scholæ incrementa non sine livore vidit, Libanio *orat.* 26. De petulantia studiosorum in tironibus initiandis videnda *const. omnem reip.* §. 9. *ad Antecessor.* De misero vero urbis pulcherrimæ interitu primum per aliquot terræ motus, deinde per incendium præter Agathiam legi merentur epigrammata elegantissima in *Anthologiæ lib.* 1. *cap.* 86. De jure metropolitano Beryti multo accuratius egit Henr. Norisius *de Epoch. Syromaced. diss.* 3. *c.* 3. HEIN.

BES octo duodecimas, seu uncias assis significat, ut Volusius Martianus in *libro de asse* tradit. Festus: *Bes adpellatus est, quod bis triens sit*, quamvis dura compositio fiat bessis ex triente. Bessis unciæ octo sunt trientis quatuor. Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* BES

vete-

veteribus DES *demto trientes*. Bes autem dicebatur non solum hereditatis, ut in *l. 6. C. de hered. act. l. 7. C. de bon. auct. jud. possid.* sed pretii *l.* 12. §. 8. *D. mand.* & usuræ besses sunt in *l. pen. C. de usur.*

Βησαλον (Theoph. *tit. de rer. divis.*) tigni adpellatione continetur. Besalium apud Charisium testam, seu laterem notat *l. 1. de tign. junct.* in glossis laterculum. Cujac. lib. 9. observ. *cap.* 26. aliis pessulum male. In Basilica *ad leg.* 19. §. 1. *de servit. præd. ubi* ex figlino opere ἀπὸ βησάλων est Græce.

BESTIÆ dicuntur, quæ natura feræ sunt *l.* 1. §. 10. *D. si quadrup. paup.* veluti ursi, leones, pantheræ *l.* 2. §. 1. *D. ad leg. Aquil.* Ulpianus ad edictum prætoris de postulando: Bestias, inquit, accipere debemus ex feritate magis, quam ex animalis genere *l. 1. §. 6. D. de postul.* Elephantes plane & Camelos *bestiarum* numero esse, Ulpian. 19. *regul.* §. 1. tradit. Et revera eorum natura fera est. Quia tamen collo, dorsove domantur, & jumentorum operam præstant, ideo in Lege Aquilia *Quadrupedum* adpellatione continentur *d. leg.* 2. §. *ult. D. ad leg. aquil.* Bestiarum autem aliæ sunt marinæ, aliæ terrestres *l.* 44. *D. de adquir. rer. dom.* quamvis alibi & piscibus, & avibus opponuntur §. 12. *Inst. de rer. divis.* Ad Bestias damnari *l. 6. pr. D. ad leg. jul. pecul.* dari *l. un. C. Theod. ad leg. fab.* pronunciari apud Tertull. lib. de resurr. carn. *cap.* 16. Item bestiis objici *l. 9. pr. D. ad Leg. Pomp. de perricid.* subjici *l.* 12. *C. de pæn.* Et ita bestiarum damnationem accipe in *l. 6. pr. D. ad leg. jul. pecul.* Est autem hoc supplicium, quo plerumque Christianos sub impiis Imperatoribus adfectos, historiarum monumenta loquuntur. Eusebius lib. 8. hist. eccles. c. 7. attigit his verbis latine versis: Post verbera certamen cum bestiis, humanum sanguinem lambere adsuetis, & in eo certamine incursus pardorum, & ursorum immanium, aprorum etiam, & taurorum, quos admoto igne, & candenti ferro adversus illos incitabant. Ceterum qui bestiis objiciebantur; ii ad stipitem alligabantur, ut ex Vopisco *in Aurelian. c.* 37. & ex *Passionibus Martyrum* liquet. Atque hoc immani spectaculo populus Romanus oculos suos pascere diu sustinuit, quod acriter B. Cyprianus in *Epist.* 103. & Prudentius *lib.* 1. *&* 2. *contra Symmach.* reprehendunt. His utique comitem se addit Salvianus Massiliensis, qui æque in cruenta hæc spectacula *lib.* 6. invehitur, quæ ad extremum a Principibus Christianis abolita fuere, ut in Commentar. *ad d. l. Domenico* docuit Brissonius noster.

Ad BESTIAS etiam dari dicebantur, qui citra damnationem cum bestiis depugnandi caussa in arenam immittebantur *leg.* 11. §. 1. *&* §. *ult. D. ad leg. Cornel. de sicar.* & ad id operas suas locabant *l. 1. §. 6. D. ad SC. Tertul.* Et hos Bestiarios latini vocabant Cic. *contra Vatin. cap.* 17. & *pro Sestio cap.* 64. Senec. *lib.* 2. *de benef. cap.* 19. De hujusmodi hominibus ita B. Cyprianus *Epist.* 1. *ad Donat.* Qui illud, oro te, quale est, ubi se feris objiciunt, quos nemo damnavit ab bestias? Ætate integra, honesta satis forma, veste pretiosa viventes in ultroneum funus orantur, malis suis miseri etiam gloriantur, pugnant ad bestias non crimine, sed furore.

BIARCHI in *l.* 3. *C. de argent. in reb. l. ult. C. de offic. præf. præt. Afric.* officiales fuere ex schola argentium in rebus. Unde Biarchia in *l. 1. C. de offic. magistr. offic.* In hanc enim scholam agentium in rebus recepti primo *equites*; mox *centuriones*, tum Biarchi, Hinc *centenarii*, *ducenariique* gradatim fiebant, donec ad principium gradum ascenderent, id est, primi officiorum magistratuum crearentur. De iis Guid. Pancirol. *ad notit. Imp. orient. c.* 64. *p.* 104. qui & *cap.* 40. *p.* 70. observat, Biarchos dictos, qui in Legione annonam curabant. HEIN. BIARCHIA eorum munus in Constantini Imp. rescripto *l.* 1. C. *de offic. magistr. offic.*

BIBLIOTHECA alias locum significat, alias armarium. Sicut dicimus, *eboream Bibliothecam* emisse, & armaria pleraque Bibliothecam adpellant *l.* 52. *D. de legat.* 3. Festus: Bibliothecæ & apud Græcos, & apud Latinos tam Librorum magnus per se numerus, quam locus ipse, in quo libri collocati sunt, adpellantur. Tales Bibliothecæ parietibus inhærentes *l.* 41. §. 9. *D. de legat.* 1. Si mihi Bibliothecam vendideris *l.* 50. *D. de contrah. emt.* ubi Bibliotheca significat librorum numerum cum armariis, quia statim additur: *Si decuriones Campani locum mihi vendidissent, in quo eam ponerem*. Libri, & Bibliothecæ, id est, armaria separantur etiam in *l.* 12. §. 34. *D. de instr. vel instrum. leg.* & apud Paull. 3. *sent.* 6. 51. ubi instructo fundo legato *libri* quoque, & *Bibliotheca*, quæ in eodem fundo sunt, legato contineri dicuntur.

BIDENTES in *l.* 8. *pr. D. de Instr. vel instrum. leg.* Ovid. *lib.* 4. *fast. v.* 927. durum bidentem cum sarcula, & vomere *ruris opes* adpellat. Glebam sane versis bidentibus frangendam monet Virgil. *Georg. lib.* 2. *v.* 400. Bidente pastinari solum vineæ, præcipit Plin. *hist. nat.* 17. 21. Vetus Glossarium, Bidens, & Bidentis, δίκελλα. Sunt ergo bidentes his locis rastra, vel ligones duobus dentibus instructi, quibus terram, glebas duriores frangendo, reddebant cultiorem. Alias & Oves, quæ per ætatem duos dentes eminentiores habent, Bidentes dictas esse, ex Gell. *lib.* 16. *c.* 6. satis constat.

BIDUUM, & alterum diem pro eodem ponit Ulp. in *l.* 2. §. 11. *D. quand. adpell.* Biduum bissexti pro uno die habetur *l. 91. pr. D. de verb. signif. l.* 3. §. 4. *D. de minor.*

BIENNALES metæ *l.* 17. *C. ad administr. tut.*

BIGAMUS, vel DIGAMUS Hoc vocabulum binas denotat nuptias. Et significat eum, qui secundas ipse contraxit nuptias *cap.* 3. 4. *de bigam.* vel viduam aut repudiatam in matrimonio habuit *cap.* 4. 5. *eod. tit.*

nit. etsi de facto tantum eam uxorem duxerit *c. ult. de bigam.* quatenus vidua illa a priori marito cognita fuerat *d. c.* 5. qui stupratam ab alio uxorem habuit *c.* 2. *dist.* 33. At non est Bigamus, qui alii desponsatam duxit *d. cap.* 5. *de bigam.* vel qui plures habuit concubinas *c.* 6. *eod. t.* Quamquam qui virginitatem pollicitam violavit, etiam inter bigamos habetur *cap.* 24. *caus.* 37. *q.* 1. Bigami autem ad sacerdotium promoveri non possunt. De his vide, quæ notavit Tiraqu. *in l.* 1. *connub. gl.* 1. *part.* 1. *n.* 45. Gothofr. *ad rubr. C. de secund. nupt. & ad cap.* 1. *Nov.* 123. Vid. infra Binubus.

BIMA *die*, id est, altero anno *l.* 3. *D. de ann. leg.* Vid. supra in voce annua. Ita & *Bimam* æstimationem accipimus, quæ pro biennio fit *l.* 6. *D. de usufr. leg.*

BINÆ ædes *l.* 10. 36. *P. de serv. præd. urb.* nuptiæ *l.* 1. *D. de his, qui not. infam.* uxores *l.* 3. *C. de incest. nupt.* Bina sponsalia *l.* 1. *D. de his qui not. inf.*

BINUBUS δευτερογαμοῦντας, etiam de viro, qui ad secunda vota transiit, usurpatur. *Nov.* 22. *cap.* 28. Ita & Salomonem Regem multinubum vocavit B. Hieronym. *adv.* Jovinian *lib.* 1. *cap.* 15. HEIN.

Βιοκωλύται, officiales quidam a vi prohibenda vocabantur, quorum mentio fit in *Novell. Const. VIII. c.* 13. & *Nov.* 128. *c.* 23.

BIROTA, vel BIROTUM *l.* 8. *C. Theod. de curs. publ.* Statuimus rhedæ mille pondo tantum superponi, BIROTÆ ducenta. Et in l. 9. C. Theod. eod. tit. Nec passim rhedarium tractorias, eel evectiones *Birotum* faciat. Est vehiculum dictum a binis rotis δίτροχον, cui tres mulæ jungi solebant. De eo plura Jo. Scheffer. *de re vehicul. lib.* 2. *cap.* 9. p. 135. HEIN.

BIS *consule Læto* apud pariatorem *Leg. in & Rom. tit.* 1. §. 11. Quod licet sæpe in veteribus libris occurrat, non tamen in notatione temporis satis latine dici, putat Pet. Pith. *in notis ad hel.* HEIN.

BISPELLIO. Vid. Vispellino.

BISSEXTUM in *l.* 98. *D. de verb. signf.* & *l.* 3. §. 3. *D. de minor.* diem significat, qui quarto quoque anno intercalatur. Isidor. 6. *orig. cap.* 17. *Bissextus*, ait, est *post quatuor annos unus dies adjectus. Crescit enim per singulos menses quarta pars assis. At ubi quarto anno assè compleverit, bissextilem annum facit. Dictus autem Bissextus, quia bis sexies, ductus assem facit, quod est unus dies.* Utrumque illum diem pro uno haberi, utroque loco ex Pandectis adducto traditur. Quod vero scribit Isidorus, id ex parte verum, ex parte falsum est. Nam Bissexti quidem ab eo prodita definitio recta est, notatio vero vitiosa. Inde enim Bissexto nomen, quod, quo anno intercalamus, bis *sextum Kalend. Mart.* computamus. Bissextum autem non alium, quam ipsum Julium Cæsarem patrem ciet, ab eoque auctore originem ducit. Is enim, quemadmodum Macrob. 1. *Saturn.* 14. tradit, ad numerum solis, qui diebus trecentis sexaginta quinque, & quadrante cursum conficit, annum direxit, ut dies, quibus sol zodiacum lustrat, annum efficerent: at ne quadrans deesset, statuit, ut quarto quoque anno unus intercalaretur dies, eo scilicet mense, ac loco, quo etiam apud veteres mensis intercalabatur, id est, ante quinque ultimos mensis februarii dies. Idque bissextum censuit nominandum. Quod & Censorinus *de die nat. cap.* 20. de eodem Cæsare confirmat his verbis: *Præterea pro quadrante diei, qui annum verum suppleturus videbatur, instituit, ut peracto quadriennii circuitu, dies unus, ubi mensis quondam solebat, per Terminalia intercalaretur: quod nunc Bissextum vocant.* Quæ quum ita se habeant, mirum est, quod Ausonius in quintum annum *Bissextum* rejicit, quum quarto quoque anno contingat. Verba ejus *Eidyll.* 14. *v.* 12. sunt hujusmedi: *Quadrantemque diei, quinto qui protinus anno, Mense Numæ extremo, nomen capit Embolimæi.* Qua in re labi eum, & errare, quidam adfirmare ausi sunt. Non vero fallitur ille, hoc siquidem sensit, quadrantem illum diei, qui quadriennio collectus unum diem efficit, in Bissextum cogi quinto quoque anno incipiente, plane non exacto anno. Quod ex Macrobio defendi potest. Hic enim de vitio a sacerdotibus circa intercalarem diem post excessum Julii Cæsaris commisso tractans: Nam quum, ait, oporteret diem, qui ex quadrantibus confit, quarto quoque anno confecto, & antequam quintus inciperet intercalari, illi, quarto non peracto, sed incipiente intercalabant. Hic error sex & triginta annis permansit, quibus annis intercalati sunt dies duodecim, quum debuerint intercalari novem. Sed hunc quoque errorem sero deprehensum correxit Augustus, qui annos duodecim sine intercalari die transigi jussit: ut illi tres dies, qui per annos triginta & sex vitio sacerdotalis festinationis excreverant, sequentibus annis duodecim, nullo die intercalato devorarentur. Post hoc unum diem, secundum ordinationem Cæsaris, quinto quoque incipiente anno intercalari jussit. Hæc Macrobius. Vulgi autem sermone tritum de infausto Bissexti omine proverbium a paganis, quorum animos ea superstitio occupabat, ortum videtur. Quod Ammian. Marcell. docet, qui lib. 26. c. 1. de Valentiniano ad imperii culmen evecto loquens: Nec videri, ait, die secundo, nec prodire in medium voluit Bissextum vita februarii mensis, tunc illucescens, quod aliquoties rei Romanæ fuisse cognorat infaustum. Et paulo post de Bissexto sententiis: Elapso, inquit, die parum apto ad inchoandam rerum magnitudinem, ut quidam existimant. Adde Macrob. *Saturn.* 1. 13. Immo non solum diem illum sed & totum annum, in quem bissextus incidebat, & infaustum esse existimabant, adeo ut Augustinus *Epist.* 119. *ad Januarium*, rideat eos, qui superstitiose dicere

re solebant. Non plantem hoc anno vineam, quia Bissextus est.

BITHYNIARCHIA, Modestinus in *l. 6. §. 14. D. de excus.* Ἔθνες ἱερωσυνη, οἷαι Ασιαρχια, Βιθυνιρχια Καππαδοκαρχια παρεχει αλειτεγησιαν απο επιτροπων, τετεστιν, εως αν αρχη: Provinciæ alicujus sacerdotium, puta Asiarchia, Bithyniarchia, Cappadocarchia tribuit immunitatem a tutelis, hoc est, quoad illud summum sacerdotium durat. Ita vertit HEIN.

BLACHERNÆ, Constantinopoleos suburbium, in quo portus, cujus meminit Cedrenus *p.* 412. novum palatium, & splendidissimum templum beatæ Mariæ Virgini a Pulcheria Imperante Marciano Imp. teste Zonara Tom. 3. p. 38. consecratum. Ejus mentio fit in *l.* 18. *C. de SS. Eccles. & Novell.* 159. *præf.* De suburbio, temploque a Leone Imp. ibi ædificato, & ab Andronico seniore restituto, passim disserit Nicephor. Callist. *in hist. eccl. præf. ad Andronic.* p. 30. lib. 14. c. 2. lib. 4. c. 24. & lib. 18. c. 38. HEIN.

BLADUM Accursio in *l. triticum* 94. *D. de verb. oblig.* generale nomen est ad omne, quod in arca teritur: cujus sententiam probat Bartol. in *l.* 1. §. *de eo opere. D. de aqu. pluv.* Hac voce usus est Pontifex Rom. in cap. *ex multiplici de Decimis, in antiq.* Legumina hac voce non contineri liquido constat. Unde si lege municipali vetantur blada provincia exportari, legumina exportans non mulctabitur, neque tenetur. Sane in eo genere regionis consuetudo loquendi inspicienda est, & statuentium mens.

BLÆUS Jurisconsultus citatur in *l. 31. D. de usu, & usufr. leg.* Ait ibi vel Labeo, vel Javolenus. BLÆSUS *ait, Trebatium respondisse.* Sed inter varias lectiones notari videmus, alios pro *Blæso* ibi legere Celsum. Ex mea sententia Jurisconsultum illum, quis fuerit, Trebatium audivisse, vel saltim commercium cum eo habuisse oportet. Quod cum de Celso dici nequeat, ei ego lectioni parum tribuerim. Passim eorum temporum monimenta memorant Blæsios, vel Blæsos, nec inepta est divinatio Jo. Bertrandi *de jurisperit. lib. 2. cap.* 27. intelligentis Junium Blæsium, quem Africæ præfuisse, refert Tacit. *Ann.* 3. cap. 35. quamvis & hæc tantum sit divinatio. HEIN.

Blæsus, balbo, & atypo, eique qui tardius loquitur, jungitur ab Ulpiano *l.* 10. §. *ult. D. de ædilit. edict.* Martial. *lib.* 10. *epigr.* 65. Os blæsum tibi, debilisque lingua est. De hoc linguæ vitio differit Cœl. Rhodig. in antiq. lect. lib. 7. c. 22. HEIN.

BLANDIRI *sibi* dicuntur, qui in sua caussa sibi quid vani persuadent *l.* 3. §. 2. *D. de admin. & peric. tut.* & sparsim.

BLASPHEMARE dicuntur, qui per caput Dei, aliave membra jurant. N. Constitutio 79. ὀμνυσι τινὲς, &c. si quis per capillum 22. qu. 1. ubi pœna blasphemiæ.

BLATTA, *serica in l. ult. C. Theod. de murileg* que & sericoblatta, vel serica blatta dicitur in *l.* 10. *C. de murileg.* & *l.* 13. *C. Theod. eod. tit.* est purpuræ genus, cujus fit mentio in *l.* 1. *C. quæ res v nd. non poss.* Eutropius *lib.* 7. *cap.* 9. Neronem retibus aureis piscatum, quæ blatt is funibus extraxerit, scribit. Unde passim *Blattosericum* apud Vopisc. in *Aurelian cap.* 45. & Blattea tunica apud Gregor. Turonens. *lib.* 2. *c.* 38. Inde.

BLATTIARII in *l. 2. C. Theod. de excus. artif.* qui purpura sericum tingunt. Nec dubitandum, quin Blattiarii rescribendum sit pro *bractearis* in *l.* 1. *C. Just. eod. tit.* De blatta serica, & blattiariis plura dabit Salmas. *in hist. aug. p.* 388. & seq. & p. 395. HEIN.

BODONES, BOTTONES, BOTONTONES, BOTONTINI, tumuli ad denotandos agrorum fines congesti. Legitur hoc vocabulum apud Paull. 5. *sent.* 22. 2. dummodo verba ista a Paulli, ac non potius ab Aniani manu sunt: *Qui terminos effodiunt, vel exarant, arboresve terminales evertunt, vel qui convellunt* BODONES. Ubi Schultingius p. 504. *Credo, hæc esse ab Aniani manu, non a Paullo, qui an sciverit, quid essent Bodones, valde dubitem. Verbum hoc est posterioris ævi, & notat tumores ex terra congesta ad agrorum fines*, ut docet Car. Du-Fresne *in glossar. med. & infim. latin.* Utuntur sane tali vocabulo scriptores rei agrariæ, sed nullus sæculo quarto, ut videtur, antiquior, Faustus & Valerius apud Goes. *p. 306. In limitibus vero, ubi rariores terminos constituimus; monticellos plantavimus de terra, quos* BOTONTINOS *adpellavimus.* Marcus Paro *de cas. litter.* p. 237. In trivio tres Botontinos. Apud alium p. 266. Botontini terræ, & p. 267. Botontones finales. In vetere figura p. 277. Bottones legimus. At nec apud Frontinum, nec apud quemquam alium paullo vetustiorem simile occurrit vocabulum, quamvis & Frontinus p. 12. describit *tumores terræ*, qui pro finibus sint. Fuerit ita vocabulum technicum, & agrimensoribus proprium, sed recentioribus, quodque paullo vix notum esse potuit. HEIN.

BOETHI, βοηθοὶ in *l. ult. C. de tabul. scrib.* iidem, qui latine magistratuum adjutores dicuntur. Vid. supra adjutor.

BOMBYCINÆ vestis fit mentio in *l.* 23. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Isidor. lib. 19. c. 22. Bombycina vestis a bombyce vermiculo, qui longissima ex se fila generat, quorum textura Bombycinum dicitur, conficiturque in Insula Coo.

BOMBYCINÆ vestis meminere Paullus lib. 3. sent. tit. & Ulpian. *l.* 25. §. 1. *D. de aur. arg. mund.*

BONA aut *naturaliter*, aut *civiliter* dicuntur. Naturaliter bona dicuntur ex eo, quod beent, id est beatos faciant *l.* 49. *D. de verb. signif.* Unde & *beatos* Latini vocant divites, ac locupletes Plaut. *in Pseu-*

Pseudol. act. 1. *sc.* 2. Bonam ego, quam beatam esse, primum dici mando. Senec. lib. 3. controv. Insolens malum est beata uxor. Quum immensum pondus auri orba attulerit, quid aliud quam beatæ serviemus! Idem *Epist.* de Sabino divite homine: Numquam vidi hominem beatum indecentius. Secundum hæc bona dici non possunt, quæ plus incommodi, quam commodi habent *l.* 83. *D. de verb. signif.* Proinde bona intelliguntur cujusque, quæ subducto ære alieno supersunt *l.* 39. §. 1. *D. eod. tit.* Eaque ratione Bona ab *hereditate* separantur *l.* 82. *D. de legat.* 3. *l.* 56. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* multumque interest *hereditatis*, an bonorum ususfructus legetur. Usufructu enim bonorum legato, æs alienum ex omnibus bonis deducendum est *l.* 96. *D. ad leg. falcid. l. ult. D. de usu, & usufr. leg.* At hereditatis adpellatio & onera continet. Bonorum etiam parte legata funeris impensa, manumissorumque pretium ex medio deducitur, aliter atque si hereditatis pars legata sit *l.* 8. §. *ult. cum l. sequ. D. de legat.* 2. *& l.* 26. §. *ult. D. de leg.* 1. Concludamus ergo, *naturaliter* id bonorum cujusque intelligi, quod æri alieno superest *l.* 11. *D. de jur. fisc.* CIVILITER vero BONA universitatem successionis significant qua in jus demortui succeditur, suscipiturque ejus rei commodum, & incommodum *l.* 3. *de bon. poss. v. l.* 14. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* Ut quum *Bonorum possessionem* dicimus, idem hic valet *Bonorum* adpellatio, quod & *hæreditatis*, jusque successionis, non etiam singulare demonstrat *l.* 208. *D. de verb. signif.* Est enim juris magis, quam corporis possessio *l.* 3. §. 1. *D. de bon. possess.* eaque de caussa bonorum possessio juris nomen esse dicitur, sicut & hæreditas *l.* 119. *D. de verb. signif.* Et hoc sensu BONA *adire*, & *adgnoscere*, pro hæreditatem adire dicunt Icti, sicut sub his vocibus comprobatum est. Sic & bonis se immiscere *l.* 91. *D. de adquir. vel omitt. hered.* abstinere *l.* 44. *D. de re judic.* In Bonis habere olim dicebantur, qui pleno jure, id est, ex jure Quiritium domini facti non erant, puta quibus neque mancipata res, neque in jure cessa, nec statuto ad usucapionem tempore ab his possessa erat, ut Ulp. fragm. *t.* 1. §. 16. *l.* 19. §. 1. seq. explicat. Vid. infra Bonitarium. Alias latius dicimus aliquid in bonis esse, a quo multum differt ex bonis esse. Nam *in bonis* id *esse* dicitur, quod dominii nostri, vel quasi dominii est. *Ex bonis* vero, quidquid ex substantia nostra est, etiam si commodatum tantum, vel depositum, vel pignoratum *l.* 2. §. 22. *D. de vi bon. rapt.* In bonis ergo esse dicimus, quod in patrimonio nostro aliqua ratione est *l.* 1. *D. de rer. divis. l.* 25. §. 4. *D. quæ in fraud. cred.* Ita res per vim alienata in bonis esse dicitur ejus, qui vim passus est *l.* 9. §. 7. *D. quod met. caus.* Et servus domino non defendente ductus, in bonis ejus esse, qui duxit *l.* 26. §. *ult. D. de nox. act. l.* 2. §. *ui. D. si ex nox. cau.* In rebus etiam venditionis res vendita est, antequam ab eo emptori tradita sit *l.* 8. §. 12. *D. quib. mod. pign.* §. 3. *Inst. de emt. vend.* In bonis autem nostris computantur non solum, quæ dominii nostri sunt, sed & quæ bona fide a nobis possidentur vel superficiaria sunt. Æque si quid in actionibus, persequutionibus, petitionibusque est, bonis adnumeratur *l.* 49. §. 1. *D. de verb. signif. l. ult. D. de usu, & usufr. leg.* Princeps itaque, bona concedendo, videtur & obligationes concedere *l.* 21. *D. de verb. signif.* Plane injuriarum actio in bonis nostris non computatur, antequam litem contestamur *l.* 28. *de injur.* Pœnales vero actiones sive legitimæ, sive honorariæ, exceptis popularibus, in bonis actoris computantur *l.* 32. *D. ad leg. falcid.* Ex populari enim caussa nemo ante litis contestationem creditoris loco recte esse dicitur *l.* 12. *D. de verb. signif.* Dos etiam in bonis mariti esse dicitur, constante matrimonio *l.* 21. §. 4. *D. ad municipal. l.* 7. §. *ult. l.* 75. *D. de jur. dot.* Denique rem in bonis nostris habere intelligimur, quoties possidentes exceptionem, aut amittentes ad recuperandam eam actionem habemus *l.* 52. *D. de adquir. rer. dom.* Substitutio, quæ nondum competit, hæreditas item non adita extra bona sunt *l.* 41. *D. de adqu. rer. dom. l.* 63. §. 1. *D. ad leg. falcid.* In bonis etiam nostris non est, quod evincitur *l.* 190. *D. de reg. jur.* Servitutes nec in bonis sunt, nec extra bona *l.* 1. *D. de usu, & usufr. leg.*

Plane in Edicto, quo prætor in possessionem mittit legatoris, bonorum adpellatione non tantum res, quarum proprietas ad hæredes pertinet, continentur, sed & agri vectigales, & quæ pignori data sunt, & quæ bona fide possidentur *l.* 5. §. 6. *D. ut in possess. leg.* Similique modo in his verbis prætoris: *Si dolo malo ejus, qui liber esse jussus erit, post mortem domini, ante aditam hæreditatem* IN BONIS, *quæ ejus fuerunt, qui eum liberum esse jusserit, factum esse dicetur*, plenius bonorum caussam pro utilitate omni accipiemus, ut & pignoratæ res, & commodatæ, & alienæ bona fide possessæ comprehendantur *l.* 1. *pr. &* §. 10. *D. si is qui test. lib.*

In BONIS etiam esse dicitur, qui in eorum possessionem missus est *l. pen. D. ut in poss. leg. caus.* & ita Cic. *lib.* 15. *ad famil. Epist.* 30.

Bonis cedere, interdicere, & bonorum *cessio, interdictio*. Vid. suis locis.

Bonorum emtor dicebatur, qui a creditoribus bona debitoris distrahentibus emerat, in quem omnes, quæ venditionem bonorum passo, vel in eum competebant, actiones transferebantur, utilibusque & agebat, & conveniebatur, ceu honorarius successor, actionibus. Theophil. *in tit. Inst. de succes. subl. quæ fieb. per bon. vend.* Vid. infra emtor. Interdictum Quorum bonorum. Vid. Quorum.

Bonorum interdictio per prætorem fit moribus. Aliqua lege fieri dicitur, sed cœpit a moribus primum, deinde translata est id 12. tab. *l.* 1. *D. de cur. fur.* M. Tullius in *Catone Majore*. Ut quemadmodum inquit, nostro more rem male gerentibus patriis bonis interdici solet. Fit au-

tem his verbis. Quando tua bona paterna, avitaque nequitia tua disperdis, liberosque tuos ad egestatem perducis, ob eam rem tibi ea re, commercioque interdico.

Bonorum possessio (vocabulum prætorium) *est jus persequendi, retinendique patrimonii, sive rei, quæ cujusque, quum moritur, fuit*. Ita Ulpianus *in l.3. §.2. D. de bonor. posses.* sed quum paullo obscurior ea sit definitio: rectius cum Heineccio *l.3. antiq. Rom. tit.* 10. §.2. dixeris, esse *hereditatem personis quibusdam jure civili inhabilibus* (malim dicere, *quibus leges negabant*) *edicto, arbitrioq. prætoris delatum*, unde & Græci eam sæpius vocant πραιτωρίαν διαδοχὴν vel ut in glossis est ὑπαιχυπτω διακατοχήν. Dixit autem *arbitrioque*: Nam in prætoris fuisse potestate, velletne bonorum possessionem dare, nec ne, satis evincunt exempla, quibus præter bonorum possessionem certis personis negavit, quas tamen edicto suo non exceperat. Sane Q. Metellus Prætor Verilio lenoni bonorum Juventii possessionem secundum tabulas dare recusabat, tantum quod leno esset. Val. Max. 7. 7. 7. Nonnumquam tamen & Consules intercedebant. Sic quum Genutius, Matris magnæ Gallus ab En. Oreste prætore bonorum possessionem secundum tabulas impetrasset, Mamercus Æmilius Lepidus Cos. prætoriam jurisdictionem abrogare non dubitavit, non aliam ob caussam quam quia Genucius amputatis genitalibus nec Vir esset, nec mulier. Val. Max. 7. 6. 7. Quamquam autem prætoria hæc bonorum possessio commoda, & incommoda hereditaria, itemque dominium rerum, quæ in his bonis essent, tribueret *l.1. D. de bon. poss.* re ipsa dabat prætor *hereditatem*, non tamen verbis, sed mutato nomine, dabat nempe *bonorum possessionem* quasi hoc pacto non videretur jus civile evertere. Differt autem hæc prætoria bonorum possessio ab ea, quæ dicitur possessio bonorum. Possessionem tamen bonorum converso verborum ordine dixit Macer in *l.* 4. §. *ult. D. de offic. ejus, cui mand. jurid.* Nec hanc subtilem verborum structuram observavit Paullus in *l. 35. D. de oblig. & act.* Adde Cic. pro Cluent. cap. 60. Sed & interdum simpliciter *possessio* adpellatur *l.12. D. de Carb. edict. l. 77. §. 33. D. de legat.* 2.

Sunt autem bonorum possessiones aliæ ordinariæ a prætore introductæ *l.3. §. ult. D. de carbon. edict.* aliæ extraordinariæ, quæ ex Legibus, SC. Constitutionibus Principum, vel Jure novo descendunt §.3. *Inst. de bonor. poss.* de quibus consulendus est Cujac. 11. *obs.* 14. ORDINARIÆ vel *edictales* erant, ubi nulla opus erat caussæ cognitione *l.30. §.1. D. de adquir. hered. l.1. §.1. D. si tab. null. ext.* vel *decretales*, quæ cognitionem, decretumque desiderabant *l.1. §.7. de success. edict. l. 2. §. 1. D. quis ord. in success. serv. l.2. §.11. D. ad SC. Tertull.* Utraque vel *ex testamento* dabatur, vel *ab intestato*. Si ex testamento, tum vel *contra*, vel secundum *tabulas* erat.

Bonorum possessio contra tabulas, id est contra testamentum, sive contra *lignum*, Græcis ἐναντιώσεις κατὰ διαθήκης erat omnium prima, de qua edixerat prætor, unde *& ex prima parte, vel ex primo edicto* bonorum possessio hæc dari dicebatur *l.4. & 12. D. de edict. carbon. l. 2. D. de bon. libert.* Talis est, quæ liberis emancipatis, patronoque præterito datur *l. 6. §. 1. l. 19. de bon. pos. contr. tab.*

BONORUM POSSESSIO *secundum tabulas*, & *secundum voluntatem* dabat Prætor iis, quibus, licet testamento scriptis heredibus, subtilitas aliqua juris civilis obstabat. Quod si enim eorum, quibus *contra tabulas* competat, aut esset, aut peteret nemo, Prætor scriptos heredes admittebat, dummodo testamentum non minus quam septem testium civium Romanorum signis esset signatum, Ulp. *fragm.* 27. 6. Alias, juris civilis subtilitate, interpretatione scilicet prudentum, hereditas denegabatur heredi scripto, quod non esset per mancipationis ritum delata. De quo vid. Thomas. *Dis. de sensu legis decemvir. testam.* §. 13. *& seq.* Et huic subtilitati prætor occurrebat dando bonorum possessionem secundum tabulas.

Admodum utriusque *contra* & *secundum tabulas* BONORUM POSSESSIONIS, si sine scriptis testamentum conditum esset, *secundum*, vel *contra* nuncupationem bonorum possessio dabatur *l. ult. C. de bon. pos. sec. tab. l. 1. C. de bon. posses. contr. tab. l. ult. C. de codicill.*

Bonorum possessiones ab incestato, si tabulæ nullæ exstarent, dabantur jus habentibus legitimum, vel etiam non habentibus propter capitis deminutionem, quæ enumerantur in §. 1. *seq. Inst. de bon. posses.* & pandectarum *lib.* 38.

Bonorum possessio ex edicto D. Adriani tollendo datur alicui volenti succedere in bonis alicujus ex testamento, in quo institutus, vel inscriptus est, ex eo quod ostendit testamentum non cancellatum, nec abolitum, nec in aliqua parte sui abrasum *leg. fin. C. de edict. D. Adriani tollend.*

Bonorum possessio litis ordinandæ gratia, quæ in hoc accipitur, ut institui, & ordinari judicium de hereditate possit *l. 8. pr. D. de inoff. test.* Sunt & bonorum possessiones cum re, & sine re, de quib. Ulp. *fragm. tit.* 28. §. 13. Hinc.

Bonorum possessores heredium loco sunt *l.* 117. *D. de reg. jur.* & in omnibus vice heredum habentur *l. 2. de bon. posses.* Add. *l. 4. §. 21. de fideic. lib.*

BONITARIUM DOMINIUM *legitimo*, seu *Quiritario* opponit Theophil. *ad* §. 4. *Inst. de libertin.* Sed satis notum est, Justinianum in *l. un. C. de nud. jur. Quiritium toll.* sustulisse hoc discrimen, nullamque esse differentiam pati voluisse inter dominos, apud quos vel nudum ex *jure Quiritium* nomen, vel tantum *in bonis* reperiretur, denique sanxisse, ut plenissimus & legitimus quisque esset dominus, sive servi, sive aliarum rerum ad se pertinentium. Vide supra in bonis *habere*.

BO-

BONITAS agri *l.* 25. *D. de serv. præd. rust.* & ceterarum rerum passim.

BONUS, A, UM utile. Unde BONUM publicum pro utilitate publica *l.* 1. *D. de usurp. & usuc.* Quo bonum est, pro quæ utilitas est *l.* 13. *in fin. D. ad SD. Vellei.*

Bonum porro, & æquum in libris nostris conjungi solent. Ac plane in jure civili quidquid utile est, idem & æquum habetur, propterea quod ad civium utilitatem omne jus referendum est, ut & ipsa juris civilis tradita a Cicerone in Topic. c. 2. definitio docet. Add. *l.* 6. §. *ult. D. de jur. dot. l.* 16. *D. de cond. & dem.* quo loco æquum, & bonum scripti juris rationi opponitur. Vide supra in voce æquum. Notæ porro sunt loquutiones, *pro* bono æstimare *l.* 13. *D. de ann. legat.* boni consulere *l.* 22. *D. de jur. dot.* id est bonum judicare, ut interpretatur Quinctil. *Inst. Or. l.* 1. *c.* 10. Bona caussa *l.* 63. §. *ult. D. de evict.* i. e. utilis, cui opponitur *mala l.* 55. *D. de evict.*

Bonum consilium & malum *l.* 1. §. 3. *D. de serv. corrupt.* Bonis conditionibus emere *l.* 54. *D. de ædil. edict.* Bonus dolus, vid. infra dolus: Bona *fides*, *gratia*, *opinio*, item Bonus *judex*, *vir*, BONI *mores*, BONUM *nomen*, *venenum*. Vid. infra his vocibus.

Uti inter bonos agier oportet. De hac formula vide art. inter.

BONOSIANI e Bonoso quodam Episcopo exorti produntur, qui Christum Dei filium adoptivum, non proprium asserunt *c.* 39. *caus.* 24. *q.* 3.

BONUSCULA. Uno tamen petitorio singulorum bonuscula jubemus adscribi *l.* 29. *C. Theod. de petitionib.* Sidonius *l.* 9. *epist.* 6. Retractare quantum de bonusculis avitis, paternisque sumtuositas domesticæ charybdis abliguriisset. Ita recula, sive rescula apud Salvianum non semel Donatum *in v. Virgilii*, Ivonem *epist.* 91. 101. in Capitularibus *lib.* 7. *cap.* 192.

BORBORIANI, qui & Borboritæ dicuntur in *l.* 5. *l.* 10. *l. pen. C. de hæret. & manich.* Hos vitiis implicatos sæculi, & malis concupiscentiis servientes, non sperasse judicium futurum, sed potius carnalem concupiscentiam laudasse, Philastrius in *Hæres. catalog. cap.* 63. scribit. Vid. & Epiphan. *hæres.* 26. *p.* 3. 852.

BOS. Boves magis armentorum, quam jumentorum generis adpellantur *l.* 89. *D. de verb. signif.* Et alibi Boves plane negantur jumentorum adpellatione contineri, & in pecorum potius numero esse dicuntur *l.* 38. §. 6. *D. de ædilit. edict.* Boves tamen occurrunt aratorii *l.* 1. *C. quæ res pign. l.* 1. *C. Theod. de curs. publ.* cursui publico destinati *l.* 1. *l.* 53. *C. Theod.* & domiti *l.* 6. *D. de instr. vel instrum. leg.*

BOSTREA *in Leonis Constit. l.* 4. *C. de nat. lib.* (Sic enim ibidem Bostræ non *Nostra* legendum) civitas Arabiæ, Marcellin. *lib.* 14. & de ea vide Strabon *lib.* 16.

BOTRUS Græca vox. Nam & græci βότρυς dicitur, significatque uvam, racemum: quo sensu accipitur *in cap. cum omne* §. *illud vero* de consecr. dist. 2. Botrus expressus significat uvarum grana *d.* §. §. *illud vero.*

BOTTONES, BOTTONTONES, & BOTONTINI. Vid. supra BODONES.

Βουλευταὶ in *l.* 12. *D. de tut. & cur. dat.* sunt Decuriones Ant. Aug. *ibid.* interprete. Add. Cujac. ad *l.* 1. *D. de excus.*

BRABEUTAS Græci vocabant certaminum designatores, uti Ulpianus scribit in *l.* 4. §. 1. *D. de his qui not. infam.* Quemadmodum enim, qui scenicis præerant ludis, Agonothetæ, ita qui gymnicis certaminibus præerant, Brabeutæ vocabantur: Pollux *Onomastic. lib.* 3. *cap.* 161. Ἀλλὰ τοῖς μὲν μουσικοῖς κριταὶ καθίζονται, τοῖς δὲ γυμνικοῖς ἐφεστᾶσι βραβευταί, ὡς βραβεῖς Πλάτων καλεῖ. Sed in musicis quidam ludis judices sedent, Gymnicis vero præsunt Brabeutæ, quos & Brabeas Plato adpellitat. Moschopulus ἐν συλλογῇ Ἀττικῶν ὀνομάτων. Βραβεῖς, καὶ βραβευταὶ οἱ διοικηταὶ τοῦ ἀγῶνος, οἱ τὰ ἆθλα διδόντες, ἀφ' οὗ βραβεῖον τὸ ἆθλον. Brabeis vel Brabeutæ certaminum præsides, qui præmia distribuunt. Unde & Brabeum vocatur tale præmium.

BRACARII in *l. un. C. de excus. artif.* qui in *l.* 2. *C. Theod. eod. tit.* vocantur Blattiarii, de quibus vid. sub Blattea serica. HEIN.

BRACTEARII in *l.* 1. *C. de excus. artif.* qui Bracteatores vocantur a Julio Firmico *lib.* 8. *mathes. cap.* 19. Idem Firmicus *lib.* 4. *cap.* 15. *lib.* 8. *cap.* 26. eosdem vocat Bractearios; & satis patet, eos aurum in bracteas duxisse. Sed jam paullo ante, sub voce *Bracarius*, monui l. 1. *C. de excus. artif.* nec bractearios, nec bracarios, sed blattarios occurrere. HEIN.

BREPHOTROPHIUM *l.* 19. *C. de SS. Eccl. Nov.* 111. *c.* 1. Domus, in qua infantes expositi, aut egeni alebantur. Unde Brephotrophi, qui curam eorum domum gerebant. *Nov.* 111. *c.* 1.

BREVIARIÆ rationes *l. ult. D. de pecul. leg.* Breviarium rationum. Suet. *in Galb. c.* 12. Breviarium Imperii. Idem *in Aug. c. ult.*

BREVIATOR, brevium scriptor *Novell.* 106. *c.* 2. §. 4. Paullo alio sensu Justinum historicum Trogi Pompeii breviatorem, id est epitomatorem vocat Paull. Oros. *hist. lib.* 1. *c.* 8. HEIN.

BREVIS vel E in *l.* 3. *C. Theod. de debit fisc.* & *l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* est tabula exigua, in qua & nomina debitorum, & privata quæque negotia adnotantur. Et ita Breves, seu Brevia accipe in *l.* 5. *C. de conven. fisc. debit. l.* 1. *C. de exact. tribut. l.* 9. *C. de erog. milit. annon.* BREVES quadrimestrui *l.* 1. *C. de apoch. publ. l.* 4. *C. de canon. largit.*

larg- tit. Vid. infra *quadrimenstrui*. Breves officii palatini *l. 2. C. Theod. de incorpor.* Censuum quoque Breves dixit Symmach. *lib.* 10. Epist. 60. Lamprid. *in Alexand. c.* 28. Notarium, qui falsum caussæ Brevem in Consilio Imperatoris retulisset. Optatus Afer *de schism. Donatist.* lib. I. Brevis auri, & argenti sedenti Cæciliano, sicut delegatum a Mensurio fuerat, traditur adhibitis testibus. Cautiones porro debitorum, & Breves dixit auctor hist. miscell. *l. 16. cap* 29. D. Hieronym. *in Epist. ad Florentin.* Quæso, ut meos libros, quos me non habere Brevis subditus edocebit, librarii manu in charta scribi jubeas.

Brevi manu. Vid. infra art. manus.

BREVICULUM. Hanc vocem pro *periculo*, vel *pariculo* in *rub. tituli C. de sntent. ex peric. recit.* intrudunt Guil. Budæus in *l. ult. D. de Senat.* & Ferrand. Adduens. *l. 2. expl. c.* 13. De eo infra sub *periculum* videbimus. HEIN.

BRITANNIÆ præses *l. 2. §. 4. D. de vulg. & pup. subst.*

BRITANNICA Classis *l. 46. D. ad Sc. Trebell.*

BRUNDESIUM *l. 3. §. ult. D. de act. emt. l. 1. §.* 12. *D. de exerc. act.* BRENTESIUM scribitur in *lib.* 122. §. 1. *D. de verb. obl.* Festus *Brundusium* vocat.

BRUTUS juris auctor *l. 2. §. 39. D. de orig. jur.* Cic. *lib. 7. ad famil. epist.* 22. Marci Bruti libri *de jure civili* laudantur ab eodem *pro Cluent. cap.* 52. Add. l. 68. *D. de usufr. l.* 13. *D. de in diem addict. l. 4. D. de Captiv. l. 3. §. 3. D. de adquir. possess.* vid. Marcus.

BUBROSTIS inter mala venena, veluti cicutam, salamandram, aconitum, pituocampas, mandragoram, & cantharidas enumerat Marcianus *l. 3. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.* Est cantharidum species corpus maxime inflammans, & adurens, de qua Plin. *lib. 30. cap. 3. &* Guid. Pancirol. *Var. lect. lib. 2. cap.* 130. *p.* 1243. *Tom. 2. jurispr. Rom. Attic.* HEIN.

BUBULCUS tam qui bobus erat in fundo, quam qui boves ejus fundi pascit *l. 18. §. 6. D. de instr. vel instrum. leg.*

BUCCELLÆ mundæ *l. 5. C. Theod. de annon. civ.* sunt panes mundi. Vid. infra Mundus.

BUCCELLATUM genus panis bis cocti *l. 1. C. de erogat. milit.* Ammian. Marcell. *lib. 17. cap.* 17. (*Vales.* 8.) Frumentum ad usus diuturnitatem excoctum ita adpellari scribit, quo milites pasci iu castris solebant. Spartian. *in Pescennino cap.* 10. Idem Pistores sequi expeditionem prohibuit, *Buccellato* jubens milites, & omnes contentos esse. Paulinus, & Therasius *in Epist. Augustini* 36. De buccellato Christianæ expeditionis, in cujus procinctu quotidie ad frugalitatis annonam militamus, panes quinque tibi misimus.

BUCCINATOR in *l. ult. D. de jur. immun.* est qui in exercitu buccina canit. Hunc classicum cecinisse, Imperatore præsente, & quum in militem capitaliter animadvertebatur, Veget. lib. 2. cap. 22. scribit.

BUCCULÆ buccarum tegumenta significant *l. 1. C. Theod. de fabricens.* & apud Apulei in *asin. aur. lib. 6. p.* 182. Unde buccularum structores *l. ult. D. de jur. immun.* Cassidis, seu galeæ eam partem fuisse, ostendit Juven. *Sat. 10. v.* 134. *his verbis*. *Truncis adfixa trophæis. Lorica, & fracta de casside Buccula pendens*. Vetus Glossar. S. Germani Buccula, παραγναθις, Spartian. in Maximin. jun. c. 3. Fecit gemmatas galeas, fecit & bucculas. Hinc & Bucculæ in mechanica apud Vitruvium *lib. 10. cap.* 15. regulæ quædam dictæ, quæ in catapultis dextra, & sinistra ad canalem, in quo telum, affigi solitæ, quarum opera missile dextra & sinistra, ne in ipsa epitoxide vacillaret, continebatur. Buccula Cupidinis apud Apuleium Metamorph. *l. 6. p.* 111. est bucca pusilla. Jupiter prensa Cupidinis buccula, manuque ad os suum relata consuaviat. Consule Du Fresne in Gloss. voc. *buccula*, qui existimat, bucculam non fuisse cassidis partem, quæ demissa buccam tegat, sed umbonem clypei, seu scuti partem eminentiorem. Idem buccularum structores clypeorum confectores interpretantur.

BUCELARII, vel BUCCELLARII, in *l. ult. C. ad leg. jul. de vi publ.* sunt, quicumque alicujus panem, vel buccellam comedunt, & apud illum morantur, speciatim stationarii milites. Vetus Glossarium: Adsecla buccellarius. Vid. Cujac. *in 2. feud.* 7. Carolus Labb. *ad gloss. verb. jur. p.* 193. *ex Basilicor. lib. 9. tit.* 18. primus græca hæc extullit! Βυκελλάριοι λέγονται οἱ παραμένοντες στρατιῶται. Ἐκ δὲ τῆς βυκκα... ὁ ἐστιν ὁ ἄρτος ἐκλήθησαν βυκελλάριοι οἱ τὸν ἄρτον τινὸς ἐσθίοντες ἐπ' αὐτῷ τούτῳ τῷ παραμένειν αὐτῷ: *Buccellarii dicuntur stationarii milites. Ex vocabulo autem* BUCCA, *quod est panis, Buccellarii adpellantur, qui panem alterius edunt in hoc, ut morentur apud eum*. Quamvis ergo fieri potuerit, ut quidam talibus buccellariis ad latrocinia uterentur, ac proinde eos sibi e gallo græcis potissimum, & Isauris grassatoribus eximiis deligerent: nolim tamen ideo statuere cum Jac. Nic. Loensi *miscell. ephill.* 9. 3. buccellarios pro latronibus, & sicariis ubique accipiendos. Plerumque fuere adseclæ, scurræ domestici, corporis custodes, ceu pluribus demonstravit Cl. Salmas. *ad script. hist. aug* p. 197. 238. 321. & 419. NEIN.

BULLÆ aureæ meminere Pontifices *Clem.* un. in fin. *de jurejur.* & *cap. præsentium.* §. *test. de testib.*

BURDONES in *l. 49. D. de legat.* 3. Isidor. *l. 9. etymol. cap.* 1. ex equo & asina natum Burdonem adpellari, scribit. Et hoc ipso differunt a mulis, qui ex

ex asino, & equa nascebantur. *Isid. orig. lib.* 12. *c.* 2. Quemadmodum vero lecticis gestandis homines, ita ferendis basternis Burdones adhibebantur, sicuti contra Gothofredum demonstravit Jo. Scheffer. *de re vehicul. lib.* 2. *c.* 2. *p.* 116. HEIN.

BURGI, quorum mentio fit in *l.* 2. §. 4. *C. de offic. præf. præt. Afr. l. pen. C. de fund. rei priv.* Paul. Oros. *l.* 7. Crebra, inquit, per limites habitacula instituta Burgos vulgo vocabant. Luitprand. *de reb. per Europ. gest. lib.* 3. *cap.* 2. de Burgundionibus agens: Et quoniam ipsi domorum congregationem, quæ muro non clauditur, Burgum vocat, Burgundiones, quod est Burgo expulsi, a Romanis adpellati sunt. Isidor. *orig. l.* 9. *c.* 4. Burgarii a Burgis dicti, quia crebra per limites constituta habitacula Burgos dicunt. Unde & Burgundiouum genti inhæsit nomen, quosquondam, subacta Germania, Romani per Castra dispofuerunt. Hæc Isidorus. Sed non est illud omittendum, quæ dicuntur Castra in *l.* 4. *C. de offic. judic. milit.* & *l.* 4. *de offic. magistri offic.* burgos adpellari in *l.* 2. §. 4. *de offic. præf. præt. Afric.* Vegetius *l.* 4. Castellum parvum *Burgum* vocat.

BUSTORUM religio *l.* 5. *C. Theod. de sepulcr. viol.* Bustum autem in XII. Tab. græcis τυμβεῖον monumentum, & sepulcrum videtur interpretari Cicero *l.* 2. *de legib.* cui videtur consentire Festus *l.* 2. Bustum, ait, proprie dicitur locus, in quo mortuus est combustus, & sepultus, diciturque bustum quasi bene ustum, ubi vero combustus quis tantummodo, alibi vero est sepultus, is locus ab urendo ustrina vocatur, sed modo bustum, eo quod sepelitur, sepulcrum vocamus. Servius ad *Virgil. Æn.* 11. *v.* 850. Bustum, inquit, hoc loco sepulcrum. Huc pertinet illa Lucani *lib.* 4. *v.* 815. nullo contextus Curio busto.

BYRRHI in *l.* 2. *C. Theod. quæ quemque habit.* Vopisc. *in Carino cap.* 20. *Donati sunt ab Atrebaticis byrrhi petiti, donati byrrhi Canusini.* Fuit genus vestis, pallium puta, vel lacerna, a colore rufo dicta πυῤῥός. Unde rectius byrrhus, vel byrrus, quam birrus scribitur. De byrrhis plura collegit Casaub. *ad script. rei aug.* HEIN.

BYSACIUM, Africæ campus, & Bysacenus campus apud Plin. lib. 18. c. 15. Hinc in *l.* 1. *C. de offic. præf. præt. Afr.* Byzacena provincia.

BYSSINUM *opus in l. ult.* §. 7. *D. de publican.* & linum byssinum apud Plin. *lib.* 3. *c.* 1. Byssum autem ligni genus esse apud Indos candidissimi, & mollissimi, Pollux *l.* 7. *onomast. c.* 17. & Isidor. *lib.* 19. *cap.* 27. scribunt. In Ægypto quoque Byssum quammaxime natum ex *Ezech. c.* 27. Hieronymique *commentariis* intelligimus. Aretas in *Apoc. Joann.* byssum interpretatur corticem arboris Indicæ in linum redactum. Hic addit Heineccius, byssum non solum in India, & Ægypto, sed & apud Hæbreos, immo & in Achaia ad Elim natum, & feminas ibi parando hoc lino maximum quæstum fecisse, testes sunt Plin. *lib.* 19. *cap.* 1. & Pausan. *lib.* 5. *in Eliac. c.* 5. *p.* 384. Conf. Bochart. *Georg. Sacr. lib.* 3. *cap.* 4. *p.* 156. *Tom.* 1. *op.* At quid vasa Byssina, quorum meminit Paul. 3. *Sent.* 6. 67. Quid enim linum ac vasa? Hinc buxima pro bussina rescribi jubent Bynkersh. 4. *obs.* 6. & Schulting in *Jurisp. vet. ant. just. p.* 371. quæ conjecturæ ob facilem permutationem litterarum *u* & *y* nec non *x* & *ss* multo probabilior est, quam Cujacii in not. *ad Paul. l. c.* & Cl. Salmasii *ad jus Attic. & R. c.* 23. vasa murrhina, vel crystallina intelligentium. Immo dici posset veteribus vere fuisse vasa byssina. Filia enim byssina sparteis funibus fuisse firmiora, tradit Paullinus *in Jambo* ad Cyth. v. 779. Contexta bysso vestis irruptam fidem signat, valente stamine . . . . Nam fila byssi fortiora & sparteis feruntur esse funibus, Quidni ergo æque parari potuerint vasa *byssina*, ac spartea? Sed hoc tamen pro certo non adfirmarim. HEIN.

C

C. Littera condemnationis nota in tabellis judiciariis, quemadmodum Ascon. Pædian. in *Divinat. c.* 7. indicat, ubi ait: In divinationibus, & aliis causis majoribus universi judices in cistam tabulas simul conjiciebant suas, easque insculptas litteras habentes A. absolutionis, C. condemnationis, quum de alicujus capite agebatur, N. L. ampliationis. His enim litteris significabant *Non liquet*. Hæc Pædianus. In crimine tamen perduellionis binæ distribuebantur tabulæ, in quibus ex Lege Cœlia L. erat nota liberationis, D. nota damnationis, aliquando & tertia, per quam mulcta reo irrogabatur. Cæsar *de bell. civ. lib.* 3. *c.* 83. Ex ante dictis patet, cur C. tristis littera vocetur a Cicerone in *Milon. c.* 6.

C. & G. sæpe promiscue usurpantur, ut notat Servius ad Georg. lib. 1. v. 194. Hinc in Libris nostris Gaius pro Caius, qua forma fere constanter utuntur Græci, quibus Caii sunt γαῖοι, etiam in libris, veluti in *Epist. ad Rom. c.* 16. *v.* 23. *&* 1. *Cor.* 14. HEIN.

C. & Q. promiscue fere adhibebantur a veteribus. Hinc cum & quum, cottidie, & quotidie, cocus, & coquus, unde notissimus Ciceronis jocus, quo in coqui filium lusit: Ego quoque (id est *coque*) tibi jure favebo. Tu *quoque* aderas huic caussæ, Menag. *amœn. jur. cap.* 31. *pag.* 186. Hinc illa scribendi ratio in pandectis Florentinis fere ubique observatur. HEIN.

C. littera inversa apud Volusium Mæcianum in *libell. de ass. distrib.* nota est Sicilici.

CABALLARIS *curſus*, quidam legunt in *lib. pen. C. de curſ. publ.* Sed alii rectius *clabularis*. Vid. art. clabularis.

CABALLATIO, munus alendi equos publicos *leg. 34. C. Theod. de erog. milit.* ubi videndus Jac. Gothofr. *in comm.*

CABALLI fere ſemper equi onerarii, & parum generoſi vocantur απ. τȣ καβαλλειν, quod Doribus, idem ac καταβαλλειν, adeoque ab oneribus injectis. Et tales ſunt *caballi*, qui in piſtrino ſunt *l. 15. D. de inſtr. vel inſtrum. leg.*

CACABUS, vel CACCABUS, Etiam græci duplici β ſcribunt, & Vaſis ad coquendum comparatis adnumeratur *leg. 19. §. 12. D. de aur. arg. leg.* Ex quo Ulpiani loco patet, eo demum proceſſiſſe Romanorum luxuriam, ut & vaſa coquinaria argentea haberent, de quo luxu jam Calvus orator queſtus eſt, teſte Plin: *lib. 23. hiſt. nat. c. 11.* ut vix fidem mereatur Lampridius, qui *c. 19.* ejus rei originem Eliogabalo tribuit. HEIN.

Κακοήθειαν a reliquis vitiis, quæ Græcis παθος, νοσον, αρρωςιαν, vocant, ſubtiliter diſtinguit Paullus *l. 5. D. de Ædilit. edict.* quod verbum ibi verti videmus vitioſitatem, ſed propre, teſte Ariſtotele, eſt illa moroſitatis ſpecies, quando quis in malam partem omnia rapit. HEIN.

CADAVER ſpoliare *l. 3. §. 7. D. de ſepulcr. viol.* De *cadaveribus punitorum* eſt *tit. D.* quæ ab Ulpiano, Marciano, & Paullo *corpora* adpellantur *l. 1. 2. 3. D. eod. tit.* Cadaver autem a cadendo ductum putat Tertull. *de reſurr. carn.* Servius in 8. *Æn. v. 264.* Cadaver eſt corpus nondum ſepultum, quod caret honore ſepulturæ.

CADERE in acie, id eſt occumbere *leg. 35. §. ult. D. ex quib. cauſ. maj.*

Cadere cauſſa eſt litem, vel cauſſam perdere *l. 95. §. pen. D. de ſolut.* Cic. *lib. 1. de or. cap. 36.* rem amittere interpretatur Juſtinianus in §. 33. *Inſt. de action.*

Eodem modo cadere formula in veterum libris dicitur, qui non, ut oportuit, actionem inſtituit. Vid. Senec. Epiſt. 49. Quinctil. *Declam. 350.* Non ignoro, ait, eſſe frequentem hujuſmodi in judiciis, minoribus duntaxat, contentionem, ut petitor excidiſſe formula, & ut aliter, quam potuerit, agere dicatur.

Cadere in aliquem pro ipſi ineſſe, vel ad eum pertinere. Sic non cadere aliquid dicitur in infantem *l. 22. D. de furt.* Cadit in aliquem nomen *l. 164. D. de verb. ſignif.* obligatio *l. 22. D. de reg. jur.* pœna *l. 12. §. 4. D. de accuſ.* ſcientia *l. 2. §. ult. D. quis ord. in bon. poſſeſ.* Cadunt in aliquem verba *l. 105. D. de verb. ſignif.*

Cadere in aliquid dicitur, quod ejus naturam adſumit. Ita cadit aliquid in aleæ ſpeciem *l. 5. D. de naut. fœn.* in crimine doli *l. 1. §. 5. D. de oblig. & act.*

Nota etiam loquutiones; Cadere in edictum *l. 20. D. de liberal. cauſ.* in cauſſam commiſſi *l. ult. §. 10. de publican.* id eſt, fiſco committi, Cadere in caſum *l. pen. C. de delator.*

CADUCA glans, quæ ex arbore cecidit *l. 30. §. ult. D. de verb. ſignif.*

Caduca bona generaliter adpellantur, quæ ex aliqua cauſſa in fiſcum cadunt *l. 3. D. de his quæ in teſt. del.* Iſidor. *etymol. lib. 5. c. 25.* Caduca, ait, inde dicuntur, quia eis heredes ceciderunt. In gloſſa veteris, & novi Teſtamenti Caduca, *bona* definiuntur res damnatorum, facultateſque, quæ ſucceſſorem legitimum non habent, & quibus nemo ſuccedit heres. Caducarius quicumque fit heres in bona alicujus, qui heredem non habet. Caſſiodor. *var. lit. 5. c. 24. & lib. 6. c. 9.* caduca bona pro *vacantibus* dixit.

Caduca etiam legata dicuntur, quæ a legatariis ceciderunt. Nam, ut Ulpian. 17. *fragm. 1.* ſcribit, *quod quis ſibi relictum ito, ut jure civili capere poſſit, aliqua deinde cauſſa non ceperit, proprie id* CADUCUM *adpellatur*, quia is videlicet ceciderit ab eo. Juſtiniano vero interprete Caduca ea legata olim accipiebantur, quæ poſt mortem teſtatoris ante apertas tabulas mortuo legatario deficiebant: Quaſi Caduca vero, aut in cauſa Caduci erant ea, quæ vivis teſtatoribus deficiebant, ideo quod vel legatarii præmorerentur, vel conditio, ſub qua relicta eſſent, vivo adhuc teſtatore deficeret *l. un. §. 2. ſequ. C. de caduc. toll.* & *Conſtit. tanta §. 6. D. de confirm. Digeſt.* Addamus hic & illa *ex relatione* Symmachi apud Ambroſ. *lib. 5. Epiſt.* ſumta verba: *Quod nomen accipiet ablatio facultatum, quas nulla Lex, nullus caſus facit caducas?* Caduci nomen ſane in Lege Papia propria, & ſingularis vis eſt, atque notio, quam quidem Ulpianus *in fragm. tit. 17.* Quod quis, inquit, ſibi teſtamento relictum, ita ut jure civili capere poſſit, aliqua ex cauſſa deinde non ceperit, *caducum* adpellatur, veluti ceciderit ab eo, v. g. ſi Cælibi, vel Latino Juniano Legatum fuerit, nec intra dies centum vel Cælebs legi paruerit, vel Latinus jus Quiritium conſequutus fuerit, aut ſi ex parte heres ſcriptus, vel legatarius ante apertas tabulas deceſſerit, vel peregrinus factus ſit. His verbis Ulpianus totam hanc de caducis legem Papiam breviter perſtringit. Juſtinianus vero *l. un. C. de caduc. toll.* antiquæ loquutionis ſignificationem, & proprietatem diligentius exponit. Ait enim, veteres ea, quæ teſtamento relicta ab initio non conſiſtebant, veluti quæ legabantur ei, qui jam tum in rebus humanis non erat, dixiſſe pro non ſcriptis haberi. Quæ poſt teſtamentum factum, vivo adhuc teſtatore deficerent, veluti quia legatarius, vel heres interea moreretur, ea in cauſſa caduci eſſe. Caduca vero ſpecialiter adpellata eſſe, quæ jam mortuo teſtatore primum deficiebant, veluti ſi poſt ejus mortem legatarius,

rius, vel heres moretetur ante aditam hereditatem. Sed quæ in caussa caduci alioquin esse dicebantur, poterant etiam dici caduca, & æque ad hanc legem Papiam pertinent, non tamen ea quæ pro non scriptis habentur. Certe in hac lege proprie caducum adpellatur, quod quis communi quidem jure civili capere potuisset, sed ex aliqua singulari caussa per legem Papiam capere prohibetur, & eo veluti excidit, quod recidit ad fiscum. Est & alia generalior in hoc argumento significatio hujus verbi, quum omnia bona vacantia, quæ in fiscum recidunt, appellantur caduca *d. l. 3. de his, quæ in test. del. l. 9. D. ad SC. Silan. 20. D. de petit. hered.*

Caduca dos vocabatur, quæ in caussam illiciti, vel aliqua lege improbati matrimonii dabatur *l. 38. §. pen. l. 66. D. de rit. nupt.*

CADUCARIA lex, Julia dicitur, quæ caducorum jus introduxit apud Ulp. *tit.* 28. §. 7. Est ea Lex Julia & Papia Popæa, cujus postrema pars de caducis præcepit. HEIN. Vid. infra Julia lex *caducar.*

CADUCORUM LIBRARII vocabantur, qui caduca, sive hereditates essent, sive legata, in rationes, & indices referebant *l. ult. D. de jur. immun.* HEIN.

CADUS, vas vinarium urnas, vel amphoram atticam capiens Jul. Pollux. *lib.* 10. *c.* 20. Ant. Augustin. *emend. lib.* 2. *c.* 11. Unde & pro certa mensura accipitur. Priore sensu sumit Ulp. *l.* 15. §. 6. *D. de usufr.* ubi *cupas*, Cados, & *amphoras* distinguit, nec non Proculus *l. pen. D. de tritic. vin. & ol.* ubi vino legato & amphoras, & cados, in quibus diffusa servantur, legata esse, docet HEIN.

CÆCUS, id est, utroque lumine orbatus *l.* 1. §. 5. *D. de postul. l. 6. D. de judic.* Cæcum parietem in *l.* 40. *D. de serv. præd. urb.* non *communem* legendum putat Cujac. *obs.* 1. 31. quam lectionem minime necessariam notat Heinecc. quum procul dubio ostendere voluerit Paulus, ne socium quidem posse in communi pariete, socio prohibente, fenestras aperire.

CÆDERE arborem *l.* 13. §. 3. *D. quod vi aut cl.*

CÆDERE, verberare. Cædere flagellis *l.* 23. §. *ult. D. de usufr.* fustibus *l.* 1. *D. de veteran.* locis *l.* 27. §. 17. *D. ad leg. aquil.* pugnis, virgis *l.* 27. §. 17. *D. eod. tit.* ad necem *Collat. leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 7.

CÆDERE, occidere. Jure cæsus *l.* 9. *C. ad leg. Jul. de adult.*

CÆDES crimen grave *l.* 1. *C. de his qui accus. non poss.* Cædes auctoris vis inferendæ imputatur *l.* 6. *ad leg. Jul. de vi publ.*

CÆDUA sylva est, ut quidam putant, quæ in hoc habetur, ut cæderetur. Servius eam esse, quæ succisa rursus ex stirpibus, aut radicibus renascitur *l.* 30. *D. de verb. signif.*

CÆLATA vasa *l.* 6. *D. de rei vind.*

CÆLATURA, poculorum *l.* 13. *D. de condict. furt.*

COELEBS apud Ulp. tit. 14. §. 1. ἄγαμος, qui uxorem numquam habuit, ut loquitur Mitio Terentianus in *Adelph.* 1. 1. v. 19. Festus: cælibem dictum existimant, quod dignam cœlo vitam agat. Sic Cælibes in *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cælib.*

CÆLESTE vocant Imperatores, quidquid a se profectum, ut Cæleste oraculum *l.* 10. *C. de SS. Eccles.* pro principis indulgentia, vel rescripto. HEIN.

CÆLESTUS *Salinensis* in Africa summa religione cultus, cujus meminit Ulp. *fragm. tit.* 20. §. 6. Jul. Capitolin. *in Pertinace cap.* 4. *Deinde Procos. Asiæ factus est, in quo proconsulatu multas seditiones perpessus dicitur vaticinationibus earum, quæ de templo* CÆLESTI *emergunt*. Quæ scriptura si recta est, consequens est, utrumque sexum hujusmodi numini priscum errorem adsignasse. Ut enim Cælestum Deum, ita & Cælestem Deum Pœnos coluisse, invenio. Auctores locupletes habemus Ammian. Marcellin. *lib.* 22. *c.* 13. & Apulei *c.* 34. Ambrosium etiam, cujus verba ipsa ex epistola contra relationem Symmachi adponam: *Unde Phrygii vates & semper Romanis invisa non æque Carthaginis numina, quam Cælestem Afri, Mithram Persæ, plerique Venerem colunt pro diversitate nominis, non pro numinis varietate*. Trebell. Pollio *de triginta Tyrann. cap.* 29. *Afri Celsum Imperatorem adpellaverunt peplo Deæ Cælestis ornatum*. D. Augustin. *lib.* 2. *de Civit. Dei cap.* 4. *Ludis turpissimis, qui Diis Deabusque exhibebantur, oblectabantur Cælesti virgini, & Berecynthiæ matri Deorum*. Quod & Græci auctores perspicue comprobant, feminino genere οὐρανίαν hanc Deam adpellantes, ut Herodiam *lib.* 5. *c.* 6. cujus verborum latina interpretatio hæc est: *Ajunt vero, illud Uraniæ simulacrum a Didone Phœnissa positum esse, quo tempore antequam Carthaginem, dissecto corio, ædificavit. Hanc Afri Uraniam vocant, Phœnices Astroarchen, Lunam esse adfirmant*. Xiphilin. *in Eliogabalo*: Τὴν οὐρανίαν τὴν τῶν Καρχηδονίων ἐπιλέξατο: *Cælestem Carthaginensem sibi delegit*. Fit & ab aliquot aliis auctoribus hujus numinis mentio, sed ita ut dubium nomen relinquant. Jul. Capitolin. *in Macrino c.* 3. *Vates* CÆLESTIS *apud Carthaginem, quæ Deo repleta solebat vera canere, sub Antonino Pio*. Prosper. *lib.* 1. *de promiss. & prædict. c.* 38. *Apud Africam Carthagini* CÆLESTIS *inesse ferebant templum nimis amplum omnium Deorum suorum ædibus vallatum*. Salvian. Massiliens. *lib.* 6. *de judic. Dei habent quippe intra muros patrios intestinum scelus*. CÆLESTEM *illum scilicet astrorum Dæmonem*. Ex quo loco adductus crediderim, Cælestem potius, quam *Cælestum* Deum istum adpellatum, eoque Saturni patrem significari, qui Cælius

lius a Macrobio Saturn. *lib.* 1. *cap.* 8. vocatur. Illis Brissonii Heinec. addit hæc: Cælestis illa, Carthagine culta, omnia fere Dearum nomina tulit: est enim modo *Venus Calestis*, vel *Urania* apud Reinef. *Inse.* I. 287. V. 12. & Herodian. V. 15. Tertull. *apologet.* c. 24. modo Diana apud Reinef. *p.* 104. Eadem alibi *Urania*, alibi Luna, alibi *Astarte*, & apud Syros, & Phœnices *Melechet*. seu Regina Cœli dicta, ceu docuit Selden. *de Diis Syris* 2. quocum jungendus Schulting. *in Jurispr. antejust. p.* 637. qui & simulacrum hujus Deæ in Severi, & Caracallæ Impp. numis occurrere, observat. Quod ad jus nostrum attinet, Deæ hujus mentionem ideo fecit Ulpianus, quod illa Salinis in Africa culta, (ad alia enim ejus templa id privilegium pertinuisse non videtur) inter ea numina fuit, quibus, ridiculo invento, jus liberorum a Romanis datum fuerat, ut hereditates in solidum capere possent. Dio Cass. *lib.* 55. *init. p.* 549. & Ulp. *d. tit.* 22. §. 6.

CÆLIBATUS *rubr. C. de infirm. pen. cælib.* & apud Suet. *in Claud. c.* 16. & 26. Hujus poenæ legibus Papia & Poppæa inductæ infirmantur ab Impp. *l.* 1. & 2. *C. de infirm. pœn. cælib.*

CÆLICOLÆ *l.* 12. *C. de jud.* sunt, qui solem, lunam, & reliquam Cæli militiam colunt, & adorant, Pacius in *Analys. C. ad d. tit.* n. 22. Justinianus *d. l.* 12. Cælicolarum nomen inauditum esse ait, novamque superstitionem, ac proinde perperam Cujacius huc refert, quæ Judæis exprobrat Juvenal. Satyr. 14. v. 97. *Nil præter nubes*, & CÆLI *numen adorant*, nec non versum Petronianum *fragm. p.* 683. *Judæus licet*, & *procinum numen adoret*, *Et* CÆLI *summas advocet auriculas*. Præterquam enim quod viri docti in ultimo versiculo legendum esse *cilli*, non cæli jam pridem docuerunt; hi poetæ profecto notare non potuerunt sectam, quæ sæculo Christiano sexto adhuc nova, ac pene inaudita erat. Diversas virorum doctorum de illa sententias expenderunt Jac. Gothofredus *ad l.* 19. *C. Theod. de Jud.* Jo. Andr. Schmidius singulari dissertatione *de cælicolis*, & Ittigius *Hist. Schism. Donatist.* §. 163. sequ. Ut rem paullo accuratius exponamus, Justinianus hos homines conjungit cum Judæis, ad quos procul dubio originem suam referebant. Ipsum nomen argumento est, eos Deum sub nomine *schamajim* vel solem, & sidera coluisse. Frid. Spanhem. *Introd. major. in Hist. eccles. sacr.* 5. *p.* 518. Quod facile fieri potuit, quia Judæi etiam sapientiores soli, & stellis rerum omnium scientiam tribuunt, ceu ex Mosis Maimonid. *More nevoch.* part. 2. cap. 5. & ipsis Rabbinorum scriptis docuit Jo. Alb. Fabric. *ad philastr. p.* 23. Vere ergo fuerunt illi Judæi semichristiani, quos Heliognostos vocat Philastrius *de hæres. c.* 10. De iis enim ille: *Heliognosti, qui & Devictiaci* (vox nihili, pro qua Cotelerius reposuit *Heliactici*) *dicuntur solem adorantes*, *atque dicentes*, *solem scire omnia*, *quæ Dei sunt*: *homines enim etiam non alium*, *quam solem illuminare*, *solemque eis præbere omnia nutrimenta*. Semichristianos sane illos fuisse, vel ex eo adparet, quod Augustinus *Epist.* 163. *sub fin.* refert, *Majorem cælicolarum novi apud Donatistas baptismi auctorem instituisse*, & *multos illo sacrilegio deduxisse*. Ex quo loco, quem primum Cujac. *in paratit. C. p.* 45. *Tom.* 2. *op.* observavit, simul discimus, ejus sectæ antistitem *Majorem* dictum, æque ac apud Judæos *l.* 3. *C. de jud.* & *cælic.* Justinianus *d. l.* 12. etiam ædificiorum, quæ nescio cujus novi dogmatis conventus habent, meminit, quæ Christianorum ecclesiis vindicari, ipsosque istos errores pœnis coerceri jubet, nisi ad Dei cultum, venerationemque Christianam revertantur. HEIN.

CÆLITUS, id est a principe *l.* 10. *C. de metat. l.* 2. *C. de castrens.* & *minister.*

CÆLIUS SABINUS Ictus Cassio Longino successit, plurimumque temporibus Vespasiani potuit *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* Ejus librum, quem *de Edicto Ædilium Curulium* composuerat, citat Gell. *lib.* 4. *c.* 2. ubi tamen perperam Cæcilius adpellatur. Ex eo libro sumpta, vero simile est, ea, de quibus laudatur in *l.* 14. §. 1. *l.* 17. *l.* 20. *l.* 38. §. 7. §. 11. & *l. ult. D. de Ædilit. edict.* Hæc Briss. Addit HEIN. Cælius hic Sabinus Cos. ab Othone Imp. designatus in Kal. Jan. an. ab V. C. 821. eum honorem & volente victore Vespasiano gessit. Tacit. *hist. lib.* 2. *c.* 77. qui eodem die, quo ille magistratum inibat, imperium auspicabatur. A Cælio, non a Massurio Sabino nomen tulisse Sabinianos, suspicatus est Jac. Gothofr. *in Manual. jur. p.* 29. idque omnino verosimilimum est. Sectæ enim nominibus hominum, non diversæ, sed ejusdem ætatis distingui solent. Syncroni vero fuerunt non Massurius, & Proculus, nec Cassius, & Pegasus, sed Proculus, & Cassius, Pegasus & Sabinus. Quin antiquiora nomina διακριτικα non fuisse Proculeianorum, & Sabinianorum, sed Cassianorum, & Proculeianorum ipse innuit Pomponius *l.* 2. §. *ult. D. de orig. juris*.

CÆLUM pro aere jurisconsulti dicunt *l.* 1. *D. de adquir. rer. dom.* & multis aliis locis. Servius in illud Virgil. *lib.* 1. *Georg. v.* 51. *Varium cæli prædiscere morem*. Ait Cæli, id est, aeris. Lucretius: In hoc cælo, qui dicitur aer: Junilius Afer *Comment. in Genes.* Post irradiatum, ait, sideribus cælum, post impletum volatilibus aerem, qui ob vicinium Cæli nomen meruit. Sic accipe gravitatem cæli apud Tacit. Annal. *lib.* 2. *cap.* 85. duritiam apud eundem *lib.* 13. *Annal.* provincias gravioris cæli apud Sueton. *in Tiber. cap.* 36. itemque cælum agri *l.* 13. §. 6. *D. de usufr.*

CÆMENTITIUS ex cæmento *l.* 57. *D. locat.* Rivus cæmentitius *l.* 3. §. 1. *D. de riv.* Cæmentitii parietes apud Vitruv. *Archit. lib.* 2. *cap.* 8.

CÆMENTUM, vel, uti in Florentinis est, Cementum, vocantur lapides, & saxa informia, quæ ideo quadratis opponuntur. Vitruv. *Archit.* 2. 8. Non. Marcellus: *Cæmenta lapides non magni modi*, *quibus ædificia consurgunt*. Quæ cæmenta in structuris interdum

cal-

calce, & arena, interdum luto solo illitas fuisse, Liv. *lib.* 21. *c.* 11. ostendit. Hoc vocabulum occurrit in *l.* 8. §. *ult. l.* 39. *D. de rei vind. l.* 17. §. 6. *D. de act. emt.* HEIN.

CÆNA, CÆNUM, vid. COENA, COENUM.

CÆRIMONIÆ sunt externi in sacris, ritus moresque *c. non est* §. *his itaque & dist.* 16. *quæst.* 7. *can. in nov. c.* 45. *dist. c. qui sincera.* Paulo alio significatu cærimoniam definivit Christian. Vvolffius *Jur. nat. part.* 2. §. 442. Signa eorum, quorum in exsequutione propositi alicujus meminisse debemus. Quem cerimoniæ significatum ad alios quoque actus ultra religiosos extendit.

CÆSAR hoc nomen jam ante Julium Cæsarem inditum fuerat Scipioni Africano, ab elephanto in prælio occiso, qui Lingua Maurorum *Cæsa* dicitur, vel quia mortua matre cæso ventre sit natus, vel cum magnis crinibus sit utero matris effusus, vel quod Cæsios oculos habuerit. Secundam illarum rationem de Cajo Julio Cæsare adfert Moschopulus sub voce Καισαρ. Quidquid ei rei sit, hoc nomen ad reliquos deinceps principes manavit, ut Cæsar nunc Imperatorem significet *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.* & ipse Hadrianus Cæsar. adpelletur *l.* 20. §. 6. *D. de hered. petit.* Postea hoc nomen Imperatoribus designatis, & futuris Imperii successoribus tribui solebat. Quo nomine primum adpellatum Lucium Aelium Verum, Spartianus *in ejus vita cap.* 1. tradit: Huic, ait, naturalis pater fuit L. Aelius Verus, qui ab Herodiano adoptatus, primus Cæsar est dictus. Unde ab Augusto Cæsar interdum separatur *l.* 7. *C. de malef. & mathem.* ibi: *In comitatu*, inquit, *meo, & Cæsaris*, & apud Spartianum, Julium Capitolin. Lampridium, & in Inscriptionibus sæpe. Sic potest intelligi *l.* 6. §. *ult. D. de jur. fisc.*

CÆSARIANI pro officialibus Cæsaris *l.* 9. *C. de pœn. proscr. l.* 5. *de jur. fisc. & rubr. C. de Cæsarianis* in C. Theod. *l.* 2. *C. Th. de bon. vacant.* Usurpat & hoc nomen Arrian. *lib.* 3. Epictet. *cap.* 24. & *lib.* 4. *cap. ult.* Cæsariana metalla *l.* 6. §. *ult. D. ad leg. jul. peculat.* prædia *l. ult. D. de offic. procur. Cæsar.*

CÆSARIENSIS colonia in Palæstina *l.* 1. §. *ult. D. de cens. l. ult. D. eod. tit. Nov.* 103. *præf.* Fuit. & Cæsarea Cappadociæ gentis caput. Unde *Cæsarienses advocati* §. *ult. Inst. quib. alien. lic.* §. 5. *Inst. de inutil. nupt.*

Cæsariensis advocatio *l. ult. C. de pact.* & Cæsariana *l.* 12. *C. de legit. hered.*

Cæsariensis civitas Mauritaniæ provinciæ *l.* 2. §. 1. *D. de off. præf. præt. Afr.*

CÆSPES. vid. CESPES.

CAINANI inde sunt adpellati, quoniam Cain adorant *c.* 29. §. 14. *caus.* 24. *qu.* 4. Isidor. *etym. lib.* 8. *c.* 5. post Tertullianum *lib. de præscr. adverf. hæret.* ubi ait: Magnificant enim Cain quasi ex quadam potenti virtute conceptum, quæ in ipso operata sit.

CAJUS. vid. GAJUS.

CALAINUS, vel ut in aliis codicibus Callinus in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* inter lapides recensetur. Callais, inquit Plin. *hist. nat.* 37. 8. est gemma viride pallens, chrysoprasio similis, at minus pretiosa. A Callis est adjectum Callainus, quod lapidem notat in alvo æritis nascentem ex eo genere, qui zaphinsius adpellatur, & quo lapillo, teste eodem Plinio *lib.* 36. *c.* 21. nihil est tenerius. Add. Guid. Pancirol. *lib.* 2. *c.* 110. *var. lect.* HEIN.

CALAMITATEM, ut Donatus *in Ter. Eunuch. act.* 1. *sc.* 1. tradit, rustici grandinem adpellant, quod comminuit *calamum*, ac segetem. Generaliter vero pro quolibet adverso casu, ac detrimento, pro qualibet clade, & jactura *calamitatis* nomen usurpatur *l. ult. C. de usufr.* Sic & capitis deminutionem maximam, & ipsam mortem calamitatis nomine venire animadvertimus *l.* 5. §. 2. *D. de stat. hom.* Hinc Calamitosa tempestatis vis *l.* 15. §. 1. *D. locat.* Calamitosi in *l.* 19. *D. de Offic. præf.* sunt ærumnosi, malis, calamitatibusque prægravati, ceu exponit Nonius. Et ager hujusmodi calamitatibus obnoxius calamitosus dicitur a Catone *de re rust. cap.* 1. & 25. & Cicerone *Agrar.*

CALAMUS, non legitur hoc vocabulum in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* sed Calainus, de quo supra.

CALANTICA, uti Florentiæ legitur, aliis Calautica in *l.* 27. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* inter ornamenta muliebria occurrunt. Nonius tegmen id esse muliebre, quod capiti innectitur, tradit, citatque illud Ciceronis in Clodium: *Tunc cum vincirentur pedes fasciis, quum calauticam capiti accommodaret.* Auson. *in periech. Odyss. Homeri lib.* 5. Ino calauticam capiti suo ademtam accommodat. Servius in *Æneid.* 9. *v.* 616. ad hæc verba. Et habent redimicula mitræ. Pilea, ait, virorum sunt, mitræ feminarum, quas calautica adpellant. Plane in vetusto Glossario calautica ὑπὸ ζωνης definitur.

CALATA Comitia: In iis in pace & ocio olim facta testamenta, tradit Justinianus §. 1. *Inst. de. testam. ordin.* Calata autem comitia, ut tradit Gell. *lib.* 15. *c.* 27. erant; quæ pro collegio Pontificum habebantur, aut Regis sacrorum, aut Flaminum inaugurandorum caussa. Quorum alia curiata erant, alia centuriata. Illa per lictorem curiatim calari, id est convocari solebant, hæc per cornicinem. Addit, iisdem comitiis in concione populi, & sacrorum detestationem, & testamenta fieri consuevisse. Adde Theophili paraphras. *ad d.* §. 1.

CALAUTICA. Vid. supra CALANTICA.

CALCARE uvam *l.* 25. *D. de act. emt.* Ovid. *lib.* 2. *metam. v.* 26. Stabat & auctumnus calcatis sordidus uvis. Uvas autem torculari calcari, monet Cato *de re rust. c.* 112.

CALCARIA *l.* 8. §. 10. *D. de pœn.* Calcaria fornax apud Plin. *lib.* 17. *c.* 3. Tertullian. *de carn. Christi c.* 6. *De calcaria in calcariam.* Alia autem est fornax calcaria, aliæ Calcariæ, in quas damnati nocentes, quam

quam pœnam damnationi in metalla comparat Callistr tus *d. l.* 8. *D. de pœn.* Sunt enim hæc lapicidinæ, ex quibus calx eruitur, ut sulphurariæ, ex quibus sulphur. HEIN.

CALCARIENSES *l.* 37. *C. Theod. de decurion.* qui obstricti erant excoctioni calcis.

CALCEARIUM, vel, ut Florentiæ legitur, Calciarium, eadem forma dicitur, qua Vestiarium in *l.* 8. §. 12. *D. de transact.* pro eo quod ad pedum tegumenta comparanda, vel ad calceatum alicui relictum est. Add. *l.* 21. *D. de alim. & cibar. relict.* & Suet. *in Vesp. c.* 8. petentes constitui sibi aliquid CALCEARII nomine.

CALCEATUM *cooperare* debere Præfectum vigilum, ait *l.* 3. §. 3. *D. de præf. vig.* Calceatum cothurnis dixit Plin. *hist. nat. lib.* 7. *cap.* 10. Nimirum, ut notat Heinecc. calceati incedebant, qui ad rem gerendam instructi, ac veluti in procinctu erant. Ex quo facile patet, quid sibi velint illa Paulli Apostoli *in Epist. ad Eph. cap.* 6. *v.* 15. Calceatis pedibus in præparationem evangelii Christi. Quem locum erudite interpretatur Ant. Bynæus *de calceis Hebræorum l.* 5. *pag.* 62. *seq.* HEIN.

CALCEUS, vel CALCEAMENTUM non erat in genere vestium *l.* 25. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* Neque enim tam tegebat, quam defendebat pedes. Quin ne usos quidem ordinarie calceis esse veteres, sed eosdem in procinctu tantum, & expeditione sumsisse, satis notum est. HEIN.

CALCITROSUS equus *l.* 1. §. 4. *D. si quadrup. paup.* Calcitronem vocat Cœlius Sabinus apud Gell. *lib.* 4. *c.* 2. Constant. Harmenop. cum Theophilo λακτιστὴν vertunt. Calcitrosa jumenta *l.* 4. §. 3. *D. de Ædil. edict.*

CALCULATORES in *l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert.* quos & Tabularios adpellatos ostendit *leg.* 1. §. 6. *D. de extraord. cognit.* ψηφιστὰς vocat Modestin. in *l.* 15. §. 5. *D. de excus.* Hi numerandi, computandique artem docebant. Unde librariis notariis adjunguntur. Martial. *lib.* 10. *epigr.* 62. Nec calculator, nec notarius velox. D. Augustin. lib. 4. *contra Academ.* Quibus duobus repertis nata est illa librariorum, & *calculonum* professio, velut quædam grammaticæ infantia. Ubi *calculones*, nisi mendosus est locus, pro *calculatoribus* ponuntur. Nam antiquitus pueri scribendi, & calculi ponendi artem simul docebantur, ut Horat. *lib.* 1. *epist.* 1. ostendit. Unde idem *lib.* 1. *sat.* 1. *v.* 73. de pueris: Quo pueri magnis a centurionibus ortis, Lævo suspensi loculos tabulamque lacerto ibant, octonis referentes idibus æra. Et Juvenal. *sat.* 9. *v.* 40. Ponatur calculus, adsint cum tabula pueri. Julius Capitolinus *in Pertinace c.* 1. Puer litteris elementariis, & calculo imbutus. Ex quo simul patet, cur Ulpianus Calculatores impuberibus ministeria præstare scribat *d. l.* 8. §. 5. *D. de oper. libert.*

CALCULUS pro computatione, ut cum calculus subduci *L.* 8. *D. depos.* & calculo subjici quid dicitur *l.* 11. §. 7. *D. ad leg. falcid.* Et eo sensu accipe calculum in *l.* 6. §. *ult. D. de his qui not. infam. l.* 29. *D. de dol.* ubi calculum pro re pecuniaria dici vult Brisson. Artemidor. *lib.* 2. *cap.* 5. ψῆφον γὰρ καλοῦμεν, ὥσπερ λίθον τὸν ἐπ᾽ δακτυλίοις, οὕτω δὴ καὶ τὸν χρημάτων ἀριθμόν. Calculum enim cum gemmam anulo inclusam, tum pecuniæ computationem adpellamus. Quinctilian. *lib.* 7. *cap.* 8. Tutelæ præterea, in quo judicio solet quæri, an alia de re, quam de calculis cognosci oporteat? Idem *lib.* 11. *cap.* 3. Non dico de homicidio, sacrilegio, parricidio, sed de calculis certe, atque rationibus in lite.

Calculus judicialis pro sententia *leg.* 12. *C. de judic.* & ita deteriorem calculum reportare *l.* 20. *C. de adpellat.* meliorem calculum, verioremque sententiam reportare in *Novell. Theodos. & Valent. ne duc. vel limitan. milii.* calculo eripere *l.* 4. *C. de auct. præst.*

CALDA aqua pro calida apud Ulp. *l.* 19. §. 2. *D. locat.* Quum olim hæc forma minus frequens esset, adeo ut Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* saltim dubitaret, an recte diceretur calidor, & caldissimus, Cæsar Augustus ob euphoniam prætulit caldus. Quinctilian. *lib.* 1. *cap.* 10. ejusque exemplo deinceps Horatius *lib.* 1. *serm. sat.* 3. *v.* 53. & comparativo *caldior* uti non dubitavit. HEIN.

CALEFACTIO balnei *l.* 35. §. *ult. D. de legat.* 3. thermarum *l.* 1. *D. c. d. tit.*

CALENDÆ prima cujusque mensis dies. Calendas autem in stipulationibus, & pecuniæ creditæ cautionibus primarum, proximarum, secundarum, tertiarum, futurarum adpellatione discerni consuevisse patet ex *l.* 7. §. 1. *D. solut. matrim.* ubi ex calendis novembribus primis, & *l.* 40. *D. de reb. creditis* dari calendis futuris, item *l.* 41. *D. de verb. oblig.* ubi Ulpianus: Qui calendis januariis stipulatur, si adjiciatur *primis*, vel *proximis*, & mox: Sed & si dicat *secundis*, vel *tertiis*, vel quibus aliis. Idem in *l.* 1. §. 3. *D. eod. tit.* Si ita interrogatus, intra Calendas quintas? Porro qui ante Calendas proximas stipulatur, similis est ei, qui Calendis stipulatur *l.* 13. *D. de verb. oblig.*

Ex Calendis Martiis ut plurimum locationes incipiebant, pensionesque inferebantur, ut patet ex *l.* 58. *D. de usufr.* & *l.* 7. §. 1. *D. de solut. matrim.* Eundem diem festum mulieribus fuisse, muneraque illis mitti solita, ostendit *l.* 31. §. 4. *D. de dom. int. vir. & ux.* Vetus Horatii interpres *ad lib.* 3. *od.* 8. Solinus *in polyhystore*: Romani in initio annum decem mensibus computabant, a Martio auspicantes, adeo ut ejus die prima de aris Vestalibus ignem accenderent, mutarent veteribus virides laureas, senatus, & populus comitia agerent, matronæ servis suis cœnas ponerent, sicuti Saturnalibus domini. Illæ ut honore promtius obsequium provocarent, hi quasi gratiam repensarent perfecti laboris. Quæ ille ex Macrob. *lib.* 1. *saturn.* c. 12.

c. 12. sumsit. Unde scite Martial. *l. 5. epigr. 85.* Martias Calenda *saturnalia feminarum* adpellat.

CALENDARIUM librum fœnebris pæcuniæ creditæ, seu codicem, in quem nomina debitorum referantur, significat *l. pen. D. de reb. cred. l. ult. D. de pecul.* & aliis locis. Divitem illum putas, ait Senec. *epist.* 87. qui in omnibus provinciis arat, quia magnus illi Calendarii liber volvitur. Hoc autem nomen ex eo descendit, quod in calendas veteres fœnerari solerent. Ideoque Calendarum nómine ejusmodi librorum paginis præposito, quæ deinde nomina fecissent, adscribere solebant. Hinc loquutiones Calendarium exercere *leg. 41. §. 6. D. de legat. 3.* & alibi passim. Calendarii actio *l. 39. §. 14. D. de admin. & peric. tut.* curatio *l. ult. D. de muner. & honor.* Calendario destinatæ pecuniæ, id est, nominibus faciendis *l. 64. D. de legat.* 3. Ex calendario nomina *leg. 34. §. 1. D. eod.* In nominibus omnis substantia calendarii. Calendario præpositus servus occurrit in *l. 41. D. de reb. cred.* Calendaria prælegare *leg. 34. D. de legat. 3.* Quo legato non solum nomina, sed & pecuniam, si qua a debitoribus exacta, calendario destinata est, comprehendi, traditur *l. 62. D. de legat. 3.*

CALIGATI milites *l. 2. D. de his qui not. ingam.* Justinianus in *Nov. 74. cap. 4. §. 6.* Κτρατιώτας ἐνόπλες, ὡς ὁ νόμος καλιγάτες καλεῖ, τȣτέςιν ευτελεςέρȣς, καὶ ἀφανεςέρȣς: *Milites armatos, quos lex Caligatos adpellat, id est, viliores, & obscuriores.* Ita autem dicti a Caliga, quæ fuit calceamentum militum etiam gregariorum, quod magnam pedum partem muniebat, utebantur tamen illo & digniores, centuriones, tribuni, duces, sed aureis, argenteisque clavis distinctis, ceu jam præter Brissonium *in Select. antiq. lib. 2. c. 5.* Lipsius observavit. Formam caligarum in columna Trajani, & arcu Constantini M. adhuc superstitem æri incisam dedit Anton. Bynæus de *calc. hebr. l. 6. 5. p. 83.*

CALIX. Calicem *diatretum* memorat Ulpianus *l. 27. §. 29. D. ad Leg. Aquil.* ἀπὸ τȣ διατρῆσαι, quod est *excavare*, vel *forare*. *Diatretarii* autem vocantur artifices, quorum industria conficiebantur ejusmodi calices *leg. un. C. de excus. artif.* De his egit Salmas. ad *Script. Hist. Aug. p. 458.*

CALLAINUS. Vid. Supra CALAMUS.

CALLIDITAS. fraudem, machinationem, fallaciam, dolum malum significat in *l. 2. D. de proxen. l. 11. §. fin. D. ad exhib. l. 2. §. 5. D. de lib. hom. ex hib. l. 5. C. ad SC. Vellei l. 1. §. 5. D. de separ.*

CALLIDUM commentum *l. 9. D. de reb. eor.* consilium *leg. 7. §. 11. D. de publician. in rem act.* Callidis artibus *leg. ult. C. quor. adpel. non rec.* seu callide, ut ut est in *l. 31. D. de recept. arb.* Callidos autem Cic. *de Nat. Deor.* III. 10. adpellare se ait, quorum tamquam manus opere, sic animus usus concalluit. Similiterque Donatus *in Adelph. Ter. Act. 3. scen.* 4. callidum eum dici ait, qui callum sibi usu artis induxerit.

CALLISTRATUS jurisconsultus libros sex cognitionum, seu *de cognitionibus* scripserat. Edictorum *monitoriorum*, seu *Edicti monitorii*, vel *Edictum monitorium* æque libros sex, *De jure Fisci & Populi* libros quatuor *Institutionum* libros tres, *Quæstionum* libros duos: Hunc Alexandri in consilio fuisse Lampridius in ejus principis vita *cap. 58.* refert. Verum illic in ratione temporum fœde lapsus est, qui Alfenum, Celsum, Proculum, Africanum Ulpiano, & Paullo Papiniani discipulis permiscet. Sane quibus ille potissimum temporibus vixerit, ex eo colligitur, quod in *l. 38. D. de legib. Imperator*, inquit, *noster Severus rescripsit*, nec non in *l. 14. §. 4. D. de munerib. Idque Imperator noster Severus Aug. rescripsit.* At in *l. 3. §. ult. D. de offic. procur. Cæs. Imperatores* inquit, *nostri Severus, & Anteninus.*

CALLITAS legitur in Florentinis *l. 29. §. 5. D. mandat.* Sed Taurellus monuit, ibi alia, correctoris procul dubio manu, adscriptum esse *calliditate*: Ut adeo scribentis hic procul dubio error sit. Vid. Ducker *de latin. vet. ictor. p. 398.* HEIN.

CALOPODIUM, ad cujus scrinium fiunt chartuliari sex *l. 26. §. 3. C. de sacrosanct. eccles.* Videtur autem calopodium heic significare corpus, aut scholam palatinorum nunciorum. Calopodos enim dici boni, felicisque pedis homines observat Cœlius Rhodigin. *lect. antiq. lib. 11. c. 16.*

CALOR iracundiæ *l. 3. D. de divort. l. 48. D. de reg. jur.* Calor inconsultis *l. 1. §. 5. D. ad Sc. Turpil.* juvenilis *l. 4. C. de auct. præst.* licitantis *l. 9. D. de publican.*

CALPHURNIÆ ceu improbatissimæ feminæ fit mentio in *l. 1. D. de postul.* tametsi, ut Alciatus indicat, antiquiorum codicum lectio in ejus nomine vacillat: unde ipse arbitratur, de C. Afrania intelligendum.

CALVISIANA actio adpellatur, quæ patrono datur ad revocanda ea, quæ in fraudem ejus libertus alienavit *l. 16. §. 6. D. de hered. pet. l. 1. §. 11. l. 2. l. 3. §. 3. l. ult. D. si quid in fraud. patron.* Vetus Glossarium: Calvisiana actio est, per quam revocantur, quæ in fraudem patroni libertus alienavit.

CALVISIANUM SC. quo impar matrimonium improbabatur, jubebaturque, non proficere ad capiendas hereditates, & legatas dotes, quæ potius caducæ fiebant. Ulpian. *fragm. tit. 16. §. 4.* ubi Calvitianum post alios viros doctos in mendo cubare observat Heinecc. Adde quæ ipse adversus lectionem Cujacii *Claudianum* rescribentis notavit in *Comm. ad Leg. Jul. & Pap. lib. 1. c. 3.*

CALVITAS in *l. 29. §. 5. D. mand.* ubi Haloander edidit, propter suam *calvitatem* plectatur: At Florentina *callitatem* habet, idque scribentis vitium correctum esse, repositumque *calliditatem*, jam supra monuit sub voce *Callitas*. HEIN.

CAL-

CALVITUR, inquit Non. Marcell. est frustratur, tractum a calvis mimis, quod sunt omnibus frustratui. Eo vocabulo usi sunt Decemviri in XII. Tabulis: *Si calvitur, pedemve struit, manum endo jacito.* Festus in verbo *struere*. Id vocabulum explicans Caius *l. 233. pr. D. de verb. signif.* Si Calvitur, inquit, & moratur, & frustratur. Inde & calumniatores adpellati sunt, quia per fraudem, & frustrationem alios vexarent litibus. Inde & cavillatio dicta est. Hæc Caius: Ibi vero manifesto pro *&* legendum est calvitur *est* (significat) *moratur, frustratur*. Eodem modo id verbum explicant Charisius, Priscianus, Isidorus, quorum loca attulit Menag. *amœn. jur. civ. c. 39. p. 265.* HEIN.

CALUMNIA, ut Non. Marcell. explicat, est malitiosa, & mendax infamatio. Beda *ortograph.* Calumnia, ait, est crimen falsum, quum nobis adversarius aut malum, quod non fecimus objicit, aut bonum, quod fecisse probamur, in contrarium interpretari conatur. Cassiodor. in *ps.* 117. Calumniam esse scribit, commentum aliquod periculosæ facultatis objectum.

Imprimis, si a sciente aliquis vel actione, vel accusatione calumniosa vexetur, hæc calumnia est. Nam in pecuniariis caussis æque, atque in criminibus calumnia intervenit, atque ideo Calumniæ *actio* olim reis absolutis adversus improbos ligatores, & eos qui temere petierant, dabatur, quæ eos decima parte litis mulctabat, ut Justinianus, & Theophilus scribunt in §. 1. *Inst. de pœn. tem. litig.* Ita *per calumniam petere, & desiderare, ut cautio interponatur*, id est, cautionem nullo jure, & vexandi adversarii caussa postulare *l. 3. §. 1. D. ut in possess. legat. l. 1. fin. l. 8. D. de prat. stipul.*

Calumnia strictius accepta etiam est crimen ejus, qui, ut alteri negotium facessat, vel non facessat, pecuniam accipit, vel depaciscitur. Sic calumniæ caussa negotium cui facere, vel non facere *l. 1. D. de calumniat.*

Porro ita vocatur accusatorum malitia, qui falsa crimina intendunt, ut in *l. 1. §. 3. D. de SC. Turpil.* Cic. *ad famil. lib. 8. Epist. 8.* Caium Sempronium Rufum calumniam maximo plausu tulisse, scribit, ubi intelligi accusatorem, qui judicio publico victus, & per calumniam accusationem instituisse judicatus erat eadem plane figura, qua *suffragiorum puncta ferre*, & *tribum ferre* veteres dicebant, quod adversus Manutium notat Brissonius, cui suffragatur Jo. Frid. Gronovius *in notis* a Grævio editis, & in *adnot. ad Senec. lib. 2. controv. p. 407.* ostendit, idem esse ferre calumniam, ac calumniæ periculum non evitare, ut in *l. 14. §. 2. D. ad Leg. Jul. de adul.* vel calumniam notari, ut in *l. 4. D. de accus.* Et sane eam significationem totius epistolæ materia manifesto postulat. HEIN.

Calumnia etiam est quævis versutia, qua alterutrer litigantium adversarium suum circumvenire conatur. Sic dicitur quis *de calumnia* jurare *l. 3. §. 3. D. de damn. infect.* jusjurandum de calumnia *l. 34. §. 7. D. de jure jur. l. ult. D. de fideic.* Paullus *in l. 110. §. ult. D. de reg. jur.* Mulieribus tunc succurrendum est, non ut facilius calumnientur, sed ut defendantur.

Calumnia, & nimis callida, seu malitiosa juris interpretatio a Cicerone *lib. 1. de offic. c.* 10. conjunguntur. Et ita Paullus *l. 19. D. ad exhib.* non oportere ait, jus civile calumniari, nec verba captari. Unde Cic. *lib. 2. ad Heren. cap.* 10. Calumniatoris officium esse, ait, verba & litteras sequi. Idem *pro Cæcina cap.* 18. scriptum sequi calumniatoris esse, bonique judicis, voluntatem scriptoris auctoritatem defendere.

CALUMNIARI est falsa crimina intendere in *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpil.* Est etiam improbe litigari, ut in *l. 39. §. 1. D. de lib. caus. l. 5. §. 1. D. ne quis eum qui in jus voc. l. 4. §. 4. D. de his, qui not. infam.* denique per fraudem, aut versutiam quid agere, ut in *d. l. 110. §. ult. D. de reg. jur.*

CALUMNIATOR, ait Isidor. *origin. lib.* 10. falsi criminis accusator a calvendo, id est frustrando, & decipiendo dictus. Est quidem calumniator, tum qui per fraudem, & frustrationem aliquid in judicio facit *l. 233. pr. D. de verb. signif.* tum qui sciens dolo malo alicui innoxio crimen intendit *l. 1. §. 1. D. ad SC. Turpil.* tum qui ut negotium cui faciat, vel non faciat, pecuniam accipit, vel depaciscitur *l. 1. D. de calumniat.* tum denique qui jus civile interpretatione pervertit *cap.* 18. verbaque captat. Cic. *pro Cæcina*. Ut vero Calumniator, ita & Calumniatrix dicitur *l. 1. §. 14. D. de ventr. in possess. mit.*

CALUMNIOSE *l. 8. D. de stipul. præt.*

CALUMNIOSUS. D. Augustinus *Serm.* 24. Jam ille calumniosus, qui vult alteri facere caussam, & qui tollere ab illo vel pro compositione gaudet. Et Paull. 1. *sent.* 5. 1. Calumniosum dicit, qui sciens, prudensque per fraudem negotium alicui comparat. Quo vocabulo eodem sensu ipse usus est 1. *sent.* 5. 2. isque locus eodem modo relatus est in pandectas *l. 3. ad S. C. Turpill.* Nulla igitur ratione quidam pro *calumnioso calumniatorem* reponendum, censuere. Calumniosissimum caput *l. 8. C. de calum.*

CALUMNIOSUM etiam dicitur, quidquid fit fraudulenter, & per calumniam. Sic calumniosa accusatio *l. 14. §. 7. D. de bon. libert.* actio *l. 6. c. de admin. tut.* adnotatio *l. 82. §. ult. D. de legat.* 3. Calumniosis criminibus insectari innocentes *l. 6. §. 2. D. de offic. præf.*

CALX pro lapide igne soluto *l. 1. §. 1. D. de tign. junct. l. 12. D. de usufr.* Alias Calx pro calcaneo, ut cum calce petere, vel percutere dicitur equus *l. 1. § 1. D. si quadrup. paup.* & calcem rejicere multa *l. ult. D. eod. tit.*

CA-

CAMELARIUS, cui camelorum cura mandatur *l. ult.* §. 11. *D. de muner. & hon.*

CAMELASIA, sive camelaria inter munera civilia personalia numeratur *l.* 1. *l. ult.* §. 11. *D. de mun. & hon.* Nam animi provisione, & corporalis laboris intentione hoc munus absque ullo gerentis sumtu, ac detrimento sustinebatur, propterea quod ratione habita & alimentorum, & camelorum certa pecunia camelariis dari debebat. Usurpat hoc Camelasiæ nomen Ammian. Mercell. *lib.* 17. *c.* 5. De hoc vocabulo, ejusque varia interpretatione consuli merentur Cujac. 9. *obs.* 9. Turneb. 21. *adversar.* 21. Ducker. *de latin. vet. ICtor. p.* 418. HEIN.

CAMELI inter pecudes, & bestias quasi mixti sunt. Nam & jumentornm operam præstant, & natura eorum fera est *l.* 2. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* Ac plane Camelos, ut Plin. *lib.* 8. *c.* 18. refert, inter armenta pascit oriens, omnesque jumentorum in iis terris dorso funguntur. Ulpianus tamen *fragm. tit.* 19. §. 1. Camelos, quamvis collo dorsove domentur, *nec mancipi* habitos scribit, quoniam bestiarum numero fuerint.

CAMERA figulino opere facta *l.* 19. §. 1. *D. de serv. præd. urb.*

CAMERATA *arca* occurrit in *l.* 19. §. 5. *D. locat.* ubi pro *arcam cameratam* Florentina habet *arcam eratam*. Forte *arcameratam* cum scriptum esset in codice, ubi litteræ CAM, juxta notissimum scribendi modum, ceteris grandiores, repetitionis vim haberent, id librarii cujusdam incuria effluxit, qui litteram E in Æ mutavit, ut ex *eratam* parte desinentis vocabuli aliud vocabulum *aratam* conficeret. Ac plane priorem lectionem materia citatæ legis manifesto requirit; Quum arca camerata id est curvata (*camerum* enim Festo est curvum) Id genus arcæ potuerit esse, quem tollendi facultatem Dominus ædium impediverit angustando aditum. Convenientius quidem huic lectioni foret, quod ait Alex. Scotus, qui aream cameratam definit vehiculum contectum, quo matronæ, & valetudinarii gestantur.

CAMPANIÆ fit mentio in *l.* 2. & 7. *C. Theod. de indulg. debit.* Campanus municeps *l.* 1. *D. ad municipal.* Campani decuriones *l.* 50. *D. de contrah. emt.*

CAMPANUS ICtus citatur in *l.* 47. *D. de oper. libert. l.* 34. *D. de fideic. libert.* Sunt qui hunc Campanum e Cocceiorum familia fuisse contendunt, eo quod ad Cocceium Campanum rescripsisse leguntur Severus, & Antoninus Impp. *l.* 29. *D. ad SC. Trebell.* & §. 3. *Inst. quib. mod. test. inf.* Sed ab eo diversum esse ICtum nostrum, & hunc jam Hadriani, & Antonini Pii temporibus floruisse, docet Menag. *Amœn. jur. civil. c.* 37. HEIN.

CAMPUS jaculatorius *l.* 6. §. *ult. D. ad leg. aquil.* Martius *l.* 39. §. *ult. D. de legat.* 1. publicus *l.* 2. §. 9. *D. ne quid in loc. publ.*

CAMUM in *l.* 9. *D. de trit. vin. el. leg.* Hieronym. Mercurialis 5. *var.* 8. putat esse potionis genus ex variis rebus commixtæ, perinde ac cerevisiæ, non absimilis sabaiæ, potioni quæ in Illyrico ex hordeo, & frumento fiebat. Ammian. 26. De Camo ex instituto agit Cujac. 9. *obs.* 30. ubi ex Apicio docet, camum fuisse loram. Locus Apicii est *lib.* 3. *c.* 2. Sed ibi non legitur, *camum defrutum immitatur. quod Romani loram vocant*, quemadmodum verba Apicii citat Cujacius, sed *caricarum defrutum mittas, quod Romani colorem* vocant. Nihil ergo hic locus ad camum, & loram facit, manetque incertum, quale potus genus fuerit *camum*. Alii in *d. l.* 9. Carenum legendum putant, quod fervendo parte caret. Grot. *flor. spars.*

CANALIS pro fistula, vel caverna subterranea, per quam vel aqua, vel sordes ducuntur *l.* 15. *D. de act. emt.* At ita sæpe adpellantur etiam viæ publicæ, non παρόδοι, quæ in aliam regiam viam veluti influunt, sed ipsæ regiæ, & militares, ad quas sitæ civitates, quas pervias vocare solet Ammian. Marcellin. *l.* 2. *C. Theod. de curios. l.* 15. *C. de curs. publ.* Synodus Sardic. *can.* 21. ἐν ταῖς παρόδοις ἤτοι κανάλῳ *in vis regiis, vel in canali.* Athanas. *apologet.* 2. p. 597. οἱ ἐν τῷ κανάλῳ τῆς Ἰταλίας, *qui in canali Italiæ.* Ubi sane κανάλιον τῆς Ἰταλίας, & via regia Italiæ, quales erant Appia, Aurelia, & similes, maxime vero celebris illa, quæ Aquileja Byzantium, atque inde Nicomediam usque ducebat. Pleraque hæc observavit Jac. Gothofr. *in comm. ad d. l.* 2. *C. Theod. de curios.* & Car. Du-Fresne in *glos. lat. T.* 1. *p.* 371. qui tamen πάροδον perperam pro diverticulo, vel via transversa accipiunt, ceu notavit Innoc. Ciron. *obs. jur. can.* 214. HEIN.

CANCELLARE testamentum *l.* 15. §. 1. *D. de testam. milit.* chirographum *l.* 24. *D. de probat.* tabulas cautionis *leg.* 82. §. *ult. D. de furt.* id est, delere, quod tranversis veluti cancellis, seu lineis cancellatim ductis fieri solet.

CANCELLARIUS *leg.* 3. 5. 8. *C. de adsess. l.* 1. §. *ult. C. de off. præt. Afr.* Constantinus M. *l.* 1. *C. Theod. de agent. in reb.* Quod circa scrinia nostra, & Cancellarios, & largitionales, & officiales comitum rerum privatarum. Sic & Cancellarium Præpositi, dixit Cassiodor 1. *var.* 35. Cancellarios provinciarum, & qui cancellos principis agebant *c.* 12. A cancellis autem eos nomen traxisse, idem 11. *Var.* 6. docet his verbis: Respice, quo nomine nuncuperis. Latere non potest, quod inter cancellos egeris. Tenes quippe lucidas fores, clanstra patentia, fenestratas januas. Ex quo loco, & sequentibus verbis adparet, intra cancellos undique conspicuum cancellarium stetisse. Unde munus, dignitasque ejus *cancellorum officium* vocatur ab eodem Cassiod. 12. *Var.* 27. Cancellarium autem ad responsa sua principem elegisse, ejusque fidei consistorii secreta commissa, per eum ad principis aures supplicum desideria perlata, per eum accessisse, qui principi præsentandus erat, jussaque principis expedisse, idem Cassiodorus passim ostendit. Vetus Glossarium: Cancellarius est, qui habet officium, scripta, responsaque

ſeque Imperatoris, atque mandata inſpicere, & male ſcripta cancellare, & bene ſcripta ſignare.

CANCELLUS ædium ſingulari numero *l. 6. D. quod vi aut clam.* Cancelli in ædibus *l.* 41. §. 10. *D. de legat.* 2. Septa ſunt ex rectis, obliquis, tranſverſis lignis contexta, & compacta, plagulis, ſeu foraminibus invicem diſtincta. Feneſtratas januas Caſſiod. 11. var. 6. adpellat. Erant enim cancelli januæ translucidæ, & ex lignis reticulatim compoſitis compoſitæ, quibus interius vela prætenſa erant, ut inumbrarentur, ſi opus videretur. Hinc cancelli, & vela junguntur in *d. l.* 41. §. 10. *D. de legat.* Plura de cancellis, eaque haud vulgaria notavit Cl. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. aug. p.* 483. HEIN.

CANDELABRUM ſupellectili adnumeratur *leg.* 3. *D. de ſupellect. leg.* Candelabro incluſum ſigillum *l. 6. D. ad exhib.*

CANDIDATUS olim libera republica, & poſtea initio principatus dicebatur, quicumque magiſtratum petebat, a toga candida, qua indutus populum prenſabat. Polyb. *lib.* 10. *c.* 4. Eo ſenſu accipiuntur candidati in *l.* 21. *C. Th. de præt. & quæſt.* & *l.* 22. *eod. tit.* ubi & ipſe ordo Senatorius Ordo Candidatus vocatur. HEIN.

Poſtea eo nomine venerunt *quæſtores* CANDIDATI, vel Candidati *principis*, qui ſolis libris principalibus in Senatu legendis vacabat *l.* 1. *D. de offic. quæſt.* Per eos rationes principum in Senatu recitatas docuit Briſſon. *Antiq. Rom. l.* 17. *p.* 19. De Quæſtoribus his Candidatis vide apud Reineſ. *inſcr. II.* 26. *VI.* 4. Gruter. *inſcr. p.* 425. 2. Dio Caſſ. *LVI. p.* 617. Tacit. *Annal.* 16. *cap.* 27. Suet. *in Tib. cap.* 6. Divus Hieronym. *in vita S. Hilarienſis*: Conſtantii Imperatoris Candidati rutilans coma.

Candidatus, us pro prætura in *leg.* 21. *C. Theod. de præt. & quæſt.* ubi: Qui per ſingulos annos ad candidatum, atque honores poſcuntur.

CANIS inter pecudes non eſt *l.* 2. §. *ult. l.* 29. §. 6. *D. ad leg. aquil.*

CANNABIS in *l.* 1. §. 12. *D. de exercit. act.* Cannaba a Palladio *lib.* 3. *de re ruſt. cap.* 5. & a Gellio *lib.* 17. *cap.* 3. cannabus vocatur. HEIN.

CANON, præſtatio quælibet annua, ſive ſpecierum, ſive pecuniæ. Sic Canon anniverſarius *l.* 16. *C. de jud.* aurarius *leg.* 10. *C. de extr. mun.* delegationis *l.* 13. *C. de extraord. & ſord. mun.* civilis *leg.* 5. *C. de div. præd.* emphyteuticus *leg.* 3. *C. de jur. emphyt.* metallicus *leg.* 2. *C. de metallar.* fundorum privatorum *l.* 19. *C. Theod. de exact.* nauli Juſtin. *edict.* 13. rei privatæ *l.* 7. *C. de his quæ ex publ. collat.* Senatorius *leg.* 5. *C. Theod. de præd. ſenator.* Suarius *Novell. Majoriani de indulg. reliq.* veſtium *leg.* 1. *C. de milit. veſt.* titulorum omnium *leg.* 16. *C. Theod. de bon. proſcr.* At præcipue notandus Canon *frumentarius* urbis Romæ, uti eſt in *rubr. C. de canon. frum.* de quo Lamprid. *in Eliogabal. cap.* 27. & Spartianus *in Sever. cap.* 8. Adpellatur & canon urbicarius *leg.* 2. 3. *C. de canon. frum. urb. R.* & canon urbanus *leg.* 26. *C. Theod. de navicular.* Porro Canon *Vinarius*, qui & arca vinaria in *l.* 11. *C. de ſuſcept.* cui ſuſcipiendo conſtituti erant ſuſceptores *d. l. v.* ſubjecti Rationali vinorum, qui ſub diſpoſitione viri illuſtris Præfecti Urbi erat *Notit. Imp. Occid.* p. 15.

Canon græce, latine regula nuncupatur *capit.* 1. *diſt.* 3.

CANONIA in *c.* 9. *de conſtitutionib.* ut Panorm. definit, eſt jus ſpirituale, proveniens eo ipſo, quod aliquis recipitur in cannonicum, & ibi quod diſtet a præbenda: vid. infra *præbenda*. Canonia eſt nomen tituli, & juris. Vid. Innocent. in *d. c.* 9. Alias dicitur Canonicatus.

CANONICÆ in *Nov.* 59. ſunt monachæ, ut conſtat ex 2. Nicenæ *c.* 20. *& epiſt.* Baſili πρὸς ἀδελφὰς τὰς κανονικάς. Gothof. *ad Nov.* 59. *c.* 1.

CANONICARIUS, annuorum canonum exactor adpellatur in Nov. 30. c. 7. §. 1. Vid. Cujac. 3. *obſ.* 14. & Ant. Auguſtin. in *explic. obſcur. vocab. in Novellis ſub voce* Canonicarius. HEIN.

CANONICI in *cap.* 9. *de conſtitut.* ſunt clerici juxta regulares canonicas communem vitam agentes ab aliis clericis diſtincti, qui extra *vitam communem* vivunt. Suntque canonici cum in Cathedralibus Eccleſiis, tum in parochialibus, quæ inde dictæ ſunt collegiatæ. Sed inſequentibus factum eſt, ut in Eccleſiis Cathedralibus, & Collegiatis plurimi abjecta vita communi, boniſque diviſis ſeorſim habitarent. Quam licentiam ubique perrumpentem, ut reſtringerent epiſcopi, voto paupertatis conſtringendos eſſe crediderunt adhuc in communi vita, præcipue in monaſteriis, viventes. Inde duplex Canonicorum ratio inducta eſt, *Secularium*, qui abjecta vita communi ſine votis ullis canonicum vivendi uſum ſecundum quid continuarunt, & *Regularium*, qui ſub Præpoſito ſuo vitam communem, voto paupertatis adſtricti, retinuerunt, ſibique nomen Auguſtinianorum peculiare induerunt. Atque hi propius ad monachorum ſtatum efformati ſunt. Utriuſque quidem *regula*, ſed ſecularibus laxior, regularibus vero durior præſcripta, propiuſque accedens ad Cœnobialium, ſeu monachorum rationem. Quamquam autem Canonici dicti videantur a græco canone, quod regulam ſignificat, & regulæ ſint adſtricti monachi omnes, non tamen qui monachus eſt, ideo canonicus audit, ſed a monacho diſtat vel ipſe regularis canonicus. Vid. infra art. Canonici regulares. Etiam Collegii ratio inter utroſque regulares nempe, & ſeculares canonicos retenta, quod Capitulum vocant, proprio inſtructum ſigillo, eoque publico, & authentico *cap.* 2. *de fide inſtrum. in antiq.* Conſtituunt vero canonici vel unum corpus cum Epiſcopo capite ſuo *cap.* 4. *de his, quæ fiunt a prælato ſine conſ. in antiq.* cujus ſenatus eccleſiaſticus ſunt, vel ſeparatum corpus, poſtquam vitam communem abjecerunt

runt *c.* 8. *de cler. non resid. in antiq.* Ubi vero monasteria Benedictiniorum olim suos habuerunt Præpositos, qui proximam post Abbates exercebant potestatem, ita in Ecclesiis Cathedralibus proximam post episcopum, in Collegiatis vero, & Monasteriis primam habuit potestatem Præpositus, quem etiam regulares retinuerunt. Amplissimum gessit Magistratum, & Prælaturam gessit illustrem. Bona omnia capituli fideliter, & sollicite administrabat juramento adstrictus, atque jura, & privilegia capituli defendebat. Ut statuta capituli servarentur, & officium divinum rite fieret a Canonicis, curabat, alioquin interdicebat, suspendebat, excommunicabat Canonicos, excessusque leves corrigebat. In choro, capitulo, & processionibus primum tenebat locum. Distributiones quotidianas, aliasque obventiones libere inter canonicos dividebat. Penes capitulum ejus electio erat, nec alius quam presbyter, & qui prudentia, & merito vitæ clarescebat eligendus *c.* 3. *Decreti dist.* 60.

Decanos præterea more monastico, ad quem olim compositi canonici, acceperunt, inspectionem penitiorem exercentes in canonicorum mores, & vitam post Præpositum: præsertim cum hic sæpe ob curam patrimonii capitularis abesse cogeretur, nec idem vacare posset. Immo hæc *cura interior* tandem privative in eos translata, Præpositis administrationis externæ unice intentis. Unde hodie Decanus speciale caput Capituli est, illud congregat, cum eo deliberat, nec præpositus, nisi vocatus, ei interest amplius. Vid. Bonifacii VIII. Diploma de anno 1301. Eligitur a capitulo, ab Episcopo confirmatur, & sollemni more confirmatus investitur.

Præter Præpositos, & Decanos statu prælatorum gaudentes adhuc alii prælati in dignitate constituti in Collegiis Canonicorum Cathedralibus deprehenduntur ex more antiquo, ut Archidiaconi, Archipresbyteri, Primicerii, seu Præcentores, Sacristæ, Custodes, & Scholastici.

Reliquorum Canonicorum consortium non quoscumque, sed eos demum admittit, qui tum doctrinis animum excoluerunt, tum vitam puriorem, honestatemque morum sequuntur. Olim juniores Canonici in scholis Capitulorum, quæ adhuc hodie supersunt, instituebantur ex præcepto Concilii Aquisgranensis, sicuti monasteria quoque scholas publicas habuerunt. His præerat *Magister scholarum*, vel *Scholasticus*, quod officium denuo reducendum summopere curaverunt Pontifices *c.* 1. *&* 3. *de magistr. in antiq.* Absoluto studiorum cursu junior canonicus a scholastico examinandus, & cum *testimonio habilitatis* præsentandus erat Capitulo, ut *emanciparetur*, qua *emancipatione* tamen non indigebant Magistri, Baccalaurei, & Licentiati. Hodie sufficere *triennii academici testimonium*, &, eo exhibito, *emancipationis documentum* a Decano tradi, notissimum est, adeo ut, eo omisso, ad possessionem præbendæ, & capituli jura pervenire nequeat.

Præterea ex statutis capitulorum certa ætas recipiendis desideratur, annus vigesimus, vel vigesimus primus completus. Ætatis tamen ratio non habetur in gradibus academicis insignitis ex Constitut. Cardin. Blandæ legati Martini V. per Allemanniam.

Quoad statum, statuta capitulorum in Ecclesiis Cathedralibus desiderant nonnumquam nobilitatem, & quidem avitam, vel quoad omnes, vel quoad certum numerum, quod non absolute reprobat Pontifex in *c.* 37. *de præbend. in antiq.* In Germania hoc institutum vel hac rationem habet, quod ex gremio Capituli eligendi Episcopi, & Archiepiscopi, Principes, & Electores Imperii, in quibus decus natalium primum occupat locum. Atque hæc nobilitas avita per genealogias juramento confirmandas probanda. Præterea in Germania, Galliaque tantum indigenæ admittendi, non extranei, quod & rationibus juris conforme est *capit.* 14. *de offic. judic. ordin. in antiq.*

Quoad vitam, & honestatem plura inculcat *tit. de vita & honest. cleric.* plura ipsa qualitas clericalis, qua canonici præditi sunt, postulat. Huc pertinent, quæ in ipsis ordinandis observantur, cum canonici clerici sint ad ordines suscipiendos obligati, adeo ut in capitulo vocem non habeant, qui nequidem ordinem subdiaconatus susceperunt. Præterea singulis præbendis ordo certus adscriptus, quem eis gaudentes suscipere tenentur, cum sint presbyteri, diaconi, subdiaconi. Hanc ob rem canonicis incumbunt officia clericalia *propria*, & *communia*. Illa fere unice in missa sese exserunt, præcipue sollemni, in qua diaconorum, & subdiaconorum officia quoque occurrunt. Canonici presbyteri missæ officium etiam privatum peragunt. Communia vero in officio precum, & horarum canonicarum consistunt. Ivo Carnot. *epist.* 218. Ad hoc, ait, instituta est clericalis militia, ut psalmodiæ, & hymnodiæ quotidianum Deo offerat sacrificium. Illud autem precum officium quæritur in recitatione breviarii, iis incumbente, qui horis canonicis interesse impediuntur. Canonicarum vero horarum officium in cantu quotidiano horis præscripto agendo consistit. Idem peragitur in choro, qui clericis tantum patet, non laicis, nisi communicantibus. Quem in finem stationem in choro Canonicus juxta ordinem receptionis habet. Unde definitio recentior orta, quod Canonicus sit Clericus, qui habet *stallum* in choro, & vocem in capitulo, illud quidem propter officium precum, & horarum canonicarum, hoc vero propter jus collegii, in quod cooptatus est. Emolumenta capitularium, seu canonicorum præter beneficia, quibus ut ceteri clerici augeri possunt, alia dicuntur *præsentiæ*, alia *præbendæ*. Illa distribuuntur tantum præsentibus, & iis, qui intersunt sacris, & piis actionibus, qua-

qualia sunt anniversaria, mortuaria, & alia similia. Etenim, præbendis licet singulis adsignatis, emolumenta tamen quædam ex fundationibus, & legatis majorum ad certum diem sunt præstanda, & dividenda inter eos, qui officio præscripto intersunt. Debentur ut plurimum ex præpositura, cui ab antiquo cura patrimonii sacri incubuit. Atque omnibus Canonicis, claustrali anno absoluto incumbit *ordinaria residentia*, quæ tamen ad certum anni spatium per statuta capitulorum restricta est. Ipsum anni capitularis initium in statutis capitulorum pariter determinatum est, juxta quæ etiam commoda præbendæ pro *deservitis* habentur. Sed etiam residentia duplex, vel vera, vel ficta. Ficta est, quæ interpretatione juris pro præsentia, & residentia habetur, absentibus, & non residentibus ex justis caussis proficua. Hac fruuntur, qui sunt in servitio Episcopi, vel principis, multo magis pontificis ejus familiares existentes *c. 7. c. 13. c. 15. de cleric. non resid. in antiq.* Vulgo *beneficium a latere* horum immunitatem vocant. Eadem etiam fruuntur studiorum gratia absentes, modo hanc facultatem a capitulo impetraverint, nec fucum fecerint: Qui Ecclesiæ caussa absunt, vel ab Ecclesia, aut Episcopo ad negotia Ecclesiæ expedienda aliquo missi sunt: Qui peregrinationes religiosas suscipiunt, visitantes imprimis limina Petri, aut Sepulcrum Christi: Evocati ad Comitia, Synodos, Diætas provinciales: Qui ob morbum vel valetudinem beneficio adesse nequeunt: Denique qui alia justa de caussa abesse coguntur. Sane ad effectum lucrandi fructus præbendæ sufficit residentia statuto desiderata, & certo tempore circumscripta: Ast ad *distributiones quotidianas*, & *præsentiarum* lucra quoque percipienda continua desideratur residentia, & præsentia in choro, & officio, quippe quæ absentibus denegantur *cap. consuetudinem de cleric. non resid. in 6.* Sunt vero quorum residentia Vicariorum ope suppletur, qui absentium vicem in choro gerunt, & rem divinam nomine eorum expediunt, quamquam alias jus ecclesiasticum tales desiderat Canonicos, qui per se ministerium sacrum peragere queant *cap. 3. & 4. de cleric. non resid. in antiq.* Hi igitur in Canonicorum collegiis introducti sunt, & quidem *perpetui*, quibus titulo *vicaria* adsignati sunt certi reditus instar beneficiorum censendi, adeo ut non possint pro lubitu revocari, aut removeri *cap. 27. de rescript. in antiq.* De præbenda, qua fruuntur Canonici vid. art. Præbenda. Ceterum ad vitæ honestatem, & clericale decorum, quibus Canonici etiam sæculares adstringuntur, pertinent, quod clausa jubentur deferre vestimenta nimia brevitate, vel longitudine non notanda *cap. 15. de vit. & honest. cleric.* & reliquo cultu, moribusque sæculum nimis redolentibus abstinere debent. Vid. *c. 2. 5. 7. 14. 15. eod. tit.* Cœlibatum quoque ut servent notissimi juris est. Ab illis vero omnibus officiis, & qualitatibus excepti sunt Canonici honoris caussa assumti laici. De Canonicorum Capitulo Vid. art. art. Capitulum:

Canonici capitulantes, seu capitulares sunt, qui votum habent in capitulo, quo jure non utitur, qui ne quidem subdiaconus ordinatus est.

Canonici Domicellares olim vocabantur in quibusdam Ecclesiis, qui nullum ordinem susceperunt.

Canonici ad *effectum* sunt, quibus Pontifex nudum canonicorum titulum contulit absque præbenda, ut nempe dignitatem possidere possint, si quæ eis conferatur in Ecclesia Cathedrali.

Canonici expectantes, seu sub expectatione præbendæ erant, qui dum præbendam exspectarent, titulo, & dignitate canonicorum condecorati erant, votum in capitulo, & sedem in choro habentes.

Canonici foranei, qui non ipsi, sed per vicarium, ut supra dictum est, Ecclesiæ serviunt. Ab his differunt, qui ipsi deserviunt ecclesiam, qui residentes dicuntur.

Canonici hereditarii sunt laici, quibus titulum, & dignitatem Canonici honoris caussa contulit Ecclesia Cathedralis.

Canonicorum vero honoris causa assumtorum alii sunt clerici, alii laici. Illi in Ecclesia diversa ab ea, in qua serviunt vi dignitatis, quam in hacce habent, canonici sunt. Canonici porro *ad effectum* videri possunt Canonici honoris caussa assumti. Aliquando etiam capitulum hunc titulum alicui viro in ecclesia dignitate, natalibus, aut pietate claro confert, qui tamen titulo ad præbendam caret: quæ cooptatio spiritualis nonnisi magnis de caussis suscipi debet. At plerumque honoris caussa habentur Canonici emeriti, qui annos viginti, & amplius Ecclesiæ servierunt, qui titulo beneficii deposito Canonicatum tamen ad honores, ordinem inter capitulares, sedemque in choro, & quædam aliquando emolumenta retinent.

Canonici jubilares, qui post ministerium quinquaginta annorum pro præsentibus reputantur, præstantiæ emolumenta pergunt accipere.

Canonici laici plerumque sunt honoris caussa, & hereditarii, de quibus paullo ante est dictum.

Canonici majores, qui majoribus præbendis sunt instructi, ubi præbendæ majores a minoribus separantur, quibus qui fruuntur, minores canonici dicuntur. Alias.

Canonici in minoribus dicuntur, qui nullam adhuc ordinationem sacram susceperunt, nec proinde votum in capitulo, aut sedem in choro habent, quos *domicellarios* olim dictos fuisse vidimus paullo ante.

Canonici regulares, qui juxta primævum institutum vitam communem retinuerunt: hi plerumque

que D. Auguſtini regulam ſequuntur. Parum equidem diſtat canonicorum regularium ſtatus a monachorum ſtatu. Illi tamen cum clerici ſint, præcipuam habent vocationem ut animas fidelium curent, ob quam & beneficia poſſidere poſſunt, monachorum vero præcipua vocatio eſt, ut propriam ſanctimoniam promoveant. Hoc ſane Canonicis regularibus, & monachis commune eſt, quod nec teſtari, nec teſtamento capere poſſint, eiſque ſuccedat capitulum.

Canonici ſeculares aliquando dicuntur ad differentiam Canonicorum regularium, & ſolent adpellari ſimpliciter Canonici.

Aliquando ſeculares canonici adpellantur laici, qui honoris cauſſa ſunt aſſumti, hereditarii ad differentiam clericorum.

Canonici ad ſuccurrendum, dicebantur, qui in articulo mortis canonici creabantur, ut precum capitularium participes eſſent.

Canonici tertiarii, qui tertia tantum parte Præbendæ fruebantur, quemadmodum alii ſemiſſem tantum capiunt.

CANONICUS, A, UM, quod ad Canonem, ſeu præſtationem annuam pertinet. Ita Canonici equi *leg.* 3. *C. de equor. collat.* Canonica indictio *leg.* 1. *C. de prox. ſacr. ſcrin.* inlatio *l.* 40. *C. de epiſ. & cler.* penſitatio *l.* 2. *C. de lucr. advot.* præbitio *l.* 14. *C. Thood. de navicular.* Canonicæ ſpecies, veſtes *leg.* 1. *C. Theod. de exact.* Canonici tituli, *l.* 38. *C. Theod. de annon. & tribut.* Canonicum ſolatium *Nov. Theod. & Valent. de relev. adær. vel don. poſſeſ.* Canonici tituli, & ſuperindictitii opponuntur *l.* 36. *C. Theod. de annona.*

CANTABRARIUS *leg.* 2. *C. Theod. de collegiat.* eſt vexillifer, dictus a genere vexillorum, quod Cantabrum vocatur a Tertull. *Apologet. cap.* 16. *adv. Marcion. lib.* 1. *cap.* 12. Minuc. Felix *in Oct. c.* 29. De ejus vocis origine diſputant Hadr. Turneb. 15. *adverſ.* 16. Cujac. 11. *obſ.* 20. Lipſ. *epiſt. quæſt.* 119. Sed ita ut rem non expediunt. Plerique *labara* legunt pro *cantabris*. Sed & violenta eſt hæc emendatio, nec vera, quum Tertulliani & Minucii ætas *labara* nondum viderit, a Conſtantino M. demum inventa, nec veroſimile eſt, tot diverſorum auctorum locos eodem modo corrupiſſe librarios. HEIN.

CANTATUM. Hoc toto jure cantatum eſt, ut ſcripturam prolator affirmet l. un. C. Theod. *ſi cert. per. de chirograph.* Vide & *l. ult. de pignor.* Sua ſunt Ictis ᾄσματα, carmina, id eſt regulæ, axiomata. Sic uſu fori receptas ſententias, carmina, ſeu cantilenas fori dicere poſſis.

CANTHARIDUM fit mentio *l.* 3. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de ſicar.* Cantharidis venena dixit Tertullian. *lib.* 1. *adv. Marcion. c.* 14.

CANTHARUS ludicra quædam facies fuiſſe videtur, & ad arbitrium efficta, ex cujus roſtro aqua ſalire ſolebat *l.* 41. §. 11. *D. de legat.* 1. junct. *l.* 17. §. 9. *D. de act. emt.* Auſon. *Epiſt. Eidyll.* 17. Harum ait, verticularum variis coagmentis ſpecies mille formarum, elephantus, bellua, aut aper, beſtia, aper volans, mirmillo in armis ſubſidens, venator, & latrans canis. Quin & turris, & cantharus, & alia hujuſmodi innumerabilium figurarum, quæ alius alio ſcientius variegat. In vetuſto Epigram. Urbis Romæ verſus habentur hujuſcemodi: Perdiderat laticum longevæ incuria curſus, Quos modo nunc pleno *Cantharus* ore vomit. Eucherius *in libro Regum*: Lutres, ait, conchæ, vel *Canthari* aquarii.

CANTICUM Paul. 5. *ſent.* 4. 15. Qui carmen famoſum in injuriam alicujus, vel alia quælibet *cantica*, quo adgnoſci poſſit, compoſuerit. Quamvis Cujacius hæc tamquam ſpuria editionibus ſuis ejecerit, ea tamen interpolata potius, quam ſpuria credidit Schulting. HEIN.

CAPACITATIS *privilegium*, *& modus*. Et donatio maritalis ante tempus criminis, ac reatus conlata in uxorem obſervanda eſt, tamquam ſi maritos eis natura, non pœna ſubduxerit, *capacitatis* privilegio videlicet, & modo inſpecto (id eſt quantum uxor per leges decimarias capere ex bonis mariti poſſit.) Et mox, in quantum capere potuit *l.* 1. *C. Theod. de bon. proſcript.* CAPACITAS eodem ſenſu apud Cajum *lib.* 12. *ad l. Jul. & Pap.* in *l.* 55. *D. de leg.* 2. unde & *ſolidi* Capacitas apud Ulpian. *fragm. tit.* 16. §. 1. Vide quæ dixit plenius Jac. Gothofred. *ad cap.* 12. *l. jul. de maritand. ordin.*

CAPAX culpæ, doli *l.* 1. §. 6. *D. ne vis fiat ei*, injuriæ faciendæ *l.* 3. *D. de reg. jur.* conſilii *leg.* 8. §. *ult. D. de adqu. vel omitt. her.* obligationis *l.* 12. *D. de ſtipul. ſerv.* ſolutionis *l.* 98. §. 7. *de ſolut.*

Capax portionis *l.* 8. *C. comm.* id eſt qui portionem ex teſtamento capere poteſt. Hinc CAPACITAS legatarii *l.* 55. §. 1. *D. de legat.* 3. ſolidi *rubr. tit.* 17. *fragm. Ulp.*

Capaces fluvii naves *l.* 11. §. 12. *D. de exerc.* Capacitati alicui parata vaſa Paul. 3. *ſent.* 6. 8. 6.

CAPELLA Bernhardo juris canonici gloſſulario *cap. concedimus de conſecr. diſt.* 1. dicitur oratorium non conſecratum. Papias dictum putat *capellam* quaſi *capiens* λαὸν, id eſt *populum*, vel *capiens laudem*. Alii derivant a græco καπηλεῖον taberna, cujuſmodi mercatores in nundinis utebantur. Alii a pellibus caprinis, quibus hujuſmodi ſepta operiebantur. Capellæ ſane dicebantur conditoria, in quibus aſſervabantur reliquiæ ſanctorum. Horum cauſſa a potentioribus oratoria exſtruebantur privata, quibus hæc conditoria includebantur, quæ nomen capellarum acceperunt, ut plenius explicuit Juſt. Henn. Boehmerus *Tom.* 3. *tit. de capell. monach.* §. 2. *ſeq.* Nam præter portatiles capellas, ſeu conditoria illa reliquiarum SS. quas potentiores ſecum duxerunt, ut ubique rem divinam facere poſſent, fixas iidem quoque habuere Capellas in ſuis prædiis ſacrorum extraordinariorum cauſſa, quas au-

auctoritate Episcopi exstructas, & adhibitis reliquiis consecratas altaribus instruxerunt, eisque proprius Sacerdos, Capellanus dictus, missæ celebrandæ, Sacrorumque domesticorum, & privatorum caussa præficitur. Proprii Monachi quæ habuerunt oratoria, Capellas quoque dixerunt, quæ pedetentim in amplissimas mutatæ Ecclesias. In his propria sacra exercent monachi, & moniales, propriis etiam instructi sacerdotibus, & confessionariis. De capellis Vid. *c. intelleximus de oper. nov. nunc. cap. & in capella de privil. cap. 1. de capell. monach. cap. non fuit extr. de jur. patron.* tot. ferme *caus.* 16. *& tit. Decretal. de jur. patron.*

CAPENATI piscatores *l.* 4. *D. de rer. divis.*

CAPERE cum effectu accipitur. Capere enim dicitur, qui sic accipit, ut habeat. Ideoque non videtur quis capere, quod erit restituturus, seu, quod ei necesse est, alii restituere *l.* 71. *D. de verb. signif. l.* 55. *D. de reg. jur.* Quo pertinent *l.* 43. *D. de legat.* 2. *l.* 1. §. 1. *l.* 1. §. 2. *si quis aliq. test. prohib. l.* 4. *quib. mod. ususfr. amitt. l.* 57. *ad leg. falcid.* Cepisse plane videtur aliquis, quamvis alii adquisiverit *l.* 140. *de verb. signif.* Capere ex testamento nihil videtur, qui tantum erogat, quantum accepit *l.* 122. *in fin. D. de legat.* 1. Nec videtur cepisse, qui per exceptionem a petitione removetur *l.* 13. *De reg. jur.* Hinc capiendi jus *l.* 2. §. 2. *l.* 1. §. 1. *l.* 13. §. 7. *D. de jur. fisc.* Non capienti reddere, id est, ei, qui capere non potest, restituere *leg.* 42. *D. de jur. fisc.*

In Edicto de Calumniatoribus pecuniam cepisse videtur, qui obligatione liberatus est *l.* 2. *D. de calumniat.* quo referenda est *l.* 115. *de reg. jur.* ut ex inscriptione adparet. Id quod confirmatur *l.* 22. §. *ult. ad leg. Falcid. l.* 18. §. 1. *l.* 31. §. *ult. de mort. caus. dom.*

Capere alimenta ex prædiis *l.* 4. 11. *D. de al. vel cib. leg.* aquam *leg.* 19. *D. de serv. urb. præd.*

Capere arbitrum dicuntur, qui eum sumunt, & eligunt. Plaut. *Trucul.* 2. *sc. pen.* Terent *Heaut.* 2. *sc.* 1. judicem Plaut. *mostell.* 3. *scen.* 1. Donatus in illud Hecyræ Act. 4. scen. 1. Quum illum generum cepimus, adnotat. Ut arbitrum capere dicimus, id est, eligere. Virgilius: ante locum capies oculis. Sic arbiter captus, id est sumtus, in Argumento Amphitruonis Plaut.

Capere conditiones, i. e. admittere *l.* 4. *C. de don. quæ sub mod.* dignitatem i. e. sustinere *l.* 6. *C. de mun. & hon.* Item res capere dicitur restitutionem *l.* 9. §. 4. *de minor.*

Capere dignitatem honoris, id est, sustinere *l.* 6. *D. de mun. & honor.*

Capere dolum, i. e. doli capacem esse *l.* 15. *de lib. caus.*

Capere feras, & volucres dicuntur venatores *l.* 3. *D. de adq. rer. dom. l.* 11. §. *ult. D. de act. emt.*

Capere fructus, i. e. percipere *l.* 20. *D. de adqu. possess.* intellectum *l.* 1. §. 3. *D. eod. tit.* id est ejus ætatis esse, in qua quis intelligit, quid agat. Contra Captu carere est apud Paull. 5. Sent. 4. 2.

Capere intellectum *l.* 1. §. 3. *D. de adquir. possess.* quod de iis dicitur, qui ejus ætatis sunt, ut intelligant, quid agant.

Capere pignus *l.* 88. *D. de pignor. act.* itemque pignori capere *l.* 15. §. 2. *D. de re jud.*

Capere etiam est usu adquirere, & suum facere *l.* 48. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Hinc usucapio, quæ & dominii capio *l.* 18. §. 1. *D. de damn. inf.* & longa possessione capio *l.* 18. §. 1. *de damn. inf.* immo & capio nullo adjuncto *leg.* 36. *D. de adquir. possess.*

Capere, in captivitatem redigere: Captus ab hostibus *l.* 6. *D. de statu l.* Capta ab hostibus loca *l.* 39. *D. de religios.*

CAPI etiam interdum significat fraudari, & decipi *l.* 21. *D. ex quib. caus. major.* Sic Captus minor pro circumscripto *l.* 3. §. 4. *D. de minor.* Si qui dolo malo captus, fraudatusve est *l.* 36. *D. de pecul.* In nullo captus *l.* 36. *D. de pignorat. act.* Non capitur, qui jus publicum sequitur, *l.* 116. §. 1. *D. de reg. jur.*

Capi, orbari. Captus luminibus *leg.* 1. §. 5. *D. de postul.* mente *leg.* 17. *D. qui test. fac. poss.*

Singularis vero locutio est, Capit *æstimari*, dici, indulgeri, interpretari, opinari, id est, ἐνδέχεται, quæ admodum familiaris est Tertulliano. Vid. *Apologet. cap.* 17. *lib.* 1. *de cult. fem. cap.* 2. *de anima c.* 13. *de pudicit. cap.* 1. *de spect. c.* 3. *de præscr. adv. her. c.* 44.

CAPESSERE honorem *l.* 1. *C. de serv. ad libert.* Capessendi, i. e. hereditates, & legata capiendi, conditio omnibus sit eadem *l.* 1. *C. de infirm. pœn. cælib.* HEIN.

CAPILLI. Capillos submittendo potest quis facere injuriam *l.* 15. §. 27. *l.* 39. *D. de injur.*

Capilli indici in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* inter spec. vectigales recensentur. Guid. Pancirol. 2. *var. lect.* 110. Lapillos legi mavult. Sed lapillos, & gemmas jam ante recensuit jurisconsultus, ac proinde *capillos indicos* pro pilis certorum animalium, quo India submittebat, accipere mavult Bynkersh. 4. *obs.* 5. HEIN.

CAPIO, NIS pro usucapione *l.* 35. *D. de adqu. poss.* Dominii capio *l.* 18. §. 1. *D. de damn. infect.* Pignoris capio *l.* 15. §. 4. *D. de re jud.* possessionis capio *l.* 4. §. *ult. D. pro emt. l.* 26. *D. de usurp. & usuc.* Mortis caussa Capio, vid. art. *Mortis caussa.*

CAPITAL, facinus capitale, & capitis pœna luendum significat, Festo auctore. Sic Capital admit-

mittere *l.* 5. §. 6. *D. de re milit.* Plaut. *Menech.* 1. *sc.* 1. tametsi capital fecerit, & *in Mercat. capital facio.* Capital erit *l. ult.* §. 1. *D. de term. mot.* Cic. *de legib.* 2. 8. *& de invent.* 2. Plura de hac voce dabit Cario *Emendat.* 1. 3.

CAPITALIS, E. Capitalis accusatio *l.* 1. §. 13. *D. ad SC. Turpil.* animadversio *l.* 5. *C. de jurisd. omn. jud.* actio *l.* 4. *D. si ex nox. causs.* caussa *l.* 2. §. 1. *D. de jur. fisc.* coercitio *l.* 200. *de V. S.* fraus quam admisisse dicitur, qui tale aliquid admisit, propter quod capite puniendus sit *l.* 1. *leg.* 23. §. 2. *D. de Ædil. Edict.* Capitalis pœna *l.* 2. §. *ult. D. de pœn.* Capitale crimen *l.* 15. *D. de donat.* judicium *leg.* 31. *D. depos.* maleficium *l.* 8. *de quæstion.* periculum *l.* 1. §. *sportulas* 6. *C. de Præf. Præt. Afr.* supplicium *l.* 8. *C. ad leg. Cornel. de sicar.*

Capitalis videtur omnis caussa existimationis *l.* 103. *D. de verb. signif.* Unde Cic. *pro Roscio cap.* 6. turpia, & famosa judicia *summæ existimationis, & pene dixerim, capitis* vocat. Sed & in Verrin. 2. 40. jungit *caput*, existimationemque. Et *lib.* 1. *de off. cap.* 12. *capitis, & famæ certamen.* Secundum quæ in *l.* 1. §. 6. *de postul.* Capitali crimine damnatum accipere debemus qui eo crimine damnatus sit, cujus pœna existimationem lædit, ac minuit. Sic & capitis minutionem pro existimationis minutione dixit Tertullian. *de spectac. capit.* 12. quum ait: Damnavit ignominia, & capitis minutione.

Tamen aliquando CAPITALE mortem, vel amissionem civitatis significat *leg.* 103. *D. de verb. signif.* Capitalia judicia, ut Paullus, sunt, ex quibus pœna, mors, aut exsilium est, hoc est, aquæ & ignis interdictio: Per has enim pœnas eximitur caput e civitate. *Non capitalia* sunt, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua coercitio pœna est *leg.* 2. *D. de publ. jud.* Et Ulpianus: Rei *capitalis* condemnatum accipere debemus, qui morte, exsiliove coercitus est *leg.* 4. *D. si quis caut. in jud. sist.* Add. *l.* 2. *D. de pœn. l.* 10. *D. de jur. patron.* Et ita in ea parte edicti, qua patronus, qui libertum capitis accusavit, ab ejus bonorum possessione repellitur, is demum videtur capitis accusasse, qui tali judicio adpetit, cujus pœna aut supplicium (ultimum scilicet) habuit, aut exsilium, quod fit vice deportationis, ubi civitas amittitur *l.* 14. §. 3. *D. bon. libert.* Capitis accusationem Labeo etiam existimabat, cujus pœna mors, aut exsilium esset *l.* 10. *D. de jur. patron.* Quo sensu in leg. 53. §. 1. *D. de fideicomm. libert. l.* 10. §. 10. *D. de in jus voc. l.* 5. §. 23. *D. de agnosc. & al. lib. l.* 22. *D. de his, quæ ut indign. l. ult. D. de bon. libert.* hæc verba accipimus.

Capitales inimicitiæ, quum quis odio capitali ab aliquo dissidet *l.* 8. *l.* 14. §. *ult. de procur.* Capitales minæ *l.* 7. *C. de his, quæ ut indign.*

Capitalis, atque *temonis* necessitas in *l.* 12. *C. de excus. mun.* Vid. infra *capitulum*.

CAPITATIO, census capitis *l. ult.* §. *pen. D. de mun. & honor.* & passim. Κεφαλητίωνα vocat Zonaras in Leone Isaur. Vid. art. Caput. Eam vero aliam *humanam*, aliam animalium constituit *l. ult. C. Theod. de contrat. don.* Nam & *animales* fuisse publicas functiones æque ac *terrenas* ostendit *l.* 23. *C. de agric. & cens.* quam terrenam, sive animalem descriptionem adpellat eadem *l. ult.* Illam utique capitationem sola rusticana plebs, extra muros posita, pensitabat *l.* 1. *C. ut rustic. ad null. obseq.* Plebs vero urbana *minime in censibus, pro* Capitatione *sua*, conveniebatur, sed ab ea immunis habebatur *l.* 1. *C. de capitat. civ. cens. exim.* Et quidem in hac rusticanorum capitatione, quum antea per singulos viros, per binas vero mulieres capitis norma censeretur, Impp. Gratianus, Valentinianus & Theodosius hoc ita moderati sunt, ut binis, ac ternis viris, mulieribus autem quaternis unius pendendi capitis munus injungeretur *l.* 10. *C. de agric. & cens.* Pro modo autem capitationis annonarias species quotannis tribus pensionibus illatas fuisse, docet *l.* 15. *C. Th. de annon. & trib.* Capitatio autem *prædii* occurrit in *l.* 9. *C. de act. emt. l. ult. C. Th. sine cens. & reliq.* Salvian. Massiliens. *lib.* 6. *de Dei judiciis: Ut quum ab his possessio abcesserit*, CAPITATIO *non discedat*. Sic *& in l. ult. C. Theod. de patroc. vic. functiones omnes, quas metrocomiæ debent, & publici vici, pro antiquæ capitationis vice debent.* Porro Capitatio, & Jugatio quandoque disjunguntur, ut pro Jugatione, vel Capitatione in *l.* 9. *C. de agric. & cens. l.* 11. *C. Th. de exact. l.* 1. *C. Theod. ne quid publ. latit.* Quemadmodum & separantur Juga, & Capita in *l.* 6. *C. Theod. de coul. don.* Pro Capitibus, *seu* Jugis *suis l.* 2. *C. Theod. de protostas.* Alias juga, & capita conjunguntur, ut in *l.* 1. *C. Theod. de empor. lucr. descript.* & jugorum capitatio in *l.* 1. *C. Theod. de immun. conced.* Unde ζυγοκέφαλον in *Nov.* 17. *cap.* 8. Capitatio plebeia *l.* 36. *C. Theod. D. de decurion.*

CAPITIUM in *l.* 27. *D. de aur. arg. legat.* inter muliebria ornamenta ponitur. Ac proprie Capitium dicitur vestimenti cujusdam foramen, per quod caput transmittebatur. Hieronymus *Epist.* 128. *ad Fabiolam* describens vestem sacerdotalem *megnil.* Exod. 28. *v.* 4. *&* 31. *In superiore*, inquit, *parte quæ collo inducitur, aperta est illa tunica, quod vulgo* Capitium *vocant.* Adeoque a *capite* nomen habet istud foramen, quod per illud immittitur. Capitium illud in sacerdotali habitu eleganter descripsit Braunde *Vestit. Sacerd. Hebr. lib.* 2. *cap.* 5. §. 15. *p.* 560. *&* 578. ubi totum illud vestimentum ipsumque capitium æri incisum exhibuit. Ab illo ergo foramine totum postea vestimentum illud muliebre apud Romanos Capitii nomen accepit. Hæc Heineccius, cui ni-

nimis contorta videtur Varronis *lib. 4. de lin. lat.* etymologia, ducta *ab eo quod capit pectus, id est, indutu comprehendit*.

CAPITOLIUM. De hoc vid. Rycquim in libello elegante *de Capitolio*. In jure autem nostro frequentissimum est hoc conditionis exemplum: Si in Capitolium ascenderit *l. 7. l. 29. D. de condit. & dom.* vel non ascenderit *l. 17. §. 1. D. de manum. test.* Clivus Capitolinus. Vid. infra Clivus.

CAPITU. *De annonis*, & Capitu est rubr. tit. C. De quorum verborum significatu vide infra art. Caput in fine.

CAPITULARIA in *l. 14. Theod. de extraord. & sordid. mun.* id est, capitularia functio, onus scilicet tironum, seu capitum exigendorum.

CAPITULARIUM adpellant Impp. temonariam functionem, quam in sordidis numeribus ponunt *l. 14. 15. 18. C. Theod. de extraord. & sordid. mun.* Vetus Glossarium: Tributum Capitulare ἐπικεφάλαιον φόρος. Atque inde Capitularii, qui & *temonarii* in *l. 2. C. de privil. eor. qui in Sacr. pal. milit.* Capitularii *horreorum, ac tabernariorum* apud Cassiodor. 10. *Var.* 28. Sane apud Symmach. *lib. 9. epist.* 10. Capitulani, an Capitularii scribendum sit, aliorum esto judicio.

Capitulenses in *l. ult. §. 7. D. de cemsib.* aliis sunt ab Ælia Capitolina, de qua supra, aliis a Capitulo oppido, cujus meminit Plin. *lib. 3. c. 5.*

CAPITULUM idem, quod Capitularium. Quemadmodum emendanda est *l. 12. C. de excus. mun.* ubi vulgo capitalis, atque *temonis necessitas* pro *capituli*, atque *temonis*.

Capitulum, cujus mentio est *in c. ex parte De his quæ fiunt a maj. part. c.* & alibi, est collegium Canonicornm Cathedralium Ecclesiarum, & est veluti Senatus quidam Ecclesiæ. Sed & religiosorum ordinum conventus capitula deinceps dicti sunt.

Capitulum est collegium clericorum in Ecclesia Cathedrali, vel Collegiali. Est etiam conventualium sub Abbate potiora expedientium *cap. 6. de his, quæ fiunt a prælat.* Sed & commendatores provinciales capitulis propriis, & commendatoribus collectis sunt instructi. Status autem Capituli Cathedralis Ecclesiæ est duplex, alius sede vacante, alius sede plena, vel non vacante. Sede etiam secundum quid vacante regimen Ecclesiasticum ex jure communi redit ad capitulum, quod Episcopus antea cum ejus concursu exercuerat *c. un. de major. & obed. in 6. cap. 9. de hæret. c. 14. de major. & obed. in antiq.* Tenetur tamen intra octo dies vicarium constituere *Concil. Trid. sess. 24. de reform. cap. 16.* Est quidem capituli regimen in Ecclesiasticis, & Temporalibus dumtaxat Vicarium, adeoque limitatum, ut nihil innovare, nec statum dioeceseos mutare queat. Quo circa quæ per unionem ei innexa, in pristinam libertatem restituere, aut de libertatibus, vel juribus dioeceseos quid statuere, vel disponere, aut bona Ecclesiastica alienare, vel unionem beneficiorum facere nequit, nisi ad collationem Capituli spectent *cap. 1. cap. fin. ne sede vacante innov. in antiq.* Neque in collatione præbendarum capitulum fungitur vice Episcopi *cap. 2. ne sede vacante in antiq.* Nec in illud transeunt functiones personales ad dignitatem singularem Episcopi restrictæ. Quocirca nec delegationes papales Episcopo sub nomine officii factæ, quæ morte non exspirant, continuari possunt a Capitulo, Barbosa *de canon. cap. 42.* nec quæ Episcopo ut sedis apostolicæ Delegato propria sunt, sibi vindicare potest. Vid. Concil. Trident. *sess. 6. de reform. cap. 3.* item *Sess. 7. de reform. cap. 3.* item *Sess. 7. de reform. cap. 14.* conf. *c. 9. de hæret. in antiq.* ibi tamquam a sedis apostolicæ delegatis.

Sed non vacante duplici Capitulum Canonicorum considerari potest respectu, vel ut separatum corpus sub Decano sine Episcopo qua tali, vel ut coadunatum cum ipso. Priori respectu Capitulum est corpus *mediatum* sub jurisdictione Episcopi *cap. 13. de offic. judic. ordin. in antiq.* Hinc a facto capituli gravante adpellatur ad ipsum episcopum, si vel maxime hic ei ut canonicus interfuerit *cap. 11. de adpellat. in 6.* Ad concilia provincialia, æque ut mediati prælati, vocandum, in quibus per nuncios, seu deputatos comparet *cap. fin. De his, quæ fiunt a prælat.* Præcedentiam in corpore habet præ reliquis prælatis mediatis, Episcopi visitationi subjacet, exemplo reliquorum Collegiorum Ecclesiasticorum *Concil. Trident. sess. 6. de reform. cap. 4.* Conventus agit alicubi suo jure, etiam sine consensu Episcopi, quo casu a Decano convocatur. Dantur utique Capitula tam Cathedralium, quam Collegiatarum Ecclesiatum *exemta*, immediate sedi papali subjecta, exemplo ordinum monasticorum tali libertate gaudentium: qua quidem salva Episcopis tantum concessum est, capitula *nullis obstantibus exemtionibus* visitare, corrigere, & emendare Concil. Tridenr. *sess. 6. de reform. cap. 4.* extra visitationem contra aliquem ex exemptis capitulis, vel *ex officio*, vel *ad instantiam* procedere, sed concurrentibus duobus deputatis a capitulo initio cujuslibet anni eligendis *sess. 25. de reform. capit. 6.* Capitulis injunctum, ut Episcopis eum honorem tribuant, qui eorum dignitati par est, eisque in choro, & in capitulo, in processionibus, & aliis actibus publicis primam sedem, & locum, quem ipsi elegerint, & præcipuam omnium rerum agendarum auctoritatem concedant. Quatenus vero capitulum in consortium cum Episcopo coadunatum est, & sic unum corpus cum eo constituit, sunt utique capitu-

tulares membra, & fratres Episcopi *cap.* 4. *de his quæ fiunt a prælato* in *antiq.* ex quibus senatus Ecclesiasticus componitur *seff.* 25. *Concil. Trident.* c.12. *in fin. ibi:* ut merito Ecclesiæ Senatus dici possit. Idemque est substitutus in locum antiqui presbyterii. Unde dimidia pars *capituli* ex presbyteris altera ex diaconis, & subdiaconis constare debet *cit. capit.* 12. *Concil. Trident.* Hac sub unione Episcopus, & Capitulum Ecclesiæ, ceu totam dioecesin, ejusque clerum repræsentare dicuntur, ut, quidquid Episcopus cum capitulo facit, Ecclesia ipsa, quatenus ut particularis respublica concipitur, immediate fecisse, intelligatur. Unde conficitur, ut in caussis arduis, & magni momenti, quæ statim dioeceseos publicum, vel salutem communem Ecclesiæ concernunt, *consilium*, vel *consensum* capituli adhibere debeat Episcopus, ita tamen ut hoc, non illud sit necessarium. Quocirca ante omnia respiciendum est ad consuetudinem, quæ determinat, quando *consilium capituli* requirendum sit *capit.* 3. *de consuet. in* 6. *cap. ne sede vacante in* 6. Quando autem consensus capituli necessarius sit, dependet ex determinatione vel juris communi, vel capitulationum, quæ hunc in finem præcipue electo præscribitur. De jure communi consensus capituli desideratur in collationibus beneficiorum, quæ conjunctim ab Episcopo, & Capitulo fieri debent *cap.* 1. *eod. tit. in antiq.* in alienationibus rerum Ecclesiasticarum *cap.* 52. *Cauf.* 12. *quæst.*2. *cap.* 1. 2. 3. 7. 8. 9. *ne sed. vac. in antiq. cap.*1. *de reb. ecclef. alien. vel non* in uniendis beneficiis, & ecclesiis *c.* 8. 9. *de his quæ fiunt a præl. clem.* 2. *de reb. ecclef. non alien.* in contractibus nomine ecclesiæ ineundis, ut ecclesia simpliciter inde obligetur in interdicto ecclesiarum decernendo *c.* 2. *de his quæ fiunt a major. part. cap. in antiq.* Consilium vero dumtaxat desideratur in instituendis, & destituendis clericis *capit.* 6. *de his quæ fiunt a prælat*, nisi de consuetudine aliud introductum *cap.* 3. *de consuet. in antiq.* Denique in statutis condendis consilium ejus haud negligendum *cap.* 5. *de his quæ fiunt a præl.* Ubi autem consensus Capituli necessarius est, convocandum est capitulum ab Episcopo, qui deliberanda proponit, vota exquirit, & juxta ea concludit Concil. Trident. *sess.* 24. *de reform. cap.* 6. Eo respectu Canonici Capitulares vocantur. Præpositus regulariter non vocandus, nisi præbenda canoniculi gaudeat, qua etiam gaudere potest ipse Episcopus, & hoc respectu etiam votum in capitulo habet *cap.* 15. *de concess. præbend. in antiq. capit.* 11. *de adpell. in* 6. Negotium ad deliberandum ab Episcopo propositum capitulariter excutiendum, & sic deliberandum in ipso collegio *capit.* 4. *de his, quæ fiunt a majori part. in antiq.* non extra illud vota exquirenda, ut ne quidem consensus majoris partis sufficiat, si extra Capitulum a singulis editus, quia deliberatio præcedens in ipso collegio instituenda deficit. Ex majoribus votis conclusio formanda, quæ consensum capituli constituit *cap.* 1. *de his, quæ fiunt a major. part.* Ceterum si negotium ad Episcopum, & capitulum, quatenus ut duæ partes considerantur, pertinet, veluti collatio præbendæ ex fundationis, vel statuti determinatione, Episcopus separatim votum edit, & Capitulum itidem, cujus suffragium ex sententia plurimorum dependet. Denique si in negotiis propriis Capitulum a Decano convocatur, Decanus directorium habet, votaque singulorum exquirit, atque inde decretum format.

CAPSARIUS dicitur, qui mercede servanda in balneis vestimenta suscipit *l.* 4. §. *ult. D. de offic. præf. vig.* Cujusmodi Capsarii occurrunt apud Epiphan. *contra hæref. lib.* 1. *hæref.* 30. §. 24. quos Καψάριοι vocat alio loco ejusdem libri. Ac plane in quibusdam provinciis in balneis ad vestimenta custodienda conducta habebant mancipia, ut ostendit *l.* 3. §. 1. *D. de his qui not. infam.*

Capsarii etiam Capsarum opifices dicuntur in *l. ult. D. de jur. immunit.*

Sed & CAPSARIUS in *leg.* 14. *D. de manum. vind.* adpellatur, qui pueris in ludum euntibus libros portat, a *capsis* librorum gratia comparatis, quarum fit mentio in *l.* 3. *D. de supell. leg.* Quo sensu & accipi potest verbum apud Suet. *in Neron. c.* 36. quando ait: *Constat, quosdam cum pædagogis, &* Capsariis *uno prandio pariter necatos.* Nam pueros ingenuos hujusmodi servuli sequi solebant ministerii caussa. Juven. *sat.* 10. Quisquis adhuc uno partam colit ære Minervam. Quem sequitur custos angustæ vernula capsæ. Remigius Episcopus Altissiodorensis in *Ps.* 57. de judæis agens: Et in eadem, inquit, Paschali sollemnitate captivati diversi per mundum capsarii Christianorum facti sunt, quia servant Libros legum, & Prophetarum. Quod utique ex B. Augustino sumsit, qui in *Psalm.* 40. Nobis, ait, serviunt Judæi tamquam Capsarii nostris studentibus nobis codices portant Philostrat. *In vita Sophistar. c.* 27. *n.* 5. *p.* 618. capsarios designat, cum ait: Ἰδὼν δὲ κατιδὼν, καὶ παραγαγοὺς προσκαθημένους ἀκολούθους τε παῖδας, ἄχθη βιβλίων οἳ τὰς ἀμυουσε. Templum autem videns, eique adsidentes pædagogos, servosque pedissequos, librorum onera in peris ferentes.

CAPTARE aliquem a veteribus dicebatur, qui simulato obsequio, munusculisve suprema judicia aucupabatur, venabaturque eo artificio, quod belle ab Horatio *lib.* 2. *sat.* 5. depingitur. Plin. *lib.* 2. *epist.* 20. Regulus, qui speraret aliquid ex novis tabulis, quia nuper eum captare cœperat. Idem *lib.* 4. *Epist.* 2. Mancipatum fœda, & insolita parantibus indulgentiæ simulatione captabat. Martial *l. b.* 6. *Epigr.* 63. Scis te captare, scis hunc, qui captat, avarum. Et scis quod captet, quid Mariane, velit. Idem alibi: Dum me captares, mittebas munera nobis. Seneca *lib.* 1. *Con-*

prov. 6. Aliquis captare orbos senes vult, & suas opes in alienas mortes diffundere, excutiat testamenta, scrutetur census. Eodemque sensu etiam *captari* testamenta dicebantur. Seneca *lib. 9. de benef. cap.* 38. Hinc.

Captare hæreditatem, vel legatum nostri dicunt in *l. 1. D. si quis aliqu. test. prohib.* l. 25. *C. de transact.* pro eo, quod est artificiose eniti, & structis technis, ut eam etiam præter defuncti voluntatem comparemus. Vid. captator.

Captare verba in *l. 19. D. ad exhib.* dicuntur, qui torquent in aliam significationem, ac intellexit is, qui ea pronunciavit, ut ait Ant. Augustin. *lib.* 4. *Emendat. cap.* 5.

CAPTANDÆ *mortis* votum *l.11. C. de transact.* Quod accipitur pro ardente desiderio ex alterius morte lucrum capiendi, quod facile subigit homines sævos, ut vitæ ejus insidientur. Coras. 5. *miscell.* 13. Alciat. *parerg.* 2. & *Comment. ad l. 2. pr. D. de vulg. & pupil. substit.*

CAPTATOR, quem vetus Horatii interpres in illam *satyr. 5. lib.* 2. interpretatur *hæredipetam.* Nam ille officii simulatione, hamatisque, & viscatis muneribus senes orbos, & locupletes, ad quorum bona animum, oculumque adjecerat, demereri solebat; aliaque captandarum hæreditatum ratio ab illis reperta est, qui senibus ejusmodi plagas tendebant, in ea eas ut illi imprudenter incurrerent. Testamentis enim suis eos hæredes scribebant, eaque palam adsignabant, aut etiam recitabant, ut eo pacto mutuam eorum liberalitatem elicerent, ac provocarent. Quinctilian. *Declam.* 325. Sic quidem hæredes scribunt eos, quos captant, tamquam intellecturos, tamquam secrete scriptos.

CAPTATI, pro postquam captaverunt, vel captantes, vel captaverunt, vel qui captant. Quod nonnulli *captati* aliquorum momentarias necessitates sub hac conditione fundos opimos comparent, &c. *l. 1. C. Theod. sine censu, vel reliquis.* Apud Valerium M. lib.9. cap.5. legit Lipsius: *spreto mortali habitu divinum captatus est*, ductu veteris Codicis ubi legitur, *caput latus est.* Ita ex aliis codicibus idem *cap.* 8. reponit, *exiguo momento maxime rei casus fluctuatus est.* Huic simile apud Tertullian. & Sallustium *homo ventus*, & adventus, id est, qui venit, advenit: in XII. tab. *Sol occasus.* Ita apud Lucretium *lib.*4. *v.*1240. penetratum Aegre admiscetur muliebri semine semen. Et tamen Tribonianus, quia hoc obscurius erat, reposuit *captantes*. Confer Salmasium *in Solinum pag.39. Edit. Traject.* qui hanc loquendi formam multis confirmat locis.

CAPTATORIÆ *institutiones*, quæ alienæ liberalitatis exprimendæ, eliciendæque caussa fiunt *l.* 70. 71. 81. *D. de hæred. inst.* quales sunt hæ: *Qua ex parte me Titius hæredem scriptum in tabulis suis recitaverit, ex ea parte hæres esto l.1. D. quæ pro non script. hab.* Et in captatorias institutiones accipe *in l.1. C. de testam. mil.* & captatorias scripturas in *l.* 64. *D. de legat.*1. Ceterum captatoriæ non sunt eæ scripturæ, quæ adfectionibus mutuis expressæ, elicitæque sunt *d. l.71. D. de hered. inst.* Unde in *Nov Valent. Tit.*4. de Leonio, & Conjuge, se testamento in eodem codice scripto vicissim hæredes instituerant, ajunt Impp. *Quoniam nec captatorium dici potest, quum duorum simile fuerit adfectus, & simplex religio testamenta condentium.* Sane eas demum institutiones pro Captatoriis hac bitas, improbatasque fuisse, constat, quarum conditio in futurum, non item in præteritum tempus conferebatur *l. 20. §. ult. D. de condit. inst.* Generaliter enim captare hæreditatem legitimam, vel ex testamento dicitur, qui de & conservanda laborat, ad eam adsectat, & ne sibi ex faucibus ejusmodi bolus eripiatur, satagit *l. 1. D. si quis aliq. test. prohib. l. 21. C. de transact.*

CAPTIO pro fraude, deceptione, dolo, & fallacia accipitur *l. 34. D. de act. emt.* & alibi passim.

CAPTIOSUS, Æ, UM, fallax, damnosum *l.41. D. de usurp. l. 14. §. 5. quod met. caus.* Unde captiosa, & *lucrosa*, ut adversa, & pugnantia ponuntur in *l. 6. §. 10. D. quæ in fraud. credit.*

CAPTIVITAS *l. 7. D. de jur. codicill.* & passim.

CAPTIVUS, qui apud hostes est *tot. tit. de captiv. & postl. revers.*

CAPTUS, US. Captu carere, i. e. ratione destitui. Paul. 5. sent. 4. 2.

CAPTUS, actus venandi, vel occupandi aliquid in *l. 8. D. de contr. emt.*

CAPUT pro vita, sive naturali, sive civili. Hinc Capitis accusatio *l.10. D. de jur. patr.* crimen *l.1. D. de bon. proscr.* judicium *leg. 7. pr. D. ad leg. jul. repet.* periculum *l. 36. pr. D. de fideic. lib.* pœna *l. 4. §. 10. D. de re milit.* Capite damnari Cic. *Tusc. quæst.1. c.* 22. luere *leg. 16. §.4. D. de pœn.* plecti *l.7. §. ult. D. ad leg. jul. repetund.* puniri *l. ult. D. de incend. ruin. naufr.* sancire Varro *de re rust. lib.1. c.5.* Capitis pœna *l. 4. §. 10. D. de re milit.* postulari *l. 53. D. de fidejus.* puniri *l. 5. D. de bon. damn.* reus *l. 45. D. de sol.*

Caput pro persona, sive in sensu naturali, ut idem sit ac homo, sive in sensu civili, ut intelligatur homo cum statu suo, libertatis puta, civitatis, vel familiæ consideratus. Sensu naturali dicitur Caput servile *l. 3. §. ult. D. de capit. minui.* & capita mancipiorum *l. 72. D. de evict.* Sic & noxa caput sequitur *l. 2. D. si ex nox. caus.* Civili sensu dicitur Caput de civitate eximi *in l. 2. D. de publ. judic.* Ita & in caput alterius interrogari, & torqueri *l. 1. §.11. cum trib. sequ. l. 2. l. 3. l. 10. §. 2. D. de quæst.* & in caput filii quæstionem habere dixit Cic. *pro Cluent. c. 66.*

In Capita aliquid dividi dicitur, in personas, in viriles, & ut Justinian. *Nov. 118. c. 3. fin.* interpretatur secundum personarum numerum, & pro numero singulorum, ut ait *l.8.9. C. Theod. de bon. proscr.* Sic

videlicet, ut æquales partes quisque ferat, & tot fiant partes, quot personæ sunt §. *ult. Inst. de hered. quæ ab intest.* Cui opponitur *in stirpes* dividere *l. pen.* §. 1. *de legit. hered.* id est, pro stirpibus, non pro virilibus portionibus, ut in *l. 2. C. de suis & legit.*

Capitis tributum, quod in singulas personas confertur *l. 3. l. ult. D. de cens.* Censum Capitum dixit B. Hilar. in *lib. contra Constantinum Aug. c. 10. p. 569.* Cujusmodi censum solo interdum Capitis nomine designari, sciendum est, ut in *Panegyrico* Eumenii Constant. Aug. dicto *c. 11. Septem millia capitum remisisti, quartam amplius partem nostrorum censuum.* Sic & Capita *relevata* Impp. dicunt *l. 6. C. de conlat. don.* Et ita Sidon. Appollin. c. 14. quo ab Imp. Majoriano *trium* Capitum *remedium*, seu relevetionem petit, venuste ei Herculeum laborem exantlandum, tributumque capitis, ceu monstrum depugnandum proponens: *Lestrigonas*, ait *non esse punta, monstrumque tributum. Hic capita, ut vivam, tu mihi tolle tria.* Vid. plura in *capitatio*. Pro Capite dari dicitur, quod domino datur, ut servum manumittat *l. 11. §. ult. D. de pecul.* Ita servus ancillam, quam surripuerat, domino pro capite suo dedisse proponitur in *l. 10. D. pro emt.* id est, pro libertate sua, ut loquitur *l. 4. §. 16. D. de usurp.* Senec. *epist.* 80. Eripe te de hac servitute, quam extremæ quoque conditionis mancipia, & in his sordibus nata exsuere conantur, peculium suum, quod comparaverunt, ventre fraudato, pro capite numerant. Sed & *pro* Capite dari dicitur, quod nutrici ad educandum, vel alicui ad servos a prædonibus liberandos datur *l. 28. §. 1. D. de don. int. vir. & ux.* Senec. *l. 2. de benef. c. 21. Pecuniam, quam pro capite deprædato*, id est pro redemptionis prætio.

Caput pro pecude, vel singulis corporibus. Sic Capita gregis, vel armenti *l. 68. l. 70. D. de usufr.* pecorum *l. 10. §. 3. D. de jur. dot.*

Caput pro statu. Unde capite minui dicuntur, qui statum mutant. Nec enim aliud esse Capitis deminutionem, quam mutationem status, indicant *l. 2. D. de in integr. rest. l. 1. D. de cap. minut. l. 9. §. ult. D. de minor.* juncta cum *pr. & §. 1. Inst. de cap. demin.* Cic. *in Top. c.* 4. & ibi Boeth. *lib. 2. comm.* Paul. 1. *sent.* 7. 1. Proinde servus, quum manumittitur, capite non minuitur, quia nullum caput habuit, Inquit Justinianus §. 4. *Inst. eod. tit.* id est, nullum jus, statumque *l. 3. §. ult. leg. 4. D. de capit. minut.* Tribus vero modis Capitis minutio contingit, ut vel Ausonius *in grypho* testis est. Aut enim libertatem civitatemque simul amittimus, & hæc est Maxima seu Magna, aut civitatem tantum, libertate retenta, amittimus, quæ Media seu Minor adpellatur, aut libertate, & civitate salva familia dumtaxat mutatur, quæ Minima est *leg. ult. D. de cap. minut. pr. Inst. adv.* Ceterum Magna capitis deminutione plerumque etiam Mediam Jurisconsulti comprehendunt *l. 2. §. 4. D. de suis & legit. l. 1. §. 8. D. ad SC. Tertull. l. 1. D. de usu & usuf. leg.* Itaque & Boethio deportatio maxima capitis deminutio est, quæ aliis *media* est. Quin etiam duas tantum capitis deminutiones in *d. l. 1. §. 4. de suis & legit.* ponit Ulpianus.

Caput pro origine, & summa cujusque rei, ut Donatus *in Andr. Act. 2. sc. 6.* ait. Ita a capite rationem reddere, id est, ab ipso actus gesti initio *l. 19. §. 1. D. de negot. gest.* Sic dicitur ex capite aqua duci *l. 16. D. quemadm. serv. amit.* Virgil. *lib. 4. georg. v. 386.* Et caput, unde altus primum se erumpit Enipeus.

Caput pro urbe primaria, vel Metropoli. Caput Provinciæ *l. 7. D. de offic. procos.* Tacit. 3. *annal.* 43. Augustodunum, caput gentis.

Caput testamenti pro eo, quod vulgo articulum dicimus *l. 40. §. ult. D. de testam. mil.* Unde generale caput *l. 32. D. de usu, & usufr.* nimirum quo cavebatur, ut legata, & libertates ab hæredibus præstarentur *l. 34. §. 6. D. de legat. 2. l. 40. §. ult. de legat. 3.* hac verborum formula: Quisque mihi hæres erit, damnas esto, de qua Brisson. *l. 7. de Formul. c. 137.*

Ita & CAPITA *legum* dicuntur *l. 44. §. 1. D. de rit. nupt. l. 10. §. 1. D. ad leg. jul. de adult.* Itemque Capita edictorum *l. 2. D. ex quib. caus. major. l. 1. §. 7. D. de postul.* Sed & caput ex rescripto *l. 1. D. de interd. & releg.* Caput mandatorum *leg. 27. §. ult. D. de pæn.* sententiæ *l. 29. §. 1. D. de minor.* Immo & Capitulum in eamdem sententiam dicunt Ulpianus, & Paullus *l. 27. §. 4. & l. 30. §. 3. D. ad Leg. Aquil.*

Caput usuris oppositum sortem principalem significat *l. un. C. Theod. de usur. rei jud.* Liv. *l. 6. c. 35. De capite deducitur, quod usuris pernumeratum est.* Græci eadem significatione κεφάλαιον dicunt, & Justinianus Nov. 72. c. 6. ἀρχαῖα. Ubi male ab interprete vulgato verti monet Heineccius: *Quia melius est eis.* (ἐν ἀρχαίοις) in Antiquis *tutamen manere*: quum vertendum esset, *sortem, vel caput illis in tuto esse.* Et ex observata vocabuli notione, Bynkersh. 1. *obs.* 1. eleganter exposuit locum Gellii *l. 20. c. 1.* ubi obæratum intra tria nundina nec solventem, nec pactum *Capitis pænas* dare scribit. Per Caput enim sortem, per Pœnam usuras intelligi, ingeniose probat.

Capita officii etiam adpellantur primates officiorum, & qui officio primos gradus tenent in *l. 2. C. de prox. sacr. scrin.* Quemadmodum in ordine castrensi milites quidam Capita *scholarum* dicebantur, ut ex Amm. Marcellino *l. 14. c. 10.* liquet. Vegetius etiam *l. 11. c. 8. & c. 13.* denis militibus præpositos Capita *contubernii* vocatos scribit.

Atque ut hic de CAPITIS significationibus sermonem absolvamus, addit Brissonius: illud videndum est, quæ sit vis, ac potestas eorum verborum, quæ habentur in *l. 1. C. de off. præf. Afric.* in extremo: *Pro annonis &* Capitu *præfecti prætorio per totam Africam auri libras centum &c.* Item quis sit sensus rubricæ *de annonis &* Capita *administrantium* (ita enim verba tituli in veteribus Codicibus scripta esse, ipse observavit) Quibus verbis facem præferunt *l. 6. C. de erog. milit. annon.*

non. in qua *annonas*, *&* Capita *milites ex horreis* consequi, Imperatores constituunt, & Novellæ Justiniani, in quibus non semel ἀννώνας, καὶ κάπιτα, ἀννωνῶν, καὶ καπιτῶν scriptum est, veluti Nov. 8. c. 2. (ubi tamen alii καπιταπιόνων. Haloander καπιτίων habet) *Nov.* 24. *cap.* 6. *extr. Nov.* 25. *c.* 6. *sub fin.* item *Edictio* 13. ex quibus perspicue liquet, *annonas*, & Capita rectoribus provinciarum, & administratoribus præberi, aut in eam rem certos numos præstari consuevisse: unde ἀννῶναι, καὶ αἱ κεφαλιτίωνες conjunguntur *l.* 1. *C. de annon. & tribut.* Illo autem *annonarum* nomine ea significabantur, quæ ipsis rectoribus pro victu suo, Capitum vero ea, quæ pro pabulo jumentorum ipsis præstabantur. Constat enim, fœnum, & paleam, & quæ ad pabula necessaria erant, administrantibus subministrata fuisse. Idque Trebellius Pollio *in Claud. c.* 14. & Vopiscus *in Aureliano c.* 9. indicant. Ammian. Marcellinus *l.* 20. *c.* 4. *Interrogatus*, ait, *ex arte*, *quid haberet compendii? respondit*, *vicenas diurnas annonas*, *totidemque pabula jumentorum*, *quæ vulgo dictitant Capita*. Unde Impp. in *l.* 8. *C. de erog. milit. annon.* fœnum militibus justis capitibus præstandum statuunt. Eaque sunt pabula in *l.* 9. *C. de jur. fisc.* alimenta pecoribus in *l.* 2. *C. de curs. publ.*

CARACALLA. Vid. supra ANTONINUS.

CARBASEA, species sunt ad vectigal pertinentes *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* ubi: *Vestis serica*, *vel subserica*, *vela tincta*, *carbasea*. Carbasus est subtilissimi lintei genus, quod apud Indos præcipue, & Hispanos conficiebatur. De his testis est Plin. *hist. nat.* 19. 1. De illis Curtius *l.* 8. *c.* 9. ubi de Indorum rege: *Distincta sunt auro*, *& purpura Carbasa*, *quæ indutus est*. Nescio tamen, an non apud Marcianum ἀπὸ τοῦ κοινοῦ repetendum sit *vela*, quod præcessit, ut loquatur de *velis carbaseis*. Talia enim in usu veteribus. Virgil. *Æneid.* 3. *v.* 356. *Auræ-Vela vocant*, *tumidoque inflatur carbasus austro*. Add. Plin. *l.* 19. *c.* 1. ubi *Carbasina vela in theatro*. Cic. in Verr. 5. 12. ubi *tabernacula carbaseis intenta velis*. Ovid. *metam. l.* 11. *v.* 477. *deducere carbasa*, pro vela detrahere. Oportet ergo, plura carbasi genera fuisse, quorum alterum ob subtilitatem vestibus delicatiorum, alterum crassius, & solidius velis non modo tabernaculorum, sed & navium idoneum videretur. HEIN.

CARBO. Carbonum adpellationem materia non continetur. Titiones quoque, & alia ligna cocta, ne fumum faciant, quæ veteres ἄκαπνα vocabant, carbonibus non adnumerantur, sed proprium genus habent *l.* 167. *D. de verb. signif.* quæ excerpta est ex *l.* 53. *fin. D. de leg.* 3. Carbonis præbitio olim in sordidis muneribus numerabantur *l.* 15. 18. *C. Theod. de extraord. & sordid. mun.* ex quibus emendanda est legis 12. *C. de excus. mun.* clausula in hunc modum: *Carbonis quoque* (*nisi cum*, *quem moneta solemniter*, vel *fabrica secundum veterem morem poscit armorum*) *ab hujusmodi viris præbitio desistat*.

CARBONIANA bonorum possessio *l.* 20. *D. de inoff.* quæ scilicet ex Carboniano edicto datur, quo infantibus, aut impuberibus, quibus controversia fit, an inter liberos sint, caussa cognita, perinde bonorum possessio datur, ac si nulla ea de re controversia esset, judiciumque in tempus pubertatis differtur *leg.* 1. *D. de carbon. edict. l.* 3. §. *pen. de lib. agnosc.* Quod & Carbonianum decretum in *l.* 7. §. 4. *D. de carbon. edict.* Nomen autem habet hoc edictum ab auctore suo. Hinc Carbonianus *bonorum possessor in leg.* 3. §. 13. *eod.*

CARCER inquit Servius, est custodia noxiorum. Varro *de ling. lat. l.* 4. *Carcer a coercendo*, *quod exire prohibentur*. Anco Marcio regnante Romæ ad terrorem increscentis audaciæ carcerem foro imminentem media urbe ædificatum Liv. *lib.* 1. *c.* 33. refert, cui a Tullio Rege addita pars, quæ sub terra Tulliani nomen invenit, ceu ex illo Varronis loco modo citato adparet. Carcerem, ait Cicero *Catilin.* 2. *c.* 12. vindicem nefariorum, ac manifestorum scelerum majores nostri esse voluerunt. Ulpianus carcerem ad continendos homines, non ad puniendum haberi debere, scribit *l.* 8. §. 9. *D. de pœn.* Carcer pœnalium, Carcer noxiorum hominum est *l.* 2. *C. de exact. tribut.*

CARCERALIS custodia *l.* 19. *C. de test.* Carceralia claustra *l.* 24. *C. de pæn.*

CARDAMONUM in *l. ult.* §. 1. *D. de publican.* fruticis genus, amomo simile, semine oblongo, quod in Arabia, Comagena, & Armenia nascitur, ut Dioscorid. *l.* 1. *c.* 5. & Plin. *lib.* 12. *c.* 14. Isid. *lib.* 17. *c.* 9. scribunt.

CARDINALIS. Olim ita vocabantur in quibusvis Ecclesiis, qui illis ex lege ordinationis erant præpositi, ut constanter, & perpetuo eis adhærere deberent, ordinarii illarum ministri, ad differentiam *vacantium*, qui sedibus suis ejecti quandoque ad tempus per modum *commendationis* ecclesias vacantes, donec restituerentur, regebant. Sicut enim cardo fixus, & immobilis, & circa ipsum valvæ volvuntur, ita circa ipsos tamquam fixos cardines volvebantur fideles eorum curæ commissi in regimine ecclesiastico. Hac ratione videas in Concilio Romæ habito anno 868. Cardinales post Episcopos subscribentes, quemadmodum & post Præsulem Presbyter Cardinalis, post hunc Diaconus Cardinalis urbis Romæ nominatur a Sylvestro Papa in *c. præsul.* 2. *causs.* 3. *quæst.* 5. ubi *præsul summus* a præsule simpliciter dicto distinguitur. Presbyter nempe alicui Ecclesiæ adfixus, & ob id Cardinalis dictus, primum post Episcopum tenebat locum, solusque baptizandi, sacramentaque administrandi facultatem habebat. Sane D. Gregorius hoc vocabulo *cardinalis* pluries utitur ad designandam primam dignitatem. Archiepiscopum utique Neopolitanum *Episcopum Cardinalem* vocat, quia ob dignitatem primarius inter Episcopos Apuliæ erat. Et sub isto Pontifice Cardinales adpellabantur Presbyteri, vel Diaconi, qui Ecclesiæ, vel capellæ ministrarent. Leo IV. Pontifex in Concilio Romæ habito an. 853. eos nominat

minat Presbyteros sui cardinis, & Ecclesiæ eorum vocabantur parochiæ Cardinales, vel tituli Cardinales. Sane Cardinalis sacerdos apud D. Gregorium *l. 2. epist.* 13. seu *cap.* 52. in *C. relatio* 5. *causs.* 21. *qu.* 1. & Cardinalis Pontifex Gelasio Papæ in *C. Presbyteri* 3. *dist.* 24. episcopum significant.

Deinde vero vocabulum Cardinalis restrictum est ad significandos Ecclesiæ Romanæ Purpuratos, sacrum Collegium constituentes, quos nempe S. Pontifex in senatu, seu consistorio habet, qui etiam adpellantur Principes Ecclesiæ, pars corporis Pontificis, a latere Pontificis, ejusque Senatores. Iidem Papæ in exsequutione officii sacerdotalis coadjutores adsistunt *cap. fundamenta* 17. *vers. decent namque de elect. in* 6. Papam soli eligunt, solique ad pontificatus culmen evehi possunt. Itaque omnibus ceteris Ecclesiasticis cujuscumque tituli, & nominis antecellunt. Dicuntur filii speciales Romanæ Ecclesiæ in *c. felicis* §. *si quis vero de pœnit. in* 6. Eos adpellat fratres Bonifac. Papa VIII. *in cap. quoniam* 1. *D. renunciat. in* 6. De Papæ electione his competente est *c. in nomine Domini* 1. *dist.* 22. In Vaticana Bibliotheca exstat constitutio Joannis Papæ, qua jura, titulique Cardinalium definiuntur. In ea legitur, quod sicut Papa Moysem repræsentat, sic Cardinales sunt pro septuaginta senioribus, qui sub auctoritate Pontificis jura reddunt. Alii hoc numero Cardinales pro septuaginta Christi Discipulis esse dicunt.

Tres autem CARDINALIUM sunt ordines. Septem enim ex his Episcopi, reliqui vero Presbyteri, vel Diaconi. Singuli habent suos Titulos, h. e. Ecclesias, quibus olim cum cura animarum erant præfecti, & unde denominantur. Liquet hoc ex *cap.* 11. *de major. obed. in antiq.* ubi fit mentio Cardinalis Titulo, seu Ecclesiæ Sancti Laurentii adscripti, & *cap.* 2. *de cleric. non resid.* ubi de Cardinali Presbytero tituli B. Marcelli, qui etiam parochia vocatur. Sed hi tituli, hæ parochiæ Cardinalium Presbyterorum, diaconorum a statu ceterarum parochiarum prorsus est distinctus, ut in episcopatum fere mutatæ fuerint, si jura, quæ iis in suis titulis *capit.* 11. *cit.* tribuuntur, intuemur. Omnes utique Cardinales distributi fuerunt sub quinque Ecclesiis Patriarchalibus, nempe S. Joannis Lateranensis, Sanctæ Mariæ Majoris, Sancti Petri Vaticani, Sancti Pauli, Sancti Laurentii. Ecclesia Sancti Joannis Lateranensis habuit septem Cardinales Episcopos collaterales, seu hebdomadarios vocatos, quia Pontifici adstabant, ejus vice divina administrabant quilibet sua hebdomade. Hi sunt Episcopi Ostiensis, Portensis, Sylvæ claufulæ, vel Sanctæ Rufinæ, Albanensis, Sabinensis, Frascatensis, seu Tusculanus, Palestrinensis. Episcopatus Sanctæ Rufinæ nunc Porteosi est coadunatus. Ecclesia Sanctæ Mariæ majoris habuit etiam septem Cardinales Presbyteros, nempe Sancti Philippi, & S. Jacobi, Sancti Cyriaci, Sancti Eusebii, Sanctæ Prudentianæ, Sancti Vitalis, Sanctorum Petri & Marcellini, & Sancti Clementis. Ecclesia Patriarchalis Sancti Petri habuit Cardinales Præsbyteros Sanctæ Mariæ trans Tiberim, Sancti Chrysogoni, Sanctæ Cæciliæ, Sancti Anastasii, Sancti Laurentii Damasensis, Sancti Marci, & Sanctorum Martini, & Sylvestri. Ecclesia Sancti Pauli habuit Cardinales, Sanctæ Sabinæ, Sancti Prisci, Sanctæ Balbinæ, Sanctorum Neræi, & Achillæi, Sancti Xisti, Sancti Marcelli, & Sanctæ Susannæ. Ecclesia patriarchalis Sancti Laurentii extra muros habuit septem Cardinales, nempe Sanctæ Præxedis, Sancti Petri in vinculis, Sancti Laurentii in Lucina, Sanctorum Joannis, & Pauli, Sanctorum quatuor coronatorum, Sancti Stephani in monte Celio, & Sancti Quirini. Baronius ad annos 1057. rituale citat e Bibliotheca Vaticana hanc Cardinalem enumerationem exhibens. Ut vero auctus est numerus Cardinalium Presbyterorum, & Diaconorum (nam Episcoporum idem remansit) ita ut omnium purpuratorum numerus ad septuaginta creverit, tituli quoque novi sunt inducti præter eos, quos recensui. Solet autem Cardinalis Presbyter titulo simpliciter designari, non addito vocabulo *Presbyter*, nisi quod in *cap. cum olim* 12. de *privileg.* Cardinalis *Presbyter*. Basilicæ XII. Apostolorum memoratur. Est & alius titulus, scilicet titulus Sanctorum quatuor coronatorum. Nonnulli Episcopi qua tales Cardinalis nomen retinuerunt, veluti Moguntinus, & Mediolanensis. In Gallia ex veteribus chartis Archiepiscopus Biturigensis Cardinalis adpellatur, sicut & ipsa Biturigensis Ecclesia Cardinalis ecclesia vocatur. Pariter Abbas Vindocinensis Cardinalis titulum sibi assumit.

Constitutio de Conclavi ad electionem Pontificis in 2do Lugdunensi Concilio facta fuit anno 1274. Ritus electionis Papalis in Conclavi refertur ab Hoffmanno *Tom. II. collect. lib.* 1. *Sect.* 1. *&* 3. Ritus vero antiquus in *libro diurno sacr. pontif. cap.* 2. *tit.* 2. *seq. ab eodem cit. l. edit.* Creatio novorum Cardinalium fit a Pontifice de consensu majoris partis Cardinalium, cujus ritus traditur in *Cærimon. Rom.* edito ab eod. Hoffman. *Tom.* 2. *collect. lib.* 1. *sect.* 8. *cap.* 1. *& seqq.* Nempe convocato senatu Cardinalium, his ait pontifex *habetis fratres*, deinde eorum quos elegit nomina recitare jubet. Quo facto Cardinalis patronus ex his accerset eos, qui Romæ degunt, ad pontificem introducit, a quo rubrum tunc birretum, pileum vero in consistorio proxime sequenti accipiunt. Ad absentes Pontifex mittit Camerarium cum Birreto rubro, pileum ipse tradit Romæ præsentibus. Vestitus Cardinalium præter pileum, & Birretum constat lineo suppar o, palliolo, lunula, & papali cappa super supparo in actibus sollemnibus. Cardinales, quos mittit Pontifex ad principes, solet decorare titulo *legati a latere*.

Alias *legatio* dicitur ejus, qui a Pontifice mittitur

tur ad regendam civitatem ipsius imperio subjectam. Cujusmodi legationes quinque sunt Avenionensis, Ferrariensis, Bononiensis, Perusiana, Ravennatensis.

Decreto Urbani VIII. an. 1630. Cardinales Eminentissimorum titulo aucti sunt, qui antea Illustrissimi dicebantur. Bonifacius Papa VIII. *in c. felicis 5. de pœnis in 6.* læsæ majestatis reum facit, gravissimisque pœnis insectatur eum, qui sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalem fuerit hostiliter insequutus vel percusserit, aut ceperit, vel socius fuerit facientis, aut fieri mandaverit, vel factum ratum habuerit, aut consilium dederit, vel favorem, aut postea receptaverit, vel defensaverit scienter eumdem. Propagatumque est hoc crimen ad eos, qui illud sciunt, & non revelant a Pio V. *Tom. 12. Bullar. p.* 193. Vindicatum etiam est in Bulla *Cœnæ Domini* §. 12. a Gregorio XIII. *Tom. 2. Bullar. p.* 463.

Baldus in *l. adjectos C. de app.* dixit, Cardinalibus inductum esse a consuetudine privilegium, quod si quis ducitur ad mortem, & alicui eorum obviat, quod talis potest eum liberare a morte. Et simpliciter sequitur Mar. Lau. *in tractat. de Cardinalibus in conclus.* 48. de cujus veritate vid. Corsic. in *singul. litt. C.*

An Cardinales possint privari, vel deponi etiam a solo Papa, vel a consilio, & de eorum dignitate & multa de ipsis plene disserit Hostiens. *cap. ex gestis 2. de cler. non resid.*

An Cardinales præstent obedientiam manualem Papæ, Feli. *in c. ad audientiam in fin. de præscr.* Jo. Bapt. Castel.

Quo jure cardinalatus sit inventus, & multa de Cardinalibus habet Barb. *de præst. cardin.* & in Consil. primo Jo. Bapt. Castel.

Cardinales in Consecratione Papæ gerunt vicem Episcoporum Metropolitanorum *C. in nomine domini dist.* 23.

CARERE crimine *l. un. C. Theod. ut tutor.* fraude *l. 36. D. de fideic. lib.* id est, vacare.

CAREUM in *lib. 5. D. de pecul. leg.* juxta Dioscorid. *lib. 3. cap. 59.* semen aniso simile, cujus radicem coctam pasticacæ modo esui est. Ejus usum gulæ deliciis ad condimenta maxime piscium, prodit Apicius *de re culinar. lib. 1. c. 30. lib. 9. c. 1. l. 10. c. 7. 8. 13.*

CARICÆ in dulcibus numeratæ in *l. ult. §. ult. D. de tritic. vin. ol.* ita dictæ a *Caria* provincia optimarum ficuum feracissima. Quum vero in ea provincia *Caunus* oppidum præstantissimas mitteret, eædem etiam *Cauneæ*, vel *Caunæ* dictæ sunt. Quin eo demum deventum, ut omnes ficus dulciores, quales etiam *Ebusiæ*, *Caunæ* dicerentur. Vid. Jo. Frid. Gronov. *Diatrib. in Stat. Papin. cap.* 14. *pag.* 77. HEIN.

CARINA *l. 24. §. ult. D. de legat.* 1. est infima navis pars, ut exponit Festus in voce *carinantes*. Totius autem navis proprietas carinam sequitur *leg. 61. D. de rei vind.*

CARITAS pro amicitia *l. 19. D. de castr. pecul.* Caritas sanguinis *l. 1. ff. de agnosc. & al. lib.*

CARMEN famosum *leg. 21. D. de test.* Paul. *5. Sent.* 4. 15. Qui carmen famosum in injuriam alicujus composuerit, ex auctoritate amplissimi ordinis in insulam deportatur. Interest enim publicæ disciplinæ, opinionem uniuscujusque a turpi carminis infamia vindicare. Carmen vero facit non tantum, qui satyras, & epigrammata, sed illegitimam insectandi alicujus caussam, quidve aliud alio genere componit. Hæc postrema verba ita restituit Schulting. p. 444. Sed illegitimam alicujus insectandi caussa aliud alio genere componit.

CARPASIUM in *l. ult. §. 7. D. de publican.* planta est, ex qua succus medicamentis utilis exprimebatur, cujus Dioscorid. *l. 6. cap.* 13. & Galenus *lib. 1. de composit. medic.* meminerunt, & οπον καρπασου, vocant. Paullus vero Ægineta *lib.* 5. carpesiam appellat.

CARPENTARII in legionibus habebantur, ut ex *lib. ult. D. de jur. immun. l. un. C. de excus. artif.* & Veget. *lib. 2. cap.* 11. patet. Utuntur eo vocabulo & Vopisc. *in Aurel. cap.* 1. & Jul. Firm. Matern. *l. 2. cap.* 10. Carpentarium autem esse speciale artificii nomen, eoque significari illum, qui carpentum facit, Isidor. *lib. 19. orig. cap.* 19. tradit. Sane *Carpentarii*, vel *artifices carpentarii*, uti vocantur a Lampridio in *Alexandr. cap.* 52. sunt, qui carpenta faciunt, reficiuntque. Carpenti vero vocabulo sequiore ævo omnia vehicula, venisse, jam observarunt Salmas. *ad hist. Aug. script. p.* 237. & Scheffer. *de re vehic. lib. 2. cap. 17. p.* 212. Carpentarios cursui publico deputatos annonis, & vestes contentos esse absque ulla mercede jubent Impp. in *lib. 31. C. Theod. de curs. publ.* Carpentis autem invehi quoque solitos custodes, vel prosequutores specierum, quæ transmittebantur, docet *lib.* 18. *eod. tit.*

CARPOCRATIANI in *lib. 5. C. de hæret. & manich.* a Carpocrate ita vocati, qui Christum Dominum nostrum hominem dumtaxat fuisse, & ex semine Josephi carnaliter progenitum instar reliquorum hominum adserebat, quemadmodum Philastrius Brixiensis Episcopus in *Hæres. catal. cap.* 35. & Isidor. *l. 8. etym. cap.* 5. scribunt. Eadem de Carpocrate tradunt veteres: sed simul & alios errores capitales recensent, veluti ex uno principio prolationes factas esse angelorum, ac virtutum, has autem condidisse mundum visibilem, Epiphan. *hæres.* 27. 2. Illos angelos κατ' αυτους post passionem prætervectam animam Christi in coelum receptam esse, carnem in sepulchro relictam, Iren. *lib. 1. cap.* 24. Tertullian. *de resurr.* cap. 48. ac proinde nec resur-

furrectionem carnis separandam, sed animarum tantum immortalitatem. Tertull. *ibid.* Ceterum auctor sectæ aliis est *Carpocras*, aliis *Carpocrates*, uti illius sectatores ab aliis *Carpocrasii*, ab aliis *Carpocratiani*, ab aliis *Carpocrateni* vocantur. Fabric. *ad Philastr. p.* 75. Hein.

CARPTIM in *leg.* 12. *l.* 13. *C. Theod. de petitionib.* est minutatim a carpere, minuere. Virgil. *Georg.* 3. *v.* 215. Carpit enim vires paulatim, uritque videndo, Femina.

CARRUCA vehiculi genus *l.* 13. §. *ult. D. de usur.* Carruca dormitoria in *l.* 13. *D. de aur. arg. leg.* Vide *infra voce* Cisiarius.

CARRUCARIUS, id est cisiarius *leg.* 13. *D. locat.* Carucariæ mulæ *leg.* 38. §. 8. *D. de Ædilit. edict.* Solebant enim fere mulæ ad carrucas jungi, ceu præter dictam *l.* 38. docet *l.* 13. *D. de aur. arg. leg.* & Paull. 3. *sent.* 6. 91. Hesychius pro *Carruca* habet καρῦχα, & ita in Pandectis Florentinis cum adspiratione scribitur. Ceterum carrucis argentatis & argenteis Romæ solos senatores, aliis & plebeios usos esse, docet Scheffer. *de re vehic. lib.* 2. *c.* 27. *p.* 321.

CARRUM. Papin. in *resp. tit.* 18. ubi Carpenta, vel Carra ducantur. Trebell. Pollio *in trig. tyran. cap.* 8. Nam & carra venientia digito salutati repulisse dicitur. Veteres masculino genere extulerunt *Carros*. Cæsar *de bell. gal. lib.* 1. *capit.* 26. Ad impedimenta, & Carros suos se contulerunt. Liv. *lib.* 10. *cap.* 28. Carris superstans armatus hostis. Carra tamen etiam habet Hirtius *de bell. hisp. cap.* 6. Erat plaustri barbarici genus, quo tum ad impedimenta vehenda, tum ad munienda castra utebantur, de quo plura Scheffer. *de re vehicul. lib.* 2. *cap.* 38. *pag.* 326. Inde Carrada, carragium, carrago, carricare, de quibus vid. *Car. Du-Fresne in glossar. sub his vocibus.*

CARTHAGO atatrum passa *l.* 21. *D. quid. mod. usufr.* Eadem sedes prætorianæ præfecturæ per Africam a Justiniano constituitur *l.* 1. *D. de off. præf. prat. Afr.* Exstat apud Salvianum *lib.* 7. *de gubern. Dei* ejus urbis elogium hujusmodi: Carthaginem dico, & urbi Romanæ maxime adversariam, & in Africano orbe quasi Romam: quæ mihi ideo in exemplum, ac testimonium sola sufficit, quia universa penitus, quibus in toto mundo disciplina reipublicæ vel procuratur, vel regitur, in se habet. Illic enim omnium officiorum publicorum instrumenta, illic artium liberalium scholæ, illic philosophorum officinæ, cuncta denique vel linguarum gymnasii, vel morum, illic quoque etiam copiæ militares, & regentes militiam potestates, illic honor proconsularis, illic quotidianus judex, & rector, quantum ad nomen quidem proconsul, sed quantum ad potentiam consul, illic denique omnes rerum dispensatores, & differentes inter se tam gradu, quam vocabulo dignitates, omnium, ut ita dicam, platearum, & compitorum procuratores, cuncta ferme & loca urbis, & membra populi gubernantes. Dignum porro observatu est, Justinianum *Nov.* 1. *præf.* Carthaginienses pristinam libertatem retinere jubere. Nam alias satis constat, semel deletam Carthaginem, ex quo a Romanis instaurata est, numquam αὐτονομίαν recuperasse. Hinc in ista Novella pro Καρχηδονίοις legendum esse Καλχηδονίοις, existimat Ez. Spanhem. *orb. Rom. exerc.* 2. *cap.* 18. *p.* 318. Sed vulgatam lectionem feliciter tuetur Frid. Hombergk. Zum Vach. *in not. ad Nov.* 1. *pag.* 4. ubi ostendit, libertatem in ea Novella non *autonomiam*, sed liberationem a Vandalorum tyrannide significare. Ita enim non modo Belisarius apud Paull. Diac. *lib.* 16 *hist. misc. capit.* 6. ait, *quum multa mala fuerint a Vandalis barbaris viris perpessi*, se ab Imperatore missum esse, *ad libertatem donandam*, sed & de libertate cum universis Afris, tum Carthaginiensibus data ipse subinde gloriatur Imperator *l.* 1. *pr. D. de off. præf. prat. Afr. Nov.* 28. *cap.* 4. §. 2. *Nov.* 30. *cap.* 11. *Nov.* 29. *cap.* 2. Hein.

CARTILIUS Jurisconsultus bis laudatus in libris nostris *l.* 9. § 13. *D. de pign. act. l.* 69. *D. de hered. inst.* De hoc Ant. Augustin. 3. *emend. cap.* 6. & Cujac. 1. *obs.* 9. Hein.

CASAM ædificare in area custodiæ caussa earum rerum, quæ in area sunt *l.* 73. *D. de usufr.* in littore ponere, quo se recipiant *l.* 5. *D. de rer. divis.*

CASARII *leg.* 7. *C. Theod. de bon. proscr.* male censuarii in *C. Justin.* iidem qui casati in capitularibus *lib.* 1. *c.* 68. *lib.* 3. *cap.* 74. *lib.* 4. *c.* 75. *lib.* 5. *cap.* 136. qui scilicet intra casam serviunt. Casatorum ecclesiæ mentio fit apud Ivonem *epist.* 29. & in vetusto lapide quodam. Deque ea voce Pithoeus Lindebrogius, Spelmannus, Juretus *in Ivonem.* Ex dicta *l.* 7. *C. Th. de bon. proscript.* apparet liquido casarios non fuisse servos: a mancipiis enim separantur, pariter ut in testamento Caroli M. Item *colonis* separantur, immo & iis præmittuntur. Quare dignior eorum, quam colonorum, & mancipiorum ratio fuerit. Et certe *Casarii* fuisse videntur, qui singulis casis administrandis colendis præpositi erant, in cujusmodi casas plures majoris fundi dividebantur, a casis videlicet, quæ junctæ fundis *l.* 20. *D. si servit. vind. l.* 41. §. 3. *D. de releg.* Unde & *Casata*, & *Casamentum* de hujusmodi agri modo. V. Spelmannum. Et homines de corpore, & de casatlagio in *Consuet. Tolosan. tit. de homagiis art.* 8. Quos ibi interpretantur de domo, & familia servili intra casas ruri servientes. Jac. Gothofr. *Comm. ad d. l.* 7. *C. Theod.*

CASCELLIUS, vid. supra in *Aulus*.

CASEARIA taberna *l.* 8. §. 3. *D. si serv. vind.* in

in qua casei fumigantur, ut exponit Briss. 3. *Ant. Select. c. 5.*

CASITARE frequentativum *a cadere*, pro quo in Florentino *cassitare*, id est guttatim, & sæpius cadere *l. 20. §. 3. D. de serv. præd. urb.*

CASSARE in *cap. accedentes 2. ut lite non contest.* est cassum facere, dicere, seu cassum denunciare, ut *in capit. cum dilect. ad fin. de electicn.* Superiore lege *cassata*, id est, abrogata *l. 14. C. de contrah. emt.*

CASSIA *Turiana* inter merces vectigales, quæ ex solo barbarico in Romanum invehebantur, recensetur *l. 16. §. 7. D. de publican.* Cassia quid sit nemo ignorat. At quid *turiana?* Virorum doctorum conjecturas expendit Bynkersh. 4. *obs. 5.* Hein.

CASSIANI *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Caii Cassii Sectatores. At *Cassianus* furor *l. pen. C. ad leg. Jul. majest.* & Cassianus motus apud Pariatorem *LL. Mos. & Rom. tit. 15. §. 2.* ab Aufidio Cassio concitatus, qui avidus imperii Marci & Lucii Impp. temporibus res nova in Oriente molitus est, ut in *ejus vita* Vulcanius Gallic. *cap. 7.* & Jul. Capitolin. in *Marco, cap. 24. seq.* Hujus quoque partibus qui studebant, *Cassiani* vocantur a Tertull. *ad Scapulam c. 6.*

CASSIDES, & bucculæ in *l. 1. C. Theod.* de *fabricens.* Vid. supra *bucculæ*.

CASSIOPA in *l. 1. D. de exercit. act.* est civitas, & promontorium Epiri.

C. CASSIUS *Longinus* natus ex filia Tuberonis, quæ fuit neptis Ser. Sulpicii, & ideo proavum suum Ser. Sulpicium adpellat. Hic consul fuit cum Quartino, temporibus Tiberii: sed plurimum in civitate auctoritatis habuit eo usque, donec eum Cæsar civitate pelleret, expulsus ab eo in Sardiniam, revocatus a Vespasiano diem suum obiit. Ita Pompon. *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Ad hunc pertinent hæc Suetonii in *Nerone cap. 37.* verba: *Objectum est Cassio Longino JCto, ac luminibus orbato, quod in vetere stemmate Caii Cassii percussoris Cæsaris imaginem restituisset.* Inter hujus majores occurrit Cassius ille Longinus, quem bellis civilibus in Hispania pro Prætore provinciæ ulterioris obtinendæ caussa relictum, narrat Hirtius, sive Oppius *de Bell. Alexand. cap. 48.* Nostrum vero hunc Aggenus Urbic. *in Frontini Commentar. p. 57.* auctorem laudat his verbis: *Ac Cassius Longinus vel prudentissimus juris auctor hic statuit, ut quidquid aqua lambendo abstulerit, id possessor amittat.* Hic notas ad Vitellium, æque ac Sabinus scripserat, ut colligitur ex *l. 12. §. 27. D. de instr. vel inst. leg.* in qua est *Cassius apud Vitellium notat*. Itidemque ad Urseium, ut indicat *l. 10. §. 5. D. quib. mod. ususfr.* quam ait: *Cassius apud Urseium scribit*. Unde *Cassius existimasse Urseium refert* in *l. 1. §. 10. D. quar. rer. act.* Citatur & Cassius *lib. 10. apud Minucium* in *l. 11. §. 15. D. de act. emt.* Sed & plures de jure civili libros scripsit inscriptos *juris civilis*, ex quibus supra decimum (qui citatur in *l. 70. pr. D. de usufr.*) alius nullus in Pandectis memoratur. Insuper vero plurimæ ejusdem, ac prope innumeræ sententiæ nullo librorum, unde depromptæ sint, nomine passim adscripto in Pandectis referuntur. Ad eum autem notas scripsisse Aristonem, testatur *l. 17. §. 1. D. de usufr.* idemque indicat *l. 28. D. de damn. infect.* Quin etiam Javolenum ad eum *notarum libros 15.* scripsisse, constat, quod in pandectis indicant verba hæc: *Javolenus ex Cassio*. Hinc *Cassianæ scholæ* princeps, & parens fuit, ut ait Plin. *lib. 7. epist. 24.* Cujus sectatores *Cassiani* sunt adpellati. Hi autem fuere Cælius Sabinus, Priscus Javolenus, Alburnius Valens, Tuscianus, & Salvius Julianus. Atque hæc Cassianorum secta originem duxit ab Atejo Capitone, cui Massurius Sabinus, ut Massurio Cassius successit. Unde Sabinus Cassii magister dicitur in *l. 19. §. ult.* D. *de recept. arb.* Itaque sæpe preceptori suo Sabino jungitur *l. 4. §. 16. l. 10. D. de usurp. & passim.* Addit Heineccius: Consulatus ejus certus est, quamvis collegam non habuisse videatur *Quartinum*, sed *Lucium Nævium Surdinum*, quem consulatum incidisse in ann. V. C. 783. patet ex Gruter. *inscr. p.* 1087. 4. Sub Caio Caligula Asiæ præfuit, & structas sibi a Cæsare insidias vix evasit. Suet. *Calig.* 57. Dio Cass. *lib. 59. extr.* Sub Claudio Syriam rexit, & ad Euphratem castra, plurimumque negotii cum Judæis habuit. Tacit. 12. *annal.* 11. & 12. Joseph. *antiq. judic. lib. 20.* Caii nomine hunc ipsum Caium Cassium Longinum accipere debemus in *l. 78. D. de solut. l. 54. D. de condit. & dem.* At ab hoc diversus est *Cassius*, de quo *l. 4. §. 33. D. de dol. mal. exc.* qui aliquis fuit ex antiquis prætoribus.

CASSIUS LONGINUS alter jurisconsultus equestris ordinis, cujus solus meminit Pomponius *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Hein.

CASTÆ preces in *l. 7. C. Theod. de pagan.* id est mortem alterius non spectantes, quæ & ideo diris carminibus opponuntur, quæ ab incertorum consultoribus adhibita de alterius fine quærentibus. Hujusmodi enim impia non tantum vota, sed & sacrificia, neque ulla res frequentior, & de his astrologi, aruspicesque consulti. Juvenal. *Sat. 3. v. 42.* motus Astrorum ignoro, funus promittere patris. Nec volo, nec possum. Add. *Satyr. 6. v. 565.*

CASTELLUM receptaculum, quod aquam publicam suscipit, significat *l. 1. §. 38. D. de aqu. quotid.* Veteres *dividiculum* adpellabant, auctore Festo *lib. 4.* quod inde erogationibus fistularum in suum quisque fundum aquam divisam duceret. Inde metaphorice Appii Decemviri tribunal *omnium scelerum castellum* dice-

dicebat Virginius apud Liv. *lib.* 3. *c.* 57. Castellum conceptaculum vocant Impp. *l.* 2. *C. Theod. de aquæd.* Castella, & Castelli in *l.* 41. §. 10. *D. de legat.* 1.

Castellum parvum castrum *l.* 2. *C. de offic. præf. præt. Afr.* Inde castellanus miles *l.* 1. *C. de fund. limit.*

CASTIGARE interdum, ut Non. Marcell. notat, vindicare, punire, & coercere significat *l.* 3. §. 1. *D. de re milit. l.* 14. *pr. D. de custod. & exhib. reor.* Sic castigare delicta *leg.* 12. §. 1. *D. eod.* libertum contumeliosum *l.* 1. §. 10. *D. de off. pref. urb.* fustibus *l.* 6. *D. de accus.* verberibus *l.* 24. §. 3. *D. de minor.* Hinc.

CASTIGATIO competens *l.* 1. *C. de SC. Claud.* flagellorum *l.* 7. *D. de pœn.* fustium *l.* 3. §. 1. *D. de off. præf. vigil.* levis *l.* 5. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.* modica *l.* 12. *D. de jurisd. leg.* 23. §. 1. *D. de usufr.* cujusmodi castigatio & docenti, item fructuario concessa illis locis dicitur. Denique castigatio verborum apud Liv. *lib.* 37. *c.* 32.

CASTITATE violata *l. un. C. si qui. cum tut. fuer.* Dignum castitate nostrorum temporum *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.*

CASTRA in *l.* 3. §. 2. *D. de re milit.* Castra, inquit Servius *lib.* 3. *Æn. v.* 688. sunt, ubi miles steterit. Dicta autem castra, quasi casta, quod illic castraretur libido. Nam numquam his intererat mulier. Julianus in *l.* 69. *D. de leg.* 3. *Dari volo a Julio auctore aureos tot, & in* Castris *quos habeo, tot.* Nimirum solebant milites pecuniam in castris ad signa deponere, de quo more Veget. *de re milit. lib.* 2. *c.* 20. Suet. in *Domitian. c.* 7. HEIN.

CASTRATIO marium SCis, & principum constitutionibus prohibita est *l.* 4. §. *ult. l.* 6. *D. ad leg. Cornel. de sicar.* Briss. *lib.* 2. *Antiq. select. c.* 21.

CASTRENSIANI ministri principum *rubr. C. de castrens. & ministerian.* Tales fullones, vestitores, pictores, pincernæ, coqui, balneatores, cursores, de quibus vid. Salmas. *ad hist. Aug. script. p.* 204. *seq.* Hein. Fuerunt autem castrensiani sub dispositione *Castrensis* sacri palatii. Vid. infra Castriani, & Castriciani.

CASTRENSIS adfectio, vel notitia *leg.* 8. *D. de castr. pecul.* Castrense æs alienum, id est, in Castris contractum, ex quo caussa sunt Castrenses creditores l. 7. *D. eod.* Castrensia bona *l. ult. D. de veteran.* Castrenses res *l.* 3. §. 4. *D. ad SC. Trebell.* Castrensis servus *l.* 9. *D. de castr. pec.* i. e. in castris adquisitus, ut *l.* 17. *C. de manumiss.*

Inprimis *Castrensis peculii* sæpe fit mentio, ut in *l.* 8. *D. de procurat. & multis locis.* Castrense autem peculium, ut ait Macer *l.* 11. *D. de castr. pecul.* est, quod a parentibus, vel cognatis in militia agenti donatum est, vel quod ipse filius familias in militia adquisivit, quod nisi militaret, adquisiturus non fuisset. Paull. 3. *sent.* 4. 5. definit, quod in castris adquiritur, vel quod proficiscenti ad militiam datur. Similique modo Ulpian. 20. *fragm.* §. 10. & *l.* 3. *C. de bon. prosc.* peculium, quod in Castris filius familias adquisivit, vel ei militaturo pater donavit. Quod & *filii familias militis peculium* vocatur in *l.* 2. §. 2. *D. fam. ercisc.* Ceterum quæ castrensi peculio adnumerari debeant, vel in castrense peculium cedant, vid. in *l.* 3. 7. 8. 15. 16. *D. de castr. pecul. l.* 1. *C. eod. & l.* 4. *C. famil. erc.* est & quasi Castrense *peculium l.* 7. §. *ult. D. de donat.* de quo sub voce *Peculium.*

Castrensis sacri palatii sub dispositione sua habebat pædagogia, ministeriales quoque dominicos, & curam palatiorum, adpellaturque spectabilis vir. Eius mentio fit in *l. un. C. Theod. qui a præbit. tiron. l.* 38. *C. Theod. de decur.*

CASTRIANI, qui Castriciani dicuntur in *l. ult. C. Theod. de re milit.* his verbis: Sed ne (de) ipsis quidem Pseudocomitatensibus legionibus, seu de riparensibus Castricianis, ceterisque cuiquam eorum transferendi militem copiam attributam. Aurelianus *in epist.* ad Ulpium Civicum apud Vopiscum in *Aurel. c.* 38. Hi compressi sunt septem millibus Hiberorum, Ripariensium, & Castrianorum, & Daciscorum interemtis. In Tribon. Cod. Just. est *Castrensianis.* Itaque Castriani sunt, qui in castris erant, Riparienses, qui prætendebant ad ripas fluminum.

CASUALIS conditio, quæ ab incerto eventu pendet *l. ult. C. de necess. serv.*

CASUS illic dicitur, quod vel in deteriorem statum venit, vel periit. Ita Casus patris remoti a Senatu *l.* 7. §. *ult. l.* 9. *D. de senator.* Casus animalium *l.* 23. *D. de reg. jur.* gregis *l.* 70. *D. de usufr.* & ager casum pati dicitur *l.* 12. *D. eod. tit.* quo verbo significatur, quidquid contingit adversi, aut incommodi. Ut Casus adversus *l.* 1. *D. ex quib. caus. maj.* captivitatis *l.* 2. *D. de postl. revers.* evictionis *l.* 11. *D. de evict.* incendii *l.* 3. §. *ult. D. de off. præf. vigil.* itemque CASUS non voluntarii, sed fortuiti *l.* 4. *C. de inst. & subst.* CASUS porro fortuiti sunt, adversus quos caveri non potuit *l.* 3. *C. de peric. tut.* qui & Casus Majores dicuntur *l.* 1. §. 5. *D. de obl. & act.* fatum etiam, & damnum fatale fortunam, & vim majorem adpellant, ut suis locis adparebit. In ejusmodi casum veniunt incendium, ruina, naufragium *l.* 5. §. 4. *D. commodat. l.* 22. *D. de negot. gest. l.* 1. §. 5. *de obl. & act.* latronum, hostiumque incursus §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. obl.* quod senectute contigit, vel morbo *l.* 1. §. 4. *commod.* Iisdemque Caius in *l.* 18. *D. eod.* adscribit mortes servorum, quæ sine dolo, & culpa accidunt, piratarum insidias, fugas servorum, qui custodiri non solent, secundum tamen distinctionem, quam illic adhibet Ulpianus in *leg.* 23. *D. de reg. jur.* ad hujusmodi casus referens præter alia animalium casus, mortes, rapinas, tumultus aquarum magnitudinem. Quin etiam si capras latrones citra fraudem custodis abegerint *l.* 9. *D. locat.* Quæ autem fortuitis casibus accidunt, nullo bonæ fidei judicio præstantur *leg.* 5. *C. de pign. act.* Nec tutoribus, vel curatoribus imputari oportet *l.* 4. *C. de peric. tut.*

Ca-

Casus pro quolibet eventu. Sic in omnem casum, quo solvi posset matrimonium *l.* 37. §. 4. *D. de legat.* 3. In eum casum res devenit *l.* 16. *ad leg. aquil.*

Casus etiam pro iis, quæ ex facto contingunt, dicuntur. Sic in quibus casibus lex deficit *l.* 64. §. 9. *D. solut. matr.* Itemque pro specie, vel specie facti *pr. Inst. de eo cui libert. causs. bon. addic.* Novus casus successionis, ubi Theophilus εἶδος §. 2. *Inst. de act. De casibus* autem Cajus librum singularem scripserat, & Modestinus *de casibus enucleatis* librum item singularem.

CATABOLENSES *leg.* 8. *& rubr. C. Theod. de pistor. & catabol.* Cassiodor. *lib.* 3. *var. c.* 10. *Marmora, quæ de Domo Pinciana constat esse deposita ad Ravennatem Urbem per Catabolenses, vestra ordinatione, dirigantur.* Ideoque apud eundem auctorem *lib.* 4. *c.* 47. Non veredarius, sed catabolensis incurrat, alias emendandum monuit Brisson. De catabolensibus accurate egit Cujac. 16. *obs. c.* 5. Ex eo vero quod in codice Theodosiano junguntur pistoribus, colligit Jac. Gothofredus, catabolenses fuisse, qui onera fiscalia Romam veterinis comportarunt, sive frumenta advecta a nautis Tiberinis, horreis inferenda, sive eadem in pistrina transferenda, sive coctus inde panis esset ad gradus transportandus. Dicti ἀπὸ τοῦ καταβάλλειν *ab onerando*, quod jumenta his rebus onerarent, similesque adeo agasonibus nostris, quibus ad ferenda in molas frumenta, farinamque referendam utimur.

CATADROMUS *l. pen. D. de actidn.* funem extentum ex loco edito in inferiorem demissum significat. Suet. in *Neron. capit.* 11. Notissimus eques Rom. elephanto supersedens per catadromum decurrit. Quod idem Xiphilinus *lib.* 56. *p.* 697. retulit. Elephanti funambuli spectaculum ab eodem Suet. in *Galba cap.* 6. refertur. Vid. Jo. Brodæi *miscell.* 3. 7.

Κατάπλους, seu ἐπιδημία a græcis vocabatur, qua parte primum adpellere, seu adplicare in provincia proconsules moris erat *l.* 4. §. 5. *D. de offic. procos.*

CATAPHRYGES apud Isidor. & *in cap.* 39. §. 26. *caus.* 24. *q.* 3. hæreticorum genus, quibus nomen a Phrygia provincia inditum. Hi adserebant, adventum spiritus Sancti non in Apostolos, sed in se traditum.

CATENA. Datenas prolixiores reo immitti, non ferreas manicas ossibus inhærentes, constituit Constantin. M. in *l.* 7. *C. de custod. reor.* Sane qui militari custodia attinebantur, catenis adligatos fuisse docet Seneca *Epist.* 5. ex qua & illud discimus, eamdem catenam & militem, & custodiam copulasse, ut *lib.* 5. *Formul. capit.* 199. notavit Brisson. Ritus istius meminerunt etiam Josephus *Antiquit. Jud. lib.* 18. 8. Seneca *de tranquill. cap.* 10. Augustin. *ad psalm.* 128. ceu adductis illis testimoniis ostendit Justus Lipsius *ad Tacit. Annal. lib.* 6. *cap.* 3. Et eo modo custoditum invenimus Petrum Apostolum κοιμώμενον μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένον ἁλύσεσι δυσί, dormientem inter duos milites, vinctum duabus catenis *Act. Apost. c.* 12. *v.* 6. HEIN.

CATHARI propter munditiem ita se nominaverunt, gloriantes enim de suis meritis, negant pœnitentibus veniam peccatorum, viduas, si nupserint, tanquam adulteras damnant, mundiores se ceteris prædicant *c.* 39. §. 27. *causs.* 24. *q.* 3. Vid. infra voce *Patarini.*

CATHEDRA. Instructa domo legata legato continentur etiam pulvini, subsellia, cathedræ, mensæ. Paull. 3. *sent.* 6. 86. Erant sellæ splendidiores, & affabre factæ, quas & Diis, & Principibus, & Magistratibus tribuebant, ceu ostendit Jo. Andr. Schmidius *dist. de num. cathedrat.* Denique ad philosophos, & professores transit cathedræ honor, quamvis eo non contenti thronum sibi vindicarent, idque dignitatis insigne nemini, nisi qui artis experimenta dedisset, concedere solerent, ceu patet ex Eunapii *Proæresio.* Vid. Meurs. *de Fortun. Altic. c.* 8. & Cresoll. *Theatr. rhet. lib.* 3. *cap.* 3. HEIN.

CATHEDRAM collocare *in cap. luminoso* 18. *q.* 2. est judicia exercere, ut ibi explicare videtur glossa, vel, ut ait Albericus Rosatius, jurisdictionem exercere, & explicare, quod ibi significare visus est Pontifex, si *vel* particula explicationis nota sit. Cathedra non facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram *c. multis dist.* 40.

CATHEDRALIS ecclesia, i. e. episcopalis *c. ne pro defectu* 41. *de elect. in antiq.*

CATHEDRATICUM. Julianus in Nov. 123. *c.* 3. In vulgata est *pro inthronisticis solidos centum*. In græca authentica ὑπὲρ μὲν ἐνθρονιαστικῶν δίδοται νομ. ubi *cathedraticum*, *inthronistica*, vel ἐνθρονιαστικὰ sunt certa pecunia pro inauguratione ab Episcopo pendenda. At jure canonico Cathedraticum est pecunia, quam clerici suo Episcopo quotannis, honoris cathedralis caussa, pendunt, id est duo solidi *Can.* 1. *causs.* 10. *q.* 3. HEIN.

CATHETUS. Zeno Imp. *l.* 12. §. 5. *C. de ædif. priv.* Columnas, ait, lapideas, ut ligneas ita solo imponi jubemus, ut non ad *cathetum*, sive *perpendiculum* stent, sicuti nec murus. Caius, & Theodos. auctores *de limitibus p.* 253. *edit. Goes.* Terminos quadratos sub terra collocavimus, qui a mensoribus Italiæ pro hypotenusa observantur. *Cathetum* vero in terminum præsidentem in formam trisinii conlocavimus. Vitruv. *lib.* 4. *c.* 3. Secundam extremi abaci quadram lineæ demittendæ, quæ Catheti dicuntur. Add. Bernard. Baldi *Lexic. Vitruv. p.* 21. de hoc vocabulo, quod est geometris familiarissimum, quo lineas ad perpendiculum dimissas significant. HEIN.

CATHOLICI Christiani *l.* 1. *C. de summ. Trinit.* D. Augustin. de confess. Christi *lib.* 9. *c.* 10.

CA-

CATHOLICIANI *l. pen. §. ult. C. de bon. proscr.* ubi Cæsarianis conjunguntur; Sed proprie sunt officiales Catholicorum, quod nomen fuit consularium, maxime in Africa, si sequimur glossarium vetus; *Consularis* καθολικὸς. Et sane Eusebius *lib.* 10. *cap.* 6. καθολικὸν τῆς Ἀφρικῆς, & *lib.* 4. *de vita Constantini cap.* 36. τὸν τῆς διοικήσεως καθολικὸν memorat. Attamen Cujacius *lib.* 5. *C. de jur. fisc.* potius *rationales*, & fisci procuratores nomen Catholicorum tulisse, probat: & ita etiam Eusebii locos vertit Valesius. Qui ergo his adparebant, Catholiciani adpellati. HEIN.

CATHOLICUM adpellabant Cæsaris procuratorem, quod totius provinciæ fiscalem procurationem gerebat, ut ex multis Basilic. lib. liquido constat, & ad 1. prohibitum. εἰ δὲ καὶ οἱ ὀφφικιάλιοι τοῦ καθολικοῦ ἐπικηρύττωσι παραβαίνοντες τὸν νόμον, & ad *l.* 2. *C. de jur. fisc.* εἰ μὴ καθολικὸς &c. Idem & λογοθέτης dici cœpit Const. Harmenopulo.

CATILLUS. Paullus *l.* 18. §. 5. *D. de instr. vel instrum. leg.* Sic exponit: *Est autem* Meta *inferior pars molæ, Catillus superior.* At Paullum, vel potius librarium erroris coarguit Scaliger ad illa Manil. Astronom. lib. 3. v. 307. *Laterumque meatus Turbinis in morem recta vertigine currit.* Ubi de veterum molis quædam non vulgaria differit, & de earum partibus inscribit *pag.* 214. *Apud veteres enim*, inquit, *superior mola* κωνοειδὴς *fuit, inferior cava instar catini, unde illi nomen.* Meta instar turbinis inversi conveniebat in Catillum, ut mas *in feminam, qua parte basis est, non qua mucro*: Addit, paucis interjectis, Meta *Græcis* βλήτων *dicitur*, Catillus *autem* ὄνος, *Auctor Helladius apud Photium. Septuaginta interpretibus inferior mola* μύλος, *superior* ἐπιμύλιος *Meta igitur, Turbo, & Conus Synonyma, & proinde Turbo est superior mola.*

CATO, de quo Pomponius *in l.* 2. §. 38. *D. de orig. juris*: Deinde, ait, *M. Cato princeps Porciæ familiæ, cujus & libri exstant. Sed plurimi filii ejus.* Sane *Cato* jurisperitissimus vocatur a Valer. Maximo *l.* 8. *c.* 7. Ejus egregios de juris disciplina libros commendat. Gell. *l.* 18. *c.* 18.

CATONIANA regula ita definitur: Quod legatum, si testamenti facti tempore tedator decessisset, inutile foret, id, quandocumque postea decesserit, non convalescere *lib.* 1. *D. de reg. Caton l.* 42. §. 1. *D. de legat.* 1. Adpellatur & *Catoniana* sententia in *lib.* 86. §. *ult. D. de condit. & dem.* nec non *Catoniana* simpliciter *lib.* 13. *D. de option. leg.* Ceterum regulam *Catonianam* non modo ad legata, sed & ad alias ultimas voluntates, ipsasque hereditates pertinere, satis expeditum videtur *lib.* 210. *D. de reg. jur.* Et tamen in *lib.* 3. *D. de regul. Caton.* scribit Papinianus: *Catoniana regula non pertinet ad hereditates.* Magnas hic turbas dant interpretes. Cujacius 4. *obs.* 4. suo more textum emendandum, rescribendumque censet, *pertinet ad libertates.* At Faber 11. *conjectur.* 9. tantum abest, ut probet hanc, aliamve emendationem, ut potius suo more defendat thema paradoxum, regulam Catonianam ad hereditates non pertinere, quumque sibi obstare animadverrat *l.* 3. *D. de reg. Caton.* ex ea vocabulum *conditionales* ejiciendum existimat. Sed mihi videntur, rem acu tetigisse Rad. Forner. *rer. quotid.* 3. 7. & Franc. Mars. Gordon. in *prætermiss. c.* 8. qui nihil difficultatis inesse ostendunt verbis Papiniani, si sine interpunctatione legantur: *Regula Catoniana non pertinet ad hæreditates, neque ad legata, quorum dies non mortis tempore, sed post aditam cedit hæreditatem.* Sane ne hæreditatum quidem omnium diem a tempore mortis cedere ante Rad. Fornerium, & Gordonum, ostendit Ant. Govean. 2. *Var.* 29. HEIN.

CAVATARIUS. Vid. art. Cavitarius.

CAUDICARII in *leg.* 1. *C. de can. frum. urb. Rom. l.* 2. *C. Theod. de pistor. l.* 9. *C. Theod. de suar. urb. Rom.* quorum corpus Romæ fuisse, patronosque habuisse, ex illis locis planum fit. Sunt autem amnici navicularii *Caudicarii* adpellati a navibus Tiberinis, seu quæ in fluviis usui erant, quas *Caudicarias* vocabant. Festus: Caudicariæ naves ex tabulis crassioribus factæ. Non. Marcell. *Caudicarias* naves etiam nunc consuetudo vocat, quod in fluminibus sunt usui. Varro *de vita pop. Rom. l.* 3. Antiqui plures tabulas conjunctas *codices* dicebant: a quo in Tiberi naves caudicarias adpellamus. Seneca *de brev. vit. cap.* 13. Plurium tabularum contextus *Caudex* apud antiquos vocabatur. Unde publicæ tabulæ *Caudices* dicuntur, & naves nunc quoque, quæ ex antiqua consuetudine, per Tiberim commeatus subvehunt, *Caudicariæ* vocantur.

CAVEA theatri locus, in quo spectatores sedebant *lib.* 13. §. 7. *D. de injur.* Servius *ad* 5. *Æneid. v.* 340. Ea publica erat adeo, ut si quis me in ea sedere prohibeat, injuriam in eum agere possim, prout scribit Ulpianus *cit. l.* At in *l.* 2. *C. Th.* caveam interpretatur Gothofredus, qua feræ, dum emitterentur, includebantur.

CAVERE est prospicere, & consulere. Sic sibi a venditore cavet emtor *l.* 44. §. *ult. D. de damn. infect.* Est & pacto efficere, ut in *l.* 4. *D. comm. præd.* Unde omnes stipulationes natura sua cautionales esse, dixit Ulpianus; quod id agatur interposita stipulatione, ut quis cautior, & securior fit *l.* 1. *D. de stipul. præt.*

Cavere etiam clientibus suis jurisconsulti dicuntur apud Cic. *lib.* 1. *de legib. c.* 5. & debitor creditori *lib.* 17. §. 3. *D. commod.* Et eo sensu *Cavere* pecuniam *lib.* 3. §. 2. *D. de administr. & peric. tut.* chirographo apud Suet. *in Calig. cap.* 12. instrumento *lib.* 49. *sol. matrim.* se præstiturum *l.* 134. §. 2. *D. de verb. oblig*

Sic *Cauto* dos *rubr. D. de dot. caut.* quantitas *l. 5. C. de condict. ob turp. caus.* Cauta chirographa *l.* 88. *D. de solut.* Cautum honorarium *l. 1. §. 12. D. de extraord. cognit.* Nec debitores tantum creditoribus, sed & creditores cavere dicuntur, deberi sibi, vel se recepisse *lib. 5. §. ult. lib. 89. l. 94. D. de solution.* Idque *contra* cavere dicitur *lib. 2. §. 1. de collat.*

Cavere etiam *aliquando intelligitur*, *sive* (constitutis) *personis*, *sive rebus l.* 188. *§. ult. D. de verb. sign. l. 6. §. 7. D. commun. divid.* Sic veteres predibus, & prædis cavere dicebantur teste Asconio *in Verr.* 3. Liv. *l. 22. c. 60.* Si quibus argentum in præsentia deesset, dandum ex ærario mutuam pecuniam, prædibusque, ac prædiis cavendum populo.

Cujus rei nomine cavetur, habes in sequentibus.

Cavere damni infecti *l. 1. D. quib. ex caus. in possess.* de dolo, & culpa *l. 25. D. solut. matrim.* de evictione *l. 35. §. 2. D. de rei vind.* de indemnitate *l. 31. D. ad SC. Vellei.* de rato, vel ratihabitione *l. 3. 4. D. rem rat. hab.* rem salvam fore pupillo *l. 1. D. rem pupil. sal. for.*

Cavere simpli quanti res est *l. 36. D. de don.* cavere duplam *l. 49. D. fam. ercisc.*

Cavere servo publico (stipulante) *l.* 18. *D. de adopt.* officio judicis *l. 16. D. de hered. petit.* id est, judice jubente.

Cavere idonee *l. 35. §. 3. D. de procur.* seu recte, ut est in *l. 1. §. 9. D. collat. bon.* Cavere autem idonee in constitutione D. Marci *l. 2. D. de fideic. l. & pr. Inst. de eo cui libert. caus.* idem est, ac satisdato, vel pignoribus datis cavere. Sed etsi promittenti fides habita sine satisdatione, idonee cautum videbitur *l. 4. §. 8. D. de fideic. lib.*

Cavere præcipiendo, statuendo, sanciendo, Ut *Cavere* codicillis *l. 14. D. de dote præleg.* constitutione *l. 67. §. 8. D. de legat.* 2. edicto *l. 1. D. de in jus voc.* epistola *l. ult. §. ult. D. de abig.* forma censuali *l. 4. pr. D. de censib.* judiciis supremis *l. 1. C. de collat.* lege *l. 25. D. ad SC. Silanian.* mandatis *l. 17. §. 1. D. de pœn.* oratione *l. 9 D. ad SC. Tertull.* rescripto *l. 5. §. ult. D. de jur. patron.* Senatus consulto *l. 16. D. de offic. præsid.* testamento *l. 31. D. de adim. legat.* verbis *l. 67. §. ult. D. de legat.* 2. id est, nominatim exprimere.

CAVILLARI verba *lib. 2. §. 44. D. ad SC. Tertull.*

CAVILLATIO, quam græci σόφισμα vocant *l. 65. D. reg. jur.* Illud verbum a veteri *Calvor* dictum putat Caius *l. 233. pr. D. de verb. signif.* Sed & potius ὑποκοριστικόν, vel deminutivum verbi *cavere*. Hoc proprium erat Jurisconsultorum, qui vero & in minimis rebus cautionis anxie adhibebant, *cavillari* dicebantur. Tertullian. *de coron. milit. cap.* 11. *Omnibus modis cavillandum* (id est anxie cavendum) *ne quid adversus Deum committatur*. Quum vero sæpe contingeret, ut captiosæ essent nimiæ istæ cautiunculæ, in vitium vertit hoc verbum, ut *cavillari* dicerentur, qui alios verborum præstigiis circumvenire studerent. Observarunt hoc Scaliger ad Festum sub voce *cavillari d. 39.* Menag. *Amœn. jur. civ.* c. 39. p. 266. HEIH.

CAVITARIDUS *Cabitarius*, item *Cavatarius*, qui gemmas cavandi artificium exercet. Eam vocem in *l. 1. C. de de excus. artif.* restituit Salmas. *in script. hist. Aug. p.* 458. quum alii ibi legant *Cavidarii*, alii *Clavicarii*. Vetus marmor apud Gruter. p. 622. 1. *Cabatores de via Sacra.* Glossar. vetus Καβιταριος, *Cavitarius*. Palladius λιθουργὸς, ὃν λέγουσι καβιδάριον, *gemmarius*, *quem vocant cavitarium*. Dicti hi artifices etiam τα δαιαριοι. HEIN.

CAUPONAM dictam esse a copiis, quod illic & ad victum necessaria parentur, distrahanturque, Festus *l. 3.* tradit. Quædam exemplaria habent *a cupis*, quæ lectio verior videtur. Sane a *cupis* caupones esse dictos tradit Isidor. *lib. 20. orig. cap. 6.* Est igitur caupona locus, ubi vinum, & edulia venduntur, vulgo taberna. Et ita accipitur in *l. 5. D. naut. caup. & stab.* Aliquando *Caupona* negotiationis nomen est *l. 13. D. de instr. vel instr. leg.* ita ut legato cauponæ instrumento non modo loci, id est, tabernæ instrumenta, sed & institores legato contineantur. Hinc.

Cauponam exercere *lib. 43. §. 9. D. de rit. nupt.*

CAUPONES in tit. naut. caup. & stab. accipiuntur, qui cauponam exercent, institoresque eorum *l. 1. §. 5. D. de tit.*

CAUPONIA taberna *l. 13. D. de instr. vel instr. leg.* Cujusmodi tabernæ Romæ æque ac apud nos parasemis suis distinguebantur. Sic Caupo *ad Ursum gallatum* occurrit in actis diurnis apud Reinef. *Inscr. Class. 4. n. 3.* Ospitalis a gallo gallinacio apud Spon. HEIN.

CAUPONIÆ artes apud Justin. Hist. 1. 7. *Cauponium* instrumentum *l. 43. pr. D. de instr. vel instr. leg.*

CAUSSA verbum est πολύσημον. Primum enim negotium significat, & quamlibet obligationum originem *l. 11. D. de verb. signif.*

Caussa & res plerumque idem significant Jurisconsultis, ut in *l. 7. §. 4. D. de pact.* Et *tit. de condict. caus. dat. caus. non sequ.* Ob caussam, *& ob rem* promiscue dicitur. Sic & caussæ, non personæ beneficium tribuitur *l. 29. D. de re jud.* Privilegia quædam *caussæ* sunt, quædam personæ *lib. 196. D. de reg. jur.*

Caussa pro lite: Caussa cedere, i. e. litem perdere *l. 27. D. de pignor.* &, ut Justinianus interpretatur, *rem amittere §. 33. Inst. de act.* Caussæ, vel lites transactione finitæ *l. 9. C. de transact.* Caussam dicere

dicere reum ex vinculis dicimus *l.* 25. §. 1. *ad leg. Cornel. de sicar.*

Caussa pro conditione, & jure cujusque rei in *l.* 2. §.1. *D. de stata lib.* Sic enim cum sua caussa res transferri dicitur, id est, cum suo onere, vel quo jure, quaque conditione est *l.67. D. de contrah.emt.* cum sua caussa, suisque vitiis *l.13.* §.1. *D. de adquir. possess.* Et quod in *l.* 8. §.7. *D. de fidejussor.* dicitur in duriorem causam, & in *l.34. D.eod.* in deteriorem causam, hoc in eadem *l.*8.§.8. *in duriorem conditionem*. In pari caussa *l.*128. *D. de reg.jur.* melior est caussa, i. e. conditio possidentis *leg.126. D. eod. tit.* Dejectum ab usufructu in eandem caussam restituit Prætor, id est, in qua caussa futurus fuisset, si non esset dejectus *l.9.* §. 1. *D.de vi & vi arm.* ex qua interpretationem accipit *l.3.* §.*ult.D. eod.* In ea caussa esse, vel non, id est, in ea conditione esse, vel non esse *l.* 57. §. *ult. D. de administr. & peric. tut.*

Caussa pro titulo *l.* 11. §. 4. *D. de except. rei jud.* Caussam dominii præstare *l.* 46. *D. de adquir.possess.* Caussa possessionis, & ususfructus *l.* 52.*pr.D. eod.* Per caussam tigni juncti possidere, id est, mediante tigno immisso, servitutem possidere *l.* 20. *D. de servit. urb. urb.*

Caussa, pro ea, quam efficientem vocant philosophi. Caussam mortis præbere *l.* 15. *D. ad leg. Cornel. de sicar.*

Contra magis ad effectum pertinet loquutio, servitute omnes *caussas* habere perpetuas debere *l.*28.*D.de serv. urb.præd.* Nam hunc sensum habet, ita constitutas esse servitutes debere, ut iis continenter uti liceat. Ideoque v. g. perennem esse oportere eam aquam, cujus ductus ceditur *l.* 1. §. 5. *D. de aqu. quotid. l.un.* §.4. *D. de font.* Inscite enim faciunt, qui illam sententiam ad usum servitutum referunt, qui perpetuus esse nequit, & intermissionem necessario desiderat.

Caussa, quod nos impulit, philosophis caussa impulsiva. Sic adjecta caussa legari, vel fideicommitti solet. Et tunc caussa, conditio, demonstratio, verborum conceptiones distinguuntur *l.* 12. 17. §. 2. *D. de condit. & dem. l.* 2. §. *ult. D. de donat.*

Caussa pro omni commodo, utilitateque, quæ ex re percipi potest, accipitur *tit. de usur. & fruct. & causs.* Cajus in *l.*20. *D. de rei vind.* Nec enim, inquit, sufficit corpus ipsum restitui, sed opus est, ut & caussa rei restituatur, id est, ut omne habeat petitor, quod habiturus esset, si eo tempore, quo judicium accipiebatur, restitutus illi homo fuisset. Paullus *l.31. D. de reb. credit.* *Ut post judicium acceptum caussa omnis restituenda sit, id est omne, quod habiturus esset actor, si litis contestandæ tempore solutus esset.* Proinde a fructibus, & usuris caussa separatur, quæ & partum, & partus partuum, & fœtum secundum, & omnes extrinsecus accidentes utilitates complectitur *l.* 2. 3. §.6. *l.* 8. 38. §. 7. *D. de usur. l.9.* §.7. *D. ad exhib.* Eadem, ut ait Heinecc. ad Pandect. P. IV. §.85. qualitates rei, veluti immunitatem, bonitatem, conditionem usucapiendi §.3. *Inst. de offic. jud.* & omnes fructus naturales, & civiles *l.38.* §.7. *D. de usur. & fruct.* & *causs.* & ea quæ in fructu non sunt, complectitur *l.*8. *D.eod.tit.* Minus late patent *accessiones*, quæ sunt omnia, quæ rei nostræ vel natura, vel industria, vel legis beneficio accedunt *l.34. D. de rei vind.* Unde eo vocabulo & fructus, & quæ in fructu non sunt, & incrementa naturalia, veluti alluvio, continentur, non autem rei qualitas. Hac quoque angustior est *fructuum* notio, quibus intelligimus, quidquid re ad usum nostrum profert, vel quod occasione ejus percipitur. Sic ergo intellige formulas: Caussa omnis restituenda est *l.5.* §.4. *D. si ususfr. pet.* cum omni caussa restituere *l.6. C. de adquir. vel amitt. possess.* omnis caussa venit in judicium *l.8.* §.6. *vers. plane D. de precar.*

Caussa, i. e. forma, vel species, & caussæ obligationum *l.* 44. *D. de oblig. & act.* In exsequutione obligationis quatuor caussas esse, ait Paullus in *l.*83. *D. de verb. oblig.* Caussa plus petere §. 33. *Inst. de action.* Ex caussa æstimantur privilegia *l.* 32. *D. de reb.auct. jud.possid.* In caussa jus est positum *l.* 52. §. 2.*D. ad leg. Aquil.* De alterius caussa, & facto non scire *l.3. D. de jur. & fact. ignor.* Eodem pertinent formulæ. Alia caussa est *l.* 12. *de solut.* Caussa uti Rhetorum præceptis accipienda sit, vid. apud Quinctilian. *lib.* 3. *cap.*1. Quas postea *controversias* rhetores adpellarunt, eas Ciceronis temporibus *caussas* vocatas esse, tradit Senec. in *præf. lib.* 1. *controv.*

Caussam in libris Decretorum accipit Gratianus pro eo, quod περιοχὴν Græci, Latini *argumentum*, ex quo eliciuntur quæstiones, unde de rebus disputatur: περιοχὴν quam caussam vocat, prætexuit, hinc quæstiones discutiendas eliciens, ut colligi potest ex *distinct.* 101. *Caus.* 1. *pr. quæst.* 1.

Caussa pro casu, vel eventu. Sic in omnem caussam acceptus fidejussor *l.* 56. §. 2. *D. de fidejus.* In omnem caussam emti fidem adstringere *l.5. C.de pact. int.emt.* vel, ut alibi, in omnem conditionem *l.68. D. de fidejus.*

Magis reconditam hujus vocabuli notionem ostendit Heinecc. in *Comment. ad Leg. jul. & Pap. lib.* 3. *cap.* 5. *p.* 398. Nimirum aliquando veteres illud accipiunt pro *quasi*. Sic codicilli *ad caussam testamenti pertinere* dicuntur in *l.* 1. §. 2. *D. de tab. exhib.* id est, quasi testamenta esse videntur. Legatarius *pignoris caussam*, id est, quasi pignus, vel pignus tacitum *habere*, dicit Papinianus *l.* 4. §. 1. *D. de separat.* Sed præcipue eo sensu accipitur *caussa caduci*, id est, quasi caducum *l. un.* §. 5. *C. de caduc. toll.* Vere enim caduca erant, quæ post mortem testatoris ante apertas tabulas deficiebant. Si vero vi-

vivo testatore post testamentum conditum heres, legatariusve decederet, vel conditio deficeret, relictum *in caussa caduci* erat, & populo quasi caducum deferebatur *l. un.* §. 2. *&* 4. *C. de caduc. toll.* HEIN.

Interdum CAUSSÆ nomen vacat, & nudæ elegantiæ caussa aliis vocibus adjungitur. Sic caussa bonorum, dotis, emtionis, facti, pignoris, possessionis pro ipsis bonis, pro ipsa dote, emtione, facto, pignore, possessione juris auctores dicunt. Ita *Caussa* bonorum accipienda est in *l. 68. D. de legat.* 2. *l.* 52. §. *ult. D. de verb. oblig.* ubi tamen caussa bonorum utilitatem significat, id est, ut habere liceat. Sic *Caussa* Conditionis *l.* 96. §. *ult. D. de solut.* dotis *l.* 1. *D. solut. matrim.* edicti *leg.* 6. *D. unde liber.* emtionis *l.* 3. §. 3. *v. & ideo D. de SC. Macedon.* facti *l.* 12. *ex quib. caus. maj.* fideicommissi *l.* 3. §. 2. *D. de usur.* fundi *l.* 30. §. 3. *D. de legat.* 3. hereditaria *l.* 5. §. 5. *D. ut in possess. legat.* judicati *l.* 5. *D. quand. ex fact.* judicii *l.* 8. *D. de alien. jud. mut.* juris, ac voluntaria *l.* 77. §. 1. *D. de legat.* 2. juris honorarii *leg.* 95. §. 3. *D. de solut.* legati *leg.* 91. §. 2. *D. de legat.* 1. naturalium obligationum *l.* 40. *D. ad SC. Trebell.* novationis *l.* 4. *in fin. D. de usur.* obligationis *leg.* 20. *D. de don. int. vir. & ux.* ordinis *l.* 23. §. *ult. D. de adpellat.* pecuniæ *l.* 26. §. *ult. D. depos.* pignoris *l.* 65. *D. de evict.* possessionis *l.* 1. *C. per quas person.* proprietatis *l.* 30. §. 2. *D. de adquir. rer. domin.* redhibitionis *l.* 61. §. 1. *D. de furt.* seminis *l.* 12. §. 1. *D. de instr. vel instrum. legat.* solutionis *l.* 21. *D. de rei vindicat.* testamenti *l.* 2. §. 1. *D. de vulg. & pupill. substit.* ususfructus *l.* 10. *D. usufr. quemadm. cav.*

CAUSSARI, caussam prætendere, seu allegatione caussæ se excusare *leg.* 3. *D. depos.* Caussari tempestatem *l.* 21. §. 8. *D. si quis caution.* Sic caussatas aves apud Tibull. *lib.* 1. *eleg.* 3. *v.* 17. Plane Non. Marcellus *caussari* causam dicere, vel defendere interpretatur.

CAUSSARIA missio, quæ propter valetudinem laboribus militiæ solvit *l.* 2. §. 2. *de his qui not. infam. l.* 13. §. 3. *D. de re milit.* Apul. *lib.* 4. *de asin. aur.* Exanimatum, ac debilem mereri *caussariam missionem*; Ita legit Heinecc. pro *caussa remissionem*. Hinc caussaria missi milites *leg.* 6. *l.* 8. *C. de re milit.* & Caussarii milites apud Liv. *lib.* 6. *c.* 6.

CAUSSATIO, i. e. allegatio caussæ *l.* 12. *C. Theod. de suscept. præpos. & art.* & passim *in eod. C.*

CAUSSIDICUS *l.* 9. *C. de postul.* qui caussas in foro dicit, ut loquitur Cajus in *l.* 1. *D. de Or. jur.* & ejus ars *Caussidicina* dicitur in *l.* 30. *C. Theod. de cohortal. princ. cor.* Auctor libri *de caus. corr. eloqu.* Horum autem temporum, ait, caussidici, & advocati, & patroni, & quidvis potius, quam oratores vocantur. Id vocabulum jam Ciceronis ætate in usu fuisse, ex ejus *Oratore c.* 9. patet. Eodem utuntur Seneca in ἀποκολοκυντώσει p. 677. & Juvenal. Satyr. 7. v. 185. Apulei. *Apolog. p.* 305. Qui scio facta in judicium vocari, eoque etiam patronos litigatorum caussidicos adpellari, quod, cur quæque facta sint, caussas expediant.

CAUTELA pro cautione in *l.* 15. §. *ult. C. depos. leg.* 1. §. *ult. D. de procur. l.* 21. *D. de judic. l.* 6. *D. de pign. act. l.* 25. *C. de admin. tut. vel cur.* quo verbo non modo usos Leonem, & Anthemium *l.* 33. §. 3. *C. de Episc. & Cler.* itemque Arcadium, & Honorium *l.* 3. *C. de instrum. & codicil.* verum etiam Cassiodorum 3. *variar.* 48. & Ammian. Marcellin. *lib.* 14. immo his antiquiorem Apuleium *metamorph. lib.* 1. *p.* 115. *& lib.* 5. *p.* 269. Priscianum porro de hoc vocabulo tamquam satis latino differere *lib.* 4. *p.* 622. post alios observat Heinecc.

CAUTERIUM in *l.* 17. *D. de instr. vel instr. leg.* est, quo in encaustica pictura, ad colores ceris inurendos, utebantur pictores. Plin. *lib.* 35. *cap.* 11. Ceris pingere, ac picturam inurere quis primus excogitaverit, non constat. Quidam Aristidis inventum putant, postea consummatum ab Praxitele. Sed aliquanto vetustiores encausticæ picturæ extitere. Scite lusit Martial. lib. 4. *Epigr.* 47. de Phaetonte hoc genere encaustices picto, quem hoc modo δίπυρον factum ait. Epigramma tale est: *Encaustus Phaeton tabula depictus in hoc est. Quid tibi vis dipyron qui Phaetonta facis*: sensus est, jam δίπυρον vel *bis ustum* dici posse Phaetonta, qui primum fulmine ictus in Padum præceps actus, & rursum cauterio ceræ inustus sit. *Hein.*

CAUTES petra pro lapidibus, & mormoribus accipitur in *l.* 14. *C. Theod. de metallar.* ubi cautium nobilitas.

CAUTIO pro securitate. Sic plus cautionis esse in re, quam in persona dicitur *l.* 25. *D. de reg. jur.* Alias *Cautio* pro securitate promissa. Et hoc sensu fragilitas cautionum in *l.* 66. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* & sæpe *nihili est*. Cotio apud Plaut. *in Asinar. act. sc.* 3. *v.* 52. ubi *cotio* pro cautione eadem forma, ac *plostrum* pro plaustro, *olla* pro aula dici conjecit Muret. 9. *Var. lect.* 11.

Cautio generaliter omnis scriptura adpellatur, qua cui prospicitur, sive obligationis, sive liberationis probandæ caussa, emittatur. Sic cautione data creditori cavet debitor *l.* 40. *D. de reb. cred.* Sed & epistolam emissam cautionem adpellari videmus in *l.* 24. *D. de constit. pec.* Ita *Cautiones* ex quocumque contractu *l.* 47. §. *ult. D. de pact.* veluti creditæ pecuniæ *l.* 40. *D. de minor*, depositionis *l. ult.* §. 1. *D. ut legat. & fideic. caus. cav.* dotalis *l. ult.* §. 5. *D. de legat.* 2. fœneratitia *l.* 11. *C. de pact. dot.* hereditaria *l.* 3. *D. famil. ercisc.* pollicitationis *l.* 9. §. 3.

§. 3. *quod met. cauf.* Cautionem, i. e. chirographum exponere *l.* 25. §. *ult. D. de probat.* pignori dare *l.* 20. *D. de pign.* reddere debitori *l.* 2. *D. de pact.*

Memorantur porro in jure noſtro CAUTIONES damni infecti *l.* 1. §. 13. *D. de cloac.* de dolo *l.* 5. §. 1. *D. de verb. obl.* duplæ *l.* 72. *D. de contr. empt.* indemnitatis *l.* 32. §. 1. *D. de negot. geſt.* judicii ſiſtendi cauſſa, qua quis promittit, ſe præſtiturum ſecuritatem a læſione, quæ ex non comparitione metuitur. Item Cautio *judicatum ſolvi rubr. D. judicat. ſolvi.* qua quis promittit ſe præſtiturum ſecuritatem a læſione, quæ ex eo, quod non obtemperatur ſententiæ, metuitur. *Cautio* legatorum ſervandorum cauſſa *tit. D. ut legator. ſeu fideic. ſerv. cauſ. cav.* moratoria *l.* 5. §. *ult. D. de cenſib.* Muciana, de quibus infra, ut & de pretio reſtituendo *l.* 25. §. 10. *famil. ercisc.* de rato, vel ratam rem habiturum Dominum *l.* 23. §. *ult. D. de precar.* rem pupilli ſalvam fore *rubr. tit. rem. pupill. ſalv. for.* de ſervo, qui in fuga eſt, perſequendo l. 14. §. 11. *D. quod met. cauſ.* Enim vero cautionem, cujus mentio fit in *l.* 6. *D. de hæred. pet.* accipit Briſſon. de legatis evicta hereditate reddendis, ut adparet ex *l.* 17. *D. eod. tit.* eamque intelligit Paulus in *l.* 41. *D. ad leg. falcid.* quum ait: Si jam mota controverſia hereditatis, legata ſine *cautionibus* dat. *Cautio* de *evictione*, de qua ſub hac voce.

Cautio vel nuda eſt, vel non nuda. Hæc vel *fidejuſſoria* eſt, vel *pignoratitia*, vel *juratoria*. Vetus Gloſſar. *Fidejuſſoria eſt, quum intervenit fidejuſſor, juratoria eſt, quum quis jurat ſolemniter, ſe adimpleturum quod promittit. Pignoratitia, vel hypothecaria eſt, quum pignus* (qui cavet) *tradit, aut hypotheca ſupponitur.* Fidejuſſoria cautio alias adpellatur *ſatisdatio* in *l.* 2. §. 6. *verſ. ſed utrum.* ubi nuda *cautio* adverſa fit ſatisdationi. Nuda porro *cautio* ſimpliciter *cautio* adpellatur in *l.* 3. *C. de verb. ſignif.* & cautionem nudam repromiſſionem interpretatur *l.* 63. §. 4. *D. pro ſoc.*

Cautio idonea pro ſatiſdatione in *l.* 50. §. 1. *D. de manumiſſ. teſt. l.* 4. §. 1. *D. de adminiſtr. rer. ad civit. pertin. l.* 1. §. *pen. D. quod legator. l.* 3. *C. de magiſtr. conv.* Proinde ſi mandato adjectum ſit, ut *idonea* cautio a debitore exigatur, non videbitur conditioni paritum, ſi neque fidejuſſor, neque pignora accepta ſint *l.* 59. §. *ult. D. mandat.* Sed & *cautio*, quæ propter Falcidiam interponitur, fidejuſſorum habet præſtationem *l.* 3. §. 1. *D. ſi cui plus, quam per leg. falcid.* Prætoriæ quoque ſtipulationes perſonas deſiderant pro ſe intervenientes *l.* 7. *D. de ſtipul. prat.* Igitur Cautio *prætoria* intelligitur *ſatisdatio.*

CAUTOR alieni periculi apud Cic. *pro Sext. cap.* 7. Plaut. *in captiv. act.* 2. *ſc.* 2. *v.* 6. *Sæpe is cautor captus eſt.* Cautor *formularum* apud eund. Cic. *lib.* 1. *de orat. cap.* 55. Ibi meliores editiones non habent *Cautor*, ſed Cantor *formularum*, quam lectionem ideo probat Heineccius, quod minus concinna eſt loquutio: *Cautor formularum*, quum non formulas caveat, ſed, formulis inventis, cavere aliis ſtudeat.

CEDERE, & contendere opponuntur in *l.* 1. *D. de edend.*

CEDERE foro in *l.* 7. §. 2. *D. depoſ.* & quod vulgo *bancam ruptam facere* dicunt. Hoc inde fluxit, quod in foro poſitæ erant argentariorum, & nummulariorum tabernæ, ut docuit Briſſon. *lib.* 2. *ſelect. antiq. cap.* 12. Et habebant hæ tabernæ ſua paraſema, quibus dignoſcerentur, ceu patet ex Reineſ. *inſcript. Claſſ.* 4. *num.* 4. *p.* 340. ubi Q. Aufidius menſarius tabernæ argentariæ *ad Scutum Cimbricum* cum magni vi æris alieni ceſſit foro, retractus ex itinere cauſſam dixit apud P. Fonteium Baldum præt. & quum liquidum factum eſſet, eum nulla feciſſe detrimenta, ſolvere juſſus eſt in ſolidum æs totum.

Cedere etiam eſt aliquid per mandatum, vel alium titulum transferre. *Cedi* enim res incorporales, & jura dicuntur eodem modo, quo res corporales tradi. Serv. *in 3. Aen. v.* 297. *Ceſſiſſe*, ait, *verbum de jure eſt. Cedi enim hereditate dicitur.* Sic *Cedere* actione *l.* 13. §. 1. *D. de legat.* 2. eſt actionem mandare, & præſtare. *Cedere* actionibus *l.* 14. §. *ult. D. de ſerv. corrupt.* Actionum *cedendarum* beneficium eſt jus confidejuſſori in ſolidum convento, atque ſolventi competens poſtulandi a creditore, ut jus ſuum in debitorem, & confidejuſſores ipſi cedat. Nimirum inter confidejuſſores nullus erat nexus, nullum proinde jus, obligatio nulla, atque ſic nec actio confidejuſſori contra confidejuſſorem prodita erat. Confidejuſſor ergo integrum debitum ſolvens a nemine indemnitatem poterat pe[illegible]. Debitor enim non erat ſolvendo, alias enim prior fuiſſet excutiendus. Tributum ideo confidejuſſori beneficium, ut adigeret creditorem ante ſolutionem ad id, ut ſibi cedat omnia ſua jura, omneſque actiones in principalem debitorem ad meliorem olim fortunam venientem, & reliquos fidejuſſores. Sed & fidejuſſori interdum in debitorem competebat mandati actio, ſi ille mandaverat, vel negotiorum geſtorum, ſi abſens ille, ac ignorans, quæ gererentur, erat; ſed & interdum nulla, ſi debitor contradixerat. Ceſſis actionibus confidejuſſor contra confidejuſſores, vel principalem agebat, ut procurator in rem ſuam. VVurffel. *juris pr. defin.* §. 720.

Cedere bonis *l.* 17. *D. de recept. arbitr.* Vetus Gloſſarium: Cedere *bonis eſt ab univerſitate rerum ſuarum recedere.* Cedi autem bonis non tantum in jure, ſed & extra jus poteſt *l. ult. D. de ceſſion.*

Conſtruitur hoc verbum cum ablativo, ut in exemplis præcedentibus, ſed & cum accuſativo, ut

Cedere iter *l. 5. §. ult. D. de serv. præd.* possessionem *l. 1. §. 20. D. de adquir. vel omitt. possess.*

Interdum *Cedere*, contineri, vel accedere significat, & tunc vel dativo jungitur, vel accusativo, interveniente præpositione *in*, vel *ad*, vel ablativo per præpositionem *pro*. Sic Chartis cedit scriptura *l. 9. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* Cedit quid lucro *lib. 17. D. de fundo dot.* Cedit quid in agri modum *l. 51. D. de action. emt.* in locum solutionis *l. 28. §. 1. D. de jurejur.* vel pro solutione *l. 95. §. 1. D. de solution.* Cessit ad utilitatem pecuniæ *l. 26. C. de præd. minor.*

Cedere, & numerari annus pro eodem accipitur in *l. 6. D. de calumniat. l. 15. §. 4. D. quod vi aut cl.* Cedere diem significat, incipere deberi pecuniam, aliudque est *cessisse*, aliud *venisse* diem. *Venit* dies, quum peti potest, *Cessit* quum obligatio nata est, licet exactio in diem differatur *l. 213. D. de verb. signif.* Et *Cedere* dies legatorum dicitur, ex quo ea debentur, & ad heredem transmittuntur *tit. quand. dies legat. ced.* Theophilus *in §. 20. Inst. de legat.* Sic & *cedere* operæ incipiunt, postquam fuerunt indictæ *l. 13. §. 2. l. 34. D. de op. libert.* Sic & *cedere* dies operarum *l. 23. §. ult. D. eod.* Quod de operis libertorum intelligendum est. Alia enim caussa est operarum, quas quis sibi stipulatus est, quæ ex die interpositæ stipulationis cedunt *l. 24. D. eod.* Denique eodem sensu & cedere tempora dicuntur, id est, currere, vel computari *l. 2. §. 2. D. quis ord. in possess. serv.* Tempus quod post mortem cedit.

CELARE, reticere, occultare. Sic *Celare* conditionem *l. 10. §. 2. D. de in jus voc.* fugitivum *l. 4. D. de fugit.*

CELEBRARE, id est agere, edere. Ut celebrare æstimationem *l. 35. §. 3. C. de donat.* alienationem *l. 1. C. de alien. judic. mut.* certamina *l. 21. §. 3. D. de an. legat.* certaminis formam *l. 77. §. ult. D. de legat. 2.* collegium *l. 3. D. de colleg.* contractum *l. ult. C. de fund. rei priv.* creationem tutorum *l. ult. §. 2. C. de administr. tut.* divisionem *l. 1. C. de divort. fact.* donationem *l. 31. §. ult. D. de donat.* exactionem *l. 21. §. 1. D. de constit. pecun.* festos dies *l. 17. D. ad municipal.* functiones *l. 4. C. de donat.* matrimonium *l. 19. C. de nupt.* memoriam *l. 18. §. ult. D. de alim. & cibar. legat.* solita in distrahendis pignoribus *l. 4. C. si vendit. pign.* solutionem *l. 1. C. si serv. ext.* venditionem *l. 61. §. ult. D. de jur. dot.*

CELEBRIS civitas *l. 7. D. de offic. procons.* id est, quæ ab hominibus frequentatur.

CELEBRITAS nuptiarum *l. 22. D. de nupt.*

CELEBS, *Celibatus*, Vid. supra *Cælebs*.

CELER, is. *Celeris* redhibito *l. 4. C. Theod. und. vi.* Celeris reformatio, de qua suo loco.

CELERUM tribunus equitibus præerat, & veluti secundum locum a Regibus obtinebat *l. 2. §. 15. D. de orig. jur.* Celerum autem nomine equites sub Romulo, Regibusque adpellati, Plin. *lib. 3. capit. 32.* Celeres antiqui dixerunt, quos nunc equites, a Celere interfectore Remi, qui initio eis præpositus fuit, qui primi us electi fuerunt in curiis deni. Ideoque omnino trecenti fuere. Servius in *lib. 11. Aen. v. 603.* Romulum equites habuisse scribit, quos Celeres adpellavit, vel a *celeritate*, vel a duce Celere, qui dicitur Remum occidisse, cujus gratiæ vice a Romulo fieri Tribunus equitum meruerit, & Tribunus Celerum adpellatus sit. Add. Liv. *lib. 1. cap. 15.* Dionys. Halicarn. *lib. 2. p. 86* qui, propterea quod Romani τὰς ἑτοίμας καὶ ταχεῖς ἐπὶ τὰ ἔργα *paratos, & promtos ad res gerendas*, Celeres adpellent, eo nomine equites illos ornatos fuisse scribit. A Celere Remi interfectore dictos scribit Plutarch. *in Romulo.*

CELERITER, id est, præcipiti festinatione solutos *l. 10. D. de cust. & exhib. reor.*

CELLA in insulis, & horreis *l. 3. §. 2. D. de offic. præf. vigil.* In ea cella libertus habitavit, cui commune, & promiscuum cellarum iter est *l. 17. §. 15. D. de ædil. edict.*

Cella etiam, & Cellarium a reponendis, celandisque rebus esculentis, & potulentis dicitur, ut Donat. *in Ter. Adelph. act. 4. sc. 2. v. 13.* tradit. Sic cella vinaria, & olearia in *l. 10. §. ult. D. de usu & habit.* penuaria, in qua frumentum, & legumina habita, proponit *l. 3. §. 8. D. de penu leg.* quæ ab aliis, & quidem, si C pro fides habenda est, rectius *penaria* dicitur. Unde Siciliam *Cellam penariam* Reipublicæ Rom. a veteribus adpellatam, Cic. *in Verr. 3. 6.* tradit. Varro *de ling. lat. lib. 4.* Ubi quid conditum esse volebant, a celando *Cellam* adpellarunt, *Penariam* ubi penus. Festus: *Cella*, quod ea celentur, quæ volumus esse occulta. De cella vinaria vid. Pallad. *lib. 1. tit. 18.*

CELLARIA pro potulentis accepta adjunguntur annonis *l. ult. C. Theod. de offic. omn. jud.* Sulpic. Sever. *2. hist. sacr.* 41. Quadringenti & aliquanto amplius occidentales Episcopi Ariminum convenere, quibus omnibus annonas, & cellaria dari Imperator præcepit. Unde & *Cellarienses* species in *l. pen. C. Theod. de indulg. debit. l. 32. C. Theod. de erogat. milit. annon.*

CELLARIUM substantive pro cella in *l. 41. §. 1. D. de legat. 3.* Sic vinum ad cellarii usum ministrari solet *l. 6. C. Theod. de annon. & tribut.* Servius in 1. *Æneid. v. 407.* Inter penum, & cellarium hoc interest, quod *Cellarium* est paucorum dierum. Unde & in cellam importatum dicitur frumentum, Penus vero longi temporis.

CELLARIUS servus in *l. 24. D. de manum. testam.* qui cellæ præpositus est. *Cellarium* tamen Ulpianus *l. 12. §. 9. D. de instr. vel instr. leg.* interpretatur servum, ideo præpositum, ut rationes salvæ sint.

Cellarios Paullus 3. *sent.* 6. 72. in urbanis ministeriis numerat. A cellariis ubique cibum, & potum familiæ præbitum esse, ostendit Columella *lib.* 2. *capit.* 1. Non. Marcellus: Promos, & condos adpellari voluerunt *Cellarios*, eo quod inde promant, & eo rursus condant. *Cellararium* habet Florentina in *d. l.* 12. §. 9.

Cellerarius in *cap. dilectio* 25. *de præbend. & dign.* est administrator rerum ecclesiasticarum. Cælius Rhodiginus existimat eam vocem barbaram, & poni pro Cellario. Vide supra *Cellarius*.

CELLULA in *cap. cellulas* 18. *q.* 2. *& l. un C. de stud. liberal. urb. Rom.*

CELSUS, *a*, *um*. Celsiores viri *l.* 2. *C. de offic. div. jud.* Celsitudinis titulus tribuitur Comiti sacrarum largitionum *l.* 18. *C. Theod. de proxim. com. dispos.* nec non præfecto prætorio *l.* 25. *C. Theod. de curs. publ.*

CELSUS pater *leg.* 39. *D. mand.* Celsus filius *l.* 29. *D. de evict. l.* 6. *D. de contr. emut. l.* 1. *D. de rescind. vend.* quæ omnes Leges Pomponii nomen præscriptum habent. *Celsus* adolescens vocatur a Paullo in *l.* 91. §. 3. *D. de verb. oblig.* Celso autem patri successit *Celsus* filius, qui patris industriam, non æquavit solum, sed & longe superavit. Processit enim honoribus longius, & scriptis suis suum, patrique nomen immortalitati adseruit.

CELSUM filium, non item patrem consulem fuisse, & quidem iterum, adfirmat Brisson. ex *l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* cui consequens est, eum *P. Juventium Celsum* adpellatum. His enim nominibus ornatur *Celsus* consul in *l.* 20. §. 6. *D. de hæred. petit.* ex qua adparet, auctorem eum cum collegis fuisse SC. de petitione hereditatis, quod accessit orationi Hadriani, ut ostendit *l.* 22. *D. eod.* Sed & ipse *Celsus* nomen suum in obscuro latere non patitur. Enim in *l.* 30. *D. de legat.* 2. de se ipso loquens: *Juventius ait*, *Celsus respondit*. Præterea hunc *Celsum*, filium, *libros novem & triginta digestorum* scripsisse auctor est Ulpianus in *leg.* 5. §. 15. *D. commod.* in qua ita est: *Celsus filius scripsit libro sexto Digestorum*. Et ita esse docent *l.* 30. 29. *D. de legat.* 2. quæ sumtæ e Celsi libris Digestorum, in quibus patrem suum laudat: priore quidem in hunc modum: *Et Proculo*, ait, *placebat*, *& a patre sic accepi*, posteriore vero his verbis: *Pater meus referebat*, *quum esset in consilio Ducennii Veri Consulis*. Præter Digestorum libros vero idem *Celsus* etiam Quæstionum novendecim, Commentariorum septem, Epistolarum undecim, aut eo plus, scripserat: unde complura in Pandectis capita sumta sunt. Eundem vero Digestorum, & Commentariorum auctorem fuisse, argumento est, quod Ulpianus in *l.* 19. §. 6. *D. de aur. arg. leg.* ait: Celsus *libro nono decimo Digestorum*, *Commentariorum septimo*.

Hæc addit Heineccius: *Celsus* filius cum *Nerva* postea Imperatore adversus Domitianum conjuraverat. Sed eo periculo callide se expedivit, teste Dione Cass. *lib.* 67. *p.* 765. Add. Philostrat. *in vita Apollon. Tyan. lib.* 7. *cap.* 3. Præturam gessit anno ab *U. C.* 854. ceu colligi potest ex Plin. *lib.* 6. *epist.* 5. Prioris consulatus tempus ignoramus, posterior, in quo Marcellum collegam habuit, incidit in annum 881. Noris. *de Epoch. Syro-maced. p.* 498. Fuisse eumdem inter Hadriani consiliarios, ex Spartian. in *Hadr. cap.* 18. discimus, extremis ejus temporibus, vel Antonini Pii Imp. temporibus, uti verosimile est, defunctum. Hinc ad ejus filium referendum videtur marmor, in quo libello libertini anno ab *U. C.* 807. Antio & Opimiano Coss. subscripsisse animadvertimus P. quemdam Juventium Promagistrum. Gruter *Inscr. p.* 557. quod monumentum ad ictum nostrum perperam referre videntur Guil. Grot. *de Vit. Ictor. lib.* 2. *c.* 3. & Ægid. Menag. *Amæn. jur. c.* 20. *p.* 98. Jurisprudentiam a patre didicerat *l.* 20. *D. de legat.* 3. adeoque nullum est dubium, quin a Proculi partibus steterit Cujac. 8. *obs.* 35. & 27. 12. Aliquando tamen a Labeone, ac Nerva dissentit *l.* 25. *pr. D. de furt. l.* 29. *D. de evict. l.* 3. §. 6. *D. de cond. ict. caus. dat.* & Sabino, & Cassio adversæ partis jureconsultis suffragari non dubitat *l.* 65. §. 3. *D. de legat.* 3. *l.* 6. *D. de condict. ob turp. caus.*

CEMENTITIUS, *Cementum*. Vid. *Cæmentitius*.

CENATICA in *l.* 12. *C. Theod. de erogat. milit. annon.* exactionis genus erat quoddam, quod milites a possessoribus, seu provincialibus exigebant. Super statutorum grave, atque inusitatum quoddam nomen cenaticorum, ait lex citata. Nominis hæc ratio videtur, quod quasi pro cœna, exigeretur.

CENOTAPHIUM monimentum est memoriæ caussa factum, in quod corporis, reliquiarumque nihil illatum est *l.* 6. *in fin. l.* 42. *D. de religios.* *Inanem tumulum* dixit Virgil. *Æneid.* 3. *v.* 304. ipso Servio interprete. Honorarium tumulum Sueton. *in Claud. cap.* 1. Nam quod ille ait, exercitum Druso *honorarium tumulum excitasse*, hoc ipsum Dio Cass. *lib.* 55. *p.* 549. κενοτάφιον πρὸς αὐτῷ τῷ Ῥήνῳ *cenotaphium ad ipsum Rhenum vocat*. De Cenotaphiis, eorumque jure vid. Jac. Gothofred. *diss. de cenotaph.* recusa *in Thesaur. jur. civ. Tom.* 3. Varia quoque Cenotaphiorum exempla, quæ vel a veteribus memorantur, vel adhuc exstant, & quorum unum Pisanum Caii, & Lucii Cæsarum singularem Emin. Cardinalis Henr. Norisii commentarium meruit, recenset Vignolius de *columna Antonini cap.* 4. *p.* 66.

CENSERE, est constituere, & præcipere. *Unde etiam dicere solemus*: *Censeo*, *hoc facias*, & *semel aliquid censuisse*. Inde Censoris nomen videtur esse tractum, inquit Javolenus in *l.* 111. *D. de verb. signif.*

ſignif. Ad etymon quod attinet, aliter Feſtus: *Cenſere nunc ſignificat putare, nunc ſuadere, nunc decernere*. Et mox *Cenſus æſtimatio, unde cenſores*: Sequitur apud eumdem: *Cenſores dicti, quod rem ſuam quiſque tanti æſtimare ſolitus ſit, quantum illi cenſuerunt*. Qua in re Varronem ſequitur, qui *lib. 4. de ling. lat.* Cenſor, ait, ad cujus cenſionem, id eſt, arbitrium cenſeretur populus. Non. Marcellus ex Verronis *lib. 20. de republica* locum citat, *quod verbum cenſeo, & arbitror idem poterat, & valebat*. Idem ex ejuſdem auctoris *libro* 2. verba hæc: *Itaque quod hos arbitros inſtituerunt populi, Cenſores adpellarunt*. Suidas *Tom.* 2. *p.* 308. Κήνσωρ τιμητὴς παρὰ Ῥωμαίοις ὀνομαζόμενος, ἐξεταστής τις τῶν πολιτικῶν διαιτημάτων πρὸς τὸ σῶφρον, καὶ ἀρχαιότροπον ἐπάγων τῶν πολιτῶν ἐπιστρέφων τὸν βίον, Id eſt, Cenſor apud Romanos, qui inquirebat in civium vitam, & mores, eoſque ad modeſtiam, & antiquam virtutem revocabat. In Gloſſis veteris Teſtamenti Cenſores definiuntur probatores morum, vel æſtimatores. Vid. infra *Cenſor*.

Cenſere Senatus dicebatur, id eſt, decernere, & ſtatuere *leg. 3. D. de edend. l. 20. §. 5. D. de hered. pet.* & paſſim aliis locis. Ampliſſimus ordo cenſuit *l. 5. C. de excuſ. tut.* De qua re ita cenſuerunt *l. 20. §. 6. D. de hered. petit.*

Quare quid præditum, vel ornatum, vel inſigne maxime eſt, eo *cenſeri* & dicitur. Sic Liberi patroni manumiſſoris jure (id eſt, manumiſſoris jus habere) cenſentur *l. 8. D. de adſign. libert.* Animalia iſtius juris (naturalis) *peritia cenſentur. l. 1. §. 3. D. de juſt. & jur. & §. 1. Inſt. de jur. nat. gent.* ubi nulla ratione nunnulli reſcribendum putant *perita*. Privatorum cautio legum auctoritate non cenſetur *l. 16. D. de ſuis & legit. hered.* id eſt, vim legis publicæ non habet. *Cenſeri* nulla auctoritate *l. 8. D. de tranſact.* privilegio l. 1. §. 2. *D. ad municip.* Sic ſanguine longo cenſeri apud Juven. *ſat. 8. v. 1.* Moribus & pudore cenſeri Minuc. Felix. *in Octav. cap. 37.* id eſt, conſpicuum eſſe. Apulei. *in apol. p. 311.* Iſte ſummus Helluo ſtudio bibendi ſolo cenſetur.

CENSERI dicebantur, qui cenſum profitebantur. Sic in *l. 1. C. in quib. cauſ. pign.* Univerſa bona eorum qui cenſentur, & *l. 3. D. de cenſib.* Ætatem in cenſendo ſignificare neceſſe eſt. Et mox: Ætas ſpectatur cenſendi tempore. Hinc hominum capita ſtipendio cenſa, dixit Tertullian. *Apologet. capit.* 13. ἐγγράφεσθαι dixit D. Lucas *Evang.* 2. 1. ubi de edicto a Cæſare Auguſto edito, ut totus orbis Romanus cenſeretur. Cujus cenſus acti ſub Auguſto meminit Caſſiodorus *Variar. lib. 3. cap. 52.* his verbis: Auguſti ſiquidem temporibus orbis Romani agris diviſus, cenſuque deſcriptus eſt, ut poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ſuſceperat quantitate ſolvenda.

Sed & territorium *Cenſeri* dicitur in *l. 4. C. de cenſib.* & in *l. 3. C. de alluvion.* ea quæ per alluvionem adquiruntur, ſeparatim cenſeri, *taxari* barbare dicunt. Vide infra art. *Cenſus*.

CENSIO. Ubicumque Manichæorum vel turba hujuſmodi doctoribus gravi cenſione mulctatis, domus &c. *l. 3. C. Theod. de hæretic.*

CENSITI *rubr. C. de agric. cenſ.* id eſt *Cenſibus* adſcripti *l. 20. C. de epiſc. & cler.* adnotati *l. 15. C. eod.* vel obnoxii *l. 1. C. de tiron.* Cenſiti, qui in deſcriptis locis cenſualibus detinentur *l. 4. C. de agric. cenſit.* qui iis, quibus annuis functionibus, & debito conditionis obnoxii ſunt, pene eſt, ut quadam debiti ſervitute videantur adſtricti *l. 2. C. in quib. cauſ. colon. cenſ.*

CENSITIO pro Cenſu, vel Cenſione. Cenſitione levari apud Spartian. in *Peſcen. Nig. c. 7.*

CENSITOR, qui cenſum agit *l. 4. §. 1. D. de cenſ.* Cenſitores qui peræquatoribus ſociantur *l. 1. C. de immun. nem. conced. rubr. C. Theod. de cenſitor. per æquat.* Eleganter Pomponius in *l. 30. §. 3. D. de adqu. rer. dom.* Flumina cenſitorum vice fungi, ſcribit, ut ex privato in publicum addicant, & ex publico in privatum.

CENSOR. De eo notatu dignus eſt locus Trebelli Pellionis *in Valeriano cap. 2.* ubi ita *Cenſoris*, vel præfecti morum deſcribitur officium: *Felicem te, Valeriane, totius Senatus ſententia, immo animis; atque pectoribus. Totius orbis humani ſuſcipe cenſuram quam tibi detulit Romana reſpublica, quam ſolus mereris, judicaturus de moribus noſtris. Tu æſtimabis, qui manere in curia debeas: tu equeſtrem ordinem in antiquum ſtatum rediges; tu cenſibus modum pones: tu vectigalia firmabis: divides ſtatum: reſpublicas recenſebis: tibi legum ſcribendarum auctoritas dabitur, tibi de ordinibus militum judicandum eſt: tu arma reſpicies: tu de noſtro palatio, tu de judicibus, tu de præfectis eminentiſſimis judicabis, excepto denique præfecto urbis Romæ, exceptis Conſulibus ordinariis, & ſacrorum Rege, ac maxima Virgine Veſtalium (ſi tamen incorrupta permanebit,) de omnibus ſententiam feres. Laborabunt autem etiam illi, ut tibi placeant, de quibus non potes judicare.* Ita ille: Eſt autem hoc cenſuræ veteris ultimum, & longo intervallo repetitum exemplum, quum jam a Veſpaſiani temporibus & cenſus, & cenſura ab uſu receſſiſſet, teſte Cenſorino *de die nat. cap.* 18. & multo poſt Theodoſii conatus vetus illud inſtitutum in uſum revocare conantis, fruſtraneum eſſet. Symmach. *lib. 5. epiſt. 9.* Hein. Vid. ſupra art. cenſere.

CENSORIA lex in *l. 203. D. de verb. ſignif.* & apud Varron. *lib. 2. de re ruſt. c. 2.* Cic. *ad Q. fratr. lib. 1. Epiſt. 1.* eſt lex in publicorum locationibus dicta.

Cenſoria lex alias eſt edictum, quod cenſores de moribus proponebant, cujuſque meminit Corn. Nep. *in vita Caton. cap. 1.* Et ita accipe cenſorias *leges* apud

apud Plin. *hist. nat. lib.* 8. *c.* 50. *& c.* 57. *lib.* 13. *c.* 13. *lib.* 14. *c.* 14. *lib.* 36. *c.* 1. Hein.

Est etiam ubi *Censoria lex* est lex νόμος dicta, & rogantibus, vel auctoribus censoribus populi suffragiis lata, qualis Metella, de qua Plin. *lib.* 35. *capit.* 17. *Neque enim pigebit, hanc quoque partem attingere, quum Lex Metella exstet fullonibus dicta, quam L. Flaminius, L. Aemilius Censores dedere ad populum ferendam*, quamvis, quum ea Lex non eorum Censorum, sed Metelli nomen ferat, non a Censoribus ipsis, sed auctoribus Censoribus perlata videatur. *Hein.*

CENSUALES *l.* 1. *C. Theod. de decur. Rom.* & aliis locis sunt, quibus censuale negotium mandatum *l.* 5. *C. de his qui administr. vel offic. publ.* Acta autem Senatus a *Censualibus* confecta, conscriptaque docet *l.* 6. *C. Theod. de princip. agent. in reb.* his verbis: *Actus ceteros, qui a sacratissimo cœtu Senatus tractari consueverunt*, Censualium *sollicitudine celebrari*. Jul. Capitolin. *in Gordiano cap.* 12. *SC. tacitum fieret, ita ut non scribæ, non servi publici, non* Censuales *illis actibus interessent, Senatores exciperent, Senatores omnium officia Censualium, scribarumque complerent*.

CENSUALIS, E. adjective. Ut censuale negotium *l. omnes C. de iis qui administr.* officium *l.* 1. *C. Theod. de stud. lib. urb. Rom. l.* 18. *C. de testam.* qua adparet, apud hoc officium *Censuale* testamenta publicari consuevisse. *Censuales* professiones *l.* 7. *C. de donat.* de quibus Brisson. *lib.* 2. *Antiq. Select. cap.* 5. Censuales dictos *Decuriones* vid. infra hac voce.

CENSUARII *l.* 7. *C. de bon. proscript.* In codice vero Theodosiano *l.* 7. *cod. tit.* unde illa lex desumta est, *Cæsarii* scriptum est.

CENSURA, Censoris munus, & dignitas apud Plin. *lib.* 14. *capit.* 4. Alias sumitur pro severitate, correctione. Sic *Censura* armata *l.* 1. *C. Theod. de offic. rect. prov.* publica *l.* 3. *C. de condict. ob turp. caus.* Senatus consulti *l.* 23. *C. ad leg. jul. de adulter.*

CENSURA *ecclesiastica*. Inter pœnas ecclesiasticas, & *Censuram* hoc discrimen facit Joseph. Gibalinus e Societate Jesu Theologus *Disquis. l.* 9. 1. *num.* 2. *seq.* quod illa sit privatio bonorum spiritualium per ecclesiasticam potestatem in criminis alicujus punitionem sontibus inflicta, hæc vero sit pœna spiritualis, & ecclesiastica, privans usu quorumdam bonorum spiritualium ad rei correctionem imposita. Hæc ille: Ita vero videntur distingui, ut genus, & species, ut quidem omnis *Censura* sit *pœna ecclesiastica*, non vice versa. Convenire enim dicuntur in eo, quod privationem bonorum continent, h. e. eorum bonorum, quæ publici juris, & omnibus in ecclesia communia sunt, quorum dispensatio *ecclesiæ*, i. e. clericis, & imprimis majoribus a Christo fuit concredita, quorsum pertinent sacramenta, sacrificia, beneficia ecclesiastica, spiritualis jurisdictio, publica suffragia, cetera. Habet enim ecclesia thesaurum amplissimum, exhauriri nescium, immensumque variis gratiis, & bonis spiritualibus refertum, quem sicuti effundit in bene meritos fideles, & obsequentes liberos, ita ejusdem subtractione punit sontes. Utrumque facere dicitur ut pia mater, quia etiam Ecclesia dum punit, *salutem animæ, & bonum spirituale* intendit. Quæsitus Innocentius III. in *capit.* 20. *Decretal. de verb. signif.* quid per *censuram ecclesiasticam* intelligi debeat, cum hujusmodi clausula in rescriptis apposita fuerit, respondet, quod per eam non solum interdicti, sed suspensionis, & excommunicationis sententia valeat intelligi. Hæc divisio ansam Interpretibus dedit disputandi, utrum adæquate, & complete omnes species censurarum hic relatæ fuerint? Quod negare videtur Gibalinus 1. *c.* 4. 22. & cum eo Gonzalez *ad citi. cap.* 20. aliis id adfirmantibus, ut hac in re sibi non satis constent. Præter has species enim aliæ adhuc pœnæ ecclesiasticæ sunt, quæ in adducto principio, quod vulgo tradunt, conveniunt, ut irregularitas ex delicto, depositio, degradatio, & cessatio a divinis, quibus septem speciebus absolvit catalogum *pœnarum*, & *censurarum* ecclesiasticarum stricte dictarum. Videtur autem Gibalinus tres veluti classes pœnarum, quas ecclesia infligit, constituere. Prima comprehendit censuras ecclesiasticas stricte dictas, potissimumque in tribus adductis speciebus consistit, quibus tamen idem in tractatu *de Irregularitate cap.* 1. *qu.* 2. addit irregularitatem ex delicto. Altera continet reliquas pœnas ecclesiasticas, ecclesiæ proprias, ut degradationem, depositionem, & cessationem a divinis. Ultima classis occupat pœnas utique reipublicæ tam ecclesiasticæ, quam sæculari communes, ut tamen illa in diversum finem illas exerceat, h. e. propter finem spiritualem, & animarum salutem, quam unam spectare dicitur sacra politia ex mente Gibalini. Ad *Censuras* quod attinet, earum has proprias qualitates, quibus a reliquis pœnis distinguuntur, constituit (1) quod privent hominem tantum usu bonorum spiritualium communium, & quidem (2) ad tempus, ut non sit perpetua, sed tolli debeat, quam primum reus resipiscit. Denique (3) quod unice intendat emendationem, & correctionem delinquentis, vel contumacis. Ceterarum pœnarum ecclesiasticarum stricte dictarum contrarias qualitates esse censet Gibalinus, quod (α) spolient delinquentem non modo usu, sed potestate etiam, & facultate, ut degradatio, depositio, & (sic etiam irregularitas ex delicto contracta contra sententiam Gibalini) (β) quod perpetuum effectum sua natura habent, atque (γ) intendunt criminis commissi punitionem, seu vindictam ex justitia commutativa, *ibid. disquis.* 2. *qu.* 1. *n.* 3. Hac distinctione præmissa

disquis.

disquis. 1. *qu.* 2. ad species Gibalinus progreditur, & quidem (1) suspensio ipsi pœna est, si ob delictum, *Censura* vero, si ob contumaciam infligitur, ut prior vindicativa, posterior medicinalis dici possit, quia deprehendit sæpe in jure canonico suspensiones dictari ad certum tempus, veluti ad triennium in pœnam delicti commissi, ut in *cap.* 32. *in fin. de testib. clem.* 2. *de pœn. clem.* 1. *vers. verum de hæret. cap.* 1. *in fin. de elect. in antiq.* Censura autem ad certum tempus non potest imponi, sed tantum medium salutare esse dicitur reducendi homines ad meliorem frugem. Quocirca suspensio, quatenus est pœna, elapso tempore cessat, non item quatenus *Censura*, quæ absolutione indiget, præviamque admonitionem desiderat, non item quatenus in poenam infligitur. Pariter (2) Interdictum ex mente Gibalini aliquando est *Censura*, aliquando pœna, æque ut de suspensione observatum est. De excommunicatione nihil addit, cum tamen hæc quoque non tantum ob contumaciam, sed etiam ob delictum commissum citra omnem admonitionem incurratur, adeo ut quandoque ipso jure se exserat. Jo. de Dicastillo alter societatis Jesu Theologus in tractatu de *censuris & pœn. ecclesiast.* Censuram definit, quod sit pœna ecclesiastica spiritualis, & medicinalis ab ecclesiastica potestate imposita, sic ut ab eadem semper tolli, & absolvi possit. In hoc differre ait eam a ceteris pœnis ecclesiasticis, quæ perpetuæ sunt, & absque spe remissionis imponuntur. Fundamentum unicum censurarum collocat in contumacia per *c.* 11. *de rescript. in antiq.* unde colligit proprium terminum censuræ tantum esse debere, quantum contumacia duraverit; resipiscentes autem statim admittendos esse ad communionem. Vid. *l. cap. n.* 15. Circa species censurarum idem *Dubit.* 3. sollicitus est, & rejectis aliorum sententiis in tribus supra relatis speciebus subsistit, & quidem vel ideo, quod hæ propter contumaciam infligantur, ut contumax ad seriam mentem redeat. Pro excommunicatione, ait, interdicto, vel suspensione innodatus absolvendus statim est, atque vult parere, non obstante, quod judicis competentis sententiæ stabit, idque probat ex *cap.* 25. *de adpellat. antiq.* Cum autem censura sit imperii sacri actus, & pœna, seu medium coactivum, is demum referendi censuras jus habet, qui jurisdictione ordinaria in exteriore foro est præditus, ut late evincit idem Dicastillo *disp.* 1. *dub.* 6. rationem addit his verbis *num.* 114. Potestas, ait, spiritualis fori exterioris ordinatur ad punienda delicta, coercendos subditos rebelles: sed hoc fit per censuras; ergo tali potestati annexa esse debet potestas faciendi censuras. Atque subjicit, hanc potestatem exercere judices ecclesiasticos; etiam si non sint sacerdotes, nec ullo ordine insigniti, sed tantum prima tonsura signati, dummodo sint confirmati, vel præmissis prædictis officiis, ut ait *num.* 118. Fertur tantum censura in subditos, cujus rei rationem idem hanc suggerit *dub. VII. n.* 140. Potestas, ait, coactiva, qualis est potestas ferendi censuras, non operatur, nisi in subditum; nemo autem est sibi ipsi subditus proprie loquendo, nec æqualis; & subditus alteri æquali, multoque minus inferiori.

CENSUS personarum, & bonorum descriptio significat in *l.* 2. §. 17. *D. de orig. jur.* & *l.* 10. *D. de probat.* Lustralem censum Ulpian. 1. *fragm.* §. 8. adpellat propterea quod quinto quoque anno urbs censebatur, lustrabaturque, ut Serv. *lib.* 3. *Æn. v.* 279. notat. Interdum autem census inchoabatur, nec perficiebatur: At censu perfecto lustrum condebatur a censoribus eo ritu, quem Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* refert. Ideo autem lustrum condi dicebatur, quia is censendo finis fieret, ut Livius *lib.* 1. *cap.* 44. Sane nonnumquam eveniebat, ut absque lustro census ageretur. Cujus rei exemplum Livius *lib.* 3. *cap.* 44. Unde illa ex jure civili orta contentio, quam Cicero *lib.* 1. *de orat. c.* 40. proponit, quum quærebatur, is, qui domini voluntate census esset, si non esset conditum lustrum, esset nec ne liber? Et eo pertinet insignis locus ex *fragmento regularum* veteris Icti a Pithoeo, & Schultingio p. 808. edito, ubi §. 17. *Magna tamen dissensio inter prudentes, utrum eo tempore vires accipiant omnia in quo census, an eo, in quo lustrum conditur? Existimant enim, censum descendere ad diem lustri, non lustrum ad diem census. Propterea quæsitum est, quia omnia censu aguntur, lustro confirmantur.* Censum autem, ut Liv. *lib.* 1. *c.* 42. refert, Romæ Servius Tullius instituit. Is enim, quemadmodum Dionys. Halicarn. *lib.* 4. scribit, jussit omnes cives dare nomina, suaque bona censere, addito jurejurando legitimo, se vere illa, & bona fide æstimasse, adscriptis etiam ætatis annis, & parentum nominibus, atque adeo conjugum etiam, & liberorum, ad hæc, quam quisque urbis regionem, quemque Romani agri pagum incoleret. Formam censualem suis temporibus receptam describit Ulpianus *in l.* 3. *l.* 4. *D. de censib.* Censebantur ergo olim civium Romanorum capita, & bona, in eoque censu villas omnes *ædes* dictas, Varro tradit *lib.* 4. *de ling. lat.* Hinc *Censui censendo prædia* apud Cic. *pro Flacco capit.* 32. id est, ut ipsemet Cicero *ibid.* & Festus docent, quæ emi, & venire, & jure civili subsignari apud ærarium, & censorem poterant: quæ mancipi erant, & a domino in censum deducta.

Census crimen in *l.* 55. *D. de judic.* alias *fraudati census* adpellatur in *l.* 1. *C. de quæstion.* *Censu manumitti*, ut ait *Ulpian. fragm. tit.* 1. §. 8. dicebantur servi, qui lustrali censu Romæ, jussu dominorum inter cives Romanos censum profitebantur, seu, ut Cic. *lib.* 1. *de orat. cap.* 11. loquitur, qui voluntate domini censi erant. Census enim, ut idem *pro Archia poeta cap.* 5. adgnoscit, indicabat eum, qui

qui census esset, se jam tum gessisse pro cive. Censu autem justam libertatem contigisse docet idem Cicero *Topic. cap.* 2. his verbis: Si neque censu, inquit, neque vindicta, nec testamento liber factus est, non est liber. Idem *pro Cæcina c.* 35. Quum in censum vendit, hoc indicat, quum ii, qui in servitute justa fuerint, censu liberentur, eum, qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse.

Census, ut Suidas tradit, etiam ετησιον τελος *solitum tributum* significat. Ita Κηνσον dixerunt D. Math. *Evang. capit.* 22. *v.* 27. D. Marc. *cap.* 11. *v.* 14. quem D. Lucas *cap.* 20. *v.* 22. φορον vocat.

Census non personarum, sed agrorum est *in Novell. Theodos. & Valentinian.* Census fundorum suorum jugorum *l.* 1. *C. Theod. ne conlat. translat. postul.* Censibus adscripta mancipia *l.* 2. *C. Theod. fin. cens. & reliq.* Census vel Censuum magister *l.* 23. *C. de testam. l. ult. C. de jur. emphyt.* Census vetus vel novus *l. ult. C. ne rei domin.*

Censum etiam pro facultatibus usurpat Justinianus. Ita Census hereditatis *l. ult.* §. 14. *C. de jur. deliber.* Nihil in censu suo habent, qui sunt in potestate parentum *leg.* 7. *C. qui bon. ced.* Sic Juvenal. *sat.* 6. *v.* 53. peculium castrense non esse in corpore census, qui paterni juris est.

Census pro libro Censuali *l.* 10. *D. de prob. l. D. fin. regund.*

CENTENA *l.* 1. *C. de offic. magistr. offic.* id est, Centena dignitas, ut *l.* 3. *C. Theod. de cohort. princ.* Gradus promotionis, & dignitatis fuit in scholis agentium in rebus, & eorum, qui in sacro palatio militabant: quem *d. l.* 3. & *l.* 1. *C. Theod. de murileg.* & *l.* 5. *C. Theod. de decurion.* Imperatores primipilaribus dari concedunt. Cæsarianis, quamdiu in actu sunt, ut & Decurionibus, antequam cuncta patriæ suæ munera implerint, tribui vetant, monetariis vero in totum denegant.

CENTENARII, ad hanc dignitatem seu gradum qui promovebantur *l.* 1. *C. de exact. trib. l.* 1. *C. de privil. scholar. l.* 3. 4. *C. de agent. in reb. l.* 1. *C. de lucr. advoc. l.* 162. *C. Theod. de decurion.* & *in notitia*, quæ subjecta est *l.* 2. *C. de offic. præf. præt. Afric.* Vid. supra Agentes *in rebus*. Sed & qui Centuriones a veteribus dicebantur, eos suis temporibus Centenarios adpellatos Veget. *lib.* 2. *c.* 15. scribit. In Modesti autem *Epitome* Centurios vocari, mendose legitur.

Centenarii, uti est rescribendum in *l.* 20. *C. Theod. de paganis*, qui centenis plebis videntur esse præfecti, ut instruerent pompam sacrorum gentilitiorum.

Centenarii liberti in Lege Papia Poppea dicebantur, qui centum millium sestertiorum rem habebant *l.* 16. *D. de jur. patron.* Quod ad suorum temporum rationem accommodans Justinianus, sic eam summam interpretatus est, ut minores centenariis intelligerentur, qui minus *centum aureis haberent substantiam* §. 2. & 3. *Inst. de success. libert.* At apud Livium *lib.* 1. *c.* 41. Centenarii in Classium constitutione dicuntur, qui centum millibus æris censi erant.

CENTENARIUM. Centenariis auri exceptis *leg.* 12. *de curs. publ.* Fuit autem Centenarium aurum collectio, seu pondus centum librarum auri signati. Centenarium proinde 7200. aureos constituebant. nam libra 72. Solidos conficiebat. Itaque quod Olympiodorus apud Photium Biblioth. *Temmat.* 80. & *Tom. I. Script. Byzant. edit. Venet. p.* 146. scribit, Αλαριχος, ετι ζων ος Στιλιχωνος, μ κεντηναρια μισθον ελαβε της εκ στρατειας, *Alarichus, vivente etiamnum Stilichone, militiæ mercedem centenarios quadraginta accepit*. Zosimus *lib.* 5. *c.* 30. τετρακισχιλιας λιτρας reddit: Recte quadraginta, quippe centenarii exacte sunt quatuor mille libræ. Ac ut *Centenarium* auri ολκης, seu ποσοτητος nomen fuit, ita & Centenarium æris fuit, cujus mentio est in *l. ult. C. Th. de conlat. æris.* Hæc præter alia erudite scripta leges apud Jac. Gothofr. in Comm. ad *l.* 2. *C. Theod. Si quis pec. conflav.* qui & *Centenarium* aureum scilicet numum ab illo auri centenario diversum statuit. Centenarii autem aurei ita dicti sub Heliogabalo fuerunt, ab æstimatione, quod centenos aureos, sive solidos conficiebant, de quibus est hic Lampridii locus in *Alex. Sever. cap.* 39. Fosmas (id est numos formatos, figuratos) binarias, ternarias, & quaternarias, & denarias etiam, atque amplius, usque ad bilibres quoque, & centenarias, quas Heliogabalus invenerat, resolvi præcepit, neque in usu cujusquam versari: atque ex eo his materiæ nomen inditum est, quum diceret, plus largiendi hanc esse Imperatori caussam, si multos solidos minores dare possit, quum dans decem, vel amplius uni forma, triginta, & quinquaginta, & centum dare cogeretur. Hi centenarii, seu centum solidorum numi alias majorini, a quibus differt.

CENTENIONALIS nummus, de quo *d. l.* 2. *C. Theod. si quis pec. conflav.* qui & minorinus & pisinnus, aperte enim majori, & majorinæ pecuniæ opponitur in *d. l.* 2. Hæc nunquam in usu fuit, quam sub Heliogabalo: at centenionales in usu fuere: Unde *communes* dicti videntur, quasi in usu, & conversatione publica constituit Jac. Gothofr. *l. cap.*

CENTESIMA usura est, centum mensibus sortem æquat, seu cujus menstrua quantitas centesima sortis principalis pars est *leg.* 4. §. 10. *D. de naut. fæn* Plin. *l.* 1. *epist.* 28. Eam & *Legitimam*, *Gravissimam*, *Maximam* usuram adpellatam, & alias in *select. antiq. l.* 3. Brisson. docuit. Vid. infra art. *Usura*.

CENTESIMÆ Kalendæ apud Paullum in *l.* 46. *D. de verb. oblig.* dicuntur centesimus mensis Alciato, & Cuja-

Cujacio interpretibus in *d. l.* Quidam centum annos interpretabatur, quod reprehendit idem Alciat. *l.* 2. *parerg. cap.* 23.

CENTESIMUS lapis *l.* 21. §. 2. *D. de excus.* id est centesimum milliarium *lib.* 1. §. 4. *D. de offic. praef. urb.*

CENTIES (vel, ut Florentiae scriptum plerumque reperitur, *Centiens*) aureorum in *lib.* 9. *in fin. D. de legat.* 3. & *l.* 88. *D. de verb. signif.* centies centena millia significat, ut *Millies* in *l.* 4. §. 1. *D. de statu lib.* millies centena millia, quemadmodum Anton. Augustin. 2. *emend.* 6. notavit. Sic quod Martial. 3. *epigr.* 22. ait de Apicio: *Quum bis trecenties ventri dedisset*, & superesse sibi *centies* duntaxat, cogitaret, venenum bibisse, hoc idem Dio *l.* 57. *p.* 616. referens ait διακοσίας, καὶ πεντήκοντα μυριάδας ei superfuisse. Nam viginti quinque myriades valent decies, quas si decies multiplicaveris, habebis 250. myriadas, pro eo, quod Latini centies vocant. Seneca in *consolat. ad Helv. c.* 10. abligurisse illum ait *sestertium millies*. Sic & decies in *l.* 77. *D. de condit. & dem.* id est, decies centena millia, sive ut vulgo loquimur, *millio*, ut & in *l.* 6. *D. de usur.* & apud Plutarch. *in M. Anton. p.* 917.

CENTONARII, & dendrophori *rubr.* & *l.* 1. 2. *C. Th. de Centonar. & Dendroph.* Eorum corpus fuisse Romae, etiam ex antiquis Inscriptionibus patet. Iidem qui fabris junguntur *l.* 162. *C. Th. de decurion.* circa domos, & aedificia sarta tecta habenda occupabantur.

CENTONES in *l.* 12. §. 18. *D. de instr. vel instr. leg.* numerantur in iis, quae incendii arcendi, exstinguendique caussa in aedibus habentur. Eademque caussa crediderim, puppes olim aceto madefactis centonibus intectas, ut indicat Sisennae locus *ex l.* 4. *hist.* adductus a Nonio Marcello in haec verba: Puppes aceto madefactis centonibus integuntur, quos supra perpetua classi suspensa cilicia obtenduntur. Caesar *lib.* 2. *de bell. civ. c.* 10. *musculos* describens, *coria autem, ne rursus igni, ac lapidibus corrumpantur*, Centonibus *conteguntur*. Veget. *l.* 4. *s.* 15. de machina, ex qua vineae struuntur, agens: Extrinsecus autem, ait, ne immisso concremetur incendio, crudis, ac recentibus coriis, vel Centonibus operitur.

CENTUM annos finem esse vitae longaevi hominis, ait Cajus in *l.* 55. *D. de usufr.*

CENTUMVIRI *l.* 17. *D. de inoff. test. l. ult. C. de lib. praet.* & apud Paull. 5. *sent. tit.* 16. §. 2. Festus *lib.* 2. *Quum essent Romae triginta & quinque tribus, quae & curiae dictae sunt, terni ex singulis tribubus sunt electi ad judicandum, qui* Centum viri *adpellati sunt. Et licet quinque amplius, quam centum fuerint, tamen, quo facilius nominarentur*, Centum viri *sunt dicti*. In quatuor autem tribunalia, seu consilia centumviros distributos fuisse, eorumque quatuor judicia ad centumvirales caussas dijudicandas cogi consuevisse, docent Quinctilian. *l.* 12. *c.* 13. Plin. *lib.* 6. *epist.* 33. Unde *Centumvirale* judicium quadruplex vocatur a Plinio *l.* 4. *epist.* 24. Et quod a Quinctiliano *l.* 11. *c.* 1. scriptum est: *Duplicibus centumviralibus partem victam*, sic accipe, duobus centumviralibus judiciis, seu duabus partibus. Alioquin enim quadruplicia, non duplicia ea judicia fuisse, satis constat. Atque huc pertinet, quod Valer. Maxim. *l.* 7. *c.* 7. *omnibus consiliis superiorem discessisse*, ait, militem, qui de bonis paternis apud centumviros contenderat. Eodemque etiam referendum est, quod Papinianus *filium, divisis tribunalibus, actionem inofficiosi testamenti pertulisse, atque ita varias sententias judicum exstitisse*, proponit in *lib.* 76. *D. legat.* 2. Apud Centumviros autem actas fuisse caussas de inofficioso testamento, petitione hereditatis, ruptorum, rescissorumque testamentorum, ex Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 7. Quinctil. *lib.* 4. *cap.* 7. Plin. *lib.* 4. *epist.* 8. liquet. Unde querela inofficiosi testamenti, item actio petitionis hereditatis Centumvirale *judicium* adpellantur *l.* 13. *D. de inoff. test. l.* 30. *D. de liberat. leg. l. ult. D. de petit. hered.* Centumvirales autem caussae quae fuerint, Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 38. docet his verbis: Jactare se in caussis Centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, & gentilitatum, adgnationum, alluvionum, circumluvionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum ruptorum, aut ratorum, ceterarumque rerum innumerabilium jura versantur.

Quod denique in inscriptione *l.* 7. 28. & 31. *D. de inoff. testam.* Septemvirale judicium legitur, notat Heineccius eas leges ex Paulli libro singulari de *septemviralibus judiciis* desumtas esse; omnibus autem ICtis in eo convenire, quod minus genuina sit illa libri inscriptio, & pro *septemviralibus* legendum sit *Centumviralibus*.

CENTURIA *l.* 6. §. *ult. D. de re milit.* Festus: Centuria in agris quidem ducenta jugera, in re vero militari centum homines significat. Varro *de ling. lat. lib.* 4. Centuria in agris primo a centum jugerum dicta; postea duplicata antiquum retinuit nomen. Fontem vero, unde haec adpellatio manavit, aperit Siculus Flaccus *de condit. agror.* Antiquos enim Romanorum agrum ex hoste captum victori populo per bina jugera partitos scribit, centenisque hominibus ducenta jugera data, & hoc facto *Centuriam* juste adpellatam. A quo non abhorret, quod Festus ait, Centuriatus ager in ducena jugera definitus, quia Romulus centenis civibus ducena jugera tribuit. Et ita *Centuriarum* nomen accipe in *l.* 10. *C. Theod. de annon. & tribut.* Idem valet vox Κεντουρία in *Nov.* 108. *sub pr.*

CENTURIO in *l.* 13. §. 4. *D. de re milit.* Graecis ἑκατοντάρχης, & praefectus centuriae dicitur *in leg.* 6. §. *ult. D. eod.* centurio cohortis *l.* 1. *C. de restit.* *Centyrionem* pro *Centurione* posuit editio Florentina in *l.* 26. §. 3. *D. de pact. dot. l.* 40. *de admin. tut. l.* 15. *de vulg. & pup. subst.* juxta morem veterum. Centuriones in *tit. C. Theod. de centurion.* certum corpus in municipiis constituerunt, ut ex *cit. tit.* patet, obieruntque munera per-

personalia. Quidnam vero eorum muneris fuerit, hodie vix liquet, forte vigiliis nocturnis in municipiis præfuere. Vid. Jac. Gothofredi *Commentar. ad d. l.*

CEPHALEOTÆ *l. ult. C. Theod. de patrocin. vicor.* videntur esse capitationis in vicis collectores: vel certe, qui capitationis rationes, & censuales libros tractabant: quales in civitatibus tabularii, vel qui collectam capitationem ad civitatem, cui vicus suberat, defendebant.

CERÆ pictoris instrumento adnumerantur in *l.* 17. *D. de instr. vel instr. leg.*

Ceræ pro tabulis ceratis *leg.* 1. §. 4. *D. de leg. Cornel. de fals.* quin pro testamentis ipsis, quippe hæc ceratis tabulis inscribebantur. Hinc *prima*, & *ima* cera testamenti apud Horat. *lib.* 5. *sat.* 5. id est prima, & ultima pars testamenti. Sed & *ultimas ceras* pro supremis tabulis, dixit Martial. *lib.* 4. *epigr.* 26. his verbis: *Nihil Aniano præter aridam vestem - Moriens reliquit ultimis pater ceris.* Et codicis *ultimam ceram* dixit Cic. *in Verr.* 1. *c.* 36.

CERATI codicilli *l.* 52. *D. de legat.* 3.

CERATIUM κεράτιον in *Novell.* 59. *c.* 5. *Nov.* 34. *c.* 1. *&* *Leonis Constitut.* 83. numi genus de quo Constantin. Harmenop. *in Legib. agrar. tit.* 2. §. 1. Παρεχέτω ὑπὲρ αὐτοῦ ἡμερήσιον κεράτιον ἓν, ἤγουν φόλεις δώδεκα. *Exhibeat ejus nomine diurnum Ceratium, hoc est duodecim follos.*

Vocabatur id genus monetæ *Siliqua*, vicesimaque quarta erat pars solidi, ceu docet Priscianus in *libello de ponderib.* Beda *de natur. rer. c.* 4. & Isidor. 16. *etymol.* 24. Cum autem solidus in quaternos obolos, obolus in sex siliquas, teste eodem Prisciano, dividatur, adeoque siliqua nonnisi sextam oboli partem valeat, hinc *ceratium*, seu siliqua dici non debuit valere duodecim obolos. Hoc notat Heinecc. ad Brisson. & remittit ad Frid. Homberg. qui accurate rem exposuit *ad Nov.* 34. *c.* 1.

In ponderibus CERATES oboli pars media est, habens siliquam, & semis, auctore Isidoro *lib.* 21. *c.* 24. Et plane in *Nov.* 59. Julianus Patricius κεράτιον *siliquam* vertit.

CERAUNIUM in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* gemmæ genus, ab eo nomen habens, quod non alibi, quam in loco ictui fulminis proximo inveniatur, de qua Plinius *lib.* 37. *cap.* 9. *&* 10. Isidor. *etymol. lib.* 16. *cap.* 13.

CERCINA, insula in mari Africo, quo secessisse Gallum Aquilium, Pomponius in *l.* 2. §. 43. *D. de orig. jur.* scribit. Sed quum Cercina insula remotior sit, & æstu procul dubio per omne anni tempus ferbuerit; Aliis *Cæciam* substituere placuit. Saltim parum verosimile est, Gallum Insulam illam Africanam prætulisse amoenioribus Campaniæ, & Hetruriæ oppidis, in quibus Clarissimi viri secessum quærere solebant. *Hein.*

CERDO, servi nomen *l.* 41. *D. de oper. libert.* A Cerdone quodam sunt *Cerdoniani* dicti, qui contraria duo principia afferebant *cap.* 39. §. 19. *Caus.* 24. *quæst.* 3.

CEREALES a Cerere dicti, constituti Ædiles duo qui frumento præessent, quorum creandorum auctor fuit C. Jul. Cæsar *leg.* 2. §. 2. *D. de orig. jur.*

CEREVISIA, Vid. *Cervesia.*

CEREUS. In domesticum usum parati cerei *l.* 3. §. 9. *D. de penu legat.*

CERNERE hereditatem *l.* 1. *C. Gregor. de patr. potest.* Cic. *lib.* 11. *ad Att. epist.* 2. Vetus glossarium: Cernere, προσποιεῖσθαι τῇ κληρονομίᾳ. Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* Heres quum constituit, se heredem esse, dicitur *cernere*, & quum hoc fecerit *crevisse*. Idem *lib.* 5. verbum *cernito*, quod in testamentis adscribi solebat, sic interpretatur, *facito, videant te heredem esse.* Ulpianus vero *fragm. tit.* 22. §. 28. Cernere ait esse *verba cretionis* dicere, quæ illic abscribit. In quo verbo lepidus ex ambiguo jocus apud auctorem ad Herenn. *lib.* 4. *c.* 53. refertur in eum, qui multas hereditates adierat: *Prospice tu, qui plurimum cernis.* Eodem genere loquendi Prudentius in *hymn. de Epiphania v.* 87. *adire regnum, & cernere* dixit:

CEROFERARII sunt, quos græci Acolythos vocant. Horum fit mentio *c. Cleros*, non procul a fine, 21. *dist. c. si quid post.* §. *deservientes* 33. *dist.* utrobique eorum officium explicatur.

CERTAMEN judiciarium *l.* 9. *pr. C. de præscr.* 30. *vel* 40. *an.* cognitionale *leg.* 8. §. 3. *eod. &* *l.* 37. *C. de appell. provocationis l.* 6. *C. de his quib. ut indign.* Certamina sacra *l.* 3. *D. de his qui not. inf.* Vid. infra *sac.*

CERTARE contendere *l.* 24. *Cod. de leg.* Hinc Certatio *l.* 4. 6. *ult. D. de his qui not. inf.*

CERTIORARE emtorem *l.* 1. §. 1. *D. de act. emt.* id est certum reddere, vel certiorem facere, ut loquuntur Ædiles *l.* 1. *D. de ædilit. edict.* Videtur hoc vocabulum proprium esse Ictorum veterum, maxime Ulpiani, & Marciani. *Hein.*

CERTUM. Quod ad *Certi condictionem* attinet, est cujus species, vel quantitas, quæ in obligatione versatur, aut nomine suo, aut ex demonstratione, quæ nominis vice fungitur, qualis, quantaque sit ostenditur *l.* 6. 9. *D. de reb. cred.* In actione ergo *si certum petatur*, *certum* pro certa pecunia numerata accipitur. Ad eam enim hæc actio comparata est *l.* 1. *D. de condict. tritic. l.* 1. *D. de interrog. in jur. fac.* Unde & *pecuniæ creditæ* actio vocatur *l.* 12. §. 1. *D. de distr. pign.* & certa pecunia in *l. ult.* §. 4. *D. de condict. indeb.* certa quantitas *l.* 3. §. *ult. D. de ann. leg.*

In divisione vero stipulationum, quarum aliæ CERTÆ esse dicuntur, aliæ *incertæ*, *certum* accipitur, quod ex ipsa pronunciatione, quid, quale, quantumque sit, adparet, veluti aurei decem, fundus Tusculanus *l.* 74. *D. de verb. oblig.* Itaque hæ stipulationes, in quas hujusmodi res deductæ sunt, *certæ* adpellantur, Con-

Contra ubi non adparet, quale, quantumque est in stipulatione, in quam certa quantitas deducitur, sive principaliter, sive pœnæ nomine. At ubi in stipulationem id, quod interest, venit, *incerta*. Proinde si pœnam stipulatus fuero, si mihi pecuniam non credidisses, certa est stipulatio. Quod si ita stipulatus fuero: Pecuniam te mihi crediturum, spondes? *Incerta* stipulatio est, quia id venit in stipulationem, quod mea interest *l. 68. D. eod.* Si decem mihi, aut Titio, utrum ego velim, stipulatus sum, ex eo, quod mihi dandum est, certi est stipulatio, ex eo, quod illi solvendum, *incerti l. 118. §. ult. eod. tit.*

Certum corpus generaliter est, quod specie certa continetur *l. 10. D. de aur. & arg. leg.* Certum ergo corpus numerorum est, ut puta centum, quæ in arca *l. 37. D. de verb. oblig.* Certum corpus, & pecunia opponuntur *l. 10. D. de acceptil.* Certum corpus frumenti *l. 47. §. 1. D. de legat. 1.* Hoc modo ergo & numerata pecunia, & reliquæ res, quæ numero, mensura, & pondere constant, *incerta* sunt *corpora*, nisi certo loci ambitu concluduntur. Nam si quis vinum simpliciter, vel pondus argenti, numosve generaliter legaverit, *incertam* rem legat, quoniam non in certo aliquo corpore, sed quantitate hæc consistunt, quæ nullis certis finibus concluditur: At si vinum, quod in illa apotheca est, decem, quæ in area sunt, quis legat, vel promittit, tunc certum corpus intelligitur legatum, vel promissum *l. 34. §. 3. l. 47. §. 1. l. 51. l. 108. §. 10. D. de legat. 1. l. 37. D. de verb. oblig.* Quibus ex omnibus adparet, ICtis certum corpus id esse, quod materiale individuum est philosophis hodiernis, seu materiale quoddam omnimode determinatum, ut fundus Tusculanus, pecunia quæ in arca, vinum quod in cella hac, vel illa. Si vero decem legantur, etsi determinatio quædam adsit rei, tamen non est entis omnimoda, nec specierum. Et ita intellige verba modo dicta: *Sed quantitate hæc consistunt, quæ nullis certis finibus circumscribitur.* Nam alias fines sunt quantitatis, ubi quantitas certa est, quæ etsi certa sit, non continuo tamen *certum* corpus, aut *certi* legatum dicitur.

Certum etiam de rebus sive omnimode determinatis, sive aliqua saltem determinatione comprehensis dicitur, ut certa ætas *l. 23. §. 3. D. de fideic. libert.* Certis ex caussis *l. 1. §. 4. D. de postul.* Certa conditio *l. 2. D. de jur. immun.* familia, veluti urbana, aut rustica *l. 65. D. de legat. 2.* Certam legem dicere ei, quod solvimus *l. 1. C. de solut.* & sic porro de rebus aliis *Hein.*

CERTA pars pro indiviso dicitur, si de modo alias constet *l. 26. 76. §. 1. D. de rei vind. l. 11. §. 3. D. de interrog. in jur. fac.* id est, si quota pars illa sit, saltim intelligatur. Alias *Certa* pars, & pro indiviso opponuntur *l. 1. l. 15. D. quib. mod. ususfr. l. 35. de servit. præd. urb.* ubi *certa* pars accipitur non solum ea, quæ quota sit intelligitur, sed quæ omnimode determinata est, ita ut in sensus incurrat, divisione corporaliter facta ultra intellectualem. Sic certus locus, qui pro diviso possidetur *l. 1. D. de evictión. l. 6. D. de servit.* Priori sensu intelligenda est *certa* pars in eo, quod dicitur, *incertam* partem possideri non posse *l. 5. §. 1. l. 26. D. de adquir. possess. l. 30. §. ult. D. de usucap.*

Certæ, & solemnes actiones certis formulis comprehensæ, & adstrictæ *l. 2. §. 6. D. de reg. jur.* Sic *Certa* verba apud Ulpian. *fragm. tit. 9. §. 1.* id est, ut ita dicam, formalia, vel ut Theophilus vertit τυπικὰ *in §. 1. Inst. de his per quos ag.* Cic. *lib. 2. de leg. c. 7.* Sunt *certa* legum verba: Et *de Natur. Deor. lib. 2. c. 3.* Quidam Imperatores etiam se ipsos Diis immortalibus capite velato, verbis *certis*, pro republica devoverunt. Nam quæ verba Cicero *certa*, ea Seneca *Epist. 68.* & Auctor. *libell. de viris illustr. c. 27.* solemnia dixerunt. Idem Cic. *lib. 1. de orat. c. 40.* Si judicaretur, certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fieri cum superiore divortium. Et *lib. 2. de invent. c. 45.* Cur in *certa* verba jurant judices? Varro *lib. 5. de ling. lat.* Hinc fasti dies, quibus *certa* verba legitima sine piaculo licet fari. Sic & *certa* forma Plin. *lib. 10. Epist. 98.* Neque enim in universum aliquid, quod quasi *certam* formam habeat, constitui potest. *Certa* forma erogationis *l. 11. §. 1. D. de ann. leg.* Certi alias significationes notissimas heic omittimus.

CERVESIA, (ita Florentiæ legitur, pro Cerevisia) vini adpellatione non continetur, nisi forte pater familias aliud senserit, & vini numero ejusmodi potum habuerit *l. 9. pr. D. de tritic. vin. ol.* Quo loco, ut & apud Plin. *lib. 22. c. 25.* a zytho separatur, quod in quibusdam provinciis, vel ex tritico, vel ex hordeo confici, ibidem Ulpianus ait. Verum nominis magis sono, quam re, differunt. Alterum enim græcum, aut ægyptium, alterum gallicum nomen est.

CERVICAL vestis nomine contineri ait Ulpianus in *l. 25. §. 1. D. de aur. arg.* Solent enim cervicalia cervici supponi, & in ea inflexa recumbit cervix. Meminit Juven. *6. Sat. v. 353.* Plin. *lib. 20. c. 20.* Martial. *lib. 14. epigr. 146.*

CERVIX. *Cervicem adversus patronum erigere* dicitur inofficiosus, & irreverens libertus *l. 2. C. de libert. & eor. bon.* Cervice resupina titulum gerere, de judice dicitur, qui in munere obeundo negligens est, & deses *l. 6. C. Theod. de custod. reor.*

CERUSSA *l. 1. C. Theod. de veteran.* plumbum est acuto aceto solutum, quo incrustabantur apud antiquos tabulæ, quibus inscribere solebant transmittenda ad seram posteritatem. Citata *l. 1.* Certa per edictum (veteranis) indulsimus, quæ encausto, & cerussa conscribere detur eis licentia. Hinc tabulæ *cerussatæ* in *l. 1. de aliment. quæ inop. parent.* Aereis tabulis, vel cerussatis proponatur lex.

CERYCIA κηρύκεια in *l. 8. §. 1. D. de rer. divis.* sunt insignia, quæ legati Græcorum ferre solebant, ne quis eos violaret. Eorum formam, & figuram explicat interpres Thucydidis in *lib. 1.* cujus verba sic latine redduntur: Cerycium est lignum rectum, cui utrinque duo serpentes ita implicantur

ut

ut capita sibi invicem obvertant, & quod caduceatores secum ferre solent. Neque enim tum fas est iis, ad quos veniunt, nullo modo illos adficere injuria. Rectitudo vero ligni est symbolum rectæ, & veræ, quam ferunt, orationis, serpentes vero sibi invicem obversi castrorum, seu acierum oppositarum. Add. Plin. *lib.* 29. *c.* 3. & D. Joh. Chrysostom. in oratione περὶ νόμου.

CESPES, vel *Cæspes* potius, quia a *cædendo* est. Cæspitem vellere de bustis *l.* 6. *C. Theod. de sepulcr. viol.* Tumulis enim terræ cæspes adgerebatur, ut Tacitus 1. *annal.* 62. indicat. Cæspes autem est terra cum propria herba evulsa, ut Servius in 1. *Eclog. v.* 69. tradit, vel, ut Festus, terra cum herba in modum lateris cæsa.

CESSARE, in mora esse, ut cessare in solutione *l.* 38. *D. de minor.* vel deses esse, ut cessare in administratione *l.* 60. §. 2. *D. de rit. nupt.*

Cessare etiam dicitur, cujus effectus vel differtur, vel plane nullus est. Hinc cessare, & locum habere adversantur *l.* 1. §. 1. *D. si quadrup. paup.* Cessat stipulatio, cujus effectus aliquo intervallo differtur, & intermittitur *l.* 1. §. 6. *&* §. 18. *D. ut legat. caus.*

Cessare etiam pars dicitur, quæ caduca est, & quæ deficit *l.* 41. *D. de legat.* 2. Unde cessantium partes, i. e. deficientium *l.* 7. *D. si cui plus quam per leg. falc. Cessasse* pecunia *l.* 14. §. 1. *D. de administr. & per. tut.* dicitur, quæ otiosa fuit, aut pupillo vacavit, ut loquitur *l.* 12. §. *ult. D. eod. tit.*

CESSATIO, mora *l.* 17. *D. de usur.*

CESSIM, i. e. retro *l.* 52. §. 2. *D. ad leg. Aquil.* Justin. *hist. lib.* 2. *cap.* 12. Vos commisso prælio ite cessim, inhibere remos. In *l.* 43. *pr. D. de Ædil. edict.* in Florentinis legitur *mulas, quæ cessum dant*: Haloander ibi edidit: *quæ cessim eunt*, vulgo scriptum reperitur: *quæ pessum dant*. Saltim non adeo usitatum est *cessum* pro *cessim*, quamvis & analogia phraseos *pessum dare* defendi quodammodo possit. Duker. *de latin. vet. jurisc. p.* 432. *seq.* Hein.

CESSIO *in jure*, Cic. *Topic. c.* 5. Ulpian. *fragm. tit.* 19. §. 9. In jure quoque cessio, ait, communis alienatio est, & mancipi rerum, & nec mancipi: quæ fit per tres personas in jure cedentes, vindicantes, & addicentes. Boethius in Top. Cic. *lib.* 3. ex Caii libro 1. Instit. scribit. Apud Magistratum populi Rom. vel apud Prætorem, vel apud Præsidem provinciæ, is, cui res *in jure ceditur*, rem tenens ita vindicat: *Hunc ego hominem ex jure Quiritium meum esse ajo*. Deinde, postquam hic vindicaverit, prætor interrogat eum, qui cedit, *an contra vindicat?* Quo negante, aut tacente, tunc ei, qui vindicaverit, eam rem *addicit*, idque *legis actio* vocabatur.

Cessicia tutela olim dicta, quæ erat in jure cessa, ut *Cessitus*, vel fortassi *Cessicius* tutor is, cui ea tutela in jure cessa erat, ut Ulpian. *fragm. tit.* 11. §. 7.

Cessio bonorum est actus, quo obærati, si per fortunæ injurias solvendo non sint, bona sua omnia creditoribus permittunt, ut inde, in quantum sufficiant, satisfiat. Nimirum Lege XII. Tabularum cautum fuerat, ut condemnati, vel confessi, si intra justum tempus non solverent, creditoribus addicerentur (Vid. infra art. *Nexi*) & ab his in vinculis haberentur. Gell. *lib.* 20. *cap.* 1. Unde cum plurimum turbarum per aliquot sæcula natum esset, lata quidem lege Pœtilia cautum, ut obærati non addicerentur creditoribus, sed tantum eorum bona possiderentur, Liv. *lib.* 8. *cap.* 28. Tertullian. *apolog. cap.* 4. Sed cum nec sic liberarentur a carcere, & plebs sæpe novas tabulas posceret, denique Julius Cæsar *Cessionem bonorum*, flebile illud obæratorum in Urbe, & Italia auxilium introduxit. Suet. *in Jul. cap.* 42. *l.* 1. 4. *C. qui bon. ced. poss.* sed postea, jam ante Diocletiani tempora, id est ad provincias porrectum *d. l.* 4. *C. eod.* Spanhem. 2. *orb. Rom. cap. ult.* Ejus porro bonorum cessionis beneficium amplius est, ut famam cedentis non sugillet *l. ult. C. de cession. bon.* ut idem nec in carcerem detrahi *l.* 1. *C. eod.* nec de reliquis urgeri possit *l.* 4. §. 1. *D. eod. tit.* nisi ad meliorem fortunam pervenerit, quamvis, & tunc gaudeat beneficio competentiæ *l.* 4. *pr. l.* 6. *l.* 7. *D. eod.* §. *ult. Inst. de act.* Vid. *Hein.* ad *tit. D. de cess. bon.*

CETERI, & reliqui sunt omnes non excepti: veluti si cui optio legata sit, *ceteri*, Sempronio illo non optante, omnes ad Sempronium pertinent *leg.* 160. *D. de verb. signif. l.* 17. *D. de opt. leg.*

Inter CETEROS, & nominati exheredati opponuntur apud Ulpian. *Frag.* 22. *tit.* 11. *& l.* 4. §. 1. *C. de liber. præterit. & exhor.* Vetus glossarium *inter ceteros* interpretatur ἀορίστως, *indefinite*.

CETEROQUIN, alioquin *l.* 35. *D. de hered. inst.*

CETERUM. Hæc vox plerumque absurdi nota est, & significat alioquin *leg.* 7. *pr.* §. 8. *l.* 9. §. *ult. D. de min.* & multis aliis locis. Sic apud Tertullian. *l.* 2. *adv. Marcion. cap.* 9. Ceterum non esset anima, sed spiritus. Et *lib.* 2. *ad uxor. cap.* 2. Sanctificatur enim infidelis vir a fideli uxore, & infidelis uxor a fideli viro: ceterum immundi essent filii vestri. Hoc ne leve videatur, Accursium valde torsit in interpretatione *l.* 5. *D. judic. solv.* quæ hujus vocis vi perspecta non obscurum sensum habet. Contra etiam alioquin pro *ceterum* ponitur in *l.* 91. *D. de legat.* 3. *l.* 42. *D. de adquir. hered. l.* 1. *C. de pact. conv.*

CHALBANE. Vid. *Galbanum*.

CHALDÆI in *l.* 5. *C. de malef. & mathem.* sunt harioli, qui de futuris hominum fatis ex thematis

matibus eorum genethliacis judicabant secundum B. Hieronymi *in Daniel. cap.* 2. interpretationem γενεθμαλογοι, qui futura ex nativitatibus prædicant. Gell. *lib.* 14. *cap.* 1. Adversus istos, qui se *Chaldæos*, seu *genethliacos* adpellant, ac de motu, deque positu stellarum dicere posse, quæ futura sint, profitentur. Spartian. in *Sever. cap.* 4. Quasi de imperio Chaldæos vates consuluisset, reus factus est.

Χαμαιδικαστας apud Justinianum in *Nov.* 60. *cap.* 1. accipe pedaneos judices, qui nulli tribunali præerant, nec pro tribunali sedentes, sed de plano cognoscebant, ac judicabant.

Χαμοθεν apud Modestin. *l.* 13. §. 10. *D. de excus. tut.* accipe *de plano*, opponitur enim ei, quod prius dixerat προ βηματος, id est, pro tribunali.

CHARACTEREM habere dicitur anulus, qui formam aliquam gemmæ insculptam habet *l.* 22. §. 5. *D. qui test. fac. poss.* Auctor etymologici χαρακτηρ και σφραγις - id ipsum αποσφραγισμα vocat Plin. *lib.* 10. *epist.* 16.

CHARISTICUM nonnulli legendum putant in *l.* 6. *D. de bon. damn.* Sed Florentina habet *Chartiaticum*, quod vide infra.

CHARONICEUS, vel ut Theophilus *ad* §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideic. rel.* χαρωνιανος vocabatur libertus *orcinus*, id est a testatore directe manumissus, de quo infra in *Orcinus*.

CHARRUCA. Vid. *Carruca*.

CHARTÆ ατλως pro famosis libellis *l.* 7. *C. Th. de famos. libell.* Sidonio *lib.* 1. *epist.* 11. famosa charta, Aniano ad *l.* 1. *C. Th. eod. tit.* & famosa chartula eidem *ad leg.* 9. *eod.*

CHARTIS legatis quid contineatur, docent *l.* 52. §. 4. *&* §. 6. *l.* 76. *D. de legat.* 3. Chartæ autem separantur a membranis *l.* 9. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Ac plane, chartas supprimente Ptolemæo membrana Pergami reperta ex Varrone tradit *lib.* 13. *cap.* 11. Ideoque inscite faciunt, qui chartarum adpellatione membranas comprehensas scriptis suis prodiderunt. *Membranæ* ex pellibus, coriove animalium, Pergami primum paratæ, hodieque originis suæ nomen tenent. At *Chartas*, quarum usu olim maxime humanitas vitæ constabat, & memoria, ex pagyro (fruticis id in Ægypto genus) confectas fuisse docet Ulpianus in *d. l.* 52. §. 6. *D. de legat.* 3. Apertius vero hoc ipsum declarat Plinius, illo, quod modo citavimus capite, his verbis: Præparantur ex eo (papyro) chartæ, divisæ acu in prætenues, sed quam latissimas philuras. Et *cap. seq.* initio: principatus medio: atque inde scissuræ ordine. Sic enim ille Plinii locus misere divulsus, ac discerptus in unnm jungendus est. Confecturam porro *chartarum*, ejusque rationem idem Plinius *ejusd. libri cap.* 12. exponit his verbis: Teruntur omnes tabulæ madentes Nili aqua, turbidus liquor vim glutinis præbet, quum primo supina tabula scheda adlinitur, longitudine papyri, quæ potuit esse, segminibus utrimque amputatis, transversa postea crates peragitur. Premuntur deinde prælis, & siccantur sole, atque intense plagulæ junguntur a proximarum semper bonitatis deminutione ad deterrimas, numquam plures scapo quam vicenæ. Chartam etiam Cassiodor. 11. *var.* 38. hoc verborum ambitu describit: Junctura sine rimis, continuitas de minutiis, viscera nivea virentium herbarum, scripturabilis facies, quæ nigredinem suscipit ad decorem, ubi apicibus elevatis fœcundissima verborum plantatrix seges fructuum mentibus toties suavissimum reddit, quoties desiderium lectoris invenerit. Chartæ porro vel *puræ* erant *d. l.* 52. §. 4. *D. de legat.* 3. vel *scriptæ d. l.* 76. *eod. tit.* Chartæ autem adpellatio ad *novam* chartam referebatur, & ad *delitiriam l.* 4. *D. de bon. poss. secund. tab.* Chartacei codices *leg.* 52. *D. de legat.* 3.

CHARTIATICUM. Ejus fit mentio in *l.* 6. *D. de bon. damn.* ubi Callistratus. Hanc rationem (loquitur de redacta ex pannicularíis pecunia) non compendio suo debent præsides vertere, sed nec pati optiones, sive commentarienses ea pecunia abuti, sed debent ad ea servari, quæ jure præsidum solent erogari, ut puta *Chartiaticum* quibusdam officialibus inde subscribere. Ita legitur Florentiæ, & frustra sunt, qui pro *chartiaticum* rescribunt *charisticum*. Nam vocabulo hoc usus est Nicephor. *Tom.* 2. *p.* 223. Απαιτειτται δε υπερ χαρτιατικε επι τω νομισμαι δυο κερατας. *Pro* Chartiatico *in singulos solidos duas siliquas constituit*. Est ergo *Chartiaticum*, quod quasi pro chartis datur officialibus sicut *cerarium*, quod pro cera apud Cic. *in Verr.* 5. *cap.* 78. *pulveraticum*, quod pro labore in pulvere agrimensoribus dabatur. Ita rem eleganter, & solide explicavit Cujac. 4. *obs. cap.* 18. Ministris vero Magistratuum chartas præbitas fuisse, ex Frontin. *lib.* 2. *de aquæd.* ipse notaverat Brissonius. *Hein.*

CHARTOPHYLAX chartarum, vel tabularum custos, unde *Chartophylacium*, scrinium, ubi chartæ reponuntur *capit.* 1. *Decretal. de probat.* HEIN.

CHARTOPRATÆ *in rubr. C. de collegiat. & chartopr.* sunt chartarum venditores.

CHARTULÆ confiscatæ *l.* 5. *C. de conven. debit. fisc.*

CHARTULARII, qui chartas tractant *rubr. C. de numerar. actuar. chartular.* Quorum variæ species in Imperatorum constitutionibus recensentur, prout ea officia erant, quibus adjungebantur, ac deserviebant. Quidam enim de cohortalibus officiis largitionales titulos retractabant *l.* 3.

C. de canon. largit. Quidam *numerarii* operam præbebant *l.* 10. *C. de numerar. actuar.* & in Notitia *Novella* 8. subjecta. Chartularii etiam Magistri equitum, & peditum memorantur *in lib.* 5. *C. Theod. de divers. offic. & adparit.* Justinianus quoque *d. Novell.* 8. Chatularios tres τῶ θείῳ κιβικλίῳ τοῖς συμβόλοις υπηρετᾶμενες ponit. Atque hujusmodi munus *Chartularum ministerium* dicitur in *l.* 8. *C. Theod. fil. milit. adpar. & veter.* Zonaras porro *Tomo* 3. posterioribus temporibus chartularium adpellatum τον των βασιλικων ιπποκομων επιςατηντα eum, qui Imperatoris stabulo præfectis adfuit, scribit. Chartularios etiam sua ætate adpellatos, qui olim *Commentarienses* dicebantur, auctor Etymologici tradit in voce κομμενταρησιοι.

CHASMA vastum hiatum, qui terra dehiscente contingit significat in *lib.* 47. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 3. §. 1. *D. de cens.* & aliis locis. Est etiam *chasma* diruptio, & quidam cœli recessus, ceu ex Plinio notat Servius *in l.* 9. *Æneid. princ.*

χειρεμβολον *l.* 1. §. 3. *D. naut. caup. stab. Quanquam ipse vel navicularius, vel magister faciat, quod Græci χειρεμβολον adpellant.* Significari illo verbo actum res navi inferendi, cum vocabuli origo, tum ipsa legis verba innuunt, qualis vero fuerit, ignorare se fatetur Bynkersh. 2. *observ.* 14. Si tamen divinare licet, χειρεμβολον dixerim modum illum onerandi, exonerandique naves, quo homines, æquis dispositi stationibus, res alii aliis in manus immittunt. *Hein.*

CHELYNIA in *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vectig.* vel potius ut in Florentina legitur.

CHELONIA, gemma, quam oculum esse Indicæ testudinis Plin. *lib.* 37. *cap.* 10. tradit. Cheloniæ meminit etiam Arrian. *in peripl. mar. erythr. p.* 144. ubi de Ptolemaide urbe, qua & Theron; Εχει δε το εμπορion χελωνην αληθινην, και χερσαιαν ολιγην, και λευκην μικροτεραν τοις οςρακοις, Habet emporium illud *cheloniam* veram & chersæam exiguam, & candidam minoribus testis præditam. *Hein.*

CHILIARCHÆ, & centenarii, qui sibi plebis distributionem usurpare dicuntur *leg.* 20. *Cod. Theod. de paga. & sacrif.* ad instruendam scilicet pompam gentilitiam ab Impp. Honorio, & Theodos. in *d. l.* prohibitam. Hi enim hac de caussa Chiliarchos illos, & Centenarios prohibitos esse voluerunt, ut sine quibus nulla Pompa Gentilitia celebrari possit, ceu qui Pompæ præsides essent. Vid. Jac. Gothofr. in Comm. *ad d. l.*

Alias CHILIARCHUM mille hominum ducem græci adpellant *l.* 1. §. 1. *D. de test. milit.* Chiliarchæ, ait Isidor. *etymol. lib.* 9. *cap.* 3. sunt, qui mille præsunt *militibus, quos nos Millenarios adpellamus.* Nos, inquit Isidorus, id est, Gothi. Hinc lex Visigothica *lib.* 2. *tit.* 1. §. 26. Ideo Dux, Comes, vicarius, pacis adsertor, tynphadus millenarius, quingentenarius, centenarius, decanus, defensor, numerarius . . . judicis nomine censeantur ex lege. Cassiodorus etiam 5. *variar* 26. sub regibus Ostrogothorum *Millenarii* provinciæ Piceni & Samnii meminit. *Hein.*

CHILO, vid. infra *Cilo.*

CHIROGRAPHARII creditores, qui solo chirographo debitoris nituntur *lib.* 38. §. *ult. D. de reb. auct. jud. possid.* ad differentiam hypothechariorum, de quibus *in lib.* 1. §. 3. *D. de separat.* Hinc Chirographaria pecunia *rubr. C. etiam ob chirograph. pec. pign.*

CHIROGRAPHUM privatam scripturam, seu cautionem manu cujusque subscriptam, subnotatamque significat, &, ut Hesychius interpretatur, συμβολαιον γραμματειον, scripturam super contractu, cujus formula proponitur in *lib.* 41. §. *ult. D. de usur. l.* 47. §. *ult. D. de pact.* Hoc & ιδιοχειρον adpellatur in *lib.* 11. *C. qui pot. in pign.* Inter *syngraphas*, & cetera chirographa quid interesset, vid. infra art. *syngrapha.* In chirographum redigi dicitur quantitas *in lib.* 5. *C. de non numer. pec. Chirographa* porro in tabulis, & in codicibus fieri solebant. Sic *in lib.* 37. *D. de furt.* Si chirographa aureorum decem, tabulæ erant. Juvenal. *sat. ult.* Vana supervacui dicens Chirographa ligni. Ulpian. *in lib.* 5. §. 8. *v. denique, D. commod.* Si tibi codicem commendavero, & in eo chirographum debitorem tuum cavere feceris. Quinctilian. *lib.* 6. *capit.* 3. In tabulis est Chirographus. Si Chirographa legentur, vel veneant, non ipsæ tabulæ, sive corpus, sed debitum, & nomen actionesve, quarum probatio tabulis continetur, legari intelliguntur *lib.* 44. §. 5. *D. de legat.* 1. *lib.* 69. *D. de legat.* 3.

CHLAMYS inter puerilia vestimenta numeratur *lib.* 23. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Et ita Ascanio Æneæ filio chlamyda ferri, Virgil. *lib.* 3. *Æneid. v.* 484 fingit. At in *leg.* 1. *Cod. Theod. de habit. quo uti oport. jur. urb.* Clamys militaris est habitus.

CHOMATA aggeres, qui aquam Niloticam continent *leg. pen. in fin. D. de extraord. crimin.* & apud Joseph. *l.* 2. *antiq. jud. c.* 5. Chomatum Logrographi *l.* 6. *C. Theod. de part. vic.*

CHOREPISCOPUS in græca Constitutione *C. de episc. & capit. chorepiscopi* 78. *distinct.* dicitur, qui ab Urbis Episcopo certo vico, vel pago præficitur, unde a Papia *regionarius* vocatur. Fuere hujusmodi multi ecclesia nascente, postea sublati; idque Damasus Pontifex significavit in Epist. *d. cap. chorepiscopi*: Sic enim ibidem scribendum, non *correspicopi.*

CHORUS pluribus ejusdem generis servis constabat, ut docet *lib.* 35. *D. de edil. edict. lib.* 79. *D. de*

D. de legat. 3. Hoc nomine autem proprio coævorum cantum, & saltationem adpellari Servius *in* 1. *Georg. v.* 346. tradit. Senec. *Epist.* 84. Non vides, quam multis vocibus chorus constet? Unus tamen ex omnibus sonus redditur, aliqua illis acuta est, aliqua gravis, aliqua media, accedunt viris feminæ, interponuntur tibiæ, singulorum illic latent voces, omnium adparent.

χρησις proprie est usussfructus, ceu patet ex Cicerone *l.* 7. *ad famil. epist.* 29. & Aristot. *Ethicor. ad Nicomach. lib.* 4. *cap.* 1. Harmenopul. *lib.* 5. *tit.* 2. §. 12. Ουσουφρουκτος χαρ κατα Ρωμαιες η χρησις λεγεται. *Ususfructus Romanis vocatur, quod nobis* χρῆσις. Neque enim *l.* 10. §. 1. *D. de usu & habit.* negatur, χρησιν significare usumfructum, sed id tantum traditur, legata χρησει habitationis, solum usum contineri: non quod vocabulum hunc sensum flagitet (sic enim ne dubitari quidem de testatoris sententia potuisset) sed quod contradictionem involvere videretur loquutio, *ususfructus habitationis lib.* 20. *pr. lib.* 32. *de usufr.* Vid. Perrenon. *Animadv. lib.* 2. *cap.* 3. Hein.

Χρισμα unctionem significat, quod conficitur ex oleo, & balsamo *c. un.* §. *ad exhibendum autem extra. de sacr. unction.* quo verbo usus est B. Joann. *epist.* 1. *c.* 2. και υμεις χρισμα εχετε.

CHRISTIANI, qui Christi nomen profitentur. Christiani Catholici in *l.* 1. 2. §. 1. *C. de summ. trinit.* At id quoque vocabulum quandoali proprium Episcopis, clericis, & voto obstrictis *lib.* 2. *C. Th. de postlim. l.* 11. *C. de episc. audient. lib.* 50. 53. *C. Th. de decur. l.* 5. *C. Th. de lustr. collat.* & ibi Jac. Gothofr. *in not.* HEIN.

CHRISTIANITAS in *l.* 112. *lib.* 123. *C. Theod. de decur. l. ult. C. Theod. de spectac.* & passim. Aliquando hoc cognomen κατ' ἐξοχην clericis tribuitur *d. l.* 123. *C. Th. lib.* 11. *Cod. Th. de pistor. lib.* 16. *C. de episc. & cler.*

Χρυσαμμος. Valentinianus, & Valens *l.* 1. *C. de metallar. & metall.* Balluca, quæ græce χρυσαμμος adpellatur. Vid. supra *Balluca*.

CHRYSANTHIANUM certamen in *leg.* 24. *D. de ann. legat.* de quodam certamine Sardiano a Chrysanthio sophista in patria instituto interpretantur Cujac. 23. *obs.* 7. & Guid. Pancir. 2. *Var. lect.* 83. Enim vero quum ejusmodi certaminis jam mentio fiat sub Severo, & Antonio Caracalla, Chrysantius vero ille multos post sub Juliano τω παραβατη floruerit, nihil ei conjecturæ solidi inesse, facile patet. Origo certaminis incerta: Certius, quinquennale illud, & Sardianorum proprium fuisse, quod tum ex lege nostra, tum ex numis Caracallæ, & & Tranquillinæ apud Spon. *in Itinerar. pag.* 445. probat Bynkersh. 2. *ob.* 7. Plus vero hujusmodi numos Caracallæ, Alexandri, Tranquillæ, & Otaciliæ Severæ protulit Jo. Vaillant. in *Numism. Imp. a pop. Rom. dition. Græce loquentib. percussis p.* 109. 139. 160. & 165. in quibus hæc certamina modo ΧΡΥΣΑΝΘΙΝΑ, modo ΟΡΥΣΑΝΟΕΙΝΑ numquam Chrysantiana, vel χρυσανθιανα vocantur. Quumque in his plerisque numis corona e floribus nexa conspiciatur, dubitare nefas fuerit, quin a corona illa, floribus aureis ornata, tamquam athletarum præmia, nomen illi certamini inditum sit. *Hein.*

CHRYSIPPUS notus, ac celeberrimus Stoicæ scholæ philosophus tamquam *summa sapientia* Stoicus laudatur a Marciano *l.* 2. *D. de legib.* ubi ejus liber περι νομε citatur, prætermissus a Laertio, qui tamen Cleanthis librum περι νομων laudat *lib.* 8. *segm.* 175. Hein.

CHRYSOLITHI in *l.* 21. §. *pen. D. de aur. arg. leg.* fit mentio. Auro similis gemma est cum marino colore adfinitatem quamdam habens, quam Æthiopia gignit. Auctores sunt Plin. *lib. ult. capit.* 3. Isidor. *orig. l.* 16. *c.* 14.

CIBARIA. Iis relictis neque habitatio, neque vestiarium, neque calcearium debentur, quoniam de cibo tantum testator sentit *l.* 21. *D. de alim. vel cibar. leg.* Cibarias etiam, feminino genere, dixit Modestinus, si recte se habet ejus locus apud auctorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 10. §. 2. Hein. Sed & animalium pabula *Cibaria* adpellantur. Ita *Cibaria* jumentorum *l.* 3. §. 6. *D. penu. leg.* pecudum *lib.* 29. §. 7. *D. ad Leg. Aquil.*

CICATRICIUM, aut deformitatum nulla fit æstimatio *l. ult. D. de his qui effud.*

CICERO citatur in *l.* 39. *D. de pœn.* Defendit Q. Ligarium oratione pulcherrima *l.* 2. §. 46. *D. de orig. jur.* Definivit, quid sit latitare nimis specialiter *l.* 7. §. 4. *D. quib. ex caus. in possess.* eat. Vid. *Marcus Tullius*.

CICUTA in venenis numeratur *l.* 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* Plin. *lib.* 25. *cap.* 15. Cicuta quoque venenum est, publica Atheniensium pœna invisa.

CIDONIUM, vid. CYDONEUM.

CIERE vel *Cire*, vocare, inclamare Virg. *Æn.* 3. *v.* 67. Animamque sepulchro condimus, & magna supremum voce ciemus. Hinc edicto *citus* quis dicitur *lib.* 15. §. 2. *D. de jur. fisc. l.* 1. *C. ad adsert. toll.*

CILICIÆ fit mentio in *l.* 3. *D. de testib.* Cilicias utrasque dixit Justinian. *l. ult. C. de tempor. & repar.* Strabo *l.* 14. Ciliciæ, quæ extra Taurum est, pars aspera, pars campestris dicitur.

CILICIUM in *lib.* 17. §. 4. *D. de act. emt. vend.* & apud Cic. *in Verr.* 3. *cap.* 38. Sueton. *Aug. capit.* 75. Asconius Pædianus ita dici ait texta de pilis in castrorum usum, atque nautarum. Quam interpretationem Virgilius *lib.* 3. *Georg. v.* 311. probat: *Nec minus interea barbas, incanaque menta. Ci-*

nyphii tondant hirci, setasque comantes. Usum in castrorum, & miseris velamina nautis. Ubi Servius: *Usum in castrorum ideo dixit, quia de ciliciis & poliuntur lorica, & teguntur tabulata turrium, ne jactis facibus ignis possit adhærere*, additque ex Celso, Varronem retulisse, inde adpellata *Cilicia*, quod usus eorum in Cilicia, ortus esset. Sidon. Apollinar. *lib.* 11. *epist.* 9. Sic tamen, ut superjectis *cilicum* velis patentia intervalla virgarum lumine exclusa tenebrarentur. Idem *lib.* 4. *Epist. ad Turnum*: Cilicum vela foribus adpensa. Euseb. Emisen. *Homil. de S. Joan. Baptist.* Ille pilis camelorum, & cum cilicio vestitus incessit. Cassiodor. *in ps.* 34. Cilicium fit ex hœdis, asperum, setigerumque tegumentum. Vetus Glossarium. *Cilicia* dicuntur vestimenta pilis caprarum contexta, ex quibus Arabes sibi tentoria faciunt.

CILONIS, vel *Chilonis* Fabii, Præfecti urbi, aliquoties fit mentio in Pandectis, puta in *l.* 1. *pr. D. de offic. præf. urb. l. ult. D. de offic. præf. vigil. l.* 8. §. 9. *D. de pœn.* Scribendum autem esse *Cilo*, non *Chilo* contendit Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 31. *p.* 138. Add. Cujac. 10. *obs.* 26. & quæ ipse Brissonius de hoc Cilone adnotavit infra sub Fabius. Addit Heinecc.: Diversa sunt *Cilonis*, & *Chilonis* cognomina, quorum hoc *labium*, illud caput significat. Prius vero huic Menagius putat tribuendum auctoritate Marmorum, Codicis Florentini, & MSS. Spartiani, in quibus Salmasio teste *Cilo*, non *Chilo* legitur. Sed & Inscriptiones, & Codices MSS. variant. *Cilo* legitur in Gruterianis *p.* 386. 1. *p.* 347. 13. *p.* 406. 9. At eadem *p.* 416. 10. legimus: ΦΛΑΙΙΟΝ ΧΕΙΛΟΝΑ ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗΣ ΨΠΑΤΩΝ. ΤΟ Β. *Fabium Chiloneum, virum splendididissimum præfectum Urbi Rom. & II. Consulem.* Et ex Gudianis aliam protulit Petrus Relandus *in Fast. Cons. p.* 105. in qua dicitur *M. Fabius* Chilo. Et Codices Cassiodori, Idacii, Prosperi habent *Chilo*, Chronici Alexandrini χίλωνος, καὶ Λιβέρος. Malem *Chilo*, quia hoc & aliorum Fabiorum cognomen fuit. Et ita quoque laudatus Relandus *ibid.*

CIMELARCHIUM sanctæ ecclesiæ *l. ult.* §. 1. *C. de bon. auct. jud. possid.* & Cimeliarchus *ibid.* & *l.* 20. §. *ult. C. de agricol. & censit.* ubi Imperator: Deponantur in æde sacra, id est, in Cimeliarchio civitatis, sub qua possessio sita est. Idem Justinianus *Nov.* 74. *cap.* 4. §. 8. Ἐν τοῖς τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας Ἀρχείοις, τουτέστιν ἐν τῷ ὀδαγῃ κειμηλιοφυλακίῳ. *In sanctissima ecclesia archiviis, hoc est in Cimeliophylacio*, ubi nimirum vasa sacra reponebantur.

CINCIA lex de donis, & muneribus a M. Cincio lata, ut Cicero *lib.* 2. *de Orat. capit.* 71. scribit, suadente Fabio Maximo, quemadmodum Cato contestatur apud eumdem Ciceronem in *Catone maj. cap.* 14. Ea cavebatur, ne quis ob caussam orandam donum, munusve acciperet. Unde & *Lex muneralis* adpellatur auctore Festo *lib.* 11. Ad eam Paullus librum singularem scripserat, ut Index Pisanus testatur, & ex eo sumta est *l.* 28. *D. de legib.* Meminit ejus Tacitus 11. *Annal.* 5. & 7. & alibi passim. Sed notum est, ea, quæ de hac lege dici poterant, omnia dixisse Prid. Brummerum in libello, quem de ea scripsit. *Hein.*

CINCTUS est in alia militis *l.* 38. §. 1. *D. de testam. milit.* id est, miles factus. *Omnes enim*, ut ait Servius in *lib.* 8. *Æn. v.* 724. *qui militant. Cincti sunt.* Sic *Cinctus* tribunus legionis *l.* 25. *D. de testam. milit.* Hinc & *tergemini* cincti *senatores*, *Horatii* in *l.* 3. *D. si pars hæred. pet.* sunt armati, & in hostem ituri, ut carere possimus emendationibus Menagii *Amoen. jur. civ. cap.* 31. & Desid. Horaldi *obs. & emend. cap.* 39. quorum ille *Quinctios*, hic *pictos* Horatios veris substituit. Vid. Bynkersh. 3. *obs.* 8. Hein.

CINERES eorum, qui exurendi damnati sunt, collectos sepulturæ tradere *l.* 1. *D. de cadaver. punit.* ubi ossa, & cineres conjunguntur, ut & apud Virgil. *Æneid.* 5. 6. *v.* 55. *Nunc ultro ad cineres ipsius, & ossa parentis Adsumus.*

CINGERE arbores, id est, deglabrare *l.* 5. *l.* 7. §. 4. *D. arb. furt. cæs.* Ita & silvam cingere accipe in *l.* 29. *D. locat.* Alio sensu cingi dicitur miles *l.* 43. *D. de testam. milit.* Hinc in procinctu, de quo vid. suo loco, &

CINGULUM militiæ *l.* 18. C. *Th. de palat. sacr. larg. l. ult.* C. *Th. de postul.* Cingulum autem tam palatinæ, quam armatæ militiæ dicebatur. Et ponitur sæpe pro dignitate. Hinc *Cingulum depositum* administrationem positam, & finitam accipe in *l.* 2. C. *ubi de raticin.* Græcis ζώνη est. Unde Suidas ζώνην interpretatur ἀξίωμα. Et apud Basilium *in orat. de martyr. Gord.* scribitur, ῥίψας τὴν ζώνην nihil aliud sonat, quam quod Tertull. *de præscr. adv. hæret.* ait: *Cingulo abjecto & deposito.* Cinguli præscriptio in *l. ult.* C. *de adparit. Magistr. milit.* est exceptio declinatoria ob privilegium dignitatis. Illud porro sciendum est, in dignitatum gradibus definiendis, quosdam fuisse, qui præsentes in comitatu illustris dignitatis cingulum merebant, quibusdam vero absentibus cingulum illustris mittebatur dignitatis. Quidam præsentes a principibus sine cingulo codicillos tantum honorariæ dignitatis adipiscebantur. Quibusdam similiter sine cingulo mittebantur illustris insignia dignitatis *l.* 2. *C. ut dignit. ord. serv.*

CINNA Jurisconsultus ex Servii Sulpicii auditoribus unus *l.* 2. §. 44. *D. de reg. jur.* Citatur in *l.* 6. *D. de rit. nupt. l.* 4. *D. de cond. & dem.*

CINNAMOMUM in *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* nascitur in Indiæ, & Æthiopiæ regionibus, frutice brevi, duorum tantum cubitorum, colore sub nigro

vel cinereo, tenuissimis virgulis, cortice in modum cannæ rotundo, & gracili, ut Dioscorid. *lib.* 1. Plin. *c.* 19. & Isidor. *etymol. lib.* 18. *c.* 7. scribunt.

CIRCA pro prope, ut *circa* patrem esse *l.* 14. §. 7. *D. de bon. libert.* Est etiam pro quod attinet, ut *circa* peculium *l.* 5. §. 1. *D. de liberat. leg.* Et circa quid pro in aliquo, ut *Circa* rem rusticam occupari *l.* 1. *D. de serv.*

CIRCEIENSIUM Respubl. a quibusdam legitur. Sed in Florentina est *Cirtensium*, de qua vid. suo loco. Erat equidem *Cercei* oppidum Italiæ in Latio veteri, atque promontorium ejusdem nominis. Dixit Virgil. 1. *Æneid. v.* 795. Circæum jugum. Cic. *lib.* 15. *Attic. epist.* 10. *Statim mittam ad Antium, vel Circeios.* Colonia antiqua Circei fuerunt, deducta ab rege Tarquinio superbo, ut Liv. *lib.* 1. *cap.* 56. Cic. *de nat. Deor. cap.* 19. Circen coloni nostri Circeienses religiose colunt. Vid. Christoph. Cellarii *Notit. Prb. antiq. lib.* 2. *cap.* 9. *sect.* 3. §. 398.

CIRCENSES ludi *l.* 122. *D. de legat.* 1. qui & absolute *circenses* dicuntur *l.* 12. §. 4. *D. de usu & habi.* qui in circo magno Romæ fiebant, atque inde dicti ea forma, qua ab Hispali Hispalenses. Servius *in lib.* 8. *Æneid. v.* 636. putat, *Circenses* ludos esse dictos, quod ubi suo tempore metæ fuerunt, olim gladii ponebantur, quos circumibant, unde ludi Circenses, quasi *circum enses*. Circense certamen *l.* 2. *C. de spectac.* Circenses equi *l.* 1. *D. de nun. & honor.* Vid. infra voce *circus*.

CIRCITORES, quibus vestiarii, vel lintearii dant vestem circumferendam, & distrahendam *l.* 5. *D. de instit. act.* Sed & in re militari Circitores, qui vigilias circumibant, renunciabantque, si qua emersisset culpa, adpellatos scribit Veget. *lib.* 3. *c.* 7. Vid. Supra sub voc. *Agentes in rebus*. De utriusque generis circitoribus disserit Reines. *ad inscr. p.* 995. ubi in marmore *Locus oppertuni Circitoris, & conjugis ejus.* Hein. Hinc *circitoria* dignitas in *l.* 2. *C. Th. de fil. milit.* apparit.

CIRCULATOR, qui serpentes circum fert, & proponit *l. ult. D. de extraord. crim.* Eos vetus glossarium vertit ὀχλαγωγεῖς, καὶ ἀγύρτας. Vetus Juvenalis interpres *ad sat.* 6. *v.* 590. Quod circulatores, ait, hoc consueverint adhibere, ut delectis sibi locis duobus, eos lustrent, id est, circumeant, deinde per eos sortes, id est, taxillos jactitent: qua exinde, quod suæ geneseos signum se accommodaverit, inspiciatur, numquid vivet, & quando.

CIRCULO manumittere quid, vid. infra in *manumittere*.

CIRCUMCELLIONES *l.* 52. *C. Th. de hæret.* genus hominum, ut Augustinus *l. de hæresc. c.* 69. ait, agreste fuit, & famosissimæ audaciæ, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insania, ac feritate parcendo. Nam per mortes varias maxime præcipitiorum, & aquarum, & ignium se ipsos necare consueverant: & in ipsum furorem alios seducunt, ut se ipsos occidant, quod facere aliis contemnunt, mortem illis minantur, dicentes, hoc modo illos martyres fieri. Idorus *orig. lib.* 8. *cap.* 4. Circumcelliones dicti eo quod agrestes sunt, qua *catopitas* vocant, supra dictæ hæresis (Bonosianorum) habentes doctrinam. Hi amore maryrii semetipsos perimunt, & violenter de hac vita discedentes martyres nominantur. Quæ Isidori verba legunt *in cap.* 39. §. 52. *caus.* 24. *quæst.* 3. nisi quod pro *catopitas Scotopicos* occurrit. Neque vero *catopitas* probat Heineccius, qui post Jo. Alb. Fabricium *ad Philastr. p.* 163. Campitas apud Isidorum legi debere, ait, quia hi hæretici urbes, & vicos vitabant, & per campos oberrabant. Neque tamen ego *Scotoropicos* improbarem, ex eo ductum verbum, quod iidem quasi in tenebris latitarent: σκότος enim græcis *tenebræ* sunt & τοπικὸς *localis*. Hos Philastrius *circuitores* vocat in *hæres. catal. cap.* 85. de quibus talia scribit: In Africa sunt, qui *circuitores* dicuntur. Hi circumeunt terras, & quos inveniunt in via, cogunt eos, ut interficiantur ab illis, dicentes se desiderare pati martyrium. Quidam autem ex illis veluti biothanati moriuntur, sese dantes ad præcipitium, diversumque subeunt calamitatis interitum: qui quum sine caussa ita perire properant, honestæ mortis sustinent detrimenta, & judicio Dei futuro se potius implicant, quam solvunt. Heineccius addit. Circumcelliones Donatistarum fuisse propaginem, sed in fanaticismum prolapsam, ceu notum est ex *Collat. Carthag.* 3. *c.* 174. & 182. Vagabantur enim per provinciam, ut aureum sæculum reducturi, servos, reos, obæratos ad libertatem vocabant. Demum eadem perciti insania, qua olim Hegesiam πεισιθάνατον laborasse scribunt veteres, sibi ipsis violentas manus inferre, insigne pietatis argumentum, & simile martyrio meritum existimabant, Principum in se severitatem eo furore maximam provocantes. Vid. Ittigii *inst. Donatist.* §. 82. Similem Patricianorum furorem referunt *Auctor prædestinati c.* 61. & Philastr. *cap.* 62.

CIRCUMCIDERE in *l.* 11. *D. ad leg. Cornel. de sicar. & apud. Paull.* 5. *Sent.* 22. 3. est præputium exsecare. Non solum autem Judæi, sed & teste Strabone *lib.* 17. Ægyptii circumcisione usi sunt, quod de his, aliisque gentibus testatur D. Ambros. *Ep.* 77. his verbis: Denique Ægyptii, qui & geometriæ, & colligendis siderum cursibus operam intendunt suam, impium judicant sacerdotem, qui nequaquam habeat *circumcisionis* insigne. Nam neque magici carminis sapientiam, nec geo-

me-

metriam, aut astronomiam judicant, viam suam obtinere sine *circumcisionis* signaculo. Et ideo ut impetrandi vim operationis abhibeant suæ, purgationem quandam vatum suorum *circumcisionis* arcano celebrandam, existimant. Reperimus autem in historia veterum, non solos Ægyptios, sed etiam Æthiopum, & Arabum, & Phœnicum aliquos circumcisione erga suos usos. Et hanc putant, se adhuc probandæ viam servare rationi, eo quod suis corporis primitiis, & sanguinis initiati insidias dæmonum, quas illi generi nostro moliuntur, exiguæ partis arbitrentur consecrationibus destruendas. Addit Heineccius ex Herodot. *lib.* 2. *cap.* 104. & Diodor. Sicul. *lib.* 2. *p.* 35. de illo circumcisionis usu apud illas gentes, & apud Syros constare. Utrum autem Judæi ab Ægyptii, an hi ab illis hunc ritum acceperint, disquirunt Jo. Marsham in *Can. Chron. sec.* 5. *p.* 73. *seq.* Spencerus *de Legib. hebræor. lib.* 1. *cap.* 4. *sect.* 4. *p.* 47. sed in priorem sententiam procliviores, & qui posteriorem acriter defendit Jo. Franc. Buddæus in *hist. ecclesiast. vet. test. Period.* 1. *Sect. III.* 8. 4. *p.* 276. *seq.*

CIRCUMCIDI etiam dicuntur rami, id est, circumputari *leg.* 1. §. *ult. D. de arb. cæd.*

CIRCUMDUCI est cancellari, obliterari, aboleri in *l.* 45. *D. de re judic. l.* 6. *C. quom. & quand. jud. l.* 22. *D. de adpellat.* Alias *Circumduci* est circumveniri. Et ita circumductam religionem judicis dixit Paull. 5. *sent.* 5. §. 10.

CIRCUMIRE templa. Nemo templa circumeat, nemo delubra suscipiat *l.* 11. *C. Th. de pagan.* perlustrare *l.* 10. *eod. tit.* παραπορευεσθαι Polybio *lib.* 9. *p.* 545. *edit. Casaubon.* αι δε γυναικες παραπορευομεναι τους ναους, ικετευουν τους θεους, πλυνουσαι ταις κωμαις τα των ιερων εδαφη: τουτο γαρ αυταις εθος εστι ποιειν, οταν τις ολοχερης την πατριδα καταλαμβανη κινδυνος. Mulieres vero circa Deum delubra discurrunt, supplicia diis faciunt, ædium sacrarum pavimenta crinibus passis mundant. Is namque illis mos est, quoties in aliquo insigniore, & graviore periculo patria versatur. Arnobius *lib.* 1. *pag.* 2. Cum per omnia supplices irent templa &c. Eadem vox in Litaniis, & processionibus Christianorum, Gregorius noster 3. *cap.* 29. ut muros civitatis psallendo *circuirent.* Ita *Circumire* ædes sacras *l.* 7. §. 1. *D. de offic. proconf.*

CIRCUMLUVIUM, ait Festus, est jus quoddam prædiorum. *Circumluviones* dixit Cicero *de Orat. lib.* 1. *c.* 38.

CIRCUMSCRIBERE, circumvenire, & decipere significat In *l.* 11. *C. de distract. pign.* ibi circumscribere ignorantia. Sed & circumscribi dicitur lex *l.* 18. §. 4. *D. de dol. mal.*

Alias circumscribere est abrogare, & ita Circumscribere Senatum dixit Cicero, pro privare auctoritate. Idem *de finib.* Circumscriptis sententiis, quas modo posui.

CIRCUMSCRIPTIO pro deceptione *in l.* 4. *D. si mens. fals. mod. l.* 9. *C. de bon. auct. jud. possid.* Senec. *lib.* 6. *controv.* 3. Circumscriptio semper crimen sub specie legis invaluit: quod adparet in illa legitimum est, quod latet insidiosum. Semper circumscriptio per jus ad injuriam venit.

CIRCUMSCRIPTOR, deceptor apud Cic. *in Catilin.* 2. 4.

CIRCUMSCRIPTUS minor *l.* 39. §. 6. *D. de procur.* id est, deceptus.

CIRCUMSPECTIO *l.* 7. *D. de minor.* Circumspectius *l.* 1. §. 18. *D. de ventr. in possess. mitt.*

CIRCUMVENIRE proprie circumire in *l.* 2. §. 8. *D. si quis caut. jud. sist. caus.* Sed etiam est decipere, & circumscribere: Ut *circumvenire* ignorantiam *l.* 19. §. 2. *D. mand.* judicis religionem *l.* 33. *D. de re judicat.* leges, id est in earum fraudem facere *l.* 123. §. *ult. D. de legat.* 1. interpretationem legis *l.* 40. *pr. D. de jur. fisc.* legis sententiam *l.* 29. *D. de legib.* matrem *l.* 9. *C. de pact.* Hinc Circumventio *l.* 40. *D. de reg. jur. Circumventus*, deceptus *l.* 81. *C. de transact.* Et elegans tmesis observatur in *l.* 12. §. 1. *D. de jure dotium*, *circum in hec venta est* mulier.

CIRCUS in *l.* 3. *D. de oper. publ.* locum curriculis equorum constitutum significat, ιπποδρομον Græci vertunt. De hujus verbi origine vid. quæ attuli supra ex Servio sub art. *Circenses*, cui consentit Cassiodor. *Var. lib.* 3. *c.* 4. At aliam hujusce adpellationis notationem adfert Tertullianus in *lib. de spectac. c.* 8. Circus Soli principaliter consecratur: cujus ædes medio spatio, & effigies de fastigio ædis emicat, quod non putaverunt sub tecto consecrandum, quem in aperto habent. Quod spectaculum primum a Circe habent, Soli patri suo editum adfirmant, ab ea & *circi* adpellationem argumentantur. Prioribus vero consentiens Isidorus *lib.* 15. *c.* 2. *etym Circum*, inquit, *Romani dictum putant a circuitu equorum eo quod ibi circum metam equi currant.* Ac plane omnem ambitum, & gyrum *circum* dici, Non Marcellus scribit. *Circi* autem Romani descriptio exstat apud Dionys. Halicarn. *lib.* 7. *c.* 66. Curricula ludorum circensium solemnia septem fuisse, tradit Gell. *lib.* 5. *c.* 10.

CIRTENSIUM respublica *l.* 9. §. 5. *D. de jur. & fact. ignor.* Cirtenses autem a *Cirta*, oppido Numidiæ, quod Strabo *lib.* 17. *p.* 1188. Κιρταν vocat, Ptolemæus vero Κιρτα, Ιυλιαν adpellat Pompon. Mela *lib.* 1. *capit.* 6. Urbium quas habet (Numidia) maximæ sunt Cirta, procul mari Sittianorum, quondam regia domus Juliæ, & Syphacis, quum foret opulentissima, ait idem Mela. Eam etiam posterioribus

ribus temporibus Constantinam dictam, Aurelius Victor scribit.

CIS & *ultis* Tiberim, id est *citra* & *ultra* *l.* 2. §. 31. *D. de orig. jur.*

CISIARIUS in *l.* 13. *D. locat.* a *Cisio*, quod genus vehiculi rotis duabus provolvebatur, quoque viri vehebantur, qui iter facere cupiebant velocius, de quo Scheffer. *de re vehicul. vet. lib.* 2. *cap.* 18. *p.* 237. alia carruca, rhedæ genus, quatuor instructum rotis, quo Senatores, aliique honestiores vehebantur. Scheffer. *ibid. cap.* 27. *p.* 329. Vid. supra voce *Carruca*. Hein.

CISTA in *l.* 1. §. 41. *D. depos.* ex qua adparet, vestes ejusmodi arcula includi consuevisse. Et ita certe Pollux *lib.* 7. *cap.* 19. nec non Hesychius voce Κιστη. At apud Auct. ad Herennium, in illa phrasi: *cistas dejicere*, cistæ sumuntur pro vasis, in quæ populus per pontes transiens, tabellas suffragii mittebat.

CISTERNÆ sunt, quæ imbribus concipiuntur, nec vivam aquam habent *l.* 1. §. 4. *D. de* fonte *l.* 14. *in fin. D. de alim. vel cibar. leg.* De harum structura vid. Pallad. *lib.* 1. *tit.* 16. & 17. Cisternam autem inde dictam, Festus tradit, quod *cis*, id est, *infra* terram. Porro *Cisterna*, ut aquæ, ita & vini dicitur *l.* 21. §. 5. *D. de furt.* pro loco effosso ad vini custodiam.

CISTIBERES pro Quinqueviris cis & ultra Tiberim dixit Pomponius *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur.* his verbis: *Et tamen hi, quos* Cistiberes *diximus, postea Ædiles SCo creabantur.* Sed locus perobscurus est, de quo consulendi interpretes, & in his Bynkersh. *in prœterm. p.* 15. *sequ.*

CITARE est per præconem, seu voce præconis vocare *l.* 7. *D. de in integr. restit. l.* 73. *D. de judic.* Cicero *pro Flacco cap.* 15. Citat præco voce maxima legatos Æmonenses, Livius *lib.* 1. *c.* 47. Patres in curiam per præconem ad Tarquinium citari jussit. B. Augustinus in *lib. de grammat.* A clamo fit clamito, a cieo *cito*, quod significat frequenter vocito. Unde dicimus, aliquos voce præconis *citatos*, id est, frequenter vocatos. Sed & citare libello legimus ad Plaut. *in Curcul. act.* 1. *scen.* 3. Citare in testimonium *l.* 50. *D. de testib.* testes Cic. *de off. lib.* 1. *cap.* 22. & *in Verr.* 4. *cap.* 59. Ter citatus reus *l.* 10. *D. de publ. jud.* Litigatores non *citati*, sed requisiti *l.* 15. *C. de judic.* Sed & Edicto *citus* quis dicitur *l.* 15. §. 2. *D. de jur. fisc. l.* 1. *C. de adsert. toll.* quod a *Cieo*, de quo supra.

CITATIOR aqua, id est rapidior *l.* 1. §. 1, *D. de aqu. & aqu. pluv.*

CITERIORE die *l.* 4. *D. de pecun. const. l.* 15. *D. de pact. l. ult.* §. 5. *D. de verb. oblig.*

CITRA pro absque, vel sine sæpissime in libris nostris usurpatur, nonnumquam ponitur pro ultra, ut in *l. ult. D. de calumniat.* his verbis: de servo, qui accusatur, si postuletur, quæstio habetur: quo absoluto in duplum pretium accusator domino damnatur: sed & citra pretii æstimationem quæritur de calumnia ejus. Ibi Glossa, & Cujac. laudans locum Ciceronis *in Orat. ad Brut. capit.* 18. Natura in omni verbo posuit acutam vocem, nec una plus, nec a postrema syllaba *citra* tertiam.

CITREÆ mensæ, id est, ex citro arbore factæ *l.* 21. §. 2. *D. de act. emt. vend.* Senec. *de benef. lib.* 7. *c.* 9. Video istic mensas, & æstimatum lignum censu Senatoris, eo pretiosius, quo illud in plures nodos arboris infelicitas torsit. Tertullian. *de Pallio cap.* 5. Adigo cauterem ambitioni, qua M. Tullius quingentis millibus numum orbem citri emit, qua bis tantum Asinius Gallus pro mensa ejusdem Mauritaniæ numerat. Item quantis facultatibus æstimaverunt ligneas maculas? Conf. Jo. Meurs. *de Luxu Rom. c.* 9. *p.* 24. Cujac. 2. *obs.* 5. Hein.

CITRO. Vid. infra *ultro*.

CIVICUM munus pro civili *l.* 4. *C. de fabric.* ubi tamen vulgo *nulli se civi commanere obnoxium*, legitur. Quod mendum præter scriptos codices satis prodit *l.* 6. *C. Theod. de fabricens.* Sic & civilia jura Horatius vocat *lib.* 1. *epist.* 3. *v.* 23. ut Ovid. *lib.* 1. *fast. v.* 22. artes civiles, & forenses *civica arma*.

CIVILE aliquando prætorio, vel honorario opponitur. Ideoque civiles actiones adpellantur legitimæ, seu quæ ex legitimis & civilibus caussis descendunt, ut loquitur Justinianus §. 3. *Inst. de action.* ad differentiam earum, quas prætor ex sua jurisdictione comparatas habet §. 4. *Inst. eod.* Et ita *civiles* actiones *honorariis* opponuntur *l.* 25. §. *ult. D. de oblig. & action. l.* 3. §. 1. *naut. caup. & stab.* eoque sensu civilis actio accipienda in *l.* 1. §. 1. *De superfic. l.* 7. §. 1. *D. ad SC. Trebell. l.* 3. §. *ult. D. si mens. fals. mod. l.* 14. §. 11. *D. de furt.* id est, juris *civilis* actio, uti ait *l.* 14. *D. de precar.* Ita *civilis* incerti actio, id est præscriptis verbis *l.* 7. *D. de pact. l.* 15. *D. de præscript. verb. Civile* negotium eodem sensu gestum dicitur, ex quo civilis obligatio nascitur *l.* 1. *D. de æstimator. Civiles* autem dicuntur, quæ aut legibus institutæ, aut certe jure civili comprobatæ sunt, *prætoriæ* vero seu *honorariæ*, quas Prætor ex sua jurisdictione constituit §. 1. *Inst. de obligat.* Ita civilis obligatio accipitur in *l.* 7. *D. de pact.* Et *jus* civile opponitur *prætorio l.* 17. *D. de castr. pecul. l.* 1. §. *ult. l.* 3. §. 1. *D. de constit. pec.* & alibi passim.

Civile aliquando est, quod non *criminale* est *rubr. C. quand. act. civ. crim. præjud.* Sic negotium civile criminali opponitur *l.* 2. *D. de adpell. recip. Civilis* disceptatio *l.* 1. *C. si quis aliq. test. prohib. Civile* judicium *l. ult. C. de noxal. act.*

Civile etiam naturali opponitur, ut in *l.* 83. §. 5. *D. de*

D. de verb. oblig. Ita civilis adpellatio bonorum *l.* 49. *D. de verb. sign. Civilis* cognatio naturali adversatur *l.* 4. §. 2. *D. de grad. & adf.* Quo sensu & matrem *civilem* dixit Paullus 4. *sent.* 10. 2. *Civilis* possessio *l.* 2. §. 1. *D. pro her.* Vid. infr. *possessio*.

Civile pro æquo, justo, legitimo, ordinario *l.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig.* cui adversatur *incivile*, cujus exempla vide suo loco.

Civiles quæstiones apud Rhetores quænam dicantur, exponit Cur: Fortunat. *lib.* 3. *rhet.*

Civile, quod ad civitatem, vel cives pertinet. Ita *civilia* bella, quæ cives cum civibus gerunt *l.* 9. §. 1. *D. de legat.* 3. quas & *civiles* dissensiones vocat Vlpian. *leg.* 21. §. *ult. D. de capt. & postl.* Bellum *civile* in *l.* 1. *D. de censib.* accipe, quod contra Severum Pescennius Niger in Africa movit.

Civile jus dicitur, quod proprium est cujusque civitatis *l.* 6. 9. *D. de just. & jur. l. ult. D. de superfic.* Jus autem *Civile* Romanum definit Ulpianus in *d. l.* 6. jus id, quo Romana civitas ex Legibus, Plebiscitis, Senatusconsultis, Principum Constitutionibus, Prætorum, Ædiliumque Edictis, & Prudentum Responsis usa est.

Hoc tamen ICtis commune juris *civilis* nomen suum fecit proprium ea pars juris, quæ sine scripto in sola prudentum interpretatione consistit *l.* 2. §. 8. & §. 12. *D. de orig. jur. l.* 74. *D. de hered. inst.* ut minus late pateat *jus civile* hoc sensu, ac quod *civile jus* dicitur oppositum honorario, & de quo paulo ante diximus. Et hoc sensu jus civile, & constitutiones separantur *l.* 5. *C. quor. adpell.* Sed & librum Papirii, quo leges regias in unum composuit, adpellatum *jus civile Papirianum*, librum æque Cn. Flavii, qui actiones continebat, *jus civile Flavianum*, tradit Pomponius *d. l.* 2. §. 2. & §. 7. *D. de orig. jur. l.* 144. *D. de verb. signif.* & Macrob. Saturn. lib. 3. c. 2.

Interdum *juris civilis* adpellatione lex XII. Tabularum demonstratur, ut in *l.* 1. D. *de tutel. l.* 7. *D. de bon. damn.* juncta *l.* 220. *D. de verb. signif. l.* 6. §. 1. *D. de honor. possess. cont. tab. l.* 1. 2. *D. und. cogn. l.* 10. *C. de jur. delib. & pr. Inst. de usucap.*

Civile munus *l.* 1. *C. ad leg. jul. de vi publ.* & passim; quod & civicum in *l.* 4. *C. de fabricens.* adpellari supra diximus. Vid. *munus*. *Civile* negotium Ulp. *fragm. tit.* II. §. 27. officium *l.* 2. *D. de reg. jur.* Vid. officium. *Civilia* onera, id est, munera *l.* 6. *D. de curat furios.* *Civilis* sapientia pro juris civilis scientia *l.* 1. §. 1. *D. de extraord. cognit.*

CIVILIA verba, quæ & legitima, & directa, & imperativa adpellantur *l.* 7. *De vulg. & pup. substit.* Ulpian. *fragm. tit.* 25. §. 1. *Fideicommissum est, quod non* civilibus *verbis*, *sed precativis relinquitur*, id est, non directis, & imperativis, sed precariis, & inflexis verbis.

CIVILITER interdum est jure civili, ut cum dicimus *civiliter* obligari *l.* 1. §. 1. *D. si mens. fals. mod.* & *civiliter* possidere *l.* 3. §. *ult. l.* 7. *D. ad exhib. l.* 24. *D. de adquir. possess.* *Civiliter* ergo & *naturaliter* opponuntur. Ita civiliter resolvi dicitur obligatio veluti acceptilatione, & confusione, naturaliter vero solutione, aut interitu rei promissæ *l.* 107. *D. de solution.* Similiterque in *l.* 53. *D. de adquir. rer. dom.* civiliter adquiri dicuntur, quæ juris ministerio verbis, sine aliquo corporali facto, adquiruntur, veluti stipulatione, *naturaliter* vero, seu corporaliter, veluti possessio. Hinc & *civiliter*, & quasi more civitatis *leg.* 41. *D. de verb. signif.* ubi *civiliter*, & *natura* turpia opponuntur.

Civiliter, id est legitime, & secundum juris civilis regulas, vel civili modo. Sic *civiliter* nupta *l.* 28. §. 3. *D. de lib. & post.* Liberum hominem civiliter in potestate non habemus *l.* 23. §. *ult. D. de adquir. possess.* Civiliter annum non ad momenta temporum, sed ad dies numeramus *leg.* 134. *D. de verb. signif.*

Civiliter etiam, & *jure prætorio* opponuntur *l.* 17. *D. de castr. pecul.*

Civiliter agere, & *criminaliter* opponuntur *l. ult. D. de furt. Rubr. C. Theod. victum civiliter & criminalit. ag. posse*. Sic civiliter dicuntur exerceri incendia *l.* 28. §. 12. *D. de pœn.* moveri actiones *leg.* 37. *D. de injur.* & disceptationes *l.* 3. *C. de ordin. judic.*

Civiliter, id est, cum aliquo temperamento vel non immodice. Celsus: Per quamlibet fundi partem ire, agere licebit, *civiliter* modo *l.* 9. *D. de servitut.*

CIVIS. *Cives* Romani *l.* 32. *D. de jur. fisc.* Eorum differentias, & genera vide in *l.* 4. *D. de his, qui sui vel al. jur.* Cives Romani uti fierent, qui manumitterenrur, vid. §. 3. *Instit. de libertin.* Jus potestatis, quod in liberos habemus, proprium est civium Romanorum §. 2. *Inst. de patr. pot.* Cives Romanos alia, quam per portas, egredi non licet *l. ult. D. de rer. divis.* Mancipatio locum habet inter cives Romanos Ulpian. *fragm. tit.* 19. §. 4. In caput civis Romani injussu populi animadverti non poterat *l.* 2. §. 16. *D. de orig. jur.* In orbe Romano qui sunt, cives Romani effecti sunt, ex constitutione Imp. Antonini *leg.* 17. *D. de stat. hom.* ubi Antoninum non Pium, sed Caracallam esse intelligendum extra omne dubium posuit Ez. Spanhemius, qui omnibus, ea de re post se aliquid dicturis, ocium fecisse videtur, in *lib. de Orbe Romano*.

Cives etiam adpellantur, qui in municipio quodam, vel colonia jus civitatis impetrarunt. Tales *cives* origo, manumissio, adlectio, vel adoptio facit *l.* 7. *C. de incol.* Sane cujusque civitatis *cives l.* 1. *D. ad municipia.*

CIVITAS. Cic. *lib.* 1. *de Republ.* apud. Non. Marcell. Ejusmodi conjunctionem tectorum oppidum, vel urbem adpellamus, delubris distinctam,

ſpaciiſque communibus. Omnis ergo populus, qui eſt talis coetus multitudinis, qualem expoſui, *Civitas*, omniſque civitas eſt conſtitutio populi. Idem N. . Marcell. *Inter urbem & civitatem hoc intereſt, Urbs eſt ædificia, civitas incolæ.*

Ita vero proprie vocantur reſpublicæ αὐτονόμοι, & κατ᾽ ἐξοχὴν pro Romana, quam loquutionem non inuſitatam eſſe, patet ex *l.* 2. §. 4. 7. 8. 28. *D. de orig. jur.* ut ubi notavit Bynkersh *in prætermiſſ. pag.* 15.

Sæpe tamen municipium, vel colonia *Civitatis* nomine venit, ut *Civitas* Antiochenſium *l.* 37. *D. de reb. auct. jud. poſſ.* Berytiorum *l.* 1. *C. qui ætat. vel profeſſ.* Emiſenorum. *l. ult. D. de cenſib.* Rhodiorum *l.* 6. *Cod. de offic. rect. prov.* Sebaſtenorum *l.* 21. §. 3. *D. de ann. legat.* Tyriorum *leg. ult. D. de cenſib. Civitates* privatorum loco habentur *leg.* 16. *D. de verb. ſignif. Civitatis*, ad quam decurionum pertinent ſedes *l.* 1. *D. de decurion.*

CLABULA, vel Talea olim dicta, quæ de tenero ramo ex utraque parte præcidebatur æquabiliter: idque Varro *lib.* 1. *de re ruſt. c.* 40. tradit. Quem locum Non. Marcell. in voce *Taleas*, ſciſſiones lignorum, vel præſegmina interpretatur. Hinc *Clabulare* vehiculum, quod capſam clabulis, id eſt bacillis, & viminibus contextam habebat Jo. Scheffer. *de re vehicular. vet. lib.* 2. *c.* 29. *pag.* 335. *ſeq. Hein.* Et ab hoc clabulari vehiculo eſt.

CLABULARIS curſus in *l.* 2. *l.* 5. *C. Theod. de curioſ.* & in *l.* 22. *C. de curſ. publ.* (ubi perperam *ambularis* legitur) vehicularis curſus genus quoddam fuit, ad cujus procurationem electi viri idonei, qui & evectiones commeantium exactiſſima cura inſpicerent, & alimenta, quæ fiſcus ſuggerebat, miniſtrarent. Præcipiunt hoc Imperatores in *l.* 23. *C. Theod. de curſ. publ. & l.* 2. *C. Theod. de curioſ.* Ammian. Marcellin. *lib.* 20. *cap.* 7. Julianus contemplans rationabiles querelas, cum familiis eos ad orientem proficiſci permiſit, *clabularis* curſus poteſtate permiſſa. Vid. Cujac. *Tom.* 2. *op. p.* 933. Clabulariæ regiones *l.* 44. *C. Theod. de curſ.*

CLADES. Si tanta emerſerit clades, quæ prorſus rei faciat interitum *l.* 1. *C. de jur. emphyt.* Cladem autem quaſi clam data ſit, dictam putat Papias.

CLAM, id eſt, latenter & furtive *l.* 54. *D. de admin. & peric. tut.* Hinc.

Clam poſſidere eum dicimus, qui furtive in poſſeſſionem ingreſſus eſt, ignorante eo, quem ſibi controverſiam facturum, ſuſpicabatur, &, ne faceret, timebat *l.* 6. *D. de adquir. poſſeſ.* Heres quoque ejus, qui precariam poſſeſſionem tenebat, ſi in ea manſerit, *clam* poſſidere videtur, auctore Paullo 5. *ſent.* 6. 12. Ita *clam* ab aliquo poſſidere, accipimus in interdicto uti poſſidetis *l.* 1. *D. uti poſſid. l.* 4. *D. pro ſuo l.* 10. *D. ſi ſerv. vind.* Eodem modo dicitur quis *clam* ab aliquo aquam ducere in interdicto *de aqua quotidiana.* Et *clam* utitur, ut Ulpianus definit, qui ipſe prohibitus utitur, vel qui, prohibente eo, cui id jus utendo conſervabat, utitur *l.* 3. *pr.* §. 1. *D. de itin. actuqu. priv.*

In interdicto *quod vi, aut clam*, CLAM videtur facere, qui celavit adverſarium, neque ei denunciavit, ſi modo timuit ejus controverſiam, aut debuit timere *l.* 3. §. *ult. D. quod vi aut cl.* Add. *l.* 73. §. 2. *D. de regul. jur.* Vid. infra *Quod vi aut clam.*

CLAMOR. Propter illum aliquando parcebatur ſervo, qui cum hero domi occiſo ſub eodem tecto fuerat, ut locus non eſſet rigori SC. Silaniani Ulp. *l.* 1. §. 34. *ſeq. D. ad SC. Silan.* Excuſantur autem ſervi, qui auxilium tulerunt ſine dolo malo. Tuliſſe autem auxilium is quoque videtur qui, quidquid potuit, fecit, tametſi dominus interfectus eſt, veluti ſi quis clamaverit, ut ad auxilium conveniretur, aut terruerit adgreſſores. Non tamen ſemper, qui & clamore uſus eſt, auxilium tuliſſe videtur. Quid enim ſi poſſet manu depellere a domino periculum, ille clamorem inanem elegit? Plectendus utique erit.

Lex XII. Tabularum furem nocturnum occidere permittit, ut tamen id ipſum CLAMORE teſtificetur, interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendit, ut tamen æque cum *clamore* teſtificetur. Cajus *l.* 4. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* Vocabant veteres talem *Clamorem quiritationem*. Liv. *lib.* 33. *c.* 27. quemadmodum clamore aliorum auxilium implorare, iis erat *quiritare*, vel *quiritari*, id eſt, *Quiritium fidem invocare*, ut loquitur Petron. in Satyr. *c.* 21. Utebantur enim formula: *Porro Quirites*, de qua Turneb. 13. *adverſar.* 32. & *Theod. Canter.* 1. *Vag. Lect.* 3. Hein.

CLANDESTINA damna *l.* 2. §. 9. *D. de vi bonor. rapt.* Clandeſtinæ inſidiæ *l.* 9. *C. de his, quæ ut indign.* Clandeſtina poſſeſſio *l.* 4. §. *ult. D. de adquir. poſſ. l.* 7. §. 4. 5. *D. commun. divid.* a quibus cauſſis ſeparari non poſſit, docet Julianus *d. l.* 4. §. *ult.* Clandeſtinam electionem adpellat Bernard. in *c. quia propter* §. *fin. de election. in antiq.* quæ ſingulariter fit, & per occulta conventicula.

CLARERE, pro conſtare *l.* 2. *C. de fund. rei priv. l.* 2. *C. de apoch. publ.* Tacit. 4. *hiſt.* 73. Quo eventu Germaniæ bella tractavimus, ſatis *claret*.

CLARA dignitas *l. ult. D. quod met. cauſ.* eadem ac clariſſima dignitas *l.* 8. *D. de ſenator.* itemque claritas vocatur *l.* 10. *D. de nupt.* Clara perſona, Senatoris puta, vel uxoris ejus *l.* 5. *D. de curat. furioſ.*

CLARISSIMATUS dignitas *leg.* 9. *C. Theod. de domeſt.* & aliis locis, id eſt, clariſſimorum dignitas, ut loquitur *l.* 6. *D. Theod. de proxim. Comit. diſpoſit.* Ammian. Marcellin. *lib.* 21. *c.* 31.

Nec

Nec sub eo dux quidam cum *Clarissimatu* provectus est.

CLARISSIMI viri *l.* 18. *D. de jur. fisc.* Clarissimæ personæ *l.* 100. *D. de verb. signif.* Clarissimarum autem personarum adpellantur feminæ etiam nuptæ clarissimis personis, non item filiæ senatorum, nisi quæ viros clarissimos sortitæ sunt *l.* 8. *D. de senator.*

Sane Prætor urbanus vir *Clarissimus* dicitur in oratione Severi *leg.* 1. *D. de reb. eor.* Proconsules etiam viri clarissimi adpellantur *l.* 1. *C. si ex fals. l.* 3. *C. si adv. eem. judic.* Sed & in principalibus constitutionibus & præsides provinciarum *Clarissimorum* virorum titulo honorantur *l.* 1. *C. si adv. rem. jud.* itemque magistri census *l. ult. C. de jur. emphyt.* nec non principes agentium in rebus *l. ult. C. de decurion.* Silentiarii sacri palatii *l. ult. C. de excus. tut.* Advocatos etiam, deposito advocationis officio, *Clarissimi* ordinis comitum dignitate frui constituit Anastasius *l.* 1. *C. de advoc. divers. judic.*

CLARISSIMUS sine adjecto idem ac senator *lib.* 52. *C. Theod. de hæret. l.* 23. *C. Theod. de adpell.* uti Clarissima senatoris uxor apud Paullin. *in vita Ambros. Per idem tempus trans Tiberim, apud quamdam Clarissimam invitatus*. Sic & ordo Clarissimus pro senatu. Prudent. *adv. Simmach. lib.* 1. *v.* 490. Clarissimorum auctoritas pro SCo. *Hein.*

CLARITAS generis *l.* 14. *C. de dignit. personarum* Plin *lib.* 2. *c.* 58.

CLARUM, perspicuum, indubitatum. *Clari*, & aperti juris est *l.* 14. *C. de fideicom.*

CLASSIS Seleucena *l. un. C. de class.*

CLAUDERE, veteribus *cludere*. Unde *clusus* pro clausus passim in pandectis scribitur. Vid. infra *clusus*.

CLUDIA aqua in *l.* 2. §. 36. *D. de orig. jur. l. ult. C. Theod. de aquæ duct.* & Cassiodor. 7. *var.* 6. Ea, ut Pomponius tradit, ab Appio Claudio Centumano, qui eam in urbem induxit, hoc *Claudiæ* nomen invenit. Idem vero *Appius Claudius Crassus* fuit, qui non *Centumanus* sed *Cæcus* cognominatus. Ipse in Censura, quam cum C. Plautio primum, deio solus, quum se magistratu collega abdicasset, gessit, non modo viam munivit, & usque Brundusium lapide stravit, quæ inde Appiæ adpellationem traxit, verum etiam aquam Anienem in urbem induxit, quemadmodum Liv. *lib.* 9. *c.* 29. Auctor *libri de Viris Illustrib. c.* 34. & Cassiodorus *in Chronico* auctores sunt. Adde Eutrop. *lib.* 2. *c.* 4. & Frontin. *lib.* 1. *de aqua duct.* Hic Appii in Censura collegam non C. Plautium, sed C. Fabium, sed & ab Appio Claudio ductam aquam æque, atque ab eo munitam viam, *Appiam* adpellatam scribit: *Claudiæ* vero aquæ ductorem dicit Claudium Imperatorem, quod facit & Plinius *lib.* 36. *c.* 15. Item Aurel. Victor Epitom. *c.* 4. de Claudii principatu agens: *Aqua*, inquit, *Claudia Romæ inducta*: Testis quoque est Suet. *in Claud. c.* 21. Cujus discordiæ sedandæ caussa, necesse est, duplicem aquam Claudiam faciamus, unam ab Appio Claudio, alteram ab Imperatore *Claudio* inductam. Et forte illa, postquam altera inducta est. *Appia Claudia*, ac brevius, *Appia* cognominari coepit.

Claudia lex. De hac Ulpian. *tit.* 11. §. 8. his verbis: *Quantum ad agnatos pertinet, hodie cessitia tutela non procedit: quoniam permissum erat in jure cedere tutelam feminarum tantum, non etiam masculorum: Feminarum autem legitimas tutelas* Lex Claudia *sustinet, excepta tutela patronorum*. Quæ verba nihil aliud volunt, quam Legem Claudiam conservasse tutelam agnatorum femininam, quumque antea ista in jure cedi posset, prohibuisse, ne in posterum illi cessioni locus esset, præterquam in tutela legitima patronorum. Vid. Schulting. *Jurispr. vet. ante justin. p.* 597. Hein.

Sustinet in Glossis Philoxeni ὑπομένει, id est, *prorogat*, continuat, sic ut cedi nolit, vid. voce *sustinere*. Claudius scilicet Imp. muliebrem tutelam non *sustulit*, (ut quidam perperam legunt) sed *sustinuit*, id est eam cedi noluit. Breviter, *Cessitiam* tutelam muliebrem sustulit: at muliebrem tutelam legitimam sustinuit. Hæc Jac. Gothofr. in Comm. ad *l.* 2. *C. Theod. de tut. & cur.* qui & ibi observat & alterum fuisse legis *Claudiæ* caput, quo adversus antiqui juris auctoritatem patruo consanguineo legitima tutela non deferebatur, quod a Constantino M. sublatum, antiqui juris auctoritate reducta, quod testatur nominatim Leo Imp. in *l.* 3. *D. de legit. tut.* Quin constituit idem Constantinus M. ne consanguineus patruus legitimam tutelam muliebrem recusare possit *d. l.* 2. *C. Th. de tut. & cur.*

CLAUDIANI SCti de mulieribus quæ se servis junxerant, fit mentio apud Ulpian. 11. *fragm.* 27. Paul. 4. *Sent.* 10. 2. *l.* 4. *C. Theod. ad SC. Claud. l.* 10. *C. Theod. de muril eg. l.* 179. *C. Theod. de decurion.* Sublatum id a Justiniano *l. un. C. de SC. Claud.* §. *ult. Instit. de success. subl. Claudianum* idem SC. de nuptiis, quas major sexagenario cum ea, quæ quinquagenaria minor erat, contraxisset. Ulpian. *fragm. tit.* 16. §. 3. Silaniano SCo *Claudianum* adjungitur *Rubr. D. de SCo. Silan. & Claudiano*.

Sunt & alia *SCa Claudiana*, veluti de re nautica, cujus capita quædam sparsim memorantur, ut *l.* 3. §. 8. *D. de incend. ruin. naufr. l.* 3. *D. de vacat. & excus. mun. l.* 5. §. 3. *D. de jur. immunit.* apud Ulpian. *fragm. tit.* 3. §. 1. & 9. & Suet. *in Claud. c.* 18. & 19. *Edicti Claudiani*, ad legem Corneliam de falsis facti, mentio fit *l.* 14. §. 2. & *l.* 15. *D. ad leg. Cornel. de fals.* Late de SCis Claudianis Petrus Faber *semestr. lib.* 1. *c.* 25. *p.* 143. ubi non omnia SCa Claudiana Claudio Imp. tribuenda esse ostendit *Hein.*

CLAUDIUS Imperator Divus adpellatur *l.* 2. §. 32. *de orig. jur. l.* 15: *D. de leg. Cornel. de falf.* Eutrop. *lib.* 7. *c.* 8. de Claudio: *Post mortem consecratus est, divusque adpellatus. Claudianis* temporibus *l.* 3. §. *ult. D. de incend. ruin. nauf.*

Claudius Triphoninus Jurisconsulsus notas ad Scævolæ Digesta scripserat, ut ostendit *l.* 58. *D. de administr. & peric. tut.* ex quibus Tribonianus descripsit integra capita in *l.* 36. *D. de legat.* 3. *l.* 17. *D. de fideicom. libert. l. ult. D. de his quæ ut indign.* extra quos tres locos *notæ* istæ, nudo *Claudii* nomine præfixo, Scævolæ fragmentis sparsim insertæ citantur in *l.* 38. *D. de legat.* 2. *l.* 37. 42. *D. de legat.* 3. *l.* 32. §. 1. *D. de usu & usufr. leg. l.* 15. 16. *D. de alim. & cib. leg. l.* 28. *D. de liberat. leg. l.* 77. §. *ult. l.* 78. *D. ad SC. Trebell. l.* 59. §. 1. *D. de manum. testam.* Unde adparet, *Claudianas* istas *notas* Scævolæ responsis summa brevitate subjectas fuisse. Idem Tryphoninus *Disputationum libros* unum & viginti scripserat, ex quibus complura Pandectarum capita sumta. Fit hujus *Tryphonini* mentio in *l. ult. D. de jur. fisci*, & apud Lamprid. *in Alex. c.* 68. ubi male *Tryphonius* legitur. Hunc Imperatorum Severi, ac Antonini temporibus vixisse colligitur ex eo, quod *l.* 39. *D. de pœn.* ait: Ab Imperatoribus nostris rescriptum est. Vid. art. *noster*.

Claudius Venulejus Saturninus Jurisconsultus scripsit *stipulationum libros* 19. *de actionibus libros* 10. *Disputationum libros* 7. *De interdictis libros* 6. *De officio Procos. libros* 4. *Publicorum* seu *de publicis judiciis libros* 3. *De pœnis Paganorum* librum singularem, ex quibus plura pandectarum capita sumta sunt. *Claudii Saturnini*, Prætoris, meminit *l.* 6. §. *ult. D. mand.* Eum Antonini Pii temporibus vixisse, argumento est, quod Marcianus *l.* 1. §. 2. *D. qu. res pign.* ait: *D. Pius Claudio Saturnino rescripsit.* Errant utique, qui ab hoc *Venulejo Claudium Saturninum* divellunt.

CLAUDUS pro quo *clodus*, quod verbum vid. infra.

CLAVES magis domus portio, quam instrumentorum sunt *l.* 22. §. 24. *D. de instr. vel instr. leg. Clavibus* traditis ita mercium in horreis conditarum possessio tradita videtur, si claves apud horrea traditæ sint *l.* 74. *D. de contrah. emt.*

CLAVICARIUS in *l.* 2. *C. de excus. artif.* est clavium artifex. Sed & commentariensium ministri, seu carcerum custodes his non dissimiles. *Clavicularii* vocantur a Jul. Firmico *lib.* 3. *mathes. cap.* 6.

CLAUSTRA ædium *l.* 17. *D. de act. emt.* armariorum *l.* 52. §. *ult. D. de legat.* 3. carceris *l.* 2. *C. de custod. reor.* Est enim claustrum id, quo quid clauditur.

CLAUSTRITIMUS pro carceris custode, eadem forma dicitur, ac *aditimus* pro eo, qui ædes tuetur Gell. *lib.* 2. *cap.* 10. Idem & *claustrarius*. Glossæ Cyrilli: *Clostrarius* θυρωφύλαξ. *Hein.*

CLAUSULÆ nomen de cujuslibet orationis parte, capite, scriptura usurpatur. Sic *clausula* de bonorum possessione contra tabulas *l.* 1. §. 2. *D. de bon. poss. contr. tab.* compromissi *l.* 25. §. 1. *D. de rec. arb.* de dolo malo *l.* 13. §. 5. *D. de acceptil.* alias doli *l.* 22. *D. de verb. obl.* Sic autem jurisconsulti adpellant eam stipulationis partem, qua dolum malum abesse, absuturumque esse cavebatur. *Clausula* de defendenda re *l.* 6. *D. de procur.* alias ob rem non defensam, qua in judicatum solvi stipulatione, re non defensa, quanti ea res erit, promittitur *l.* 3. §. *ult. l.* 13. *l.* 17. *D. judic. solv. l.* 15. *D. de procur. Clausula* edicti *l.* 23. §. 3. *D. quib. ex cauf. maj.* de re judicata *l.* 6. 7. *ult. D. judic. solv.* SCi *l.* 23. *D. de hered. pet.* stipulationis *l.* 17. *D. judic. solv.* de suspectis tutoribus *l.* 1. *D. de susp. tut.* testamenti *l.* 30. 31. *D. de legat.* 1. de ventre in possess. mitt. *l.* 6. *D. de inoff. testam.*

CLAUSURAS vel *clusuras* in *l.* 2. §. 3. *C. de offic. præf. præt. Afr. l.* 4. *C. de offic. magistr. offic. l. ult. C. de offic. magistri mil.* Suida interprete, accipe ὀχυρώματα τῶν διαβάσεων vel angustias aditaum, quæ regionem aperiunt: quas posterioribus sæculis vulgus etiam *clusas* vocavit. De hoc vocabulo vide, quæ plena manu ex medii ævi scriptoribus severunt Vossius *de vit. sermonis*, & Car. Du-Fresne *in glossar. med. & infim. latinit.*

CLAVUS. *Clavi* aurei, & purpurei pars vestimentorum *l.* 10. §. 3. *D. de aur. arg. leg.* ubi ex Pomponio adjicit Ulpianus: *Etsi non sunt clavi vestimento consuti, tamen veste legata contineri.* Cocco *clavata* mantilia apud Lamprid. *in Alexand. c.* 37. & auro *clavata* tunica apud Vopisc. *in Bonoso c.* 15. *Clavorum* porro alii *lati* erant, alii *angusti*. Varro *lib.* 8. *de ling. lat. Si quis tunicam in usu ita consuat, ut altera plagula sit angustis clavis, altera latis, utraque pars in suo genere caret analogia. Clavo* autem *lato* Senatores, *angusto* equites utebantur. Inde est, quod ait Lamprid. in Alexand. c. 27. *Tum satis esse constituit, ut equites Romani a senatoribus clavi qualitate discernerentur.* Proinde Ovidius in equestri se ordine mansisse significans *lib.* 4. *trist. eleg.* 9. *Curia*, ait, *restabat, clavi mensura coacta est.* Hinc *lato clavo* ab Imperatore honorari, apud Ulpian. *fragm.* 7. §. 1. est, Senatorii ordinis insignibus honorari, quo genere loquendi *latum clavum* a Cæsare impetrare dixit Plin. *lib.* 2. *epist.* 9. Hinc *lati clavii*, qui latum clavum gestabant, apud Sueton. in *Aug. c.* 38. & *in Ner. cap.* 20. Addit Heineccius de *clavo*, tunicisque *laticlaviis*, & *angusticlaviis* ex instituto egisse Claud. Salmasium *ad script. hist. aug. pag.* 510. & Octav. Ferrar. *de re vestiaria .. Rom. part.* 1. *lib.* 3. *cap.* 12. *p.* 206. ubi & Scaliger, & Cujacius notan-

rantur, qui *clavos* vestibus non consutos, sed humeris inditos in pectus usque demissos existimant. Eos sane vel Ulpianus *l.* 23. §. 1. *de nur. urg.* in viam revocare potuisset, qui expresse *clavorum vestimento insutorum* meminit. Sunt ergo *lati*, & *angusti clavi* purpuræ, vel auri segmenta variæ figuræ, quæ tanquam emblemata vestibus, ornatus caussa, insuebantur.

Clavus etiam gubernaculum est, ut in *l.* 3. §. *ult. D. de incend. ruin. naufr.* Recte autem Ulpianus, vel potius SCum Claudianum plurium clavorum, vel unius ex his meminit. Veterum enim naves plures habuisse clavos, plura gubernacula, infra ad vocem gubernaculum notabimus. *Hein.*

Clavus & morbis adnumeratur *l.* 12. *D. de ædilit. edict.* Sic autem a medicis adpellatur callosum tuberculum album, rotundum, capiti clavorum non adsimile, quod toto quidem corpore, præcipue tamen pedum plantis, digitisque innascitur, doloremque gradum moventibus gignit. Cornel. Celsus *lib.* 5. *cap.* 28. Clavus autem, ait, nonnumquam etiam alibi, sed in pedibus tamen maxime nascitur, præcipue tamen ex contuso: quamvis interdum aliter: doloremque, etiam si non alias, tamen ingredientibus movet, ἧλον græci eadem ratione, & loquendi figura dicunt. Plinius *lib.* 21. *cap.* 29. de lilii radicibus *propter clavos pedum in vino decoquuntur*. Clavis pedum remedia demonstrat idem auctor *lib.* 20. *cap.* 3. *lib.* 21. *c.* 20. *lib.* 24. *cap.* 6. *lib.* 28. *c.* 16. *lib.* 31. *c.* 9. Hujus doloris impatientia Silium Italicum vitam inedia finisse, Plinius *lib.* 3. *epist.* 7. scribit.

CLEMENTIA, hoc elogio se ornant Impp. in *l.* 1. *C. Th. de temp. curs. l.* 3. 5. *C. Theod. de indulg. deb. lib.* 1. *C. de summ. trin. l.* 1. *C. de his qui ven. ætat.*

CLERICATUS, collegium clericorum *l.* 16. *C. de episc. & cler.*

CLERICOS interpretantur Impp. eos, qui divino cultui ministeria religionis impendunt *l.* 2. *C. Theod. de episc. & cler.* Quo nomine comprehendi omnes, qui in ecclesia Christi deserviunt, veluti ostiarios, psalmistas, lectores, exorcistas, acolythos, subdiaconos, diaconos, presbyteros Isidor. *lib.* 6. *orig. c.* 12. Adde Justiniani *Novell.* 123. *cap.* 19. & *l.* 6. *C. de episc. & cler.* Clerici nihil commune cum publicis actibus, vel ad curiam pertinentibus habeant *l.* 42. *pr. C. Th. de episc. & cler. Clerici* autem dicti a græco κλῆρος *sors*, quod per sortem eligerentur *c. cleros.* 1. *dist.* 21. quam electionem Pontifices non adprobant *c. fin. de sacrileg.*

CLERUS. Ita Suidas dici ait σύστημα τῶν διακόνων, καὶ πρεσβυτέρων, *ordinem Diaconorum, & presbyterorum.* Sed paullo latius, pro omnibus clericis, accipi id vocabulum videtur *in lib.* 13. *C. de SS. Eccl.*

CLIBANARII in *l.* 9. *C. Th. de annon. civ.* & apud Eutrop. *lib.* 6. *cap.* 7. sunt equites cataphracti. Et ita verbum hoc accipiendum in *Notitia Imperii Rom.* in qua quum Magistri militum præsentalis dispositio recensetur inter vexillationes *Equites Clibanarii* Parthi, & Persæ numerantur. Ex quarum nationum lingua in Latinum verbum *clibanariorum* invectum adparet ex loco Lampridii in *Alexand. cap.* 55. *Centum & viginti equitum millia fudimus, cataphractarios, quos illi clibanarios vocant, decem millia in eo bello interemimus.* Item ex Ammian. Marcellin. *lib.* 16. *cap.* 16. his verbis: Sparsique cataphracti equites, quos *clibanarios* dictitant Persæ. Et sane Bochartus in *Phaleg. lib.* 3. *cap.* 13. *p.* 191. ostendit, equitem cataphractum chaldeis fuisse *gilbanar* a ferri squama, seu lamina. Squamata enim fuisse illa equitum, & equorum tegumenta præter Ammian. Marcellinum *ibid.* docet Heliodorus in *Æthiop. lib.* 9. *capit.* 25. *p.* 43. & Suid. in voce θώραξ. *Clibanariorum* porro mentio est apud Veget. *lib.* 3. *capit.* 6. his verbis. Et bini cataphracti equi jungebantur ad currum, quibus insidentes clibanarii sarissas, hoc est, longissimos contos in elephantes dirigebant. Claudianus *lib.* 6. *de Consulatu Honorii* eosdem ita describit. *Ut chalibe indutos equite, & in ære latentes-Vidit cornipedes, quanam de gente rogabat, Ferrati venere viri? Quæ terra metallo-Nascentes efformat equos? Nunc Lemnius auctor Addidit hinnitum ferro.*

CLIBANUS thoracem, quo pectus tegitur, significat, ut ex latina interpretatione libri Imp. Leonis *de bellico adparatu c.* 6. patet. Auctor etiam libelli *de rebus bellicis*, qui *Notitiæ Imp. Rom.* subjicitur, de thorachomacho agens: *Hoc enim*, ait, *vestimenti genus, quod de coactili ad mensuram, & tutelam pectoris humani timoris sollicitudo, sollertia magistra composuit, ut hoc inducta primum lorica, vel clibanus* (sic enim emendandum est) *aut hic similia, fragilitatem corporis ponderis asperitate non læderet.* Clibanum autem ferreum fuisse pectoris tegumen, ostendit Macarius *Homil.* 17.

CLIENS. Ita liberi homines dicebantur, qui se ad potentiorem aliquem adplicabant, ut ejus patrocinio defenderentur, protegerenturque; de quorum origine vide Dionys. Halicarn. *l.* 2. *pag.* 84. Plutarch. *in Romulo p.* 24. πρόστατας, clientes πελάτας vertit. Gell. *lib.* 5. *cap.* 13. Constabat, ait, ex moribus populi Romani, primum juxta parentem tenere pupillos debere, fidei, tutelæque nostræ creditos: secundum eos proximum locum clientes habere, qui se itidem in fidem, patrociniumque nostrum dederunt. Clientes libertis comparasse videtur Ulpianus *lib.* 5. §. 1. *D. de iis, qui dejec. vel effud.* Clientes suscepti qui sint, vid. apud Serv. *lib.* 6. *Aen.* Salvian. *lib.* 5. *de gubern. Dei*, Gothofr. *ad l.* 132. *pr. de V. O.*

CLI-

CLIENTES etiam dicuntur, quorum caussam patrocinio nostro tuendam suscipimus *l.* 1. *C. de advoc. divers. judic.*

In CLIENTELAM quem suscipere *leg.* 1. *C. ut nemo ad suum patroc. suscip.* Moris utique fuit apud antiquos, ut provinciales, & socii populi Romani in clientelam sese darent, vel toti senatui, vel certis proceribus Romanis, quos patronos sibi adoptabant privatim, ut docet G. Bud. *in priorib. adnot. ad Pand.* Quæ necessitudo id ferebat, ut clientes perpetua patronum protectione defenderentur, ac ipsi vicissim eos omni obsequio colerent. Ex his cogitationibus tutandæ vitæ, ac fortunarum omnium, veluti scintillis quibusdam, cœpit initium beneficiariæ consuetudinis, quæ aucta est multum propter continuam bellorum molestiam.

CLIVOSA via *lib.* 2. §. 32. *D. ne quid in loc. publ.* id est, in sublime surgens, & opponitur planæ.

CLIVUS Capitolinus *l.* 52. §. 2. *D. ad leg. Aquil.* & apud Cic. 2. *Philip.* 7. & *lib.* 2. *ad Attic. epist.* 16. Ascon. *in Milon. c.* 24. Cn. Manlius Tribunus Plebis quum per tumultum ageret, & *Clivum* Capitolinum obsideret. Ανοδον την εις το Καπιτωλιον φερουσαν, *adscensum, quo in Capitolium itur*, vocat Dionys. Helicarnass. *lib.* 6. *p.* 34.

Clivos facere *l.* 20. §. 1. *D. de servit. urb. præd.*

CLOACA locus concavatus, per quem colluvies defluit *l.* 1. *D. de cloac.* Victorinus *de ortograph. Non est* Cloaca, *ut putatis*, sed Cluaca quasi *conluaca*. De Cloacis Urbis Romæ vide Livium *lib.* 5. *c.* 55. Plin. *lib.* 36. *c.* 15. Cassiodor. *lib.* 3. *c.* 30. Eas primum fecit Tarquinius Priscus, ut cum Livio *lib.* 1. *c.* 38. auctor est Eutrop. *lib.* 1. *c.* 5. Cloacæ immittendi jus *l.* 7. *D. de servit.*

Interdictum de CLOACIS ad urbanas referri debet, nec ad retinendam possessionem datur, qua de re Prætor intercidere dedignatur *l.* 1. *D. uti possid.* sed quod maxime pertinet ad publicam salutem, securitatemque, ad reficiendas & purgandas cloacas: in quo hoc proprium est, ut detur etiam ei, qui ab adversario vitiose possidet, est autem prohibitorium & de cloaca privata. Sed est & aliud prohibitorium, & restitutorium de publica. Ne quid fiat in Cloac. publ. & si quid in ea re factum erit, quo ususejus deterior sit, fiat, ut restituatur. Vid. *l.* 1. *D. de cloac.* Cloacam ducere, & cloacam immittere jurisconsulti dicunt *l.* 1. §. 9. *&* §. 11. *D. cloac. l.* 2. §. 26. *D. ne quid in loc. publ. l.* 7. *D. de servit.*

CLOACARIUM tributum, quod cloacarum purgandarum causa infertur *l.* 27. §. 3. *D. de usufr. l.* 39. §. 5. *D. de legat.* 1. Ad cloacarum autem purgationem olim iis, qui diu pœna functi erant, usos, Trajani epistola ad Plinium *l.* 10. ostendit.

CLODIUS eadem forma pro *Claudius* occurrit non semel in pandectis. Vid. supra *Claudius*.

CLODUS pro *claudus* legitur in *l.* 13. *D. de ædilit. edict.* & apud Isidor. *l.* 10. *etym.* Idem *l.* 12. *c.* 3. Antiqui, ait, soricem *Sauricem* dicebant, sicut & *clodum claudum*.

CLUSA arca *l.* 16. *D. depos.* pro clausa. Ita *clusis* horreis *l.* 1. §. 21. *D. eod.* tabulis *l.* 3. *C. de jur. delib. l.* 25. §. 6. *D. de adquir. vel omitt. her.* Clusum templum *l.* 10. §. *ult. D. ad leg. jul. peculat.* Clusos in SC. Silaniani tractatu quomodo accipere debeamus, vide in *l.* 1. §. 6. *D. ad Sc. silan.*

CLUSURÆ. Vid. CLAUSURAS.

CLYPEI verbo in *l.* 5. §. 12. *D. qui effud. vel dejec.* imago significatur. Illic enim pictor in pergula clypeum, vel tabulam expositam habuisse proponitur. Quæ vocis hujus significatio a Frontone, & a Sosipatro adnotata est. Fontes vero, ex quibus hujusce significationis origo manavit, Plinius aperit *l.* 35. *c.* 3. his verbis: *Scutis enim, qualibus apud Trojam pugnatum est, continebantur imagines. Unde & nomen habuerunt clypeorum, non, ut perversa grammaticorum voluit subtilitas*, a cluendo. *Origo plena virtutis faciem reddi cujusque in scuto, qui usus illo fuerit.* CLYPEUM nonnulli dictum ajunt ab ipsa celatura scuti απο τε γλυφειν, quod in scutis imagines forent. Sueton. *in Domic. c. ult.* Scalas etiam inferri, clypeosque, & imagines ejus coram detrahi. Livius *lib.* 41. *in fin.* Clypea dixit plurative, Trebellius Pollio *in Claud. c.* 3. Illi *clypeus* aureus, vel ut grammatici loquuntur, *clypeum* aureum senatus totius judicio in Romana curia collocatum est. Veteres glossæ: *Clypeum*, ubi imagines proponuntur. Beda de orthigrafia: Clypeus masculino genere in significatione scuti ponitur. Neutrali autem imaginem significat. Sed auctoritas variat.

CLYSTER, cujus mentio est in *lib.* 9. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* instrumentum, quo medicamentum injicitur, quodque Galeni temporibus fuisse vesicam, cui cornea, vel alterius materiæ fistula recta, & fracta ad finem adnexa erat, ex multis ejus auctoris locis colligi, ferunt. Ejus certe usum homines ab Ibi Aegyptia voluere, didicisse idem Galenus *in introductor.* & Plin. *l.* 8. *c.* 27. tradunt.

COACERVARE *l.* 36. *D. mand.* Coacervatio *l.* 11. *D. de jurisd.*

COACESCERE. Sic *concuisse* dicitur vinum *l.* 85. *D. ste legat.* 2.

COACTILIA, de quibus in *l.* 25. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* nostris phelrris fuisse non absimilia, putant. Et erant sane & lanis per se coactis facta vestimenta, & tegumenta, aut, ut Cæsar *l.* 3. *de bello civili c.* 44. loquitur, ex subcoctis. Auctor *libelli de reb. bellic. ad Theodos.* quum de thoracomacho agit: Hoc enim, inquit, vestimenti genus, quod de coactile ad mensuram, & tutelam pectoris humani conficitur de mollibus lanis, timoris sollicitudo, solertia magistra. Ad hoc verbum frustra Brissonius refert *coactilitiam* tabernam,

nam, de qua Capitolinus in *Pertinace c. 3.* Ibi enim *coctilitiam* legendum esse post Cl. Salmasium observat Heinecc. Ea enim taberna coctilibus lignis instructa fuit, id est lignis ακάπνοις ita præparatis, ut fumum non darent, de quibus supra voce *Acapna*.

COATOR argentarius *l.* 40. §. 8. *D. de statu lib.* & apud Hor. *lib.* 1. *sat. 6. v.* 88. ad quem locum vetus interpres: *Coactores*, ait, *mercenarii erant eorum, qui habebant argentariam*.

COACTORES *etiam dicuntur argentarii in auctionibus, quia pecunias cogunt, qui & collectarii nominantur*. Hinc & *coactiones* argentarias factitare, dixit Suet. *in Vespas. c.* 1.

COACTUS metu *lib.* 10. §. 1. *D. quod met. caus.* per vim *l.* 1. C. *de rescind. vend.*

COACTUM. collectum, congregatum. Ita coactis hominibus *l.* 195. §. *ult. D. de verb. signif.* Coacti fructus *l.* 27. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.* Coactis vindemiis *l.* 7. §. 1. *D. solut. matrim.*

COADJUTOR est, qui Parocho, vel alii Ecclesiæ rectori viventi parastata datur. Quando enim parochus, vel alius ecclesiæ rector infectus est macula lepræ, ita ut altari servire, & ecclesiam ingredi non possit sine magno scandalo eorum, qui sani sunt, dandus est ei coadjutor, qui curam habeat animarum, & de facultatibus ecclesiæ ad suam congruam sustentationem recipiat portionem *c. de rectorib. de cler. ægrot.* Quamvis autem Parochus leprosus ob scandalum, & abominationem populi ab administrationis officio removeri debeat, ministranda tamen ipsi sunt ex facultatibus Ecclesiæ necessaria, quoad vixerit *c. tua nos* 4. *eod. tit.* Archidiacono tamen vel Parocho, qui morbo paralytico, vel apoplexia linguæ usum amisit, non est auferenda administratio, sed adhibendus est ipsi coadjutor C. *consultationibus 6. eod. t.* Similiter Archiepiscopus debet dare Episcopo coadjutorem providum, & honestum, qui populo, & coadjutori consulere possit, si Episcopus gravi incurabili, & diuturno morbo, v. g. per quadriennium continuo correptus fuerit *c. ex parte* 5. *eod. tit.* Bonifacius tamen VIII. dationem coadjutoris Episcopo concedendi declaravit pertinere ad majores causas sedi Apostolicæ reservatas, ideoque ejus dationem a Papa postulandam esse. Ut tamen quoad eas in partibus Roma remotioribus ordinatius procedatur, sequentem tractationi formam præscripsit: Sancimus, ut Episcopus senio, aut valetudine corporali gravatus, vel etiam alias adeo impeditus perpetuo, ut officium suum nequeat exercere, possit de sui & assensu capituli, vel majoris partis ipsius, unum, vel duos auctoritate Apostolica Coadjutores assumere ad dictum officium exsequendum. Si vero Episcopus demens fuerit, & quid velit, aut nolit, exprimere nesciat, vel non possit, tunc capitulum, vel duæ ipsius partes (tertiæ) eadem auctoritate unum, aut duos coadjutores assumat idoneos, qui ejus officium exsequantur. Si autem Episcopus senio, aut incurabili morbo gravatus, vel perpetuo impedimento detentus ad sui exsecutionem officii reddatur inutilis, & coadjutorem habere noluerit, capitulum ecclesiæ conditionem ad notitiam sedis Apostolicæ referat. Coadjutores hujusmodi de proventibus Prælatorum, in quorum assumentur auxilium, sumtus recipiant moderatos; rationem Prælatis eisdem, si sanæ mentis exstiterint, ac capitulis eorumdem, seu etiam ipsorum Prælatorum successoribus, si hoc antea non fecerint, plenariam (de bonis ecclesiasticis Prælatorum, vel ecclesiarum suarum) reddituri *c. pastoralis eod. tit. in 6.* Quod de Episcopis hoc loco statutum est, ad superiores etiam prælatos est referendum *ibid.* Euseb. Amort *Elem. jur. Can. lib. 3. tit. 6.*

COADUNATÆ summæ in unum *l. 9. §. ult. D. de pact.* Quod verbum occurrit etiam in *l. 7. C. de Adsess. l. 4. C. de summ. Trin. l.* 8. C. *qui bon. ced. poss.*

COÆSTIMARE, simul æstimare. Celsus *l.* 67. §. 1. *D. de furt.* Furti actione hoc quoque coæstimatur.

COALESCERE dicitur planta, arbor, crustave agri, quæ in fundum radices immittit, & quasi unitatem cum terra facit *l. 5. §. pen. D. de rei vind. l.* 8. 26. §. 1. *D. de adquir. rer. dom. l. 9. §. 2. D. de damn. inf.*

Metaphorice crimina dicuntur COALESCERE, id est, glíscere in *l. 6. C. de defens. civit.*

COANGUSTARI dicitur aqua *l.* 1. §. 15. *D. de flum.* lex interpretatione *l.* 122. *D. de verb. signif.*

COARCTARE, vel, uti in Florentinis plerumque scriptum, Coartare *l. 2. D. de oper. libert. l.* 35. *D. mand. l. un. in fin. princ.* C. *de suffrag. l.* 3. §. 5. *vers. filiis autem C. de bon. quæ lib.* 2. *D. ne quid in loc. publ.*

COCCUM in *l.* 70. §. *pen. & ult. l.* 78. §. 3. *D. de legat.* 3. *l.* 18. §. 1. *D. de ædil. edict.* Plin. *lib. 9. c.* 41. Coccum Galatiæ rubens granum, ut dicimus in terrestribus, aut circa Emeritam Lusitaniæ in maxima laude est. Idem *lib. 22. c. 2.* Atque ut sileamus Galatiæ, Africæ, Lusitaniæ granis, Coccum Imperatoriis dicatum paludamentis. Transalpina Gallia herbis Tyrium, atque conchylium tingit. Add. *lib. 16. c.* 8. & Strabon. *lib.* 17. Est & apud Dioscord. *lib.* 4. caput περὶ κόκκου βαφικῆς, ubi quod de Siculis mulieribus scribit, τῷ στόματι ἀναλέγεται, non sit accipiendum est, quasi ore coccum legant, sed ori seu *oris gratia*, ejus nimirum fucandi, oblinendive caussa.

COCLEARIA vasis argenteis legatis adnumerantur a Paullo *senten. III.* 11. 86.

COCINATORIUM instrumentum, pro *coquinatorio l.* 19. §. 12. *D. de aur. arg. leg.* Veteres enim pro coquere *coquinare* dixerunt, ut Plaut. *in pseudol. act.* 3. *sc.* 2. *v.* 64. Unde coquinatorium, pro quo *cocinatorium* in dicta lege scribitur, nam C. & Q. sæpe

pe confundi liquet ex ſupra dictis de littera C. Eodem ſenſu.

COCITATORIA vaſa *l. 6. D. de pen. leg.* A verbo enim coquo eſt frequentativum *coquito*, vel *cocito*, quo Plautum uſum eſſe, docet Feſtus in *coquitare*. Vaſa *coquinaria* maluit ſcribere Plin. *lib.* 38. *cap.* 12.

COCTILIA ligna eadem, quæ *acapna*, de quibus ſupra.

CODEX tabularum contextus, ut ſupra dictum eſt, voce caudicarii. Codices autem erant quadrata, vel quadrangula forma, ut docet Schulting. *Juriſpr. vet. antejuſtin. p.* 377. ubi etiam obſervat, codicis triangularis meminiſſe Euſthat. *ad Dionyſ. Perieget. p.* 36. Et hinc dubitatum, an, libris legaris, & codices deberentur? Libri enim ſtricte ſumpti erant *volumina*, quæ in ſe convolvebantur. Sed quia vulgari loquendi uſu omnia, quibus quid inſcribebatur, quacumque forma eſſent *libri*, & βιβλία dici ſolebant, obtinuit, ut & codices librorum numero comprehenderentur *leg.* 52. *pr. D. de legat.* 3. Paul. 3. *ſent.* 4. 87. Hinc.

CODICES argentariorum *l. 9. §. pen. D. de edend.* chartacei, eborei, membranei, vel alterius materiæ *l. 52. D. de legat.* 3.

Codices maxime volumina conſtitutionum Imperialium adpellarunt, quorum tres ante Juſtinianeum fuiſſe, Gregorianum, Hermogenianum, & Theodoſianum docet *l. un. de juſtinioneo codice confirm.* & *Epiſt. de novo cod. fac.* Iſidor. *orig. lib.* 5.

CODICILLARIS clauſula eſt, quæ teſtamento additur ea mente, ut diſpoſitio, niſi pro teſtamento valere poſſit, codicillorum ſaltim jure valeat. Metuens namque teſtator, ſolemnitatis aliquid neglectum eſſe, indeque futurum, ut non ſubſiſtat teſtamentum, addita ea clauſula facit, ut valeat tamquam minus ſolemnis ultima voluntas; nempe codicillaris. Vid. *l.* 41. §. 3. *D. de vulg. & pupil. ſubſt. l. 3. fin. D. de teſtam. milit.* Et hujuſmodi teſtamentum in vim fideicommiſſi ſubſiſtit, dummodo quinque teſtes ſubſcripſerint *l. 29. §. 1. D. qui teſt. fac. poſſ.*

CODICILLI diminutivum vocis ſuperioris. Codicillos & pugillares pro eodem ponit Catullus in *Epigr. 43. v. 5. &* 11. Eos ſemper plurativo numero proferri, ait Cajus in *l. 188. D. de verb. ſignif.* Codicillum tamen & numero ſingulari dicunt Imperatores *l. 7. C. Theod. de bon. matern. & l. 40. C. Th. de hæret.* Accipiuntur vero *codicilli* cum pro omnibus ſcriptionibus, tum & pro epiſtolis. Cic. *lib. 4. ad famil. epiſt.* & *lib. 6. epiſt.* 18. Sueton. *in Calig. c.* 55. Maxime vero eo veniebant epiſtolæ, quæ ad præſentes feſtinanter, ac minutis tabellis ſcriptæ mittebantur. Hinc Seneca *Epiſt. 55. Video te, mi Lucilli, cum maxime audio: adeo tecum ſum, ut dubitem, an incipiam non epiſtolas, ſed codicillos tibi ſcribere.*

Hujuſmodi epiſtolas ſæpius ad hæredes ſcribebant teſtatores de iis, quæ poſt mortem fieri vellent, quæ tamen neminem obligabant. At poſtea Auguſtus a Lentulo hæres ſcriptus teſtatoris paruit codicillis, hocque præmiſſo exemplo ſtatuit, ut in poſterum codicillis ſua non deeſſet auctoritas. Hinc *codicillorum* nomen ultimis quoque voluntatibus inditum fuit. Eoſque Theophilus ſic definit: Κωδικιλλος εστιν ελλιπους εν διαθηκῃ γνωμης τεστατωρος αναπληρωσις. Codicilli ſunt relictum a teſtatore, voluntatis teſtamento expreſſæ, ſupplementum. Sed cum totam, quam jure Romano habent notionem codicilli, non exhibeat hæc definitio, aliam ſubjicere oportet. Eo ſane nomine venit ſolitaria diſpoſitio de eo, quod quis poſt mortem fieri vult, præter hæredis inſtitutionem directam, quinque teſtibus munita, & unitate actus. Dixi *ſolitariam* eſſe diſpoſitionem; quo differt a donatione mortis cauſſa, quæ fit acceptanti. Excepi hæredis inſtitutionem ſaltem directam: Nam præter fideicommiſſa ſingularia, legata quoque in Codicillis relinqui poſſunt *l. 8. §. 1. §. 6. l. ult. D. de jur. codicill. l. 43. D. de manum. teſt.* ut & ipſa hæreditas, ita quidem ut ea *indirecte*, ſeu in modum fideicommiſſi, minime vero *directe*, aut extra fideicommiſſi rationem relinqui poſſit *l. 6. pr. l. 10. D. l. 2. C. de jur. codicill.* Cujus juris effectus is eſt, ut hæreditas, codicillis delata, quartæ Trebellianicæ rationem patiatur, in gratiam ejus, qui alias teſtamento, vel ab inteſtato hæres eſt. Nam *codicillus* alius eſt *teſtatus*, quem Teſtamentum præcedit *l. 16. l. 3. D. de codicill.* vel *inteſtatus*, quem nullum præceſſit Teſtamentum, *d. leg.* 16. Et quamquam codicillus proprie ſcriptum denotet, ut ex ſupra dictis adparet, uſu tamen & nucupativæ diſpoſitioni adplicata hæc denominatio eſt *l. fin. C. de bon. quæ lib.* Hinc *codicillus* alius *ſcriptus*, alius *nuncupativus*, ſeu ſono articulato prolatus.

CODICILLI confirmabantur aliquando teſtamento in hunc modum: Codicillos, quos poſtea fecero, valere volo *l. 6. §. 2. l. 8. §. ult. D. de jur. codicill.* vel aliis verborum figuris, quas Briſſonius *lib. 7. formul. c.* 149. expoſuit: quæ confirmatio reſpectu certarum rerum in codicillis ſcriptarum erat neceſſaria, veluti cum pater tutorem dat filio *l. 4. §. 1. D. de confirm. tut.* quamquam eo caſu ſoleat tutor a Magiſtratu confirmari.

CODICILLOS *ad teſtamentum factos* teſtamento ſuperadditos interpretatur Briſſonius, vel, ut *l. 1. C. de codicill.* loquitur, ad teſtamentum pertinentes *lib.* 36 *D. de teſtam. milit l.* 8. §. 2. *D. de tranſact.*

CODICILLUS alias accipitur pro diplomate, ſeu literis principalibus, quibus honore, mandantur *l.* 41. *D. de excuſ. l. 1. C. ut omn. judic. l. 12. C. de dignit.* §. 4. *Inſt. quib. mod. jus patr. pot. ſolv.* Suet. *in Claud. c.* 29. Suppoſitos aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicillos. Unde Lampridius *codicillarem poteſtatem* adpellavit Sidonius Apollinar.

linar. *lib.* 1. *Epist. ult.* Ad Gallias administrandas fascibus prius, quam *codicillis* ausus accingi. Gregor. Turonens. *lib.* 2. *c.* 9. Quum autem Asterius *codicillis* Imperialibus patriciatum sortitus esset. Sic *codicillorum* adeptio *l.* 1. *C. Theod. de praef. praet.* insignia *l.* 1. *C. Theod. ad leg. jul. repet. Codicilli* consulares *l.* 23. *C. Theod. de praet. & quaest.* honorarii *l.* 4. *C. Theod. de primicer.* naviculariorum *l.* 15. *C. Theod. de navicul.* perfectissimatus *l.* 5. *C. Th. de perfectissim. dignit.* praetorii *l.* 23. *C. Theod. de praetor.* proconsulares *l.* 5. *C. Theod. de honor.* senatorii *l.* 74. *C. Theod. de decur.*

COELEBS, *Caelum*. *Caecus*. Vid. *ca.*

COEMETERIUM idem ac dormitorium sonat, locumque significat, in quo fidelium vita functorum corpora sepeliuntur, consecratione ecclesiastica auctum. Sunt enim Coemeteria ab Episcopis separanda aliis locis circa ecclesias *c. un. causs.* 3. *quaest.* 1. Ea, in quibus excommunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt sparsione aquae sollemniter benedictae, sicut in dedicationibus ecclesiarum fieri consuevit *capit. si civitas de sentent. excommun. in 6.*

COEMTIO solemnis matrimoniorum contrahendorum ritus erat, cujus Cicero de *Orat. lib.* 1. *cap.* 56. *pro Flacco c.* 34. *pro Murena cap.* 12. meminit, Boeth. in Topic. Cic. *cap.* 3. *Coemtio*, ait, certis sollemnitatibus peragebatur, & sese *coemendo* invicem interrogabant. Vir ita: An sibi mulier materfamilias esse vellet? Illa respondebat, velle. Itaque mulier viri conveniebat in manum, & vocabantur hae nuptiae per coemtionem. Et erat mulier loco filiae. Quibus Boethii verbis hoc est addendum ex Non. *de proprietat. serm.* 12. 50. *Veteri lege Romana asses tres ad maritum veniens solebat adferre, atque unum, quem in manu tenebat, tamquam emendi caussa, marito dare, alterum quem in pede habebat, in foco Larium familiarium ponere, tertium in saeciperio quem condiderat, compito vicinali solere resonare.* Primo ergo asse fiebat coemtio viri more Quiritium, id est, aere & libra, adhibitis quibusdam verbis solemnibus. Serv. *ad Virg. Aeneid.* 4. *v.* 211. Secundo uxor sibi veluti coemebat Lares, & Deos penates, ut sacrorum fieret particeps. Tertio sibi veluti aditum patefaciebat in mariti domum: Nam sponsa domum deducenda in horto aliquamdiu commorabatur, donec diruta maceria in domum mariti transiret. Et hanc maceriam Nonius vocat compitum vicinale, ceu post Perrenon. 1. *animadvers.* 6. docuit Gundling. *diss. de coemt. ux.* 1. 14. qui etiam huc refert responsum Cervidii Scaevolae *l.* 66. §. 1. *D. de donat. int. vir. & ux.* & verba Terentii *Adelph.* 5. 7. Atque hanc in horto maceriam jube dirui. Quantum potest, huc transfer, unam fac domum. Traduce & matrem, & familiam omnem ad nos. Vid. Heinecc. *Antiquit. Rom. lib.* 1. *tit.* 10. §. 11. Ceterum suorum haeredum loco habebantur uxores coemtae, ut Ulpian. *fragm. tit.* 22. §. 14. tradit, & in jus, manum, potestatemque viri cum capite fortunas suas transferebant, ut Cic. *Topic. capit.* 3. ostendit.

COEMTOR apud Ulpian. *fragm. tit.* 11. §. 7. est pater naturalis, qui filium quem alteri mancipaverat ea lege, ut sibi remanciparet, mancipatum accipit, ceu Cujacius ex ipsis Ulpiani verborum recta interpretatione ostendit: Verba autem haec sunt: *Qui liberum caput, mancipatum sibi vel a Parente* (en patrem fiduciarium, cui filius a patre mancipatur), *vel a coemtore* (en patrem naturalem, cui filius a patre fiduciario remancipatur) *manumisit: per similitudinem patroni tutor efficitur, qui fiduciarius adpellatur.* Hein.

COENA absque diphtongo in Pandectis Florentini scribitur in *l.* 18. *D. commod.* ubi: *ad cenam invitare amicum.* Contra cum diphtongo *caena* in *l.* 26. *D. de instr. vel instr. leg.* eademque figura interdum *cenaculum*, interdum *caenaculum* in iisdem Pandectis scribitur. Ita quoque lapides variant. Apud Spon. *p.* 292. legitur *cenaculum* per *e*, quae orthographia & Festo placet. At Dausquius profert lapidem ad Clitumnum repertum, in quo occurrunt verba, *in publico caenarent.* Quamvis ergo multa sibi hic indulserint veteres, rectius tamen omnino per diphtongum *ae* scribitur. Caena enim, ceu recte observatum est a veteribus, dicitur, quasi κοινὴ, *communis*, quia plures communibus epulis fruuntur. Plutarch. *lib.* 8. *Sympos. Probl.* 6. Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 2. Hein.

COENACULARIUS in *l.* 11. §. 5. *D. de pignor. act. Caenacularium* exercere *in l.* 5. §. 1. *D. de his qui effud.* dicuntur aedium conductores, qui singula caenacula sublocabant quaestus caussa. Torrent. *ad Hor. lib.* 1. *Epist.* 1. *v.* 91. Adde quae de *caenaculariis* differunt Turneb. 13. *adversar.* 11. & VVeizius *ad Grudent. p.* 745. Caenacularii plerique erant homines ex ultima plebe, queis rei angusta domi. Prudent. *advers. Symmach. lib.* 2. *v.* 582. Omnis qui celsa scandit caenacula, vulgus. Quique terit silicem variis discursibus atram. Et quem panis alit, gradibus dispersus ab altis. Horat. *lib.* 1. *epist.* 1. Quid pauper? rides, caenacula mutat.

COENACULUM *[illegible]lt. D. de de servit. verb. praed.* pars superior aedium. Cujus adpellationis originem indicat Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* his verbis: Ubi cubabant, cubiculum, ubi caenabant, *caenaculum* adpellabant. Et mox: Ut etiam nunc Lanuvii, apud aedem, postea quam in superiori parte caenitare coeperunt, superioris domus universa *caenacula* dicta. Donat. *in Adelph. Act.* 3. *scen.* 3. Veteres, ait, ganeum meretricum tabernam dixerunt, ἀπὸ τῆς γῆς, τὸ ἐπὶ γῆς, quod ipsa sit in terra, non ut *Caenaculum* superius. VValafridus Strabo *de reb. eccles. c.* 7. Po-

7. Poteſt enim fieri, ait, ut ædes ad edendum in iis, ſicut *cœnacula* ad cœnandum, primo ſint factæ, & poſtea longo uſu in aliud verterentur. Livius *lib.* 39. *c.* 24. Cœnaculum ſuper ædes datum eſt ſcalis, ferentibus in publicum, obſeratis. Proinde quod apud D. Lucam *Act. Apoſt. cap.* 20. *v.* 9. ſcriptum eſt: ἔπεσεν ἀπὸ τοῦ τριστέγου. hoc vetus interpres reddidit: Cecidit de tertio cœnaculo. Cauſſam vero tantæ cœnaculorum altitudinis aperit Vitruv. *lib.* 2. *cap.* 8. In ea majeſtate urbis, ait, in infinita civium frequentia, innumerabiles habitationes opus fuit explicare. Ergo cum recipere non poſſet area plena tantam multitudinem ad habitandum in urbe, ad auxilium altitudinis res ipſa coegit devenire. Itaque pilis lapideis, ſtructuris teſtaceis, parietibus cæmentitiis, & altitudines exſtructæ, contignationibus crebris coaſſatæ, & cœnaculorum ſummas utilitates perficiunt, & deſpectationes. Unde Scite Tertullian. *adverſ. Valentin. c.* 7. Primus omnium, ait, Ennius, Poeta Romanus, cœnacula maxima cæli pronunciavit, elati ſitus nomine: vel quia Jovem illis epulantem legeret apud Homerum. Etiam creatori noſtro Enniana cœnacula in ædicularum diſpoſita ſunt forma aliis, atque aliis pergulis ſuperſtructis, & unicuique Deo &c.

COENATORIA, veſtis muliebris, qua Senatorem quemdam uſum, ſcribit Q. Mucius *l.* 33. *D. de aur. arg. veſt. leg.* Martial. *lib.* 10. *Epigr.* 87. Pugnorum reus, ebriæ qui noctis Cœnatoria mittit, advocato. *Hein.*

COENOBITÆ *l.* 6. *C. Th. de pœn.* Iſidor. *lib.* 7. *c.* 13. plura eſſe genera monachorom *cœnobitas*, *anachoretas*, *& eremitas*, ſcribit, additque: *Cœnobitæ*, quos nos in commune viventes poſſumus adpellare. Cœnobium enim plurimorum eſt. Vide eundem *de offic. eccleſ. lib.* 2. *c.* 15.

COENOBIUM κοινόβιον, jam in Pythagoræ ſchola notum vocabulum. Ejus enim diſcipuli, quia omnia ſua in commune conferebant, *cœnobitæ* dicti, teſte Diog. Laert. *lib.* 8. *ſeq.* 10. Porphyr. *vit. Pythag. Segm.* 20. Poſtea id nomen monachorum, monialiumque habitationibus inditum. Monaſterium enim & unius eſſe poteſt, Cœnobium nonniſi plurium. Iſidor. *de offic. eccl. lib.* 1. *c.* 15. *Novel.* 123. *c.* 36. In omnibus autem monaſteriis, quæ cœnobia dicuntur, jubemus ſecundum canones monachos in uno habitaculo omnes dormire. *Hein.*

COEPISSE opus dicitur, qui fundamenta jecit, vel locum purgavit *l.* 1. §. 3. *D. de pollicitat.*

COEPPE veteres dicebant pro qnippe, ut in *l.* 3. §. 5. *D. de adqnir. poſſeſ.* & alias *queppe* ſcribitur in *l.* 8. §. *nlt. D. de bonor. poſſeſ. contr. tab.*

COEPTUS annus pleno, & impleto opponitur *l.* 8. *D. de mun. & honor. l.* 4. *C. quand. dies legat.* Cœpta controverſia *l.* 6. §. *ult. D. de inoff. teſt.* injuria *l.* 1. *D. quod quiſq. jur.* lis *l.* 49. *D. de judic.*

COERCERE, punire, reprimere. Cic. *de offic. lib.* 3. *c.* 5. Eos more, exſilio, vinculis coercent. Et *lib.* 3. *de legib. cap.* 5. Civem noxium, & nec obedientem magiſtratus mulcta, vinculis, verberibus cœrcento. Sic & in SC. quod a Frontino *de aquæ duct. lib.* 1. refertur: Mulcta, pignoribus cogito, coerceto. Et ita accipe, quod Ulpianus in *l.* 2. *D. de in jus voc.* ait: Qui coercere aliquem poteſt, & Jubere in carcerem duci. Sic & Pomponius *l.* 2. §. 16. *D. de orig. jur.* Coercere poſſent, & in vincula publica duci jubere. *Coercere* dolum *l.* 6. §. 8. *D. quæ in fraud. cred.* Publica utilitas coercenda *l.* 1. §. 4. *D. de Poſ.* per ſyllepſin, pro juvanda coercitione perfidorum, per quos utilitas publica læditur *l.* 6. §. 8. *D. quæ in fraud.*

Coercere aquam in interdicto de fonte, eſt eam continere, ne defluat, vel delabatur, dummodo novæ non aperiantur *l.* 1. §. *pen. D. de font.* Cic. *in Top. c.* 9. Genus eſt aqua pluvia nocens, ejus generis forma, loci vitio, & manu nocens, quarum altera jubetur ab arbitrio coerceri.

Coercere arbores, & ramos, ſtringere eſt *l.* 1. §. *ult. D. de arbor. cæd.*

COERCERI cuſtodia feræ beſtiæ, & volucres dicuntur, id eſt, contineri *l.* 3. *D. de adquir. rer. dom.*

COERCITIO capitalis *l.* 206. *D. de verb. ſignif.* corporis *l.* 6. §. *ult. D. de pœn.* in corpus *l.* 2. *D. de publ. jud.* delictorum *l.* 1. *D. de legib.* morum *l.* 15. §. 1. *D. ſolut. matrim.* pecuniaria *l.* 2. *D. de publ. jud.* qublica *l.* 5. *D. de pact.* ſervorum *Coll. Leg: M. & R.* 3. §. 2.

COERRARE calceatum oportet præfectum vigilum *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.*

COETUS, *concurſus* (*al. converſus*) *l.* 5. *D. ad leg. jul. de vi publ.* Ad explicationem horum verborum pertinent, quæ Seneca *lib.* 3. *controv.* 8. ſcribit: Non quoties convenerunt in aliquem locum plures, concurſus eſt, ſed quoties convocati, quoties parati, quaſi ad ducem ſuum concurrent, non ſi una vicinia coit, aut ſi tranſeuntium paucorum numerus adfluxit, ſed ubi totus, aut ex parte magna populus, ubi diviſa eſt in partes civitas. *Cœtus* multitudinis magnæ nomen eſt coeuntis ex conſenſu quodam.

COGERE homines, judices, numerum, turbam *l.* 2. §. 2. *D. de vi bon. rapt. l.* 30. *D. de liberal. cauſ. l.* 2. *D. de decret. ab ord. fac. l.* 4. §. 6. *D. de vi bon. rapt.* id eſt congregare. Sic & cogi duo in eumdem ſemiſſem *l.* 142. *D. de verb. ſignif.*

Cogere fructus *l.* 36. §. *ult. de hered. pet.* id eſt, colligere. Vid. *coactum*.

Cogere radices pro concipere *in leg.* 3. *D. de arbor. furt. cæſ.*

Cogi

Cogi ad fiscum bona dicuntur, quæ fisco vindicantur *l.* 45. §. 2. *D. de jur. fisc.* & *cogi* in fiscum *l.* 32. *D. eod.* & a fisco *lib.* 24. *D. de leg. Corn. de fals.*

Cogere, ἀναγκάζειν, sive justa sit vis, sive injusta. Sic cogit Prætor arbitrum, officio suo perfungi *l.* 3. §. *ult. D. de recept. arb.* *Cogi* metu *l.* 12. §. 1. *D. quod met.* Sed & *cogi* dicimur adfectione *leg.* 3. §. 9. *D. neg. gest.* pietate *leg.* 34. *D. eod.*

COGITATIONIS pœnam nemo patitur *l.* 18. *D. de pœn.* nec sola cogitatio furti faciendi furem facit *l.* 1. *D. de furt.* coram tribunali terreno.

COGNATI, inquit Justinianus, sunt, qui per feminini sexus personas cognatione junguntur §. 1. *Inst. de legit. agn. tut.* Pauli. *l. ult.* §. 1. *D. de grad. & adf.* Cognati sunt, & quos adgnatos lex XII. Tab. adpellat. Sed hi sunt per patrem *cognati* ex eadem familia. Qui autem per feminas conjunguntur, *cognati* tantum adpellantur. Inter *adgnatos* ergo, & *cognatos* hoc interest, quod inter genus, & speciem. Nam qui est *adgnatus*, & *cognatus* est, non utique autem, qui *cognatus*, & *adgnatus* est. Alterum enim civile, alterum naturale nomen est. At Ulpianus apud Auctorem *Coll. leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 2. *Cognati*, inquit, sunt, qui nos per patrem aut matrem contingunt. *Cognati* autem, ut idem Ulpianus in *l.* 1. §. 1. *D. und. cognat.* scribit, adpellati sunt, *quasi ex uno nati*, aut, ut Labeo ait, quasi commune nascendi initium habuerint. Modestinus in *l.* 4. §. 1. *D. de grad.* Cognati ab eo dici putantur, quod quasi una communiterve nati, vel ab eodem orti, progenitive sunt.

COGNATIO pro ipsis cognatis. Hinc si quis cognationi leget, idem est ac si cognatis legasset *l.* 19. §. 1. *D. de reb. dub.* Ex tota cognatione *l.* 57. §. *ult. D. ad SC. Trebell.*

Nec liberorum modo hominum, sed & serviles cognationes dicuntur *l.* 14. §. 1. *D. de rit. nupt. tit. Inst. de servil cogn.* *Cognatio* legitima. Vid. art. *Legitima.*

Cognatio spiritualis, quæ per baptismum, & confirmationem est inducta. Eaque tota Concilio Tridentino intra hos limites restricta est. (1) Unus tantum sive vir, sive mulier, vel ad summum unus, & una baptizatum de baptismo suscipiant, inter quos ac baptizatum ipsum, & illius patrem & matrem, nec non inter baptizantem, & baptizatum, baptizatique patrem, & matrem tantum spiritualis cognatio contrahatur. Quod si alii ultra designatos baptizatum tetigerint, cognationem spiritualem nullo pacto contrahunt. (2) Ea cognatio, quæ ex confirmatione contrahitur, confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, ac tenentem non egrediatur, omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis (conjugiorum) omnino sublatis: *Concil. Trident. sess.* 24. Antiquitus verbo hoc impedimentum se extendebat (1) ad baptizatum, vel confirmatum, & filias patrini, aut matrinæ *C. nedum* 1. *de cognat. spirit. in* 6. (2) Ad baptizatum & filias baptizantis *C. ex litteris* 8. *eod. tit. in antiq.* (3) Ad matrem & filiam compatrini, aut compatrinæ suorum parentum *c. tua nos* 7. *eod. tit.* Immo etiam ad baptizatum, & uxorem patrini *cap. Martinus* 4. *eod. tit.* (4) Si in nonnullis diœcesibus hoc impedimentum ex consuetudine latius extendebatur, etiam ista consuetudo observari jubebatur *c. utrum.* 1. *eod. tit. & c. super* 3. *eod.* (5) Sola præsentatio infantis ad catechismum prævium, etsi infans non teneretur in ipso baptismo, habeatur pro impedimento saltem impediente matrimonii *cap. contracto* 5. *eod. tit. cap. per catechismum* 2. *eod. tit.* 6. (6) In baptismo admittebantur plures patrini, & patrinæ, qui omnes contrahebant impedimentum *c. quamvis* 3. *eod. tit. in* 6. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 4. *tit.* 11.

COGNATIONIS nomen a Græco vocabulo dictum videri, tradit Paulus. Συγγενεῖς enim & illi vocant, quos nos *cognatos* adpellamus *l. ult.* §. 1. *D. de grad.* Cognationes autem quædam *jure civili*, quædam *jure naturali* dicuntur. Nonnunquam etiam utroque jure concurrente copulatur cognatio. Et quidem *naturalis cognatio*, per se, sine *civili cognatione* intelligitur, quæ per feminam descendit quæ vulgo liberos peperit. *Civilis* autem per se, quæ etiam legitima dicitur, sine jure naturali, consistit per adoptionem. Utroque jure consistit cognatio, quum justis nuptiis contractis copulatur. Sed *naturalis* quidem hoc ipso nomine adpellatur. *Civilis* autem cognatio proprie *adgnatio* vocatur, videlicet, quæ per mares contingit *l.* 4. §. 1. *D. de grad.* *Cognationem* ergo facit etiam adoptio. Etenim quibus fiet adgnatus hic, qui adoptatus est, iisdem etiam cognatus fiet. Sed eorum tantum *cognationem* in adoptiva familia nasciscetur, quibus fit adgnatus *l.* 1. §. 4. *D. und. cogn.* Cognatus ergo ei, qui adoptatur, nemo fit ex ea familia, in quam per adoptionem venit præter patrem, eosve, quibus adgnascitur *l.* 4. §. 10. *D. de grad.* Ex enim demum cognationes contrahuntur in adoptionibus, quæ legitimæ essent, id est, quæ adgnatorum jus haberent *l.* 12. §. *ult. D. de rit. nupt.* Et ita in *l.* 19. *D. de reb. dub.* cognatus factus dicitur per adrogationem. Naturalis ergo cognatio ad differentiam dicitur *l.* 17. §. 1. *D. de adopt.* Largius vero Florentinus in *l.* 3. *D. de just. & jur.* inter nos *cognationem* quamdam naturam constituisse ait, pro necessitudine quadam.

COGNITIO caussæ hoc significat, re cognita, & utraque parte audita, & vocatis his, quorum interest, sed adhibitis suis, quorum interest, decernere, ut loquitur *l.* 39. *D. de adption.* Nam caussæ cognitio tunc intervenit, quum de negotio, præsente utra-

utraque parte, & audita vocatave disceptatur *leg.* 13. §. 1. *D. de minor. l.* 5. §. 1. *D. de his quæ ut indign. lib. un. C. si adv. det. lib.* 3. *C. de qu. lib.* 2. *C. de ord. cognit.* Ubicumque autem caussæ *cognitio* intervenit, ibi Prætor plerumque, & Tribunal desideratur *l.* 2. §. 1. *D. quis ord. in bon. posses.* Nam, ut Impp. ajunt, *cognitio* caussæ non interpellatione planaria, sed confidente magis judice, legitima colligitur *l.* 4. *C. de dilat.* Proinde in his, quæ caussa cognita fiunt fere semper Prætoris interventus fit mentio *l.* 8. §. 8. *D. de transact. lib.* 3. *D. de restit. in integr. lib.* 13. §. 1. *lib.* 44. *lib.* 45. *D. de minor.* & aliis locis. Immo ne per libellum quidem possunt expediri, quæ caussæ cognitionem desiderant *l.* 9. §. 1. *D. de offic. procos. l.* 71. *D. de reg. jur.*

COGNITIONES in *l.* 1. *D. de offic. adsess.* Earum quatuor genera recenset *l.* 5. *D. de extraord. cognit.* aut enim de *honoribus*, sive muneribus gerendis agitatur, aut de re pecuniaria disceptatur, aut de existimatione alicujus cognoscitur, aut de capitali crimine quæritur.

Cognitiones extraordinariæ *rubr. D. de extraord. cognit.* ubi scilicet magistratus ipse cognitionem suscipit. Proinde quod est apud Sueton. *in Claud. c.* 16. *Alium interpellatum ab adversario de propria lite, negantemque cognitionis rem, sed ordinarii juris esse, agere caussam, confestim apud se coegit*, sic accipe, id est, negantem, ad principis cognitionem rem pertinere, nec cognoscere ipsum, sed judicium dare debuisse.

COGNITIONALES sententiæ *l. un. C. de sent. præf. præt. l.* 13. *C. de sent. & interloq.* sunt, quæ caussa cognita redduntur. Eadem figura dicuntur *cognitionalia* certamina *l.* 8. §. 3. *C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor. l.* 37. *C. de adpell.*

COGNITIONALITER *in l. ult. C. de temp. & reparat.* id est, utraque parte præsente, & adhibita caussæ cognitione.

COGNITOR, pro quæsitore *l.* 1. §. 3. *D. ad SC. Turpill.* Prudentius in *Romano v.* 793. *Hic tum cognitor pronunciat, claudatur infans in carcere.* Ab eo differunt *Cognitor* annonarius *l.* 38. *C. Theod. de navicular.* ordinarius *l.* 12. *C. Th. de leg.* privatarum litium *l.* 5. *C. Theod. ad leg. jul. repet.* sacri auditorii Symmach. *l.* 9. *epist.* 39.

Hoc eodem nomine olim, ut Ascon. *in Verr.* 3. auctor est, adpellabatur, *qui præsentis caussam, ut suam, tuebatur*, vel ut Festus *lib.* 3. scribit, qui alterius litem *coram ab eo datus suscipiebat*. Et ita cognitorem a procuratore separat Paull. *sent. lib.* 1. *tit.* 2. *& lib.* 3. *tit.* 25 §. 8. Quinctilian. *Declam.* 356. *& Inst. Or. lib.* 3. *c.* 6. Recte vero monet Heineccius non tute ex Asconii verbis colligi, cognitorem semper, præsente domino, caussam egisse. At rectius ex Festo colligi, *cognitorem* semel a præsente litigatore datum, postea & absentis caussam persequi potuisse. Quid enim clarius testimonio Horatii *l.* 5. *serm. Sat.* 5. *v.* 38. *Ire domum, atque Pelliculam curare jube, si cognitor ipse.* Quid manifestius exemplo apud Cicer. *pro Roscio c.* 2. Ceterum cur Tribonianus, cum sociis horum *cognitorum* in universo juris corpore nec volam, nec vestigium exstare passus sit, caussam idoneam se vix reperire fatetur idem Heinecc. Add. Cujac. & Schulting. *ad Paul. Sent. p.* 221. *sequ.*

COGNITAM stupro dicunt Papianus *l.* 14. *D. de his, quæ ut indign.* & Impp. *in l.* 22. *C. ad leg. jul. de adult.* cum qua stuprum factum est. Lamprid. in *Elagab. c.* 2. *Antonino autem Caracalla stupro cognita*, ita ut Varius, vel Elagabalus vulgo conceptus putaretur.

COGNOMEN a nomine, & prænomine separatur in *l.* 1. *D. de lib. & postum.* Regulariter *prænomen* personam distinguebat, ut Publius, *Nomen* Gentem, ex qua quis prodierat, e. g. *Cornelius*, cognomen familiam istius gentis, e. g. *Scipio*. Accedebat aliquando & *agnomen* sive a rebus gestis, sive aliquo eventu desumtum, e. g. *Africanus*: Quidam tamen duo prænominata habebant, e. g. M. Ser. Sulpicius, ubi *Marcus* erat prænomen speciale, *Servius* totius famimiliæ. Quidam *cognomen* nullum ferebant, ut *C. Marius*. Tales observationes Car. Sigonius, aliique, qui *de Nominibus Rom.* scripserunt, ex instituto plena manu fecerunt. *Hein.*

COGNOMINATA donatio *l.* 25. *C. de donat.*

COGNOSCERE absolute est rem, caussamque cognoscere, ut loquitur Cic. *ad famil. lib.* 3. *ep.* 2. Quod vel a magistratibus, & principibus pro tribunali, vel a judicibus datis de plano fiebat. Sic in *l.* 8. *& lib.* 9. *D. de offic. præs.* scribitur, æstimare debere Præsidem, utrum ipse cognoscere, an judicem dare debeat. Ulpian. *lib.* 1. *de const.* & Justinian. §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. Quod Imperator cognoscens decrevit.* Suet. *in Claud. cap.* 33. Cognoscens quondam in Augusti foro, ictusque nidore prandii, quod in maxima æde Martis Saliis adparabatur, deserto tribunali, adscendit ad sacerdotes. Tutelæ *cognoscere in l.* 2. *D. ubi pupill. educ.* id est judicio tutelæ. Item ex actione cognoscere *l.* 4. §. 1. *D. de eo quod cert. loc.* Cognoscere caussam *l.* 4. *C. ubi de possess.* super causa *lib.* 1. *C. de ord. jud.* de suspecto *leg.* 1. §. 3. *D. de suspect. tut.*

Cognoscere pro adgnoscere, vel ut hodie in foro loquuntur, recognoscere, ut *cognoscere* instrumenta *lib.* 56. *D. de verb. signif.* jungenda cum *lib.* 15. *D. de red. auct. jud. possid.* ceu ex inscriptione patet.

COHÆRENTIA ædificia *l.* 23. *D. de usurp.* rei cohærentia munera *l.* 11. *D. de vac. & exc. mun.*

COHERCITIO in pandectis Florentinis pro *Coercitione*. Vid. supra.

COHE-

COHERES *l. 16. D. de his quæ ut indign. & passim*, qui una cum alio heres existit.

COHORS magistratuum *leg. 1. D. de leg. jul. repet.* *Cohortes* prætoriæ *l. 9. D. de excus.* Vigilum *l. 3. pr. D. de offic. præf. vig.* urbanæ *l. 13. §. 3. D. de re milit.* Vid art. *Comites*.

COHORTALES *leg. 3. C. de hered. decur. & aliis locis*, id est cohortibus adscripti, seu cohorti obnoxii, ut loquitur *l. 12. C. de cohortal. princ.* πρ... Justinianus vocat. Unde cohortalium corpus *lib. 2. C. de defens. civit.* *Cohortalis* conditio *leg. 2. C. de advoc. divers. jud.* militia *l. 48. C. Theod. de hæret.* Cohortalia officia *leg. 3. C. de canon. largit.* *Cohortalium* autem nomen accipere debemus adparitores, & officia rectorum provinciarum, ut loquitur *lib. 4. C. de cohort. princ.* Cohortalini *l. 12. Cod. de hæret.*

COHORTATIO imponitur, non necessitas imperatur *l. 2. C. Theod. de publ. compar.*

Κοινόβιον. Vid. *Cœnobium*.

Κοινὸν *in l. 37. D. de judic. l. 5. D. ad Leg. jul. de vi publ. l. 1. §. 1. l. 25. D. de adpell. l. 6. §. 1. D. de excus.* est universitas plurium civitatum, fœdere, communibus sacris, sacrificiisque consociatarum, & id quod ad communem utilitatem pertinebat, communi consilio agentium. Unde in numis, & apud Strab. *lib. 8. p. 385.* vocatur Κοινόβουλιον. Spanhem. *Orb. Rom. diss. 2. c. 16.* alii *consilium commune* Liv. *lib. 38. c. 34. lib. 42. cap. 43. lib. 45. c. 18. lib. 39. c. 25.* Κοινὸν συνέδριον. Aristid *de Smyrn. p. 468. Serm. sacr. 4. p. 614.* Σύστημα Strab. *lib. 14. p. 604.* Σύνοδος Plutarch. *in Agi & Cleom. p. 812.* Σύνοδος Polyb. *lib. 2. c. 54.* Διοβούλιον. Idem *lib. 4. c. 49.* Βουλή. Idem *excerp. legat. 74.* Plerumque etiam a sua quavis gente nomen adsumebant hæc concilia, vel κοινὰ dicta e. g. Panionium, Panætolium, cetera. *Hein.*

Κοινοπραξίαν, seu Κοινοπραγίαν Græci specialiter adpellant totorum bonorum societatem, Theophil. in *pr. Inst. de societ.* quam κοινωνίαν vocat Constant. Harmenop. *l. 3. c. 10. & 11.*

COIRE, in unum convenire significat, veluti religionis caussa *l. 1. D. de colleg.* Coire collegium, vel corpus *l. 20. D. de reb. dub.* Etiam est in matrimonium convenire, ut *coire* inter se, Ulpian. *fragm. tit. 16. §. 1.* Matrimonium coire *l. 21. D. de condit. & dem.* vel matrimonio *l. 27. D. de don. int. vir. & uxor.* Coire uxori *l. 12. C. de repud.* *Coire* societatem (i. e. contrahere) *l. 1. 6. 8. 71. 73. D. pro soc.* negotiationem *l. 52. §. 2. D. pro soc.* cum furibus *l. 1. D. naut. caup.* in accusationem *l. ult. D de concuss.* *Coire* in alienam litem dicuntur, qui de emolumento alienæ litis communicando paciscuntur, ut, quidquid ex condemnatione in rem unius redactum fuerit, inter eos communicetur *l. 6. D. ad leg. jul. de vi publ.* *Plin. lib. 5. epist. 14.* Quæstus est, venire advocationes, venire etiam prævaricationes, in lites *coiri*.

COLERE fundum, & ornare, & tueri, & custodire diversa, & separata sunt *lib. 60. §. ult. D. de legat. 3.* *Colere* fide dominica is dicitur *in l. 18. §. 4. l. 20. §. 1. D. de instr. vel instr. leg.* qui periculo domini colit. Ut fidejussor adpelletur, qui obligationem alienam fide sua esse jussit, hoc est periculo suo.

Colere concordiam *l. 20. C. de inoff. test.* justitiam *l. 1. §. 1. D. de just. & jur.*

COLLACTANEUS, qui simul mammam suxit *l. 13. D. de manum. vind. §. 5. Inst. quib. ex caus. manum.* Idem vocatur *Collactieus* apud Reines. *9. inscr. 16.* & Gruter. *p. 675. 8.* *Collactius* ibid. *p. 637. 8. p. 661. 2. 5. 5. p. 662. 8.* Sic & Collactanea in *l. 30. §. 1. D. de alim. legat.*

COLLATERALES, vel a latere venientes, cognati in linea obliqua *l. 9. pr. & §. 1. C. de natur. lib.*

COLLATIO est inter fratres, sororesque facta successionis caussa bonorum contributio. Paullo aliter VVurffel. *Jurispr. defin. §. 591.* est professio eorum, quæ ex re parentis absque animo donandi in se redundarunt, cum effectu æqualitatis servandæ, a liberis invicem facta. Quod si professioni jungatur actualis oblatio, *realis*, si satisdatio de eis offerendis *cautionalis* dicitur, quæ definitio magis ad Justinianeam jurisprudentiam pertinet, quam ad veterem, cujus hanc rationem exhibet Hottomanus: Nam cum prætor, ait ille, contra jus civile emancipatos una cum suis ad paternam hereditatem admisisset, sui autem bona omnia a se quæsita confusa cum hereditate paterna haberent, emancipati vero, quæ extra familiam quæsiverant sibi seorsim adservarent, iniquum videbatur suos conferre, emancipatos autem nihil conferre, sed auferre tantum; quare Prætor edixit, ut emancipati volentes ad participandam patris hereditatem accedere, tantam partem ex suis bonis conferrent, quantam ex hereditate auferrent, non singuli, sed omnes simul, quippe cum omnes emancipati unius locum obtinerent. Itaque si duo sunt sui, duo emancipati, quamvis emancipati singuli ex hereditate quadrantem auferant, tamen ex suis bonis non singuli, sed ambo quadrantem conferent. Conferuntur autem antiquo jure *adventitia*, & *profectitia*, hodie ex Justin. constitutione *profectitia* tantum *l. ult. C. de collat.* Emancipati inter se nihil conferunt, nam cum alter alteri nihil auferat, non ipsorum caussa simpliciter, sed propter suorum rationem, & respectum Prætor collationem instituit *l. 9. C. de collat. & passim. eod. tit. D.* Ceterum differt ab hac collatione imputatio, qua heres ad conficiendam legitimam, Falcidiam, & Trebellianicam, quæcumque relicta ipsi in testamento, numerare debet. De Collatione

adde *l.* 20. §. 1. *D. de bon. poss. cont. tab. l. 6. D. si tab. test. exstab. l.* 39. §. 1. *D. famil. ercisc. l.* 6. *C. de inoff. test.*

Collatio quoque fieri dicitur a vectoribus jactu facto navis levandæ caussa *l.* 2. §. 7. *l.* 4. §. 2. *l.* 5. *D. de Leg. Rhod.* quæ & contributio dicitur *l.* 1. 3. *D. eod.* Immo & *Collationem intributionis* eleganter vocat Paullus 2. *sent.* 7. 5.

Sed & *Collatio* tributorum, vectigalium, aliarumque functionum dicitur *lib. ult.* §. 25. *D. de mun. & hon. l.* 8. §. 3. *l.* 11. *D. de vacat. & excus. mun. l.* 27. §. 3. *D. de usufr.* Suet. *in Ner. c.* 38. *Collationibusque non receptis modo, verum & efflagitatis provincias, privatorumque census pene exhausit.* Hinc *collatio* prædiorum *l.* 11. *D. de vacat. mun. l.* 14. §. 1. *D. de mun. & hon.*

Collatio viarum ὁδοστρωσία, numi exacti a possessoribus ad vias sternendas *l.* 27. §. 3. *D. de usufr. l.* 13. §. 6. *D. de act. emt.* & aliis locis. De eo munere patrimoniali prolixius disserit Ev. Otto *de tutel. viar. part.* 3. *c.* 8. *p.* 527. *seq.* ipseque Brissonius *Antiq. Sel. lib.* 3. *c.* 11. HEIN.

Collatio pro comparitione. Sic accipitur in inscriptione libelli *Collat. Leg. Mos. & Rom.* quamvis hunc titulum in Codicibus MSSC. non reperiri jam alii observarint. Vid. Schulting. *jurispr. vet. antejustin. pag.* 727. HEIN.

COLLATIONES etiam passim latine vocantur partes Collectionis Novellarum Justiniani, quasi συγχλογαι, vel *collectiones*, συντεθρινατα. HEIN.

COLLATIVUM pro collatione in *l.* 3. *C. Theod. de proxim. comit. disposit.*

COLLATORES, de quibus *Nov.* 128. *in rubr. cap.* 4. 5. 10. & 15. & *Novel.* 130. *c.* 1. *seq.* & *cap.* 7. sunt qui tributa conferunt, Græce συντελεσται. *Hein.*

COLLECTÆ apud Frid. Imp. *in Auth. item nulla C. de Episc. & cler.* & apud Cic. *l.* 2. *de Or.* videntur esse pecuniæ, quæ exiguntur.

COLLECTARIUS *in l.* 16. *C. si cert. pet.* Suidæ est collybista, qui monetam minorem argenta permutat, trapezita, argenti venditor. Vetus Horatii interpres *ad lib.* 1. *Satyr.* 6. coactores argentarios collectarios nominari tradit. Denique locum Eusebii *lib.* 5. *hist. eccl. c. ult.* Ruffinus ita vertit. Hic deceptus aliquando ab Asclepiodoto quodam, & Theodoto *collectariis*. In Palæmonis glossis numularius exponitur *collectarius*. Fuisse autem Romæ collectariorum corpus, vendendis solidis, quos plerumque publicus usus deposcebat, obnoxium, quibus arca vinaria statutum pretium subministrabat, Symmach. *lib.* 10. *epist.* 42. docet. Quod pertinet ad Novellam Theodosii, & Valentiniani *de pretio solidi*, in qua ita est: Quo præcepto etiam illud in perpetuum volumus contineri, ne umquam infra septem millia numorum solidus distrahatur, emtus a Collectariis septem millibus ducentis.

COLLECTIO præter notam significationem, qualis est in *l.* 27. § 25. *D. Ad. leg. Aquil.* ubi: *collectis fructuum*, accipitur etiam pro argumento, vel ut dialectici vocant, illatione *l.* 14. *pr. D. de jur. codicil. Sabini & Cassi collectio, quam & ipsi reddunt, illa est.* Ita & Senec. *Epist.* 45. Quod tu illis subtilissima collectione persuasisti. Confer. *Epist.* 48. & 85. Hein.

COLLEGA. Ea adpellatione hi continentur, qui sunt ejusdem potestatis *leg.* 173. *D. de verb. signif. lib.* 11. *D. ad municipal.* ab eo, quod una lecti sunt, ut Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* scribit. Sed & contutores, concuratoresve *collegæ* adpellantur *l.* 2. *l.* 14. *D. de admin. & peric. tut. l. pen. D. de tut. & cur. dat.* Et qui eadem legatione funguntur *l.* 2. *C. de legation.* Quin & coheredes *l.* 101. *D. de solut.* Præcipue tamen, & veluti κυριως, qui ejusdem collegii sunt *leg.* 41. §. 1. & §. *ult. l.* 42. *l. ult. D. de excusat.*

COLLEGATARII sunt, quibus conjunctim legatum est *l.* 6. *l.* 10. *D. de usufr. adcresc.* §. 8. *Inst. de legat.*

COLLEGIATA Ecclesia est canonicorum Ecclesia, quæ collegium, seu capitulum quidem habet, nullum tamen apud se Episcopum, interim episcopo ecclesiæ cathedralis subest, quippe qui plures collegiatas ecclesias, tamquam filias, sub se habere potest. Requirunt canonistæ ad minimum numerum trium canonicorum ad constituendam ecclesiam collegiatam, qui tres dicuntur facere collegium, inter quos primus *decani* vices gerit, & capitulo, seu collegio præsidet. Quæ autem sint indicia, & notæ hujus ecclesiæ *collegiatæ*, fusius expendit Barbos. *de jur. eccles. lib.* 2. *c.* 6. Differunt cathedralis, & collegiata ecclesiæ a parochiali, quod in illis omnes clerici sunt in *dignitate* constituti, eæque annexam habent dignitatem, quod secus in parochiali.

COLLEGIATI municipes, & corpora in urbium *l.* 5. *C. de locat. fund.* aut simpliciter collegati *in l. pen. C. de commerc. l. un. C. de collegiat.* & passim alibi. Hoc autem nomine adpellabantur certi homines ex diversis civitatum corporibus, publici ministerii caussa conscripti, quos operas prosequutionibus equorum præbuisse, eoque prosequutionum onere adstrictos fuisse, indicat *l.* 1. *C. Theod. ne oper. a collat. exig.* In descriptione etiam urbis Constantinopolitanæ, cujus incertus est auctor, singulis regionibus *collegiati* attribuuntur, qui a diversis corporibus ordinati incendiorum casibus subvenire consueverant. Eo vero, ut monet Heineccius, res demum redierat, ut ex fæce hominum sumerentur *collegiati*, & vilissimis adhiberentur ministeriis, quin & facinorosi homines in illam colluviem, tanquam in ergastulum, damnarentur. Hinc Isidorus *lib.* 9. *etymol. c.* 4. collegiatos idcirco dictos, ait, quod eorum collegio, custodiisque deputarentur, qui facinus aliquod commiserant, fuisseque hoc sordidissimum genus hominum patre in-

cer-

certo progenitium. Theodoricus Gothorum Rex *in Edict. cap. 64. Si hec implere non potuerit, casus districtissimis fustibus vicina civitatis collegio deputetur*. Confluxisse eosdem ex vilissimo hominum genere, patet ex eodem Edicto *c. 69.* ex quo illos adscriptitiæ conditionis fuisse, discimus. Hinc eos, quos fuga aliqua abstulerat, sæpe asperrimas pœnas subiisse, ostendunt Jac. Gothofr. *ad tit. C. Theod. de collegiat.* & Car. Du Fresne *Glossar. med. & infim. lat.* Collegiatum (hominem) proprium corpus adstringit *l. 16. C. Theod. de palat. sacr. largit.*

COLLEGIUM. Dio *lib. 38. p. 66.* τὰ ἑταιρικὰ ἐπιχώρια, a Romanis κολλήγια vocari scribit. Tale Collegium tres faciunt *lib. 85. D. de verb. signif.* Collegia Romæ certa sunt, quorum Corpus SCis, atque constitutionibus principalibus confirmatum est, veluti pistorum, & quorumdam aliorum, & navicu'ariorum, qui & in provinciis sunt *l. 1. D. quod cujusq. univ. nom.* Collegia ergo alia licita sunt, quibus coeundi jus lege permissum est *lib. 1. D. de manumiss. qua serv. ad univ.* quæ vel legibus, vel SCis, vel principalibus constitutionibus confirmata, comprobatave sunt. Alia *illicita*, quæ sunt absque Legum, SCorum, principumve auctoritate constituta. Qua de re vid. Brisson. *Select. Antiq. lib. 1. c. 14.* Memorantur autem *collegia* decurionum *leg. 6. §. ult. D. de decur.* fabrorum *l. 93. §. 4. D. de legat. 3.* naviculariorum *d. l. 1. D. quod cujusq. univ.* ordinum *l. 94. C. Theod. de decur.* pistorum *l. 1. D. de excus.* Senatorum *l. 92. C. Theod. de decur.* templi cujusdam *l. 38. §. 6. D. de legat. 3.* singularum urbium *l. 79. C. Theod. de decur.* augurum Cic. *ad famil. lib. 3. cap. 9.* Pontificum Liv. *lib. 30. cap. 2.* Quæstorum Suet. *in Claud. c. 23.* Tribunorum plebis Liv. *lib. 42. cap. 32.* Viatorum Gell. *lib. 12. c. 3.* Aggrippianum, Reines. *insc.* class. X. 11. Antipolinum, Gruter. *p. 105. 2.* Fratrum Arvalium, Reinesf. *Class. 1. 157.* Germanorum, Remes. *Class. 9. 53.* Isidis *ibid. Clas. 14. 171.* peregrinorum *Clas. 1. 16.* procuratorum *Clas. 10. 8.* XV. Virorum sacris faciendis Grut. *pag. 307. 1.* Serapidis Reines: *Clas. 14. 171.* VII. Virorum epulonum Grut. *p. 227. 1.* VI. Virorum sociorum. Grut. *p. 272. 7.* Silvani Gemini Grut. *p. 218. 11.* Vicimagistrorum, Grut. *pag. 481. 9.* virtutis, Grut. *pag. 487.* Sane ex tot exemplis patet, & sacerdotes, & magistratus minores æque ac majores, & ejusdem originis, ac instituti homines, in talia Collegia coiisse. *Hein. Collegium* legitimum. Vid. art. *Legitimum.*

COLLIBERTI, seu CONLIBERTI *l. 71. §. ult. D. pro soc. l. 38. §. 1. D. de leg. 3.* qui ab eodem patrono libertate donati sunt. Colibertos autem patrem & filium notare licet in *l. ult. D. ut leg. 30. fideicom.* item matrem & filium in *l. 1. D. de obseq. parent. & patron.*

COLLIGATUM aliquid verbis, id est, contractum *l. 8. §. §. 3. D. de acceptil. leg. 35. D. de reg. jur.*

COLLIGERE præter notissimam significationem est, ratiocinando quid inferre, ut in *l. 8. D. de pact.* Vid. *collectio*.

COLLISI syphi *l. 24. D. de verb. signif.*

COLLOCARE, sive, ut in Pandectis Florentinis, sæpe scribitur, *conlocare*. Collocari autem conditiones in personas dicuntur in *l. 60. D. de condit. & dem. v. 9.* his verbis: *Si Titius fecerit, dederit*, collocatur conditio in Titium. Collocare voluntatem in incertam personam *l. 9. §. 7. D. de adquir. rer. dom* id est, velle in incertam personam conferre.

Collocare, mutuum dare. Sic Collocare foenus publicum *l. ult. C. quo quisq. ord.* in nomina decem millia numum *l. 58. §. 3. D. de admin. & peric. tut.* Bene collocata pecunia *l. 33. D. de usur.* i. e. idoneis nominibus, ut loquitur *l. 89. D. ad leg. falcid.*

Collocare in matrimonium filiam *l. 19. 36. 67. D. de rit. nupt.* nuptui *l. 3. C. de pact. conv.* se nuptiis *l. 11. D. de his qui not. infam.* Immo & simpliciter hoc sensu dicitur collocata ab avis *l. 57. D. rit. nupt.* & collocatio filiæ Cic. *pro Cluent. c. 56.*

Collocare, impendere. Sic *Collocare* pecuniam in emptionem prædiorum *lib. 2. §. ult. D. mand.* vel in prædiis Cic. *pro Cæcin. c. 5.* in mercem *l. 43. §. 3. D. de furt.* Collocandi meriti spe *lib. 11. §. 8. D. de leg. 3.*

Collocare pro instituere, & beneficium conferre accipitur in *c. ad decorem. extr. de institution.*

COLLOCATA civitas, id est, sita *l. 1. D. de censib.*

COLLOQUIUM *l. 9. D. ad leg. jul. de adult.*

COLLUCARE, si Festo in voce *sublucare* credimus, ab hoc verbo differt. Hoc enim, ait, est, ramos arborum supputare, & vult subtus lucem mittere. Illud succisis arboribus locum implere luce. At voce *conlucare* verbum *conlucare* idem illi est, ac interlucare, vel ramos lumini officientes decidere. Quam contradictionem manifestam jam notarunt Salmas. ad Solin. *p. 585.* & Schulting. *jurispr. vet. antej. p. 462.* Certe quod in *l. 1. & 2. D. de arb. cæd.* dicitur *adimere arborem*, id Paullo in sent. *lib. 5. t. 6. §. 13. sublucare*: quod vero Prætori ibid. est *coercere*, Festo *collucare*, id Paullus eleganter exprimit, luxuriem ramorum compescere. Sane apud Caton. *de re rust. c. 159.* Collucare lucum, non est exscindere, sed ligna superflua demere: & ita procul dubio eadem phrasis accipienda apud Columell. *de re rust. lib. 2. cap. 22.* ubi *collucare* arborem. *Hein.*

COLLUCTATIO, conflictus *l. 7. §. 4. D. ad leg. Aquil.* Columella *lib. 6. cap. 2.*

COLLUDERE dicuntur, qui quod in specie ex animo facere videntur, id simulate, & ficte agunt inter se aliorum sensibus illudentes. Lusorie agere dixit *l. 50. §. 1. D. de legation.* Sic colludere dicitur pro-

curator, qui passus est vincere adversarium, ut absolveretur *l. 7. §. 9. D. de dol. mal.* Hinc colludium *l. 1. C. publ. lætit. vel consul.* vel collusio *rubr. D. de collus. deteg.* Collusor. *l. ult. C. eod. tit.* itemque collusorie *l. 50. §. 2. D. de legat.* 1.

COLLUERE, & *alluere* separantur in *l. 30. §. 2. D. de adquir. rer. dom.* ubi cum paulatim (flumen) *colluendo* locum eminentem supra alveum fecit, & cum alluendo auxit.

COLLUM. Si quid in *collum* injecerit, ut torqueatur *l. 7. D. ad l. g. Jul. de vi publ.* Erat hoc *collare*, quod & canem vocabant veteres, de quo vid. Cujac. 11. *obs.* 22. Collo & dorso domantur quadrupedes, Ulp. *fragm. tit.* 19. §. 1.

COLLUTHIANI a quodam Colluthо nominati, qui dicunt Deum non facere mala, contra illud, quod scriptum est: *Dominus creans mala can.* 39. §. 48. *Causs.* 24. *quæst.* 3.

COLLUVIES *l. 1. D. de cloac.*

COLLYRIUM ex medicamentis factum *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.* græca vox origine. Collyriorum varias species memorat Cel. *l. 6. c. 6.* Ac plane non unius generis collyria antiquitus fuisse, nec oculis solum, sed & aliis corporis partibus adhibita ex medicorum libris intelligere licet. Nec dubitabis, Gorræo duce, adfirmare, hoc medicamenti genus figura tereti compositum fuisse. Certam namque habuisse formam, ex eo colligitur, quod pleraque medicamenta collyrii forma fingenda esse, veteres rei medicæ auctores præcipiunt. Atque adeo Oribas, *collect. med. lib.* 10. *c.* 23. collyriis tribuit figuram caudæ muris similem. Unde conjectura capi potest, hoc medicamenti genus oblongum, & rotundum fuisse, indeque nomen traxisse, ac κολλύριον ἀπὸ κολοβῆς οὐρᾶς adpellatum, quod esset instar mutilatæ caudæ, vel a κολλύρα, quod interdum στρογγύλον significat. Utcumque sit, composita fuisse collyria ex liquoribus, succis, seminibus, fructibus stirpium, & animalium particulis, aromatibus, metallicis, ideoque variis morbis adplicita constat. Ejus rei ergo condi, reponique ad varios usus solebant, & ubi res exigebat, ea vel integra, sicuti condita erant, adhibebantur in usum, vel solvebantur in pulverem, qui aut siccus, aut humore aliquo dilutus adfectæ parti vel oblinebatur, vel linamento exceptus indebatur, vel suffitionibus, aut alio modo inserviebat.

COLOBA in *l. 1. C. Theod. quo quemq. hab. in urb. ess. oport.* Cujus vestimenti generis meminit Serv. *in lib. 9. Æneid. v. 616.* Isidorus *lib. 19. etym. c. 22.* Collobum dictum esse ait, quod longum esset, & sine manicis. Sane κολοβὸς græcis est *mancus*, unde colobium tunicæ genus absque manicis. Copiosa de his Colobiis est adnotatio Jac. Gothofred. in *l. 1. C. Theod. d. titulo*, & Car. Du-Fresne *Gloss. lat.* hac voce. At multo curatius de Colobiis agit Octav. Ferrar. *de re vestiar. part. 1. lib. 3. c. 8. p. 197. seq.* ubi ostendit, tunicas tales regulariter habuisse Romanos, non longas, uti Isidorus scripsit, sed quales apud nos subuculæ. Addit non ideo dici, manicis caruisse, quod Romani totis brachiis nudatis incesserint, sed quod manicæ cubitos tantum attigerint. Denique colobia, initio ingenuorum propria, postea & a servis usurpari cœpisse. *Hein.*

COLONA, femina, cui ager locatus *l. 54. §. ult. locat.* ubi coloniam aliqui intelligendam esse, frustra contendunt. *Hein.*

COLONARIA conditio *l. 3. C. de infant. expos.* Colonarium jus *Nov. 7. præf. §. 1.*

COLONATUS perpetuus *l. un. C. de medicant. valid.* Colonatur quæstio *l. 2. C. Theod. de colon. originar.*

COLONIA, prædium dicitur, quod sub colono possidetur *l. 24. §. 4. D. loc. cond. l. 12. §. 3. l. 20. §. 3. D. de instr. vel instr. leg.* Et ita accipe coloniam apud Columell. *lib. 11. c. 1.* quum de villico loquens ait: Non urbem, non ullas nundinas nisi vendendæ, aut emendæ rei necessariæ caussa frequentaverit, neque enim coloniæ suæ terminos egredi debet.

Colonia pro villa, in qua quis colendi caussa diversatur *l. 27. §. 1. D. ad municipal.*

Colonia etiam urbs, in quam novi Coloni fuere deducti *l. 27. §. 1. ad municipal.* Coloniæ ergo proprie colonorum deductione fiebant. Quibusdam tamen civitatibus, licet in eas nulli Colonii deducti essent, Coloniæ jus Imperatores dabant. Idque non uno modo. Quædam enim nihil præter nudum coloniæ nomen accipiebant, ut de Ptolemensium colonia Ulpianus tradit in *l. 1. de censib.* Aliis jus Italicum dabatur, jurisque Italici eos Imperatores faciebant, ut de Tyriorum colonia, de Berytensi, de Augustana, de Heliopolitana, de Emisena, Palmyrena, & aliis traditur in *l. 1. & l. ult. D. de censib.* in qua *l. ult.* quosdam colonos factos, non adjecto eo, ut juris *Italici* essent, Paulus refert. Colonarios autem *Latinos* apud Ulp. *tit. 30. §. 4.* intelligere debemus eos, qui in *Latinas* colonias deducti erant, & ea lege deducti, Latinitatem solam, seu Latii jus, non item civitatis Romanæ haberent, ad differentiam eorum colonorum, qui cives Romani dicebantur. Eaque est *Latinitas antiqua*, quam in colonias missam, ait Justinianus *l. un. pr. C. de lat. libert. toll.* Sciendum est enim, non unam coloniarum conditionem fuisse, sed alias *Latinas*, alias Civium Romanorum constitutas Liv. *lib. 39. cap. 55.* *Illud agitabant, ubi Colonia Aquilejam deduceretur: nec satis constabat, utrum Latinam, an civium Romanorum deduci placeret. Postremo Latinam potius deducendam, patres censuerunt.* Sane *Latinæ* coloniæ quum solo jure Latii fruerentur, suffragiorum quidem jus, non item quæ juris Quiritium erant, consequebantur. Etenim vel ipsos Cives Romanos, si in colonias Latinas proficiscerentur, Romanam civitatem amisisse, Cicero *pro Cæcina c. 33.* docet.

cet. Mediam quoque capitis deminutionem passos. Boeth. *in Topic. lib.* 2. scribit. Ac per hoc neque connubii, neque testamenti, neque mancipii, aut nexus, aut patriæ potestatis jus, quod erat proprium jus civium Romanorum, habuisse. Hac de caussa, ut idem Cicero *pro domo c.* 79. scribit, qui cives Romani in Latinas colonias proficiscerentur, fieri non potuere latini, nisi auctores facti essent, nomenque dedissent, propterea quod, jure a majoribus prodito, civitatem nemo invitus amittere poterat. Porro colonum a *municipe*, coloniam a *municipio* separari notandum est in *l.* 17. §. 10. *l.* 27. §. 2. *D. ad municipal.* apud Paul. 4. *sent.* 6. 2. nec non apud Cic. *de leg. agr.* 1. *c.* 5. & *philip.* 2. 40. Ac plane separatam municipiorum, & coloniarum caussam fuisse, tradit Gellius *l.* 10. *c.* 13. Sicul. Flaccus *lib. de cond. agror. p.* 1. *seq.* civitatum alias colonias, alias municipia, quasdam præfecturas dici, habereque vocabulorum differentiam dicit, subjicitque: Municipia quidem putant a munitionibus dicta, alii a munificentia, eo quod munificæ essent civitate. Coloniæ autem inde dictæ sunt, quod populus Romanus in ea municipia miserit colonos, vel ad ipsos priores municipiorum populos coercendos, vel ad hostium incursus repellendos. Sane Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Colonias eodem modo, quo urbes conditas fuisse ita scribit. Quare & oppida, quæ prius erant circum ducta aratro, ab orbe & urbo *urbes*; & ideo Coloniæ nostræ omnes in litteris antiquis scribuntur urbes, quod item conditæ ut Roma; & ideo Coloniæ, ut urbes conduntur, quod infra pomoerium ponuntur. Hyginus libro *de limitib. constit. p.* 159. Finitis, ait, ampliorum bellorum operibus, augendæ reipublicæ causa, illustres Romanorum viri urbes constituerunt, quas aut victoribus populi Romani civibus, aut emeritis militibus adsignaverunt, & ab agrorum novæ dedicatione culturæ *colonias* adpellaverunt. Vid. infra art. *Municipium* Add. Jac. Gothofr. in *paratitl. C. Th. tit. de fugit. colon.* Jac. Cujac. 10. *obs.* 35. Ezec. Spanhem. *orb. Rom.* 2. *c.* 19. Guil. Goes. *Antiq. Agrar. cap.* 2. *seq.* Christ. Gottl. Schvvartz. *diss. de jur. Italic. c.* 2.

COLONICA lex apud Varr. *lib.* 1. *de re rust. c.* 2. quæ colonis, quibus prædia colenda dabantur, dici consueverat. Alias *colonica* Lex dicebatur, qua colonia deducta erat. Cujusmodi Legis, præter Frontinum, meminerunt Siculus Flaccus *de condit. agr. p.* 19. Agged. Urbic. *Comm. in Frontin. p.* 49. Hygin. *de condit. agror. p.* 266. & fragmenta Magonis, & Vegoiæ *p.* 257. Hein. Ad colonias quoque deductas pertinent *colonici* decuriones apud Suet. *in Aug. c.* 46. *&c.* 100. nimirum qui conscripti erant publici consilii caussa.

COLONUS, qui fundum colit *l.* 30. §. *ult. D. de usu & usufr. leg.* & apud Columell. *lib.* 1. *cap.* 7. Eo autem nomine interdum servum proprium accipimus, per quem prædia coluntur, interdum generalius extraneum quemlibet, qui fundum colendum, fruendumque conduxit. Ideoque ut prædii urbani conductor *inquilinus*, ita rustici *colonus* dicitur. Unde *colonus*, & inquilinus separantur *l.* 24. §. 2. *l.* 25. §. 1. *D. locat.* Quorum nominum differentiam Martianus in *l.* 37. *D. de adquir. posses.* explicat his verbis: pro colono in agro, in ædibus autem pro inquilino fit. Coloni autem, si servi proprii erant, fundum vel fide *dominica* colebant, vel *mercede*, ut coloni extranei solebant *leg.* 18. §. 4. *l.* 20. §. 1. *D. de instr. vel instr.* Colonus idem vel ad pecuniam numeratam conducebat, vel partiarius erat, id est, damnum & lucrum cum domino fundi partiebatur *lib.* 25. §. 6. *D. locat.* Qui *ad pecuniam numeratam* conduxerat, in alias *mercedes* colere dicitur, ut in *d. l.* 20. §. 1. alias *numis l.* 26. *D. de furt.* vel *pensionis certæ quantitate* d. l. 18. §. seu *certa pensione l.* 22. *D. de pact. dotal.* Plinius duplicem hanc *colonorum* differentiam expressit *lib.* 9. *epist.* 37. *Non numis, sed partibus locem.* Præterea *colonus coloni* memoratur in *l. ult. D. de vi & vi arm.*

COLONI etiam conductores prædiorum ad fiscum pertinentium accipiuntur *leg.* 8. *C. de excus. tut.* qui & *coloni* Cæsaris *l. ult. D. de offic. procur. Cæs.* Coloni vel conductores rei privatæ *l.* 3. *C. Theod. de actor. procur. & cond. rei priv.* privati, & patrimoniales *l.* 2. *C. Th. de fugit. colon. orig.* quorum quidam vid. sub voce *originalis*.

Coloni etiam adpellabantur, qui in Colonia deducti erant *l.* 17. §. 10. *D. ad municipal.* Sic Coloni Antiochenses, Cæsarienses *l. ult. D. de censib.* id est, quibus jus coloniæ decreverunt Imp. ut loquitur Ulpian. *l.* 1. *D. eod.*

COLOR pro prætextu *l.* 4. *D. ad SC. Trebell.* Jan. Langlæus. *Semestr. lib.* 8. *cap.* 1. tum dici colorem *quæsitum* ait, quando id, quod quis vere agit, simulatione aliqua obtegit sive fraudandæ legis caussa, sive alia ex caussa id fiat. Colorum libros scripsit Otho Junius, ut ex Senec. *lib.* 1. *controv.* 3. *in fin.* constat. Videndus de hac voce est N. Faber *ad Senec. contr.* 1. *n.* 30.

COLORIA vestis *l.* 32. §. 7. *D. de aur. arg. leg.*

COLUM nivarium. Vid. infra art. *Nivarius*. De usu nivis quæ *colo* percolabatur, vid. Senec. *lib.* 4. *natural. quæst. cap.* 13. & *Epist.* 78. Plin. *lib.* 9. *c.* 4. Præter hos de nivis potione videndus Athenæus *lib.* 3. *c.* 38. *pag.* 124.

COLUMBÆ. *Columbarum* feram esse naturam, licet ex consuetudine avolare, & revolare soleant, definiunt *l.* 5. §. 5. *D. de adquir. rer. dom. &* §. 15. *Inst. de rer. divis.*

COLUMBARIUM *l.* 8. §. 1. *D. famil. ercisc.* Turrim vocat Ovid. *lib.* 1. *trist. eleg.* 9. *v.* 8. his verbis: Adspicis, ut veniant ad candida tecta columbæ, accipiat nullas sordida *turris* aves. Varro columbaria & περιστερῶνας videtur adpellare latibula columbarum, in qui-

quibus nidificant, ut loquitur Isidorus *lib.* 10. *orig. cap.* 2. Columbaria enim vocat eos ordines, qui singulis paribus columbarum fiebant rotundi, a terra usque ad cameram, & os habebant, quo introire, & exire possent.

Alio tamen sensu in marmoribus *columbarium* dicitur locus sepulchri, variis foraminibus distinctus, in in quo ollæ, seu urnæ cineribus plenæ reponi solebant, de quibus columbariis accuratissime egit, forma etiam eorum exhibita. Fabrett. *inscript. c.* 1. *pr.* 9. *seq.* Id vel ideo notandum, quod hæc vocabuli notio & viros eruditissimos fugit, & in his Reines. qui quum incidisset in marmor, in quo *T. Claudio Primigenio columbaria N. IV. emancipasse* dicitur *T. Flavius Corinthus*, id de illo columbarum habitaculo perperam interpretatus est. *Clas.* 7. *inscr.* 21. *pag.* 490. HEIN.

COLUMNÆ ædium *l.* 21. *D. de leg.* 3. ita dictæ, quod columnia sustineant auctore Festo. Latitare circa *columnas* dicebantur, qui pone columnas, quibus forum Romanum circumdatum erat, sese occultabant, ut adversariorum occursum vitarent *l.* 36. *D. de reb. auct. j. d. possid. l.* 7. §. 13. *D. quib. ex caus. in posses. eat.* Rem variis Sidonii Apollinaris, Luciani, Ambrosii testimoniis illustrat Cujac. 1. *obs.* 13. & *lib.* 11. *c.* 8. HEIN.

COMANENSES memorantur in *l.* 10. *C. de agricol. & censit:* ubi *Comagenensium* legit Alciat.

COMMAGENA in *l.* 21. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* est unguenti genus. Plin. *lib.* 10. *c.* 23. de anseribus tractans: Aliud reperit Syriæ pars, quæ *Commagene* vocatur, adipem anserum in vase æreo cum cinnamo, nive multa obrutum, ac gelido rigore maceratum, ad usum præclari medicaminis, quod ex Gente dicitur *commagenum*. Add. *lib.* 29. *cap.* 3. ubi ait. Fit & adipe anserum, alioqui celeberrimi usus est ad hoc, in Comagene Syriæ parte, cum cinnamo, cassia, pipere albo, herba, quæ commagene vocatur, obrutis nive vasis, odore jucundissimum ac utilissimum ad perfractiones, convulsiones, cæcos, & subitos dolores, unguentumque pariter, ac medicamentum est. Plura vide apud Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *cap.* 97. ubi totum §. 1. *d. l.* 21. *de aur. arg. leg.* erudite illustrat.

COMATÆ puellæ, quas sibi mulieres exornant *l.* 40. *D. de legat.* 3. (de eo loco vid. infra sub *comes*) Martial. 12. *epigr.* 98. Rumpis, Basse, latus, sed in comatis. Interpres Horatii *in Epod.* 11. ad verba, *Aut teretis pueri, longam renodantis comam, id est*, ait, *in nodum colligentis, sese ornantis, id est, pueri* comati; *Antea enim pueri formuli suam comam vitta nectebant, ut compositi suis amatoribus placerent.* Erat ergo hic ornatus lasciviorum, atque impudicorum. Unde Hieronymus *Epist.* 10. *ad Furiam: Comatulos, comtos, atque lascivos domus tua tecta non videant.* Tales etiam servilis condicionis pueri comati, criniti, capillati, qui imprimis etiam pocula porrigebant dominis cœnantibus. Seneca *Ep.* 119. *Nam si pertinere ad te judicas, quam crinitus puer, quam perlucidum tibi poculum porrigat, non sitis.* Plura de hac comata familia, quam pretiosissimam fuisse, docet Martial. *lib.* 12. *epigr.* 71. disseruit Laur. Pignor. *de servis p.* 28. HEIN.

COMBUSTA domus, insula *l.* 57. *D. de contr. emt. l. ult. D. de pign.*

COMES pro pædagogo, pedissequo, qui puerum, puellamve custodiendæ pudicitiæ caussa comitabatur *l.* 15. §. 16. *D. de injur.* De comitibus his plura Casaubon. ad illa Persii *sat.* 5. *v.* 30. *seq.* Quum primum custos mihi purpura cessit, Bullaque subcinctis laribus donata pependit, Quum blandi comites, tutaque impune suburra, Permisit sparsisse oculos jam candidus umbo. Addit *Hein.* Ex quo, alioque loco Propertii *lib.* 3. *eleg.* 5. *v.* 3. (Ut mihi prætextæ pudor est velatus amicus, & data libertas, noscere amoris iter) comites, posita prætexta, non amplius habuisse adolescentes, colligit Schulting. ad Paull. *p.* 443. Quibus add. locum notissimum Horatii *de art. poet. v.* 161. Imberbis juvenis, tandem custode remota, Gaudet equis, canibusque, & aprico gramine campi. Custodem enim vocat Horatius, quem alii Comitem. *Comites* matronarum utriusque sexus memorantur *l.* 15. §. 16. *D. de injur.* Tales inter ancillas erant & ambulatrices, & pedissequæ, de quibus Pignor. *de serv. p.* 206. *seq.* Hinc Bynkersh. 5. *obs.* 19. in *l.* 49. *pr. D. de legat.* 3. ubi vulgo legitur: *Puella fortassis, quas sibi comatas mulieres exornant* rescribendum putat, quas sibi comites exornant.

Comites in *l.* 5. *D. ad leg. jul. repet.* & *l.* 1. §. 8. *D. de extraord. cognit.* accipere debemus eos, qui proconsules, præsides, legatos, procuratoresve Cæsaris in provincias proficiscentes comitabantur, adsectabantur, iisque in officio erant. In *comitibus* Cicero *orat.* 2. *in Verr. cap.* 10. præfectos, scribas, medicos, accensos, aruspices, præcones numerat: eaque est *cohors comitum* apud Juvenal. *sat.* 8. *v.* 127. quæ *cohors pratoria* Ciceroni *ad Quin. Fratr. lib.* 1. *ep.* 1. & Ausonio *in profes. Burdegal. cap.* 5. Ac plane quod est apud Cicer. *in Verr.* 1. *cap.* 14. cohors prætoria. Asconius Pæd. interpretatur de comitibus consularibus.

Comes, nomen dignitatis, Augustin. *de civit. Dei lib.* 5. *cap.* 6. *Quum ille in officio comitis militat. Comitum* autem in principalibus constitutionibus variæ pro administrationum varietate adpellationes, & species exstant. Summa tamen eorum divisio in duo genera deduci potest. Quidam enim in palatio militabant, circa latus principis agentes, & circa ipsum Imp. occupati. Alii per provincias con-

constituti erant. Circa latus principis agebant *Comites ærarii l. 1. 1. C. de quæst. l. 1. C. Theod. qui a præbit. Tiron.*

Comites Archiatrorum, qui medicis aulicis præerant *l. un. C. Theod. qui a præbit Tiron.* de quorum dignitate videndus est Cassidor. *lib. 6.* in formula comitative archiatr.

Comites commerciorum leg. 1. C. de annon. & c. l. 2. Cod. quæ res ven. non poss. l. ult. C. de commerc. qui negotiationes curabat, commerciisve præerat, cuive licebat comparare sericum a barbaris *d. l. 2.*

Comites Consistorii principis *l. 1. C. Theod. de palat. sacr. priv. l. un. C. Th. de comit. consist.* qui & *Comites* sacri Consistorii in §. *1. const. de nov. Cod. fac*; & *comites* Consistorini *l. 13. C. de excus. mun. rubr. C. de comit. consistor.* & passim. Vid. infra *Consistorium*.

Comites dispositionum *lib. 8. C. de proxim. sacr. scrin.* de quibus infra sub voce *dispositio*. *Comes* domorum principis *l. ult. C. ubi causs. fisc. l. un. C. ut omn. jud.* domesticorum *l. 6. C. de adv. div. jud. l. 64. C. de decurion. l. 10. C. de metat. & epidem.* & apud Ammian. Marcellin. *lib. 14. capit. 10. lib. 31. capit. 12.* B. Augustin. *Epist. 60.* Cyrill. *in Imperialibus litteris, quæ illi adscribuntur*, & Gregor. Turon. *lib. 2. capit. 8. seq. Comites* autem domesticorum duos Notitia ponit *equitum*, & *peditum*. His suberant domestici equites, ac pedites, & deputati eorum. Vid. infra *domesticorum Schola*. *Comes* excubitorum apud Zonar. in *Justino Curopalata* Tom. 3. p. 58. (ubi κόμης τῶν ἐξκουβίτων vocatur) & in Epistola Vigilii Papæ, quæ *Tomo 2. conciliorum* refertur. *Comes* fœderatorum (κόμης τῶν φοιδεράτων) apud Zonar. in Tiberio *Tom. 3. p. 60. Comes* Horreorum *l. ult. C. de pistorib. Comes largitionum privatarum*, sive *sacrarum* in partibus tam orientis, quam occidentis. Hoc nomen apud Cyrill. *in Epistolis Imperat.* ab interpretibus male explicatum est, qui *Joannem Comitem Sacrarum largitionum* modo *Comitem Sacrensem*, modo *Comitem Sacrorum* vertunt. Augustin. *lib. 6. confess. cap. 10.* Romæ adsidebat *Comiti largitionum Italicarum*. Meminit eorum Justinianus in §. *1. Epist. de nov. eod. confirm. lib. 1. C. de quæst. l. 3. C. de palat. sacr. largit. l. un. C. de auri publ. pens.* Sub horum autem dispositione erant *Comites largitionum per provincias constituti*, item *Comites Commerciorum*, *metallorum*, *vestiariorum Comites* quoque & *rationales summarum per provincias sparsi*, nec non *procuratores baphiorum*, *gynæceorum*, *monetarum*, *linificiorum*, *bastagarum præpositique thesaurorum*, & *argentariorum*. Vide paulus inferius art. *Comites sacrarum largitionum*.

Comes protectorum *l. 10. C. de metat.* De his viri docti ad Ammian. Marcell. *lib. 14. capit. 7.* Præter scholares erant in palatio dignioris ordinis milites alii qui majora quoque stipendia habebant, utpote qui majore pretio eam dignitatem adsequerentur. Ii *domestici*, ac *Protectores* dicebantur, ut Procopius scribit *in Anecdot.* Vid. infra art. *Protectores*.

Comites sacratum remunerationum *l. 41. D. de adpellat.* sacrarum, & privatarum remunerationum. *l. 2. C. de commeatu*, seu largitionum *l. 121. C. Th. de decurion. Comes* rerum privatarum *leg. 3. C. de bon. vacant. l. ult. C. de petit. bonor. l. 64. C. de decur. l. ult. C. de adsessor. l. 6. C. ubi caus. fisc. l. 1. C. de advoc. div. jud. Novell. Valent. 7.* Hic patrimonium principis & res ejus privatas curabat, vacantiaque bona occupabat, &, ut Cassiodorus in formula rerum privatarum scribit, *per rationalium curam privatam principium gubernabat substantiam*. *Comes* privatorum vocatur a D. Gregorio *lib. 11. epist. 24.* Decorabatur autem titulo *Illustris viri l. 3. C. Theod. de incorporat.* Vetus Glossarium: *Comes privatarum rerum* est, qui privati commodi, & rerum fiscalium habet administrationem, ut eas conservet, & negotiorum. *Comes sacrarum largitionum* est, per quem Imperator suam liberalitatem, & munificentiam suam exercet. *Comes sacri patrimonii* est, qui procurat patrimonium. Vir *Illustris* vocatur in *l. 7. C. Theod. de locat. fund. jur. emphyt.*

Comes sacræ vestis l. un. C. Th. qui a præbit. tiron. In *Notitia Imperii*, qui *comes vestiarii* vocatur, alius ab hoc est, qui sc. sub Comite Sacrarum Largitionum erat in Occidente, pro quo in oriente *Magistri lineæ vestis*, & *Magistri privatæ* ponuntur. Unde & *scrinium* peculiare *vestiarii sacri*, cujus mentio in *Notitia Orientis & Occidentis fol. 49. & 141.* De *vestiario* vid. & Zonar. *Tom. 3. p. 219. fin. Tom. 2. p. 217. edit. Venet. inter. script. Rer. Byzan.* Moschopulum in βεστία. & Hesych. in βεστιάριον. Constantin. Porphyrogenet. *them. orient. 1. c. 7. edit. Meurs. 1617. in 8.* Meurs. *in gloss. voc.* βεστιάριον, & Du-Fresn. *ead. voc.* Hic certe præerat vesti principis ipsius. At illi, de quibus in *Notit. Imp.* susceptioni earum vestium præerant, quæ largitionibus principis inferebantur. Gothofr. *comm. ad l. un. C. Th. qui a præbit. tiron.*

Comes scholarum *l. 3. C. de offic. magistr. Offic. l. 1. Cod. de privil. schol. l. un. C. Theod. de comitib. & tribun. scholar.* Singulis enim scholis palatinis sui quique Tribuni, vel præpositi fuere, quorum frequens mentio apud Ammian. Marcellin. & *l. 23. C. Th. de erog. milit. annon.* qui & *Comites* scholarum. Vid. Jac. Gothofr. *comm. ad l. un. C. Th. de Comitibus, & Tribun. schol.*

Comes stabuli sacri *l. un. C. de comit. & tribun. schol. l. 29. C. Theod. de annon. & trib. l. 3.*

C. The-

C. Theod. de equor. conlat. l. 1. *C. Theod. qui a præbit tiron.* Aimon. Monachus *de Gest. Franc. lib.* 3. *c.* 43. *Thesaurarius* Chlodovæi, *a Cupanio*, *Stabuli Comite*, *de Biturico retractus*. Unde *Connestabilem* nostrum originem duxisse, credibile est. Sic enim idem auctor *ejusd. libri* 3. *cap.* 70. *Landigisibus*, *regalium præpositus equorum*, *quem vulgo Constabulum vocant*. Regino *Monach. lib.* 2. *annal. ad an.* 807. *Eodem anno Burchardum* Comitem *stabuli sui*, (*quod corrupte* Constabulum *adpellamus*) *cum Classe misit in Corsicam*. Fuisse autem eam dignitatem in pretio. Ammianus Marcell. existimandi copiam præbet, qui Valentinianum Imp. in hoc dignitatis gradu fratrem Valentem, locasse, refert. Sic enim *lib.* 26. *c.* 4. de eo loquens, scribit: Nicomediam itineribus citis ingressus Kal. Martiis Valentem fratrem *stabulo suo cum tribunatus dignitate præfecit*. Inter spectabiles sunt Comites stabuli in *l. un.* C. *Th. qui a præbit. tiron.*

Comes thesaurorum *l. ult.* C. *ut dignit. ord. ser. l.* 2. C. *de palat. sacr. legit.* Meminit & Saliæ *Comitis Thesaurorum per Thraciam* Ammian. Marcellin. *lib.* 29. *cap.* 1. Thesaurus autem idem est, ac Vestiarium. Lamprid. *in Alexand. cap.* 40. In thesauris vestem numquam, nisi annum, esse passus est. Hinc præpositi Thesaurorum *l.* 14. C. *de murileg.* qui & *Comites Thesaurorum*. Suberant dispositioni Comitis sacrarum largitionum, & sub se habebant officiales, qui *thesaurenses* dicti *l.* 11. C. *de palat. sacr. larg.* Vid. Claud. Salmas. *ad Scrip. Hist. Aug. p.* 220.

Legimus & in Notitia: *Comites auri*, *comites formarum*, *comites riparum*, *& alvei Tiberini*, *comites portuum*, quorum & apud Cassiod. *lib.* 7. *var. c.* 9. fit mentio.

Quidam etiam erant *Comites provinciarum l. Cod. Theod. de offic. rect.* qui & per provincias constituti dicebantur *leg.* 3. C. *de offic. præf.* & *comites* qui provincias regunt *rubr. Cod. de comit. qui prov. reg.* Hos autem gladio bellico, etiam pacatis rebus accinctos fuisse, docet Cassiodorus *Var. lib.* 7. *c.* 1. Hujusmodi erant.

Comites Ægypti *l.* 1. C. *de comit. tribun.* Ægyptiaci limitis *l.* 51. C. *Theod. de curs. public.* Africæ *l.* 13. C. *Theod. de div. offic.* Hic vir clarissimus dicitur *in l.* 13. C. *Theod. de petit. & ultro dat.* sub cujus dispositione erant *præpositi limitum oræ Africanæ*. *Comes* Asianæ dioceseos *l.* 1. C. *Th. de accus. & inser.* Hispaniatum *l.* 5. C. *Theod. de donat.* Macedoniæ *l.* 2. C. *Th. sine cens. & reliq.* Comes orientis, qui V. C. & spectabilis vocatur *l.* 3. C. *de advoc. divers. jud. l.* 3. C. *de canon. largit. tit.* cui suberant Palestina utraque, Syria utraque, Phoenicia, Cicilia utraque, Cyprus, Osrhoena, Mesopotamia, Isauria, Arabia, Vid. Zosim. *lib.* 5. *cap.* 2. *Comes* Rheni *l.* 9. C. *Theod. de re milit.*

Comites Ponticæ dioceseos *l.* 1. C. *de comit. & tribun. schol.* *Comites* Pacatianæ, Phrygiæ, Galatiæ, & Isauriæ, qui Comites Justinianei dicti *Novell.* 8. 24. & 27. Idem Justinianus *comitem* Armeniæ sustulit *l. ult.* C. *de offic. magistr. milit.* Memorantur præterea in Notitia *comites* Phoenices, Syriæ Augustæ, Euphratensis, Arabiæ, Thebaidos, Pentapoleos, utriusque Armeniæ, utriusque Ponti, Scythiæ, Mysiæ primæ, & secundæ, Daciæ & Pannoniæ, Pamphyliæ, Isauriæ, Lycaoniæ, & Pisidiæ.

Comitis etiam nomine, atque honore plerumque Imperatores dignitatis augendæ, & amplificandæ caussa ornabant eos, quos ad palatina officia, aut munera publica vocabant. Hinc *l.* 14. C. *Th. de extraord. & sord. mun. eos*, *qui cum honore comitum nomine magistrorum*, *memoriæ præfuerint vel epistolis*, *vel libellis*. Itaque & magister equitum, & peditum *comes* adpellatur *l.* 5. C. *Theod. de sent. ex peric. recit. l.* 2. C. *Th. de re milit.* ut & Magistro militum *comitis* nomen tribuitur *l.* 8. C. *Theod. eod.* Similiter *magistro* utriusque militiæ *comitis* nomen præponitur *l.* 13. C. *Th. eod.* Item Magistro officiorum *l.* 8. C. *Theod. de curs. publ.* & præposito sacri cubiculi *Novell. Valent. & Marcell. un. de indulg. reliq.* *Comes* & procurator divinæ domus *l.* 16. C. *Theod. de bon. proscript.* *Comes* & patricius *l.* 14. C. *Theod. de infirm. his.* *Comes* spectabilis, & Castrensis sacri palatii.

Præterea & *Comites* militum erant *l.* 1. *Cod. de offic. vicar.* qui & *Comites* militares adpellantur *l.* 6. C. *de adsess.* itemque *Comites*, quibus regendæ militiæ cura commissa est l. *ult.* C. *Th. de re milit.* veluti *Comites* Italicianorum, & Gallicianorum *l.* 1. C. *Theod. de consul.* *Comes* rei militaris per Africam *leg.* 3. C. *Theod. de erogat. milit.* *Comites* autem rei militaris in partibus orientis duo erant, per Ægyptum unus, per Isauriam alter, ut *Notitia* docet.

Comitum denique varii gradus, & ordines erant. Nam & *primi*, *secundi*, *tertii* ordines comites legere est. Euseb. *lib.* 4. *de vit. Constant. capit.* 1. Κομιτων δε οι μεν πρωτου ταγματος ηξιουντο, οι δε δευτερου, οι δε τριτου. *Comitum vero aliqui primi* ordinis honore ornabantur, alii secundi, alii tertii. Exempla horum ordinum suppetunt in *l. un.* C. *de comit. qui prov. reg. l.* 14. 15. 16. C. *Th. de censit. peræqu. & insp.* *Comites* minores *l.* 1. C. *Theod. ne comit. & tribun. lavacr.* inferiores *l.* 2. C. *Theod. eod.* *Comites* autem vice sacra judicasse, ostendit *l.* 1. C. *Theod. de his qui per met. judic.* De his diversis Comitum gradibus, & ordinibus inprimis videnda, quæ ex instituto disseruit Claud. Salmas. *ad script. hist. aug. p.* 507. & *seq.*

COMESOR, pro edace, vel edone dixit Cajus in *l.* 18. *pr. D. de ædil. edict.* quamvis Haloander ibi

ibi *commesor*, Buldæus *commessator* legere malint. Sed non omni auctoritate destituitur vocabulum *comesor*, quo usos esse Tertullianus *advers. Marcion.* I. 1. & Isidor. *orig. lib.* 10. ostendit Ducker. *de latin. vet. Ictor.* ubi etiam glossam veterem, in qua *comesor* explicatur καταφαγας, laudat. *Hein.*

COMINUS vel *Comminus* pro in præsenti *l. 3. D. de pignor. act.* Sic Comminus respondere, id est coram *l. 137. D. de verb. oblig.* Comminus partibus constitutis *l. 3. C. de fruct. & lit. impens.*

COMITATENSES milites *l. 2. C. Theod. de veteran. l. ult. §. pro limitaneis C. de offic. præf. præt. Afr.* id est milites, qui comitatui concessi sunt, ut loquitur *l. 13. C. de re milit.* sic *Comitatenses* Legiones *l. 7. C. de palat. sacr. larg.* aliis Castrenses numeri *leg. 12. C. de re milit. Comitatenses* vexillationes *l. 22. C. Theod. de erog. milit. annon. Comitatense* munus *l. 38. C. Th. de decurion.* Legiones autem Comitatenses sub dispositione magistrorum militum ponit *Notit. Imperii*. De his militibus, & Legionibus comitatensibus, & pseudocomitatensibus plura ex instituto Cujac. 1. *obs.* 25. De eorum vero differentia a militibus *limitaneis*, vel ripensibus Salmas. *not. ad script. hister. Aug. p.* 433.

COMITATUS pro aula. Sic comitatus principum *l. 43. D. de testam. milit.* qui & *comitatus* sacer *l. 13. §. 3. D. de re milit.* In comitatu meo, vel Cæsaris, ait Constantin. in *l. 6. C. de malef. & mathem.* Cassiodor. 5. *Var.* 22. Congruit, comitatum nostrum viris nos decorare nobilibus. Posidonius *in vita Augustini*. Apud Mediolanum, ubi tunc temporis Imp. Valentiniani junioris *comitatus* erat. Epiphan. *lib. 1. hæres. 30. capit.* 11. αυτος δε ετι το κόμητατον, και βασιλει Κωνσταντινω φιλιστας, Profectus ad *comitatum* principis a Constantino M. diligebatur. Ausonius *Symmacho*: Expertus est fidem meæ mentis, atque dictorum, quum in comitatu degimus ambo. Et mox, In *comitatu*, inquam, qui frontes hominum aperit, mentes tegit.

COMITER conservare majestatem *l. 7. §. 1. D. de captiv.* Cic. *pro L. Corn. Balbo cap.* 17. *Majestatem populi Romani comiter conservanto, id habet hanc vim, ut sit ille in fœdere inferior.* Et mox refellens sententiam accusatoris, cui *comiter* idem videbatur, ac *communiter: in quo*, inquit, erat accusatoris interpretatio, indigna responsione, *qui ita dicebat*, Comiter *esse communiter*, quasi vero priscum aliquod, aut *insolitum verbum interpretaretur*: Comites *benigni*, *faciles*, *suaves homines esse dicuntur. Qui erranti comiter monstrat viam*, *benigne*, *non gravate*. De foederibus istis inæqualibus, ex quorum legibus unus populus alterius majestatem *comiter conservare* tenebatur, pluribus egerunt Brisson. 4. *formul.* 49. Grotius de J. B. & P. *lib. 1. c. 3. §.* 27. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. 2. c. 10. p.* 210. Hein.

COMITIA *pr. Inst. de testam. ord.* sunt populi conventus. In iisdem autem non solum Magistratus creabantur, sed & Populus Romanus Leges sciscebat, vel antea rogatas antiquabat, iisdemve obrogari, surrogari, derogari patiebatur. In iisdem suffragia ferebat de bello & pace, de fœderibus, similibusque, quæ ad rem publicam pertinebant, negotiis. In iisdem denique & de capite civium Rom. judicari, testamenta condi, adrogari solebat. De his Gell. *lib. 13. cap. 14. lib. 15. cap.* 27. Varro *lib. 4. & 5. de ling.* Plenius autem Sigonius, & Nic. Grucchius *de comitiis* egerunt.

COMITIALIS morbus *l. 53. D. de ædil. edict. l. 1. §. 1. D. de auct. & cons.* Cels. *lib. 3. cap.* 24. Inter notissimos morbos est etiam is, qui *comitialis*, vel *major* nominatur. Homo subito concidit, deinde interposito tempore ad se redit, & per se ipsum consurgit. Id genus sæpius viros, quam feminas occupat. Is morbus autem *comitialis* ab eo dictus, quod cuilibet e populo superveniens comitia dirimeret, ut Sereni versus docent: *Et subiti species morbi, cui nomen ab illo est, Quod fieri nobis suffragia justa recusat. Sæpe etenim, membris acri languore caducis, Concilium populi labes horrenda diremit.* Græci επιληψιαν vocant, & μεγαν νοσον, id est, vel ipso Galeno teste, morbum *magnum* potius, quam *sacrum* aut divinum, seu divinitus immissum, quia, quod *magnum* est, sæpe ἱερον vocatur. Qua ratione & ηρακλεια νοσος, i. e. herculeus morbus ab Hippocrate, & veteribus adpellatur, non quod Hercules eo morbo correptus fuerit, sed ut eo nomine ipsius vim, & magnitudinem designarent, teste Galeno in Hippocrat. *lib. 6. de morb. vulg. comment.* 6. Quamquam Aristot. *problem. sect.* 30. Herculem revera comitiali morbo laborasse scribit. Hoc autem morbo laborantes Latini etiam *caducos* vocant. Isidor. *lib.* 10. *orig. Caducus a cadendo dictus, id est, lunaticus, eo quod certo lunæ tempore patiatur.*

COMITIANUM officium in *l. 2. C. de offic. militar. judic.* significat *Comites* ipsos militum, ut notat Gothofr. *in d. l.*

COMITIVA *l. ult. C. de discussor. l. 47. C. de decur. l. un C. Theod. qui a præbit. tiron.* & apud Cassiodor. 1. *var.* 2. idem ac *comitum* dignitas, ut loquitur *l. 1. C. de advoc. div. jud.* Sic *comitiva* consistoriana *l. 23. C. de procur.* dispositionum *l. 12. C. Th. de Senator. & de gleb.* honoraria *l. 150. C. Theod. de decurion.* in discussionibus *l. 4. C. Theod. ad Leg. jul. amb.* privatarum *l. 49. C. Theod. de adpell.* proximatus *l. 11. C. Theod. de prox. comit. disp. Comitiva* primis ordinis *l. ult. C. de profess. & med. l. 6. C. de princ. agent. in reb. & passim.* secundi ordinis *l. 2. C. Theod. de comit. rei milit. l. 17. l. 18. C. Theod. de prox. comit. disp.* tertii ordinis l. 9. 10. *C. Th. de suar. rec. & susc.* alias tertia *l. 17. C. Th. de prox. com. disp. Comitiva*

etiam *vacans honore*, & *dignitate* conceditur apud Cassiod. 2. *var.* 16. *Comitivæ* utique honorem vicinum fuisse illustribus, quos proximitate contingebat, spectabiles anteibat, docet Cassiod. 6. *var.* 12.

COMITIVA sedes, id est, comitis sacrarum largitionum in *l. ult. C. Theod. de conlat. ær.*

COMMACULARE se aliquorum consortiis *l. 6. in fin. C. de incest. & inut. nupt.*

COMMANERE pro degere in *l.* 36. §. *C. de inoff. test.*

COMMATA in *l.* 10. *C. de extraord. crim.* perperam legit Budæus pro *chomata*, de quibus vid. supra.

COMMEARE vias *l.* 27. §. *ult. D. de leg. Cornel. de fals.* & per viam *l.* 3. §. *ult. D. de itin. actuq. priv. Commeari* per itinera *l.* 1. *pr. D. de his qui effud. vel. dejec. Ad commeandum usum viæ corrumpi*. Ulpianus interpretatur *ad eundum*, *& agendum l.* 2. §. 14. *D. ne quid in loc. publ.* Festus: *Remeare*, *redire*, ut *commeare ultro citro ire.* Sic *commeantes* accipe apud Paull. 5. *sent.* 6. 2.

COMMEATILES milites in *l.* 2. §. 9. *C. de offic. præf. prat. Afric. l.* 26. §. 2. *&* 3. *C. de erogat. milit. annon.* sunt, quos dux, lucri caussa, dato commeatu, a signis dimittebat, ut interim eorum stipendiis frueretur: cui tribunorum avaritiæ modus ponitur *in d. LL.* De his commeatilibus militibus plura Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 26. *& p.* 146.

COMMEATUS annonæ *l. un. C. Theod. de patron. horreor. Portuensium lib.* 14. *tit.* 23. Ne umquam veteris erogationis ratiocinium novis *commeatibus* inferatur *leg.* 18. *de annon. eod. cod.* Ejus anni, atque indictionis exordio, quæ novum denuo annonæ *commeatum* poscit obsequium. Et *l.* 33. *ejusd. C. de navicular. commeat.* pro canone frumentario ponitur. Commeatus P. R. Lampridius *in Alexand. cap.* 21. Commeatum populi Romani sic adjuvit, ut cum frumenta Heliogabalus evertisset, vicem de propria pecunia reponeret. Nam commeatus significat exercitus, & hominis, etiam privati alimoniam. Immo cum plures naves una aliquo appellunt, *commeatus* dicuntur. Huc pertinet locus Catonis *Origin. lib.* 2. Si Indi naves putidas atque sentinosas commeatu onerare volebant. Παραστάτης in *Glossa Phil.* ita enim legendum: cum vulgo editum sit, *Commeatus* παρασάτης. Frumentarius commeatus *l.* 32. *C. Theod. de navicular.* Onus frumentarii *commeatus*, qui per orientales navarchos ex Alexandrinæ civitatis conditis debuerat transferri. Hispanienses, atque Alexandrini *commeatus* apud Symmachum *lib.* 3. *epist.* 2. Idem annonarium *commeatum* adpellat *lib.* 9. *epist.* 114. Frumentarios *commeatus* pariter *lib.* 10. *epist.* 31. Sæpe apud Ammianum vox ex eo sensu *lib.* 14. 18. & alios. Vide Juretum *ad Symmachum*.

Commeatus pro itu, reditu. Sic commeatus viæ publicæ *l.* 2. §. 25. *D. ne quid in loc. publ. Commeatus*, & remeatus *l.* 4. *D. de pœn.*

Commeatum dare *l.* 12. §. 1. *D. de re milit. Commeatus dari dicitur*, ait Festus in voce remeare, *id est tempus, quo ire, & redire commode possit*. Quo nomine plerumque facultas militibus ad tempus recedendi concessa, atque indulta significatur, id est, ἐξαιτήσις τȣ ἀφεθῆναι, ut interpretatur Suidas in voce κομιατον. Sic commeatu abesse miles *l.* 35. §. *ult. D. ex quib. causs. maj.* Miles commeatu accepto, si domo sua est *l.* 34. *D. eod.* Qui ultra commeatum abest, vel ultra formam commeatui datam *l.* 2. §. *ult. D. ad municipal.* Quibus enim commeatus dabatur, his certum temporis spatium intra quod abessent, præstituebatur. Ad quem illis præfinitum diem occurrere necesse habebant.

Sed nec Magistratibus urbe Roma excedere, aut certe longius excurrere, & peregre proficisci, nisi *commeatu* indulto, licebat. Sic liberum *commeatum*, & Senatores (municipales) id est ubi velint, morandi arbitrium, impetrasse ait Paullus in *l.* 22. §. 6. *D. ad municipal. Commeatus* autem quatuor mensium Fausto, viro illustri, concessi formula proponitur apud Cassiodor. *lib.* 3. *Var. c.* 21.

COMMEMORATIO necessitudinis *l.* 34. *C. ad leg. jul. de adulter.* residui *l.* 2. *C. de hered. inst.*

COMMENDA in *cap.* 15. *de election. in* 6. est ecclesiæ custodia alicui in tempus, & gratia evidentis necessitatis, & utilitatis commissa. Nimirum beneficia simplicia, vel curata, vel monasteria, vel integri Episcopatus, & Archiepiscopatus quoad administrationem omnium bonorum temporalium sub assignatione determinatæ pensionis, vel etiam indefini æ custodiæ personæ sæcularis, vel ecclesiasticæ committuntur. Atque ita beneficio proprio provisæ personæ plura beneficia in perpetuum commendari possunt, ut unum jure proprio seu tituli, reliqua jure commendationis, vel administrationis detinere, eisque frui possint *capit.* 45. *de elect. in antiq.* Et hoc modo laici beneficiorum capaces fieri possunt, vicarium constituentes, qui officium sacrum peregat, vel monasterio præsit. His præest, vicario jure, *Prior Claustralis* in Gallia, cui unice cura disciplinæ incumbit, non occurrente *Commendatario*, si Cardinales Commendatarios exceperis, observante Espenio *P.* 1. *jur. eccles. tit.* 31. *cap.* 7. §. 45. Etenim etiam *sæculares clerici* titulo commendæ monasteria, & prioratus possident, maxime Cardinales, aliique clerici in dignitate eximia constituti. Ille mos jam viguit sæculo septimo, octavo, nono, ac decimo, dum reges urgente necessitate contra irruptiones barbarorum gentilium alia non reperirent cogendi exercitum subsidia, nisi bona ecclesiastica Monasteriorum, & Episcopatuum suis mili-

litibus, hoc est, Nobilibus feudatariis, ad tempus concedendo in *beneficium*, seu *commendam*. Ille mors reassumtus est tempore cruciatarum, expeditionum, & tandem ab ipsis Summis Pontificibus in angustias redactis renovatus tempore schismatis. Verum cum Clemens V. qui ipsemet talia bona Laicis in commendam necessitate pressus concesserat, in articulo mortis positus tristes sequelas perpenderet, omnes commendas a se concessas revocavit anno 1308. his verbis: Nos continua pulsat instantia, ut circa fidelium statum salubriter dirigendum efficacibus studiis intendamus, quod tunc agere credimus, cum molestis eventibus viam præcludimus, subtrahimus noxia, & salubria procuramus . . . Nos ad Apostolatus apicem evocati ab ipso promotionis exordio aliquibus ecclesiasticis, & sæcularibus personis (Regibus, & Magnatibus) Patriarchales, Archiepiscopales, & Episcopales Ecclesias, ac monasteria destituta pastoribus, sub commendæ, vel custodiæ, seu curæ, vel *guardiæ*, aut administrationis titulo duximus ad vitam, seu ad certi temporis spatium committenda. Super his, an tales tantasque gratias per nos fieri decuisset, variorum arduorum negotiorum multiplicitate distracti, usque ad tempus, quo infirmitate satis periculosa nos his diebus visitavit omnipotens, nequivimus cogitare plenarie. Verum in debilitate ipsius ægritudinis constituti ad hoc sub diligenti examine direximus aciem mentis nostræ, demumque perspeximus evidenter, quod ecclesiarum, & monasteriorum eorumdem cura negligitur, bona & jura dissipantur ipsorum & subjectis eis personis, & populis spiritualiter plurimum, & temporaliter derogatur, eisque redundant ad noxam, quæ dicebantur cedere ad profectum; at nedum ipsis, sed etiam Romanæ ecclesiæ graviora inde futura timentur pericula. Nolentes igitur tot tantisque dispendiis caussam relinquere, omnes promissiones hujusmodi per nos factas quibuscumque revocamus, cassamus, & annullamus c. *ex superna* 2. *de prabend. & dignit. extra*. Vid. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 3. *tit.* 5. §. 28. 29. Episcopi ultra sex menses, h. e. quamdiu vacant beneficia, commendare ea nequeunt *cap.* 15. *de elect. in* 6. Vid. Commendare pro deponere.

COMMENDARE. Ex verbo *commendo* testamento, vel codicillis fideicommissa libertas relicta non videtur *l.* 12. *C. de fideic. libert.*

Commendare pro *deponere* in *l.* 24. *D. depos. l.* 186. *de verb. signif.* Et ita accipe in *leg.* 26. *D. depos.* & *l.* 6. *eod.* Sic in *c.* 15. *de elect. in* 6. modo citato *commendari* dicitur Ecclesia, quæ alicui custodienda datur. Unde & ipsum beneficium *commendatum*. Sunt enim beneficia vel *titulata*, vel *commendata*. Illa provisis clericis in *titulum* data dicuntur, quod vi *officii sacri*, quo jure ordinario gaudent, ea possideant, & ecclesiæ, quibus vi officii inserviunt, tituli vocatæ sunt. Tandem etiam ipsa beneficia *titulata* dicta sunt, quæ clerici *vi officii*, & sic *jure suo* non alieno possident. His opponuntur *commendata*, quæ jure administrationis, & fiduciario quis possidet ad tempus, quamdiu vacant. Et quod certis modis & ad tempus commendatum est beneficium vacans, id cœpit in perpetuum *commendari*, ita ut clericus unum beneficium jure *proprio* seu *tituli*, reliqua jure *commendationis*, vel *administrationis* detineret, eisque frueretur *cap.* 5. *de election.* Episcopi quidem ultra sex menses, hoc est, quamdiu vacant beneficia, commendare ea nequeunt, ast Pontifex etiam in perpetuum potest *c.* 15. *de election. in* 6. qui monasteria & prioratus in Gallia, & Italia *laicis* etiam commendat. Hic vero habent *vicarios*, qui officium sacrum peragunt, vel monasteriis præsint.

Commendare corpus est, temporis caussa deponere, donec justæ sepulturæ tradatur, & quasi æternæ sedi detur *l.* 14. §. 4. *D. de religios. & sumpt. fun. junct. l.* 4. *D. eod.* Unde *commendatur corpus*, dixit Paull. 1. *Sent.* 21. 4. De hac notione verbi *commendare* quædam etiam notavit Cujac. cum ad Paull. *l. c.* tum *c. obs.* 17. Tametsi in *d. l.* 14. §. 4. *de religios.* pro corpus *commendandum* legi debere *communDandum* verosimilius est. Vid. infra in art. *corpus*.

Commendare per antiphrasin in *l.* 31. §. 1. *D. de reb. auct. judic. possid.* frustra legi putat Jo: Otto Tabor. Nam verosimilius est, ibi non legendum esse *commendet*, sed *condemnet*. In Basilicorum *lib.* 9. *tit.* 7. *leg.* 50. est: κρίνεται ο επίτροπος, ceu observavit Bynkersh. 1. *ob.* 25. HEIN.

COMMENDATITIÆ litteræ *l. pen. D. de adquir. rer. dom.* Συστατικαὶ dicuntur in *Can. Apostol.* 33. Dabantur litteræ hæ *systaticæ*, vel *commendatitiæ* ab Episcopis primo peregrinaturis quibuscumque sive clericis, sive laicis, ut iis, tanquam hospitalitatis tessera, muniti a Christianis ubique benigne exciperentur hospitio, deinde clericis, ad eorum ordinationem adprobandam, denique ignotis hominibus, ac suspectis, ut eos sceleris puros esse ostenderent. De his litteris ex instituto egit Franc. Bernardin. Ferrar. *de antiquo epistol. eccles. genere l.* 1. *c.* 9. Cujus antiquissimi instituti jam mentionem facere videtur Paullus Apostolus 2. *Cor.* III. 1. 2. nec non Joannes *Epist.* 3. *v.* 9. Immo totam ad Philemonem Epistolam esse *systaticam* tertii generis, res ipsa docet.

COMMENDATIO *l.* 4. §. 3. *D. de offic. procons. l.* 1. *D. de integr. rest.*

COMMENTARIENSIS in *l.* 6. *D. de bon. damn.* & carcerum custos, ut loquuntur Imperatores in *l. ult. C. Theod. de custod. reor.* seu carceri præpositus, ut Paullus in *l.* 8. *D. eod. tit.* Cujus nominis ea ratio adferri potest, quod in Commentarios nomina eorum, qui carcere continebantur, referrent. Unde ὑπομνηματογράφοι Straboni dicuntur *l.* 7. Vid. Moroic. ad *l.* 1. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* Reinesf. *ad Inscr. Class.* 1. *n.* 3. *p.* 12.

Com-

Commentarienses etiam adpellantur, quorum manu acta subnotantur, quoties apud fiscum agitur *l.* 45. §. 7. *D. de jur. fisc.* Commentarienses tales inter officiales præfecti prætorio Africæ ponit Justinianus in Notitia, quæ subjicitur *l.* 1. *C. de offic. præf. prat. Afr.*

Erant olim & in legionibus *commentarienses*, ut ex Noritia Imperii adparet. Hinc *commentariensis* gradum repetere in *l.* 1. *C. ad Leg. jul. de amb.* Auctor Etymologici: Κομενταρησιοι ait, τος επι των υπομνηματων γραφων πραττοντας ο νομος καλει και υπηρετουντας ταις εγκληματικαις δικαις, υπασπιζοντων αυτων απληκταριων, και κουβικουλαριων μετα πληθους ραβδουχων, σιδηρων δεσμων και ποινων οργανων, ααλευοντων τω φοβω το δικαστηριον ειτι δε οι νυν λεγομενοι χαρτουλαριοι, id est, Commentarienses lex vocat eos, qui actis conficiendis operam navant, itemque adparitores in judiciis criminalibus, qui una cum accensis, cubiculariis, & turba lictorum excubant, vinculis quippe ferreis, & instrumentis carnificum judicium metu concutientibus. Sunt etiam commentarienses, qui hodie vocantur chartularii. At Hesychius: Κομενταρησιος, τος εγγραφας των εγκληματων δεχομενος. Commenrariensis, qui inscriptiones, accusationesque recipit. Ascon. Præd. *in Verr.* 3. *Accensus nomen est ordinis, & promotionis in militia, ut nunc dicitur princeps, vel Commentariensis, aut Cornicularius.*

COMMENTARIUS principis, in quem Tribuni militum, & Præfecti, & Comites Legatorum referuntur *l.* 32. *D. ex quib. caus. maj.*

COMMENTIRI *l.* 1. §. 27. *D. de quæst.* Apulei. metamorph. *lib.* 7. *p.* 118. Miloni virum sese commentitus bonum.

COMMENTITIUM jus. Paullus *l.* 20. *D. de pœn. Si pœna alicui irrogatur, receptum est cemmentitio jure, ne ad heredes transeat.* De commentitio hoc jure multi multa, & acutius tamen hic omnibus viderunt Glossæ auctores. Jus enim *commentitium* omnino est, quod ex prudentum auctoritate obtinuit contra regulas juris civilis, vel quod non est perfectum ex jure civili, & severis ejus regulis, sed quod æquitatis ergo finxerunt, & commenti sunt ii, qui disputationibus suis juris civilis rigorem plus semel temperarunt, quin & subegerunt. Ita Bynkersh. 5. *obs. c.* 16. rem exponit. *Hein.*

COMMENTUM pro fraudulenta machinatione, calliidaque, ut subtili astutia *l.* 11. §. 3. *l.* 15. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* Commentum fraudis *l.* 3. *C. de except.* frustrationis *l.* 20. *C. Theod. de adpellat.* callidum *l.* 20. *D. de his, qui not. infam.* turpe *leg.* 22. §. 2. *D. de jur. fisc.*

Commentum pro fictione juris. Sic *commentum* adoptionis *l.* 76. *D. de condit. & demonstr.* cretionis *l.* 1. *C. Theod. de matern. bon.*

COMMERCIUM est *emendi, vendendique invicem jus* ait Ulp. 19. *fragm.* 5. Liv. *lib.* 43. *c.* 7. *Illa petentibus data, ut militarium equorum iis commercium esset, educendique ex Italia potestas fieret.* Commercium Hermogenianus in *l.* 5. *D. de just. & jur.* adpellat mutuam rerum communicationem, quæ per contractus, negotiationesque explicatur. *Commercium* ergo earum rerum non esse dicitur, quæ usibus hominum, dominioque subjici, & in obligationem deduci, alienarique, & adquiri non possunt *l.* 39. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 6. *D. de contrah. emt. l.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig.* §. 1. *Inst. de inutil. stipul.* Ager ergo, cujus commercium non est, legari non potest *l.* 49. §. 2. *D. de legat.* 2.

COMMERCIORUM Comes, cujus mentio fit in *l. un. C. de annon. & capit. l.* 2. *C. quæ res venir. non poss. l.* 6. *C. de commerc. & mercat.* est, qui curat, ne commercia illicita exerceantur, cuique soli a barbaris comparandi serici in usum principis jus ac potestas est: & sine quo cum barbaris ultra fines constitutos negotiari non licet, Gothofr. *ad. d. l. un. C. de annon. & cap. per d. l.* 2.

COMMILITIUM *l.* 19. *D. de castrens. pecul. l.* 4. *C. eod. tit.* Ovid. *ex Ponto lib.* 2. *epist.* 5. *ver.* 72. *Et commilitii sacra tuenda putas.* Quintilianus quoque *lib.* 5. *c.* 10. *extr. commilitio alicujus uti*, dixit. Plura exempla colligit Savaro *ad Sidon. Apollinar. pag.* 462.

COMMILITO *l.* 10. *D. de leg. Cornel. de fals.* qui & commiles apud Plin. *lib.* 37. *c.* 2. ubi *commilitum* mentionem esse, observat Hein.

COMMINARI. *Ita fit, ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, verum etiam alios comminentur.* Sic Florentina, pro quo Vulgata habet *criminentur.*

COMMINATIO judicis vim stipulationis non habet *lib.* 1. *C. comminat. epist.* nec vim rei judicatæ *l.* 4. *l.* 6. *C. eod. l.* 7. *C. de sent.*

COMMINISCI *l.* 1. §. 1. *D. de eo per quem fact.* Fraudem commentus *l.* 1. §. 5. *D. de separat.* & commenta fraus Paull. 5. *sent.* 4. 8.

COMMISCERE confusum, atque commixtum *l.* 3. §. *ult. D. de rei vind.* Commixtio autem proprie est aridorum, confusio liquidorum. Vid. §. 27. & §. 28. *Instit. de rer. divis.*

COMMISSÆ hypothecæ dicuntur a Cic. *lib.* 3. *ad famil. epist.* 56. quæ creditoris factæ ob pecuniam sua die non solutam. Eodemque sensu & fiduciam commissam dixit in Or. *pro Flacco c.* 21. Vid. quæ dicta sunt in art. *Commissoria.*

COMMISSIO in *cap.* 16. *Decretal. de rescript.* est, qua caussa ad judices delegatur, ad certam nempe caussam constitutos, qui & *commissarii* adpellantur. Vid. art. *delegatus.*

COMMISSORIA lex adpellatur pactum, quo venditio committitur, ac resolvitur, quoties videlicet placuit, ut si intra diem pretium solutum non esset, res inemta fieret *leg.* 1. & *tot. tit. D. de lege commissor.*

-missor, quæ etiam *commissoria* simpliciter adpellatur *l.* 4. §. 2. *&* 3. *D. eod. tit.* Commissoria lex in pignoribus reprobatur *tit. C. de pact. pign. & de leg. commiss. in pign. rescind.* hoc est, improbatur pactum quo, nisi debitor certa die solverit, pignus pleno jure creditori cedit. Quod omnino est diversum a pacto de distrahendo pignore, de quo *l.* 4. *D. de pign. act.* Commissoriam index ἐκτιθικῶν explicat, αγο ασιαν και πρασιν επι ορω γινομενη, ινα ει μη εν ος της ωρισμενης προθεσμιας καθιβληθειν το τιμημα αναλυηται i. e. emtionem venditionem usque ad certum terminum factam, ut si intra tempus definitum non solvatur pretium, rescindatur.

COMMISSUM adpellatur, quod ob vectigal non solutum, vel omissam apud publicanos professionem fisco vindicatur, seu cujus dominium vectigali adquiritur, ut loquitur *l.* 14. *D. de publican.* Sic *commissum* fieri *l.* 1. *C. de vectig.* Ita & in commissum cadit servus, vel res *l. ult. pr. &* §. 4. *&* §. 12. *D. de publican.* In caussam commissi incidere *l. ult.* §. 9. *D. eod.* Commissi poena *l.* 7. §. *ult. D. eod.* Commisso tolli onus *l.* 61. §. *ult. D. l. c.*

COMMISSO vindicari res *l.* 11. §. 4. *D. eod.* Commissis mercibus *l.* 11. §. 2. *D. eod.* Commissa vectigalium nomine *l.* 14. *D. eod.* Add. Sueton. *in Calig. cap.* 41.

COMMITTERE, aliquid agere, quo quis vel damnum incurrit, vel lucro ex actu quodam privatur. Sic *committere* in *pro socio* actione *l.* 65. §. 5. *D. pro soc.* Committitur cautio *leg.* 114. §. 34. *D. de legat.* I: condictio indebiti *l.* 3. *D. rat. rem hab.* id est, quod datum est, ut indebitum repeti potest. *Committere* edictum dicitur, qui ei locum facit *l.* 3. §. 11. *l.* 8. §. 11. *l.* 10. §. 5. *l.* 11. *D. de bon. possess. cont. tab.* Committere in legem *l.* 39. *D. ad Leg. Jul. de adult.* lege, Varro *lib.* 2. *de re rust. c.* 1. Quinctil. *Inst. Or. lib.* 7. *c.* 1. contra Leges *l.* 37. §. *ult. D. de minor.* Committitur lex venditionis *l.* 4. §. 2. *D. de leg. commiss.* falcidiæ stipulatio *l.* 70. *D. ad Leg. falcid.* id est, ei locus est, quod in eam erat deductum. *Committere* in legem venditionis *l. ult.* §. *ult. D. de leg. commiss.* Committitur mulcta Cic. *pro Cluent. c.* 32. *l.* 6. *D. de condit. & dem.* i. e. ei locus datur. *Committere* in pœnam *leg.* 23. §. 1. *De recept. arb.* pœnam compromissi *l.* 37. *D. eod. tit.* pœnam edicti *l. ult. D. quod quisq. jur.* Committere stipulationem, cujus casus, vel conditio exstitit *l.* 29. *D. de negot. gest. l.* 63. *D. de verb. oblig. l.* 13. *si quis caut.* Committitur stipulationis clausula *l.* 25. *D. de procur.* Committere adversus testamentum dicitur, qui contra testatoris voluntatem petit *l.* 8. §. 2. *D. de liberat. leg.*

Committere interdum est admittere, & perpetrare *lib.* 13. §. 2. *D. de usufr.* Ita *committere* crimen *lib.* 5. *D. ad Leg. Jul. de peculat.* culpam vel dolum *l.* 7. *C. ad exhib.* Quod *commisit* medicus per imperitiam *l.* 6. §. 7. *D. de offic. præsid.* Commissum plagii *l.* 12. *C. de ingen. manum.* stellionatus *l. ult. C. de crim. stell.*

Committere aliquando significat mandare, & fidei alicujus credere, ac permittere, ut Nonius explicat. Sic committere caussam alicui *l.* 31. *D. de recept. arbitr.* negotia *l.* 23. *D. de minor.* custodiæ instrumenta *l.* 5. *C. si quis alt. vel sibi*, Committere se jurisdictioni *l.* 1. §. 6. *D. de nov. op. nunc.* in fideicommissum, formulis passim.

COMMITTI pro *commissum* cadere, & vindicari. Ita homo committitur fisco *l.* 2. *C. si serv. export. committitur* in publicum fundus *l.* 17. §. *ult. D. ad SC. Vellei.* committantur in publicum prædia *l.* 13. *D. de negot. gest.*

Committi præterea animalia dicuntur, quæ inter se confligunt *l.* 1. §. 11. *D. si quadrup. paup.* Frequens hæc loquutio *committere* absolute, pro *confligere*. Glossarium vetus: *Committere*, συμβαλλειν μαχην. Curt. *lib.* 9. *c.* 4. Jam admonebat Rex, quum vates monere eum coepit, ut *committeret*, aut certe differret. Eadem loquutione usus est Eutrop. *lib.* 4. *c.* 5. *lib.* 5. *c.* 4. *& lib.* 9. *c.* 15. *Hein.*

COMMODA militiæ *l.* 22. *D. de legat.* 2. præmiorum, quæ propter coronas sacras præstantur *l.* 40. *D. de re jud.* primipili *l.* 23. *D. de adim. leg.* sacerdotum, apud Suet. *in Aug. c.* 29. Hic & alibi passim commodum idem, ac salarium, stipendium, & quidquid quis pro administratione officii capit. Glossæ Nomicæ: Κομοδα, δοσις επι τω σιτισμω. Ita apud Gruter. *Inscr. p.* 485. 3. C. Titio Chresimo, Aug. liberta, ordo Decurionum, ut omnibus commodis publicis, ac si decurio frueretur, decrevisse dicitur. *Hein.*

Commoda in *l.* 16. §. 1. *D. de alim. & cib. leg.* nomen proprium testatricis, ut conjicit Accursius ibid. Pancirolus vero 2. *var. c.* 96. putat alimenta dici *commoda*, a Commodo Imperatore, quia eo modo erogarit illa testatrix, ac Commodus Imp. Utramque conjecturam improbat Heinecc. Solet enim, ait, Scævola in talibus responsis non exprimere testatorum nomina, ceu ex princ. & §. 2. *d. l.* 16. & aliis ejusdem Scævolæ fragmentis sub eodem titulo patet. Panciroli vero sententiæ analogia obstat. A Commodo enim Imp. *Commodiana* hæc alimenta dicenda fuissent, non *commoda*. Alimenta ergo *commoda* sunt congrua, & conditioni alimentariæ concinnata. Ut enim utilitates, omnes, quas quis percipit, substantiæ *commoda* vocantur, ita alimenta, quæ cuivis conditioni congrua sunt, adjective *commoda* possunt vocari. Ita Varro *de re rust. lib.* 2. *cap.* 5. Pascuntur armenta *commodissime in nemoribus*.

COMMODARE, gratis utendam dare rem non fungibilem, vel fungibilem, etiam ita ut eadem species reddatur, sive res commodata sit mobilis, sive immobilis *lib.* 1. §. 1. *D. commod.* Inter *commodatum* tamen, & *utendum datum* Labeo tantum interesse cre-

credebat, quantum inter genus, & speciem. Commodari enim rem mobilem, non etiam soli *d. l.* 1. §. 1. *eod. tit.* Isidor. in *libris differentiar.* & Beda *in orthographia: Commodamus*, aiunt, *amico pro tempore equum, vestem, servum, hanc ipsam rem quam dedimus recepturi. Mutuo damus pecuniam, triticum, vinum, & his similia, quæ mutata recipi necesse est.* Quæ illi videntur sumsisse ex Paullo, qui in *l.* 2. *D. de reb. cred. Mutuum*, ait, *damus, recepturi non eamdem speciem, quam dedimus, alioquin commodatum erit, aut depositum* Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 25. Commodatum *est id, quod nostri juris est, & ad alios temporaliter translatum est, commodo temporis, quamdiu apud eum sit. Unde &* commodatum *dictum est.* Commodata autem res tunc proprie intelligitur, si nulla mercede accepta vel constituta res tibi utenda data est. Alioqui, mercede interveniente, *locatus* tibi usus videtur. Gratuitum enim esse debet *commodatum* §. 2. *in fin. Inst. quib. mod. re contrah. oblig.* Interdum autem accipientis duntaxat gratia commodatur res, interdum utriusque, ut exemplo domonstratur *in l.* 18. *D. commod.* Plerumque vero *commodatum* solam utilitatem continet ejus, cui commodatur, interdum tamen & sua duntaxat caussa quis commodat *l.* 5. §. 2. *D. eod.*

Commodare tamen aliquando idem, ac mutuum dare, ut in *l. ult. C. de his qui ex publ. rat. pec. mut. accep. l.* 1. *C. Theod. quod jussu.* Quo ipso tamen non conficitur, quod cum adseclis suis voluit Claud. Salmasius *disquis. de mutuo p.* 378. duo hæc verba *mutare*, & *commodare* invicem significatione reciprocari. Add. *Diatrib.* Wissenbach. de *mutuo disp.* 3. *thes.* 10.

Commodare interdum est accommodare. Sic *commodare* adsensum *l.* 11. C. *de oper. lib.* fidem amico *l.* 12. *in fin. D. si quis in fraud. patron.* intercessum *l.* 3. *C. qui morb. excus.* notionem *l.* 3. *C. de noxal. act.*

COMMODATARIUS is, cui commodavi *l.* 14. §. 8. & §. 10. *D. de furt.*

COMMODATI actio *directa* est personalis, qua commodans, ejusve heredes rem commodatam a commodatario, vel ejus heredibus repetunt §. 2. *Inst. quib. mod. re contrah. obl.* Sane ut cum omni caussa restituantur, præsteturque damnum, culpa etiam levissima datum *d.* §. 2. *inst.* Contraria vero *commodati actio* est etiam personalis, qua commodatarius, ejusve heredes indemnitatem intuitu rei commodatæ a commodante, vel ejus heredibus præstari postulant. Vid. *l.* 18. §. 3. *l. pen. D. commod.*

COMMODE nubere *l.* 63. *D. de condit. & dem.* statuitur *l.* 18. *D. de testam. milit.*

COMMODITATES rei suæ *l.* 41. §. 1. *D. de fideic. libert.*

COMMODUM emolumentum, & beneficium significat. Ita *commodum* bonorum possessionis *l.* 5. *D. de bon. poss. cont. tab.* quod & *beneficium* dicitur in *l.* 4. *eod. Commodum* Legis Falcidiæ *l.* 21. *D. ad SC. Trebell.* SCi *l.* 5. §. 15. *D. de don. int. vir. & ux.* Tertullianum *leg.* 2. *D. ad SC. Tertull.* Carboniani SCi *l.* 1. §. 2. *D. de Carb. edict.* commodorum *lib.* 2. §. 5. *D. de administ. rer. ad civ. pert.* dotis *l.* 11. §. 3. *D. ad leg. jul. de adult.* edicti *l.* 10. §. 5. *D. de in jus voc.* fideicommissi *l.* 5. *C. de condit.* hereditatis *l.* 11. *D. de legat.* patronatus *l.* 3. *D. de jur. patron.* pignoris *l.* 83. *D. ad SC. Trebell.* possessoris *l.* 62. *D. de judic.* præscriptionis *l.* 13. §. 1. *D. de re milit.* repræsentationis *l.* 1. §. 10. *D. ad leg. falcid.* testamenti *l.* 71. *D. ad SC. Trebell.* victoriæ *l.* 22. §. 1. *D. de inoff. test.* usurarum *l.* 1. *C. Th. de usur.* Vide supra *commoda.*

COMMODUS, A, UM. Hæc verba: *Quum* commodum *erit dari*, ita interpretabatur Ser. Sulpicius, quum primum sine turpitudine, & infamia fieri possit *l.* 79. *in fin. D. de jur. dot.* Proculus vero ita: Quum sine incommodo promissoris poterit *l.* 125. *D. de verb. signif.* Latine loquentibus etiam hæc verba, *Quum erit commodum*, significant, quum voluerit, ut in *l.* 21. *pr. D. quand. dies leg. vel fideic.* Quum aliquid demum, quod scribendo comprehendere sit commodum, fecerit. Et ita Ascon. *in Ver.* interpretandum esse censet illud Terentii in Adelph. *Dabitur argumentum, dum erit commodum.* Ex *commodo*, id est, ex facili *l.* 4. *D. de vacat. & excus. mun.* Ex commodo patroni *l.* 24. *D. de oper. libert.*

COMMODUS L. Aurelius, Imperator Marci Aurelii filius, sed indignissimus tanto patre, a quo & in consortium Imperii adsumtus, & successor relictus est. Hinc sæpe junguntur Marcus, & Commodus Impp. veluti *l.* 14. *D. de offic. præsid.* Quum vero idem alibi descripsisse dicantur Divi fratres *leg.* 13. §. *ult. D. eod. tit. & l. pen. D. ad leg. Pomp. de parric.* per *Commodum* etiam in *d. l.* 14. *D. de offic. præs.* intelligendum esse Lucium Verum, Marci Aurelii fratrem, & Collegam Imperii, quidam sunt suspicati. Quem errorem & Pet. Pithoeo *ad Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. tribuunt, quum hic vir doctus diserte scribat, intelligendum esse *Commodum* M. F. Falsum tamen esse L. Verum Commodi nomen tulisse, ostendit Menag. *Amæn. jur. civ. c.* 41. *p.* 176.

COMMONEFACERE *l.* 3. *C. de sum. trinit.*

COMMONITORIUM in *l. un. D. de suffrag.* & apud Augustin. *Epist.* 129. & 158. Suida interprete, est ἐπιστολὴ προσταπτικὴ ἀποστελλομένη εἰς χώρας: *epistola* mandatoria, missa in provincias. Utitur hoc verbo Cyrillus *Epist. ad Successum* Episcopum Isauriæ. *Commonitorii* quoque formula proponitur apud Cassiodor. 7. *var.* Vicentius Lirinensis *in libro adv. Profanas Novationes: Me vero sublevandæ recordationis, vel potius oblivionis meæ gratia commonitorium mihimet parasse sufficerit.*

Commonitorium modo pro libello accipitur, quem hodie memorialem vocant, ut in *l. un.* §. 3. *C. de suffrag.*

suffrag. modo pro mandato, quo legati officii admonentur, quo sensu hoc vocabulum frequenter in conciliis usurpatur, modo pro quovis scripto, quo nobis aliisve in memoriam revocamus. Sidon. Apollinar. 8. 5. *Dilectæ nimis & peculiaris Phœbus comminitorium Thaliæ*. Vid. & Amm. Marcellin. *lib.* 28. *c.* 5. & Symmach. *lib.* 5. *epist.* 21. HEIN.

COMMORARI in quaque regione *l.* 18. §. 3. *D. de instr. & instr. leg.*

COMMORIENTES *l.* 42. §. 14. *D. de don. int. vir. & ux.* i. e. qui simul, seu pariter ducedunt, quos pariter mortuos vocat *l.* 16. *D. de reb. dub.* Græci συναποθνήσκοντες vocant, quo nomine Comœdiam Græcam laudat Terent.

COMMOTA feritas in *l.* 1. §. 4. *D. si quadr. paup.* opponitur partim instigationi hominis *d. l.* 1. §. 6. partim feritati naturali *d. l.* 1. §. 10.

COMMOVERE limites. In lege Manilia: Qui termini hac lege statuti erant, ne quis quem eorum ejicito, neve *commoveto* dolo malo. Tertull. *in lib. de præscript. adv. hæret. cap.* 37. Qua potestate Apelles limites meos commoves?

COMMUNDATA mulier in *l.* 25. §. 10. *de aur. & arg. leg.* i. e. lota, emundata Gloss. vet. *Commundata* καθαρισ. Columell. *de re. rust. lib.* 12. *cap.* 18. Aqua eluenda sunt, & commundanda. *Hein. Corpus commundandum*, cadaver nempe. Vid. art. *Corpus* custodiendum, vel commendandum.

COMMUNE. Vid. Supra Κοινόν.

COMMUNICARE præter notissimam significationem in specie compensandi notione usurpatur, ut rem ob compensationem criminis inter utrosque communicare *l.* 13. §. 5. *D. ad Leg. Jul. de adult.*

COMMUNIO bonorum *l.* 78. §. 8. *D. ad SC. Trebell.* juris *l.* 19. §. 2. *D. commun. divid.*

COMMUNIS, E, quod ad plures pertinet, seu quod plurium est. Sic *communia* omnium jure naturali sunt hæc: aer, aqua profluens, mare, & per hoc littora maris, lapilli, gemmæ, & cetera quæ in littore inveniuntur *l.* 2. *l.* 3. *D. de divis. rer.* §. 1. *Inst. eod. tit.* Fluminum publicorum *communis* est usus, sicuti viarum publicarum, & littorum *l.* 24. *D. de damn. infect.* Communia autem a *publicis* separat Justinianus *pr. &* §. 1. *Inst. de rer. divis.* eorumque differentiam ex littorum, & riparum comparatione facile quivis intelliget. *Communium* enim tam usus, quam proprietas communis est, propterea que in nullis bonis habentur, & occupantis fiunt *l.* 30. §. *ult. l.* 50. *D. de adquir. rer. dom.* At publicorum licet publicus, communis, promiscuusque usus sit, in dominio tamen ea sunt alicujus, seu populi, seu civitatis. Proinde Neratius in *l.* 14. *D. de adquir. rer. dom.* Littora, ait, publica non ita sunt, ut ea, quæ in patrimonio sunt populi, sed ut ea quæ primum natura prodita sunt, & in nullius adhuc dominium pervenerunt. Paull. in *l.* 51. *D. de contrah. emt. Littora*, inquit, *nullius sunt, sed jure omnibus vacant*. Verum hæc communium, ac publicorum differentia a remotis a professione nostra hominibus confunditur. Et ita Joan. Chrysost. in *Homil.* 11. *in Epist. ad Timoth.* λουτρὰ ἀγορὰς, τὰ στοὰς, κοινά, *balnea, fora, ambulacra, ipsasque urbes communia* vocat, & alia ὧν πάντες τὸ ἴσον μετέχομεν, *quorum omnes æquabiliter participes sumus*. Igitur alia sunt *communia*, quæ ad populum spectant, quæ alias in jure nostro *publica* dicuntur, alia *communia* jure gentium, quæ omnibus etiam extra populum constitutis vocant.

Alias *communia* etiam dicuntur, quæ in privatorum, vel plurium dominio sunt. Ut communia ex successione bona *l.* 0. *C. famil. ercisc.* communis duorum fundus *l.* 28. *D. de Salvian. interd. Communis* autem res inter aliquos est, vel cum societate, vel sine societate. Cum societate, veluti inter eos, qui pariter eamdem rem emerunt; sine societate, veluti inter eos, quibus eadem res testamento legata est *l.* 2. *D. commun. divid.* communiter enim agi ait Ulpianus in *l.* 31. *D. pro soc.* etiam citra societatem, ut puta, quum non adfectione societatis incidimus in communionem. Et huc pertinet *communi dividundo* actio, quæ inter eos redditur, inter quos aliquod, nullo tractatu habito, commune est §. 20. *Inst. de action. l.* 31. *l.* 32. *D. pro socio*. Differt autem *communi dividundo* judicium & ab eo, quod est *familiæ ercifcundæ*. Hoc enim universam hæreditatem respicit, unde hæc actio nonnisi semel intentari potest, & si quid indivisum remanserit, ad judicium *communi dividundo*, tamquam particulare recurrendum *l.* 20. §. 4. *D. famil. ercisc.* E contrario judicium *communi dividundo*, cum certas res pro objecto habet, sæpius intentari potest *l.* 4. §. 4. *D. commun. divid.* Porro *communia* quædam sunt *pro diviso*, quorum secretæ, & distinctæ partes sunt, oculisque cerni, ac demonstrari possunt. Quædam *pro indiviso*, quæ, nullis factis partibus, communiter possidentur, non divisione corporum, sed juris intellectu, ut arbor, insula, lapis, substantia *l.* 5. §. *ult. D. de reb. eor. qui sub tut. l.* 8. *D. de rei vind. l.* 23. §. *ult. D. de verb. sign. l.* 94. *D. de solut.* Et ad hanc pertinet differentiam, quod ait Paullus: Inter eos, qui secundum unam ripam prædia habent, insula in flumine nata non *pro indiviso communis* fit, sed regionibus quoque *divisis l.* 29. *D. de adquir. rer. dom.* Plane *communis* res in oratione D. Severi de rebus eorum, qui sub tutela, vel cura sunt, non alienandis ita accipi debet, si *pro indiviso* communis erit. Ceterum si *pro diviso* communis sit, cessante oratione, decreto locus erit *l.* 1. *l.* 5. §. *ult. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.*

Commune delictum, id est, quod militari opponitur *l.* 1. *D. de veteran. success.*

Communes dies, id eſt, ſive feſti, ſive profeſti *l. 2. C. de ſtatutis.*

Commune jus dupliciter accipitur. Aut enim reſpectu *proprii juris*, quæque civitas ſibi conſtituit, *commune jus* dicitur, eoque nomine jus gentium ſignificatur, quo omnes populi utuntur, quodque omnibus inter ſe gentibus *commune* eſt *l. 1. §. ult. l. 9. D. de juſt. & jur.* quod *commune* omnium hominum jus dicitur §. 1. *Inſt. de jur. nat. gent.* Quod & idcirco κοινον νομιμον ab Ariſtotele *in Ethica* adpellatur. Aut *commune jus* reſpectu *juris ſingularis* dicimus, eoque *jus publicum* ſignificamus, quo omnes ejuſdem civitatis cives reguntur, quodque æquabiliter in omnes deſcriptum eſt *l. 75. l. 78. D. de concit. & dem. l. 12. D. de minor.* §. 7. *Inſt. de nupt.* quod *commune jus* Civium Romanorum adpellatur in . 20. *D. de teſtam. milit.* Et ita Conſtantin. Harmenop. *lib. 1. tit. 6.* κοινας το οθιτιας, τετεςι τασ κοινας, και χρηςιμος μαντι ειςαχθεισας interpretatur. Hoc modo *communi juri* privilegium opponitur in *l. 15. D. de vulg. & pupil. ſubſt.* & jure *communi* & *militari*, ſeu *militiæ*, vel *proprio* adverſa faciunt juriſconſulti in *leg. 7. D. de injuſt. rupt. irrit. l. 17. §. ult. D. de caſtr. pecul. l. 8. §. 4. de jur. codicil.* 34. §. 1. *l. 36. §. ult. l. 38. §. ult. D. de teſtam. milit. l. 3. C. eod. tit.* & apud Paull. 3. *ſent.* 4. 3. Hinc facile intelligitur, quid ſit *commune* jus privatorum *L. 47. D. de jur. fiſc.* jure *communi* formarum pactum *l. 10. C. de jur. dot. Communi* jure uſus minor *l. ult. C. de in integ. reſt. Communi* jure hypothecam vendere poſſe *l. 1. C. de pact. pign.* jure *communi* pignora diſtrahere *l. 7. C. de oblig. & act. Communi* jure & *creditoris jure vendere* ſeparantur *l. 59. §. 4. D. mand. Communi jure* enim *vendere* eſt ceterorum creditorum more, qui de evictione tenentur, vendere. *Jure* vero creditoris eſt ſine evictionis præſtatione, permiſſioneque vendere. Jure communi injuriarum agi, ad differentiam quæſtionis publicæ *l. 6. D. de injur.*

Communes uſuræ, id eſt, vulgares *l. 1. C. de naut. fœn.*

COMMUNITER geſtum, a ſocietate differt, quoniam etiam agi communiter ſine ſocietate poteſt *l. 31. 32. 33. 65. D. pro ſoc. Communiter* vero & ſeparatim gerere opponuntur *l. 1. Cod. de tranſact. l. 14. D. de uſu & uſufr.* Communiter rem habere *l. 84. §. ult. D. de legat. 1.*

Communiter pro generaliter *l. 12. §. 1. D. depoſ.*

COMMUTARE oleum pro vino *l. 8. §. 24. D. de tranſact.* rem in meliorem ſtatum *l. 23. D. de uſu & habit.*

COMMUTATIO, id eſt, permutatio inſtar emtionum obtinet. *Novel. Valent. de his quæ adminiſtr.*

COMPACTUM, ſtructam collato in unum conſilio machinationem ſignificat *l. 3. C. de exſequut. rei jud.* Liv. *lib. 5. cap. 11.* Ut multo vero ſimilius ſit, *compacto* eam rem, & communi fraude patriciorum actam. Plaut. *captiv. act. 3. ſc. 1. v. 23.* ſcivi extemplo, ex *compacto* rem geri. Et poſt *v. 27.* Omnes compacto rem agunt, quaſi in velabro olearii. Suet. *in Jul. cap. 20.* Productaſve pro roſtris auctores ex compacto nominaret.

COMPARARE, emere, mercari *l. 14. §. 5. D. quod met. cauſ.* & alibi paſſim.

Comparare alias & conficere, vel colligere ſignificat: & ita *comparare* pecuniam *l. 45. §. 10. D. de jur. fiſc.* exercitum *l. 3. D. ad leg. Jul. majeſt.* Comparatur præjudicium *l. 4. C. de jur. & fact. ignor.*

Interdum *Comparare* eſt conferre. Sic comparare rationes *l. 6. §. 1. D. de edend.*

COMPARATIO, emptio *l. 52. §. 1. D. de judic.* alias eſt collatio, ut in *l. 16. D. de reb. auct. jud. poſ.*

COMPARATOREM pro emtore dixit Paull. 2. *ſent.* 17. 15.

COMPARATUM more *l. 5. D. de juriſd.* i. e. introductum. Publiciana *comparata* eſt *l. ult. D. de public.* id eſt invecta.

COMPARERE, pro adparere, exſtare. Sic *comparent* ſigna *l. 7. D. de bon. poſ. ſec. tab.* tabulæ *l. 20. §. ult. D. teſtam. quemadm. aper.* Alias *Comparere* dicitur, qui adeſt ad judicium *leg. 6. §. 2. D. ad SC. Silan.*

COMPASCENDI jus *leg. pen. §. 2. D. ſi ſervit. vind.* eſt jus, communi prædio, vel ſaltu paſcendi. Alias *compaſcendi* jus dici poteſt jus reciproco pacto, veluti mutuæ ſervitutis conſtitutum in prædiis hinc inde promiſcue paſcendi, de quo vid. Sam. Stryck *in uſu modern. pandect. lib. 8. tit. 3. §. 15.*

COMPASCUUS *ager*, relictus ad paſcendum communiter, vicinis, quemadmodum Feſtus interpretatur. Cicero in *Topic. c. 3.* Si *compaſcuus* ager eſt, nec eſt *compaſcere*, id eſt, ut Boethius ait, cum vicino ſimul paſcere. Iſidorus plane *lib. 11. etymol. cap. 13.* ita adpellari agrum ſcribit, qui a diviſoribus agrorum relictus eſt ad paſcendum communiter vicinis. Et ita apud Hygin. *p. 192. & 206.* Frontin. *p. 41.* & alios, qui de limitibus ſcripſerunt accipe. Vocantur etiam *communia*, & *pro indiviſo*. Frontin. *de limit. agror. p. 41.* Eſt, ait, & paſcuorum proprietas, pertinens ad fundos, ſed in commune, propter quod ea *compaſcua* multis locis in Italia *communia* adpellantur, quibuſdam provinciis *pro indiviſo*. Add. Aggen. Urbic. *in Frontin. p. 55. ſeq.* Eſt ubi & *communalia* adpellantur, apud eumdem Aggen. *de contr. agr. p. 66.* Erant hi agri ſubceſivi. Si enim plus terræ, quam datum fuerat, ſupereſſet, proximo id circumcirca poſſe-

ſeſſoribus dabatur in commune, nomine *com. paſcuorum*. Ita Hygin. *de limit. conſt. pag.* 192. HEIN.

COMPATITUR ætas, *Colat. Moſ. & Rom. tit.* 13. §. 3. Recenſetur ibi reſcriptum Hadriani ad Terentium Gentianum, in quo de poena termini moti & hæc habet: *Poſſunt ad tempus, ut cujuſque compatitur ætas, relegari*. Sed manifeſtum eſt, trajecta eſſe vocabula, legendumque: *Poſſunt ad tempus, ut cujuſcumque patitur ætas, relegari*. Sane eodem modo verba Hadriani repræſentat, qui idem reſcriptum ſervavit, Calliſtratus *l. 2. D. de term. mot.* niſi quod ibi *cujuſque* pro *cujuſcumque* legitur. *Hein.*

COMPATRONUS *leg.* 1. §. 5. *D. ſi quid in fraud. patron.*

COMPEDIBUS teneri *l. 9. D. ex quib. cauſ. major.*

COMPEDITUS ſervus *l.* 7. §. 7. *D. de dol.*

COMPELLERE cogere *l.* 13. *D. de recept. arb. l. ult. D. de rei vind.* & paſſim.

COMPENDIARIA longiori itineri opponitur *l.* 4. *D. de itin. actuq. priv.*

COMPENDIOSA ſubſtitutio *l.* 8. *Cod. de impub. & al. ſubſtit.*

COMPENDIUM edictorum *l.* 72. *D. de judic.* id eſt brevis complexus.

Compendium pro lucro, & emolumento *l. 71. in fin. D. pro ſoc. l. 3. D. de calumn.* & multis aliis locis.

COMPENSARE debitum *l. 6. C. de her. inſt.* hinc.

COMPENSATIO, quæ eſt debiti & crediti inter ſe contributio *l. 1. D. de compenſat. l.* 21. §. *ult. D. de inoff. teſt.* Quæ Modeſtini definitio valde diſplicet Hottomanno *Comment. verb. jur.* Treurlero *Vol.* 1. *diſp.* 25. *th.* 5. Schiltero *Exercit. ad Dig.* 18. §. 16. idque propter tropicam contributionis loquutionem. Quam tamen merito comprobat VVurffel. in *juriſpr. definit.* §. 364. *in not.* Nec ab ea abludit, quam ipſe tradit VVurfell. *l. c.* quod ſit liberatio a debito, per collationem hujus ad creditum factam. Sane ſi Titius, quod mihi ex cauſſa aliqua debet, confert, aut contribuit, ego vero, quod ipſi ex alia cauſſa debeo, confero, eo contingit utrinque liberatio per ſolutionem quamdam veluti brevi manu factam. Contributio autem nihil hic aliud eſt, quam debiti, & crediti collatio.

COMPERENDINATA *res*, ut Feſtus *lib. 16. voc. res* interpretatur, ſignificat judicium in diem tertium conſtitutum. Vetus Gloſſarium: Comperendinatio, τριήμερος ὑπέρθεσις triduana dilatatio. Cic. *in Verr. II.* 11. Adimo comperendinatum: hoc enim habet lex in ſe modeſtiſſimum, his ut cauſſa dicatur. Plin. *lib. 7. Epiſt.* 2. Nos legibus ipſis juſtiores, quæ tot horas, tot dies, tot comperendinationes largiuntur, Utitur & hoc verbo Gellius *lib. 14. cap.* 2. Comperendinos etiam dies adpellatos, quibus vadimonium licebat dicere, ſcribit Macrobius *lib. 1. Saturnal. c.* 16.

COMPERTUS in his cauſſis *l. ult. D. de publican.* Comperto matrem ſuam deceſſiſſe, id eſt, ubi comperiiſſet *l.* 86. §. *ult. D. de adquir. vel omitt. hered.* de quo loquendi genere vid. Auſon. Pomp. *de uſu antiq. loq. lib. 2. c. 6.*

COMPESCERE, audaciam *l.* 12. *D. de publican.* contumeliam *l. 6. C. de injur.* malos homines *leg.* 35. §. 5. *D. quib. ex cauſ. maj.* ramorum luxuriem Paul. *Sent. lib. 5. tit. 6.* §. 13. id eſt, coercere, reprimere.

COMPETENS actio *l. 9. C. de don. int. vir. & ux.* allegatio *leg. 1. C. ſi tut. vel ſtu*r. cautela *l.* 20. *D. de judic.* defenſio *leg. 20. C. de excuſ. tut.* jus *l. 13. C. de locat. cond.* pars *l. 3. C. de fidejuſ.* pœna *l. 3. C. de lucr. advoc.* privilegium *l. 2. C. de his qui ſpont.* retentio *leg. 1. C. quor. leg.* ſententia *l.* 31. §. 1. *D. de don.* tempus *l. ult. C. de his quæ per met.* id eſt pertinens.

COMPETENS judex, ad quem cognitio pertinet *l. 19. D. de juriſd. Competens* tribunal *l.* 38. §. 1. *D. de procur.* Competenti tempore *l. ult. C. de his, quæ per mot.*

COMPETENTER convenire *l. 4. C. quand. ex fact.* conſulere *leg.* 22. §. 6. *D. ſolut. matr.* obſervare *l. 2. C. de off. præf. urb.* puniri *l. 16. D. de teſtib.*

COMPETERE dicitur, quidquid ad nos pertinet, nobiſque quæritur, conceditur, indulgetur, ceu ex notiſſima ſignificatione paſſim occurrit in libris noſtris.

COMPETITIO in *l. 5. C. Theod. de cenſu & l.* 4. *C. Th. de cenſitor.* aliiſque locis accipitur pro querela ejus, qui ſe a peræquatore prægravatum eſſe ait. At præterea competitio erat petitio eorum, qui bona mortuorum, damnatorum, proſcriptorum vacantia a Principe obtinere ſtudebant. Quod quum fieret importunius, variæ leges aviditati iſti oppoſitæ ſunt, veluti ne peterentur bona reorum majeſtatis *l. 15. C. Th. de petition.* mortuorum, antequam criminis convincerentur *l. 30. C. Theod. eod. tit.* multoque minus viventium, non damnatorum *l.* 27. 29. *eod. tit.* clericorum, decurionum, ceterorum, ne peterentur ante incorporationem *leg. 2. & 4. Cod. Th. de incorp.* nec intra biennium a proſcriptione *leg. 23. 29. Cod. Theod. de petition. l. 17. C. Th. de bon. proſcript.* ut prius hujuſmodi petitio apud officium Comitis rerum privatarum inſtrueretur *l. 14. 16. 23. 26. C. Th. de petit.* & ſi quæ erant hujuſmodi leges aliæ, de quibus fuſe Jac. Gothofr. *Comm. in C. Th. Tom. 3. pag.* 429. HEIN.

COMPETITOR in *l.* 3. §. 1. *D. de decurion.* is eſt, qui

qui cum aliquo decurionatum petit. Contra in *l.* 3. *C.Th. de incorporat. l.* 29. 30. *&* 32. *C.Th. de petition. & ultr. dat.*

COMPETITORES sunt, qui bona vacantia, vel proscriptorum, aut alias res fisci, vel reipublicæ petunt. Exstat de *Competitoribus* titulus apud Cassiodorum *Var. lib.* 7. *c.* 44.

COMPILARE sacra publica in *l.* 9. *D. ad Leg. Jul. peculat.* i. e. diripere. Turneb. *lib.* 3. *adversar. c.* 10. a Græco Ælico πίλητης, quod *furem* significat, deductum censet, qui φιλήτης ab Hesiodo vocatur. Alio significatu Festus: *Compilare*, ait, *est cogere, & in unum condere.*

COMPINGERE navem tabulis *leg.* 83. §. 5. *D. de verb. oblig. l.* 93. §. *ult. D. de solut.*

COMPITUM in *l.* 12. §. 3. *C. de ædific. priv. & in c. de viro* 17. *caus.* 12. *q.* 2. idem ac quadrivium, ut pluribus Servius *ad Virgil. Georg. lib.* 2. *v.* 382.

COMPLANARE locum *l.* 3. *de aq. & aqu. pluv.*

COMPLECTI in libello *l.* 1. *D. de edend.* verbo *l.* 29. *D. de statu lib.* Complectitur actio possessionem *l.* 9. *D. de rei vind.* Complectitur Prætor *l.* 7. *D. de interd.* ubi complecti active sumitur juxta notissimam analogiam. Nec aliter hoc verbum accipiendum videtur in *l.* 29. §. 7. *D. de fideicommiss.* ubi verba hæc legunt: Decretum interponatur, quo id ipsum complectatur. Ibi enim pro *quod id ipsum complectatur*, forte rescribendum, *quod id ipsum complectatur*. Pariter in *l.* 133. *D. de verb. oblig.* his verbis: *Sicut & ipsius & hæredis caput, ita ipsius vis, vel sæpius facta complectitur*, hoc verbum *complectitur* activo significatu accipi potest, si modo legas: *Sicut & ipsius & heredis caput, ita ipsius vi, vel sæpius facta complectitur Stipulatio*, de qua hoc loco agitur. Equidem apud Vitruv. 10. 6. legimus: Scapos quatuor complectit, & compegit. Pompon. *apud Non.* 7. 39. Quando convenit, complectite. Sic & *pass.* Cic. *apud Priscian. p.* 793. Cupio eum tam invidiosa fortuna complecti, & *Tusc.* 5. 14. Nihil habendum in eo genere, quo vita beata complectitur, si id possit omitti.

COMPLERE ætatem puberem *leg.* 40. §. 7. *de vulg. & pupi l. subst.* annos ætatis *l.* 1. §. 3. *D. de postul.* diem totum *l.* 6. *D. de oblig. & act.* electionem *l.* 98. §. 4. *D. de solut.* possessionem *l.* 3. *D. ex quib. caus. maj.* tempus pœnæ *l.* 2. *C. qui accus. non pos.* venditionem *l.* 4. *C. de act. emt.*

COMPLETA ætas *l.* 1. *C. ne tut. vel cur.* conditio *l.* 32. §. 1. *D. de legat.* 3. præscriptio *l.* 10. *C. de præscr. long. temp.* Completum as *l.* 41. §. 5. *D. de vulg. & pupill.* tempus *l.* 3. *D. de decur.*

COMPLEXUS nominum, & rei *l.* 142. *D. de verb. signif.*

COMPLURES caussæ *l.* 16. *D. de verb. signif.*

COMPONERE, id est, in unum redigere, concipere. Alias *componere* est rem dubiam terminare, ut in *l.* 13. §. 3. *D. de usufr. l.* 230. *D. de verb. signif. Componere* patrimonium pupilli *l.* 18. *D. de administr. & peric. tut.* moestos penates *l.* 2. *C. de exhib. & transm.*

COMPOS mentis *l.* 13. *D. de offic. procons.*

COMPOSITIO criminis *l.* 6. *D. ad SC. Tertull.* cum in finem facta, ut accusator ab accusando desistat.

COMPRÆDES, ait Festus, dicuntur ejusdem rei populo sponsores.

COMPREHENDERE. Comprehenditur quid addictione *l.* 4. §. 13. *D. de fideic. libert.* decreto *l.* 4. §. 10. *D. eod.* Sed & construitur cum dativo hoc significatu. Sic pecuniam conditioni comprehensam dicunt in *l.* 90. *D. de condit. & dem.* ut orbi terrarum comprehensos, Cic. *lib.* 4. *de Republ.* Nonio referente.

COMPROBARE & adgnoscere conjunguntur *l.* 60. *D. de adquir. vel. omitt. hered.*

COMPROMISSARIUS judex *l.* 4. *D. de tutor. l.* 41. *D. de recept. arbitr.* id est, ex compromisso sumtus *l. pen. D. de judic.* vel ut Suidas definit: ὁ ἐκ συμφωνήσεως δύο μερῶν μεταξὺ ληφθεὶς χραιτητής, *ex electione duarum partium inter eos sumtus arbiter*. Qui tamen in eo verbo, ignoratione latinæ linguæ lapsus, τὸ κομισσάριον αντὶ τοῦ κομπρομισσάριος scribit. Vetus Glossarium: *Compromissarius*, δικαστὴς αἱρετός, *judex electus*.

COMPROMISSUM ad similitudinem judiciorum redigitur, & ad finiendas lites pertinet *l.* 1. *D. de rec. arb.* Compromissum factum in arbitrium de rebus, controversiisque *l.* 43. 45. *D. eod.* Est autem Compromissum pactio litigantium de lite arbitrio alicujus submittenda. Acceptatio arbitri *receptum* audit. Duplex enim hic adest pactum, alterum litigantium inter se, cum arbitro alterum: duplex proinde quærendum erat nomen. Priori pacto addebatur plerumque stipulatio, ut contra renitentem suppeteret actio *l.* 38. §. 18. *D. de recept.* Neque vero semper hoc fiebat *l.* 11. §. 4. *D. eod.* Posterius sæpissime nudum erat, ideoque mutabile *l.* 9. *seq. D. eod.* VVurffel. *jurispr. defin.* §. 207.

Ex *Compromisso* non nascitur exceptio, sed pœnæ petitio *l.* 2. *D. de recept.* Si in compromisso fuerit adjecta pœna, non est opus stipulatione, aut fidejussoribus. Si stipulatio, vel cautio fidejussoria intervenerit, non est necessaria pœna ad producendam actionem. Bart. in *l. diem proferre* §. *fin. D. eod. tit.* Ex compromisso per pactum nudum confecto adjecta pœna competit certi condictio, si certa sit summa; si vero incerta, in id quod interest *arg. l. fin. D. si quis in jus voc. non iv.* Ex compromisso per sti-

ſtipulationem facto cum pœna naſcitur actio ex ſtipulatu, ſi incerta fuerit ſumma: vel certi condictio, ſi certa fuerit *Inſt. de verb. oblig. pr. & §. fin.* Ubi ſine pœna ſimpliciter ſententiæ ſtari, per ſtipulationem promiſſum eſt, ibi competit incerti actio, hoc eſt, ex ſtipulatu. Cum in compromiſſo neque pœna, neque ſtipulatio fuerit ſubjecta, tunc ſi litigatores ſubſcripſerint ſententiæ, hoc eſt, expreſſe in eam conſenſerint, vel tacite, id eſt, intra decem dies non contradixerint, & actio in factum naſcitur, & exceptio pacti *lib. ne in arbitris §. ſi quis autem, & l. pen. C. de recept. arb.*

COMPROMITTERE in arbitrum dicuntur, qui arbitri ſententiæ ſe ſtaturos, hinc inde promittunt, ut modo dictum eſt *tit. D. de recept. arb.* Compromittere cum aliquo *l. 29. l. 32. §. 8. D. eod.*

COMPULSIO *l. 4. §. ult. D. ad SC. Trebell.*

COMPULSOR *l. 5. C. Theod. de commiſſ. adv. ſent.* Compulſoris inſtantia *l. 4. C. Theod. ne cont. transl. poſtul.* Compulſor in conſtitutione Græca Anaſtaſii Imp. *l. fin. C. de exact. tribut.* ἐπείκτης, ut & apud Cedren. in *Leon. philoſoph.* erat exactor, qui tempore elapſo, quo tributorum exſolutionem factam oportebat, ad provinciales compellendos mittebatur.

COMPUTARE, & *Computatio* verba notiſſima ſignificatione occurrunt in libris noſtris.

CONATUS quid obeſt, quum injuria nullum habuit effectum *l. 1. §. 2. in fin. D. quod quiſq. jur.*

CONCAMERARE, fornice claudere *l. 1. C. de ædific. priv.* Hinc *concameratio l. 31. D. de legat. 3.*

CONCEDERE. Hujus verbis ſingulares quædam ſunt Conſtructiones. *Ut non eſt concedendus* ſic ædificare: ita enim legendum, *pro credendus in l. 1. §. 16. D. ne quid in loc. public.* Ita & Manilius Aſtronom. *lib. 4. v. 377. Quæ faſtidio conceſſa eſt jure potiri.* Ita Paullus *l. 60. D. de uſufr.* ipſe frui permittitur, *& l. ult. D. de aleat.* familia ludere permittitur. Add. *l. 26. §. 2. D. de legat. 2. l. 1. C. de ſolut. & lib.* Singularis quoque eſt loquutio Ulpiani *in l. 13. §. 6. D. ad Leg. Jul. de adul.* Quod & in concubina dici poteſt, quam uxorem quis poſtea habuit, cujus conjunctioni poſtea pater conceſſit, id eſt, quam conſiſtere permiſit, vel cui poſtea conſenſit, ceu interpretatur Salmaſius *ad ſcript. hiſt. Aug. pag. 170.* HEIN.

Concedere, pro remittere, gratiam alicujus facere. Si conceditur pœna *l. 2. C. de in jus voc.* Conceſſa, i. e. remiſſa vectigalia *l. 6. C. de vectig.*

Elegantes ſunt locutiones: *Concedere* in fatum, id eſt, mortem obire *l. 3. C. de jur. delib. Concedere* naturæ *l. 1. C. ad Sc. Tertul.* Fato *concedere*, dixit etiam Plin. *panegyr. c. 11. cedere*, vel *concedere* naturæ, immo *concedere* abſolute, pro *mori* dixit Tacit. *annal. lib. 4. cap. 5.* Ut quandoque *conceſſere*, cum laude, & recordationibus facta, atque famam nominis mei proſequantur. *Hein.*

CONCENTOR *can. 1. §. 16. diſt. 21.* inter clericos relatus.

CONCEPTACULA aquarum *l. 2. C. Th. de aquæduct.* Immiſſaria, & receptacula Vitruv. *lib. 8. c. 7.* caſtella.

CONCEPTIO formularum *l. 47. D. de negot. geſt.* libellorum *l. 3. D. de accuſ.* precum *l. 9. C. de liberal. cauſ.* ſtipulationis *leg. 56. D. ſolut. matrim.* verborum *l. 14. D. de donat. int. vir. & ux.* Una eademque conceptione ſtipulari *§. ult. Inſt. de verb. oblig.*

Conceptio infantis in utero *l. 7. §. ult. D. de ſenator.*

CONCEPTUS, *a, um.* Concepta actio *l. 9. §. ult. D. quod falſ. tut. auct.* condictio *l. 16. §. 1. D. de injuſt. rupt.* conventio *l. 1. §. 1. D. de pign.* repetitio ad eum modum *l. 32. D. de legat. 1.* in diem ſolutio *l. 1. §. 2. D. de edend.* ſtipulatio *§. 13. in fin. Inſt. de inutil. ſtipul.* verborum obligatio *§. 12. Inſt. eod.*

Conceptus pactus *l. 8. D. de his, qui ſui vel al. jur.*

Conceptum furtum dicebatur, quum apud aliquem, teſtibus præſentibus, furtiva res ſolemni ritu quæſita, & inventa erat. Nam in eum propria actio conſtituebatur furti concepti *§. 4. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* Paull. 2. *Sent. 31. 3. Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit. 7. §. 5.* Ritus autem ille furti *concipiendi* in eo conſiſtit, quod adhiberentur *lanx & licium*. De quibus heic ſubjicienda ſunt, quæ protulit Heinecc. *in Antiq. Rom. lib. 4. tit. 1.* Hunc nempe ritum deducit ab eo, qui Athenis in uſu fuit, ubi juxta Ariſtophanis ſcholiaſten græcum moris erat, ut qui res furtivas quæſitum ædes cujuſdam nudi ingrederentur, ne quid ſub veſtibus occulentes clam ferrent, neve ex inimicitia, quod quærere ſe ſimulabant, ſub tunica occultatum inferrent, dominoque falſum crimen calumnioſe objectarent. Hanc ob cauſſam ingreſſuri ædes etiam ad inſpiciendas, quærendaſque res publicas nudi ingrediebantur, ne quid occultaretur. Quod paulo plenius Plato deſcribit *de Legib. XII. p. 691.* juxta quem, furtum requiſiturus alicubi, nudus, & licio cinctus, cetera diſcinctus, Deoſque Legum cuſtodes adjurans, ſe inveniendi ſpe id facere, ita demum requirere, debet: Dominus vero tum exhibere domum, & in omnibus ſive obſignatis, ſive minus obſignatis locis liberam furti inquirendi poteſtatem facere. Feſtus autem ait: *Lance & licio* dicebatur apud anti-

tiquos, quia qui furtum ibat quærere in domo aliena, licio cinctus intrabat, lancemque ante oculos tenebat, propter matrum familias, aut virginum præsentiam. Sane ex hoc Festi loco, in quo nec Græcanici ritus, nec interpolationis ullum vestigium adparet, satis manifesto patet, etiam Romæ nudos incessisse, qui res furtivas requirerent, alias non fuisset, quod matres familias, virginesve præsentes revererentur. Docet quoque idem Festi locus, licio illos incinctos fuisse, quemadmodum & κιτωνισκον Plato more Attico concesserat. Denique id quoque inde discimus, cui usui lanx fuerit in hoc negotio. Quum enim nudis incedendum esset requirentibus, sane pudor suadebat, ne faciem conspiciendam darent, agnoscique se paterentur a feminis. Hinc lancem, ut ipse interpretatur Heineccius, larvam lancis instar concavam, vultui aptabant. De hoc ritu Lege Æbutia sublato vid. eumd. Hein *ibid.* Add. infra *artic. licium.*

Conceptum, admissum. Fraude id conceptum est *l. ult. pr. D. de SC. Vellei.* Ita & Cic. *post redit. ad Quir. c.* 1. *Concipere* scelus. *Hein.*

CONCHA apud mare rubrum & crescit, & coalescit *l.* 19. §. 18. *D. de aur. arg. leg.* quæ loquitur de conchis, quibus margaritæ nascuntur. Qua de re consulendus est Plinius *lib.* 9. *cap.* 15. 16.

CONCHÆ etiam pictoris instrumento cedunt *l.* 7. *D. de instr. leg.*

Quin & supellectili adnumerari *conchas* ait Paull. 3. *sent.* 6. 56.

Adde, in mundo etiam muliebri esse *Conchas*. Paull. *ibid.* §. 83. nec non in argento potorio, *ibid.* §. 90. Juven. *sat.* 6. *v.* 303. *Quum bibitur concha.* Nimirum Conchæ, quatenus in suppellectile, & mundo muliebri erant, dicebantur pelves capaciores, in quibus pedes lavabant, ceu explicat vetus scholiastes Juvenalis *ad sat.* 3. *v.* 277. Immo conchis etiam unguenta, quæ & ipsa in mundo muliebri sunt, servabantur. Hor. *lib.* 2. *od.* 7. *Funde capacibus unguenta de conchis.* Quum vero ejusmodi formæ pateris capacioribus & vinum haurire cœpissent combibones, inter vasa etiam potoria nominatæ sunt conchæ. *Hein.*

CONCHYLIUM *in leg.* 6. *C. de diverf. rescr. l.* 4. *C. de vest. olob.* est piscis genus, ex cujus incisa concha colligitur succus tingendis vestibus olim expetitus. Ex eo enim inficiebatur purpura. Latine *murex* dicitur. Vid. Plin. *lib.* 9. *cap.* 35. Cassiodor. 1. *var.* 2. Isidor. *lib.* 2. *c.* 28. Legebantur vero maxime in Tyri, Phoeniciæ metropoleos, littore hujusmodi pisces, etiam esus non ingrati. Unde Guillelmus Tyriensis pontifex *lib.* 13. *de bell. sacr. cap.* 1. de Tyro agens: Hæc, ait, & triticii, & conchylii, & pretiosi muricis inventrix egregio purpuram colore primo insignivit. Unde & præcipua inter eas, hodie urbis trahens nuncupationem, Tyria dicitur.

CONCHYLILEGULI, κογχυλευται, qui conchylia legunt, alias *murileguli*. *Novell.* 38. *cap.* 6. Erant per orientem, & occidentem certæ familiæ huic adstrictæ conditioni, de quibus Cujac. *ad tit. C. de murilegul.* & Jac. Gothofr. *ad eumd. C. Th. tit.*

CONCIDERE testamentum, i. e. incidere *l.* 1. §. 2. *D. de his quæ in test. del. Concisum* lignum *l.* 55. *D. de legat.* 3.

CONCILIABULUM a municipio, colonia, oppido, præfectura, vico, Castello separatur apud Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 6. §. 2. ut & in Lege Manilia *de finib. agror.* his verbis: Quæ Colonia, hac lege deducta, quodve municipium, præfectura, forum, conciliabulum constitutum erit. Apud Livium *lib.* 7. *capit.* 15. *lib.* 25. *cap.* 5. fora, & conciliabula disjunguntur. Frontin. *de limit. agr. p.* 41. Hoc, ait, Conciliabulum fuisse fertur, postea in municipii jus relatum. Aggen. Urbic. *p.* 60. Sunt, ait, loca publica coloniarum, ubi prius fuere *conciliabula*, & postea sunt in municipii jus relata. *Conciliabula* porro Festus *lib.* 3. interpretatur loca, ubi in concilium convenitur. Isidor. *lib.* 15. *orig. cap.* 2. Pagi, ait, apta sunt ædificiis loca inter agros habitantibus. Hæc & conciliabula adpellata, a conventu, & societate multorum in unum. Gell. *lib.* 1. *cap.* 7. orationem Gracchi, circum conciliabula dictam, citat. Relinquitur igitur juxta Brissonium, *conciliabula* conventum hominum in agris esse, qui nec *municipii*, nec *coloniæ*, nec *præfecturæ* jure censeatur. Attamen, ut post Car. Sigon. *de jur. Ital. lib.* 2. *cap.* 15. notat Heineccius, hi vici & jure nundinarum, & ea prærogativa gaudebant, ut ibi conventus juridici haberentur.

CONCILIATRIX uxor æque, ac adultera, & venefica, jure repudiatur ex mente Papiniani *in resp. tit.* 22. ubi *l.* 1. *C. Th. de divort.* citat. Quamvis autem *Conciliatrix*, teste Festo *lib.* 3. sit, quæ conciliat viris uxores, & uxoribus viros, hic tamen intelligitur lena, stupri sequestra, & adulterii internuncia, uti Apulei. *de asin. aur. lib.* 9. *p.* 224. adpellat. Quo sensu etiam Plaut. *Mil. glor. act.* 5. *sc. ult. v.* 16. *Viduam esse censui. Itaque ancilla, conciliatrix quæ erat, dicebat mihi.* Conciliatriculam dixit Cic. pro *Sest. cap.* 9. Hein.

CONCILIUM, conventus juridicus populi unius provinciæ. Tale *concilium Boeticæ*, ad quod Hadrianus, & Antoninus Pius rescripsisse dicuntur. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 11. §. 6. & 7. *l.* 1. *D. de abig.* ubi male legitur consilium. Has voces sæpe perperam confusas esse a librariis, Joan. Frid. Gronov. *in not. ad Liv.* 44. *cap.* 2. & Schulting. *jurispr. vet. antejust. p.* 773. docent. Hein. Vid. infra art. *conventus.* Est etiam conventus ecclesiasti-

ſticus, de quo vid *diſt.* 15. Horum vero alia ſunt generalia, alia provincialia. Provincialium alia celebrantur auctoritate Romani Pontificis præſente Legato Eccleſiæ Romanæ, alia auctoritate Patriarcharum, vel Metropolitanorum provinciæ. Solius Papæ privilegium eſt, poſſe congregare concilium generale *XVII. diſt. cap.* 1. *& ſeq.* 11. *quæſt.* 6. ideo & ſine ejus auctoritate factum non valet, & pro fide & utilitate eccleſiæ ſæculares Principes aliquando ad concilia admittuntur *diſt.* 96. *c.* 1. §. *& nos*, *& cap. ſeq.* Archiepiſcopus poteſt facere concilium provinciale *capit. ſi epiſcopus* 13. *& ſi quis Epiſcop.* 14. *diſt.* 18. Et epiſcopi ſecundum tempus ordinationis ſuæ loca in conciliis debent tenere *cap. epiſcopos* 7. *diſt.* 17. Concilium provinciale præſentiam requirit Archiepiſcopi *c. ſi quis epiſcopus* 8. *diſt.* 92. & debet fieri bis in anno *capit.* concilia 16. *diſt.* 17. Et omnes epiſcopi ad concilia venire tenentur, vel ſe excuſare per litteras *c. placuit* 10. *diſt.* 18. & non venientes, vel ante tempus recedentes excommunicantur *c. ſi quis autem* 12. *diſt.* 18. Epiſcopus bis in anno debet concilium celebrare *cap. pervenit* 6. *diſt.* 18. & ſaltem ſemel in anno ſine omni exceptione *d. diſt.* 17.

CONCINNATOR cauſſarum in *l.* 9. §. 2. *D. de offic. proconſ.* eſt, qui novas lites ſimulatis captionibus, & cavillis improbis in longum ducere molitur.

CONCIPERE actiones *l.* 7. *D. de cap. min.* edictum *leg.* 1. *D. commod.* obligationem in futurum *l.* 35. *D. de judic.* pacta *l.* 17. §. 5. *l.* 57. §. *ult. de pact.* pœnam *l.* 71. *D. de verb. obl.* ſtipulationem *l.* 115. *pr. D. eod.*

Concipere, imprægnati *l.* 5. *l.* 18. *D. de ſtat. hom.* *Concepit* radicem arbor *l.* 3. *D. arb. furt. cæſ.*

CONCITARE hoſtem *l.* 3. *D. ad leg. Jul. Maj.* lites *l.* 1. *D. eod.*

CONCITATOR populi *l.* 38. §. 1. *D. de pæn.* ſeditionis *l.* 16. *D. de adpell.*

CONCLAVE binarum ædium *l.* 47. *D. de damn. inf.* quod una clave clauditur.

CONCLUDITUR anno actio *l.* 2. *C. de ædilit. edict.*

CONCORDARE, in gratiam redire, tranſigere, conſentire.

CONCORDIA ancillæ nomen *l.* 40. *D. de fideic. lib.*

Concordia fratrum *l.* 11. *C. de tranſact.* In *l.* 27. *D. de pact. dotal.* exemplo caret, quod legitur *concordio*; quare ibi *concordia* poſt Ducker. reſcribit Hein.

CONCRATITIUS paries. Ita quidem legunt *l.* 52. §. 13. *D. pro ſoc.* quamvis in aliis editionibus ſit *cratitius*. Vid. infra art. *paries*.

CONCUBINA eſt, quam quis in concubinatu habet. Concubinatus autem, qualem jus civile magis permittit, quam probat, eſt quo Coelebs non mariti animo, ſed concubitus tantum cauſſa domi habet vel *ingenuam*, quæ corpore quæſtum non fecit, teſtata voluntate eam ita habendi citra nuptias, vel libertam aut etiam ingenuam obſcuro loco natam, quæve corpore quæſtum fecit, nulla teſtatione facta ſe eam pro uxore habere velle. Nota igitur, quod in mulieris liberæ conſuetudine non concubinatus, ſed nuptiæ intelligendæ ſunt, ſi non corpore quæſtum fecerit *leg.* 24. *D. de rit. nupt.* & quod ſi honeſtæ vitæ, & ingenuam mulierem in concubinam habere maluerit, ſine teſtatione hoc manifeſtum faciente non conceditur, ſed neceſſe eſt ei, vel uxorem eam habere, vel hoc recuſantem ſtuprum cum ea committere *l.* 3. *D. de concubin.* At quod libertam attinet, vel etiam ingenuam obſcuro loco natam, eamve, quæ corpore quæſtum fecit, conſuetudo non infert nuptias. Nam concubinatus ex ſola animi deſtinatione æſtimandus eſt *l.* 4. *D. eod. tit.* Quin & Papinianus *in l.* 31. *D. de donat.* reſpondit: Si quæritur, an maritalis honor, & affectio interceſſerit, perſonis comparatis vitæ conjunctione, perpendendum eſſe. Et apud eumdem in *l.* 15. *de his*, *quæ ut indign.* mentio fit Caſſiani viri clariſſimi, qui mulierem ingenuam pleno honore dilexerat, cujus tamen filia, ex eo concubinatu ſuſcepta, *vulgo quæſita* dicitur. Porro notandum eſt non pro concubinatu licere conjunctionem flagitioſam, aut alias nefariam, veluti ſi quæ patris concubina fuit, in filii ſeu nepotis concubinatum ſeſe tradat, aut ex contrario *l.* 1. §. 3. *D. de concubin.* Modeſtinus *l.* 34. *D. ad Leg. Jul. de adult.* concubinam dicit mulierem, quæ conſuetudinis, non matrimonii gratia, retinetur, quæ alias vocatur *amica l.* 35. *D. de aur. arg. leg. l.* 144. *D. de V. S.* Græcis dicitur ἑταίρα. Vid. Deſid. Herald. *animadv.* item *Uxor gratuita*, ut apud Grut. *Inſcr. p.* 795. quod coemta non eſſet, in aliis vero inſcriptionibus paſſim *Viceconjux*, quoniam conjugis loco eſſet. Porro nota *coelibis* dici *concubinam*. Nemini enim licentia conceditur, conſtante matrimonio, concubinam penes ſe habere *l. un. C. de concubin.* Quare Granius citatus in *l.* 144. *D. de verb. ſignif.* ait Pellicem vulgo vocari, quæ cum eo, cui uxor ſit, corpus miſceat. Quod confirmat Gellius *lib.* 4. *c.* 3. ſcribens: Pellex adpellata eſt, quæ juncta, conſuetaque eſſet cum eo, in cujus manu mancipioque alia matrimonii cauſſa foret. Et Feſtus *de verb. ſignif. h. v.* eam dicit, quæ uxorem habenti nupſit. In eo tamen recte VVurffel. *juriſpr. definit.* §. 498. Feſtum fallere monet, quod nuptias inter maritum, & pellicem interceſſiſſe exiſtimare videatur. Juſtinus *hiſt. lib.* 1. *c.* 9. pellicis Cyri meminit, quem maritum fuiſſe inter omnes conſtat. Attamen pellicis nomine antiquitus & concubina veniebat. Idem enim

Granius in *l.* 144. *cit.* ait, quondam eam, quæ uxoris loco sine nupiiis in domo sit, *pellicem* vocari, quam παλλακὴν Græci vocant. Atque iu *ead. Lege* Modestinus ait: Massurius scribit, pellicem apud antiquos eam habitam, quæ cum uxor non esset, cum aliquo tamen vivebat, quam nunc vero nomine *amicam*, paullo honestiore *concubinam* adpellari. Vetus Glossar. Græcum: παλλακή ἐστιν, ἡσυζῶσα τινι ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ νομίμως, χωρὶς γάμου: *Pellex est, quæ cum aliquo vivit in domo, concedentibus legibus, sine justis nuptiis.* Concubinæ milirum *focariæ* dicebantur, quod focum curarent. Menag. *amœn. jur. cap.* 39. *p.* 319. quarum l. 15. *D. de instr. vel instr. leg.* mentio fit.

CONCUBITUS nuptias non facit *l.* 30. *D. de reg. jur.*

CONCURATOR, qui curam simul cum alio administrat *l.* 19. *D. de admin. & peric. tut.*

CONCURRERE dicuntur personæ, actiones, & res notissimo significatu in jure nostro.

CONCURSU autem partes facere dicuntur legatarii, quibus in solidum res eadem legatur. Concurrentes enim, & legatum adgnoscentes invicem sibi partes auferunt *l.* 1. §. 3. *D. de usufr. adcresc. l.* 34. §. 9. *D. de legat.* 1. scinditurque inter eos legatum §. 8. *Inst. de legat.*

CONCUSSIONIS crimen committitur, quoties aliquid terrore potestatis illicite extorquetur, & aufertur *l.* 1. *D. de concuss. l.* 3. *l.* 4. *C. de condict. ob turp. caus. l. un. C. ex delict. def. l. ult. C. de mod. mulct.*

CONCUTERE, terrore potestatis perterrefacere significat *l.* 6. §. 3. *D. de offic. præsid. l.* 4. *C. ad Leg. Jul. repet.* & apud Paull. 5. *sent.* 25. 12. Sed &, quod per evidentem calumniam, specie transactionis, extorquetur, in concussionis nomen cadit *l.* 1. §. *ult. D. de calumn.* Alias *concutere*, in sensu proprio, est quassando moveri *l.* 18. §. 11. *D. de damn. infect. l.* 59. *D. locati.*

CONDEMNARE, damnare, *Condemnare* dupli *l.* 2. *D. de evict.* pecuniæ *l.* 39. *D. de oper. libert.* vel pecuniam *l.* 5. *D. quand. ex fact. tut.* quantitatem *l.* 45. *D. de fidej.* vel in quantitatem *l.* 3. *D. de re jud.* vel certa pecunia *l.* 3. *D. fin. reg.* fructibus *leg.* 16. §. 3. *D. de pign.*

Condemnare pro condemnationem adversus aliquem obtinere, &, ut ICti loquuntur, judicatum debitorem facere *l.* 2. *D. de admin. & per. tut.* Cic. *pro Rosc. cap.* 9. Itane vero, quem per arbitrum circumvenire non posses, cujus de ea re proprium judicium erat, hunc per judicem condemnabis. Idem *pro Cæcin.* Non solum ægris, verum etiam condemnatis licet. Suet. *in Tib. c.* 8. *Fannium Carpiorem reum majestatis fecit, & condemnavit*, id est, peregit.

CONDEMNATIO fit *l.* 1. §. 2. *D. quæ sent. sin. adpell.* Condemnationem pati *l.* 24. §. 4. *D. quod met. caus.* Condemnatione plecti *l.* 14. §. 9. *eod.* At in *l.* 8. *C. de pign. & l. un. C. etiam ob chirogr. Condemnationem* facere est, eam obtinere.

CONDEMNATOR pro eo, qui reum peregit apud Tacit. *annal. lib.* 4. *c.* 66.

CONDEMNATUS in his verbis edicti Prætoris, quod sub *tit. D. de re judic.* proponitur, *condemnatus ut pecuniam solvat*, accipiendus est is, qui rite condemnatus est, ut sententia valeat. Ceterum si qua ratione sententia nullius momenti sit, *condemnationis* nomen non tenet *lib.* 4. §. 6. *De re judic.* Alias quoque traditur, *damnatum* quem ita videri, si damnatio teneat.

Condemnatus, us, substantive, pro condemnatione dicitur, ut *stipulatus* pro stipulatione *l. ult. D. de red. jud.*

CONDERE. Conduntur civitates §. 11. *Inst. de rer. div.* jura §. 8. *Inst. de jur. Nat. Gent.* leges *l.* 3. *l. ult. C. de legat.* regna *l.* 5. *D. de just. & jur.* testamenta *l.* 7. *C. de testam.*

CONDUNTUR alio significatu fructus *l.* 5. §. 9. *D. de reb.* libri *l.* 52. *D. de reb. eor. qui sub. tut.* merces in horreis *l.* 74. *D. de contrah. empt.* corpus *l.* 14. §. 3. *D. de religios.* id est reconduntur, absconduntur. In *conditio* habere *l.* 97. *D. de legat.* 3. Vid. infra *condita*.

CONDICERE olim denunciare significabat §. 15. *Inst. de action. Condictio*, ait Festus, est in diem certum ejus rei, quæ agitur, denunciatio. Unde statum condictumque diem Decemviri in XII. Tab. appellarunt judicii caussa constitutum, ut ex Cic. 1. *offic.* 12. & Plaut. *in Curcul. act.* 1. *sc.* 1. *v.* 5. liquet. Idem Festus *condictum* interpretatur *simul dictum*. Nam condicere nihil aliud est, quam diem, locumque communi consensu constituere *l.* 66. *D. de contrah. emt.*

Condicere etiam est idem, ac actione personali experiri. Sic *condicere* cautionem *l.* 3. *C. de post.* dotem *l.* 17. §. *ul. D. de reb. auct. jud.* liberationem *l.* 6. *C. de jur. & fact. ignor. l.* 8. §. 2. *D. ad SC. Vellei. l.* 1. *pr. D. ut in possess. legat.* id est, agere, ut liberatio obtineatur. *Condicere* satisdationem *de leg.* 1. *D. ut in poss. legat.* id est, agere ad tollendam satisdationem, seu eam repetere, ut loquitur eadem lex. Similiter condicitur obligatio, ubi quod sine caussa promissum, solutum nondum est *l.* 1. *D. de cond. sin. caus.*

Condicere, pro contradicere in pandectis Florentinis scriptum videtur *in leg.* 22. §. 6. *D. solut. matrim.* Si filia verecunde per absentiam patri *condicat*, pro *contradicat*.

CONDICTIONEM, omnem in personam actionem generaliter adpellari, traditum est, quod olim, qui in personam agerent, adversario denunciare solerent, ut certa die judicio adesset, quemadmodum Theophilus in §. 15. *Inst. de act.* scribit. Igitur in personam actio condictio dicitur *l.* 25. *D. de obl. & act. condictitia* actio *l.* 7. *D. de condict. caus. dat.* & condictitia simpliciter *l.* 55. *D. de don. int. vir. & ux.* §. 24. *Inst.*

Inst. de action. & actio *condictionis l.* 1. *C. de cond. deb.* Sed & *condictitia* pro *condictione* furtiva *l.* 13. §. 2. *D. de jurejur.* Recte vero VVurffel. in *jurisprud. def.* §. 331. monet: Nomine *condictionum* generali subsistere eas actiones personales, quibus speciale nomen, specialisque formula data non est, ut quæ proprium, peculiareque nomen non habent *l.* 7. §. 1. *D. de pact.* Neque eas *actiones* confundendas cum actionibus in factum, quæ non ex determinato negotio, sed ex æquitate naturali jure prætorio confirmatæ veniunt.

Condictio autem vel *certi*, vel *incerti*. Illa ex omni caussa competit, ex qua *certum* petitur *l.* 9. *l.* 24. *D. si cert. pet. l.* 28. §. 4. *D. de jurejur.* quæ & *condictitia* actio, per quam certum petitur, adpellatur in *l.* 24. *D. de reb. cred.* Condictio *incerti* ex diverso ex omni caussa datur, ex qua inceetum petitur. Cujusmodi condictiones, & liberationes, & jura prædiorum, quorum incerta æstimatio est, condicuntur *l.* 2. §. 3. *D. de donat. l.* 3. *D. de condict. sin. caus. l.* 5. *l.* 8. *D. de act. emt.*

Porro hæ condictionum species in libris nostris memorantur.

Condictio causa data, caussa non sequuta, qua id repetitur, quod in certum finem licitum, non sequutum datum fuit. Nota autem *in finem licitum*. Nam si illicitus fuerit finis, v. gr. ut calumniosa lis alteri moveatur, condictio cessat; etenim in pari turpitudine melior est conditio possidentis *l.* 4. *pr.* §. 1. *D. de condict. ob turb. caus.* Ob caussam non secutam ita datur hæc condictio, si finis non fuerit secutus, vel ob casum, & alter existat locupletior *l.* 5. *pr.* §. 3. *D. de condict. caus. dat.* vel ob culpam accipientis *d. l.* 5. §. 4. Repetitur autem res cum omnibus fructibus, & accessionibus *l.* 7. §. 1. *l.* 11. *D. eod.* ne ex mora lucrum sentiat quis. Eadem etiam *condictio* ob caussam datorum adpellatur *rubr. tit. C. de condict. ob caus. dat.* VVurffel. *jurisp. definit.* §. 322.

Condictio ob *turpem*, & *injustam causam* est qua id, quod datum erat ex caussa, ratione accipientis injusta, & turpi repetitur. Quod autem *rubr. tit.* D. est *de condictione ob turpem, vel injustam causam*, magis utrumque injustum, & turpe conjungit quam separat, ita ut hic non quævis injusta caussa intelligatur, sed quæ turpitudinem conjunctam habet, veluti si quis acceperit pecuniam ex caussa ut redderet commodatum *l.* 9. *pr. D. de condict. ob turp. caus.* Et ita injustam caussam intellige in *l.* 6. & 7. *D. eod.* Quoniam vero quædam sunt, quas pro caussis debendi & tamquam debitum accipiendi non admittit jus, quæ tamen citra turpitudinem ut caussæ dandi venire potuerunt, quia his Lex non adsistit, eo respectu injustæ dici possunt; Sed redit res ad casum *condictionis sine causa*. Et ita intellige *injustam causam* in *l.* 1. §. *ul. D. de condict. sine caus.* Nota denique condictionem hanc esse ob caussam injustam vel turpem ratione accipientis. Nam ubi vel dantis, vel utriusque dantis scilicet, & accipientis turpitudo est, condictio non competit *l.* 4. *D. de condict. ob turp. caus.*

Condictio indebiti ea est, quæ obtinet ubi quid, cum ne naturaliter quidem deberetur, tamen solutum est, qua nempe ab accipiente repetit, vel is qui ex facti ignorantia solvit, si ipse damnum inde sentit, vel tertius inde læsus. Nota igitur, non condici solutum naturaliter, seu jure gentium, ut ait Celsus *l.* 47. *D. de cond. indeb.* debitum. Deinde, ut is qui solvit possit ipse repetere tamquam inde læsus, requiritur, ut solverit ex ignorantia. Nam indebitum solutum sciens non recte repetit *l.* 1. *D. l.* 9. *C. eod. tit.* Et ex facti ignorantia requiritur, ut leges diserte docent; Cajus v. g. solvit Mevio C. quæ patrem mutuo accepisse, scripto documento demonstrat is; facta solutione Cajus reperit Mevii apocham, qua idem ante decem annos solutum dederat. Error hic adfuit facti, neque enim erratum fuit citra mutuum contractum, ejusque obligationis vim, sed circa factum solutionis. At cum quis jus ignorans, indebitam pecuniam solverit, cessat repetitio *l.* 10. *C. jur. & fact. ign.* nisi ea persona sit, cui jus ignorare licet *l.* 9. *pr.* & §. 1. *D. eod. tit.* Denique nota ad ultimum definitionis membrum, tertio etiam, qui non solvit, at & indebito soluto damnum sentit, competere condictionem, quod docet Ulpianus in *l.* 5. *D. de condict. indeb.* Non novum, ait, ut quod alius solverit, alius repetat: nam & cum minor viginti quinque annis, inconsulte adita hereditate, solutis legatis, in integrum restituitur, non ipsi repetionem competere, sed ei, ad quem bona pertinent. Qua in lege fingendus est casus corporis in hereditate existentis, quodque tamquam legatum, cum tamen debitum non esset, traditum est a minore. Alias hic, non alter, damnum sentiret, ac solutum repeteret.

Condictio sine caussa qua res, *quæ sine caussa* vel ex justa sed infirmata caussa ad aliquem pervenit, vel existens ipsa, vel consumta æstimato repetitur. Res autem sine caussa ad aliquem pervenisse dicitur, quando id ex eo concipitur adquisitam fuisse, injustum, aut justum quidem, sed post infirmatum fuit. Vid. *l. l.* 1. 2. *D. de condict. sine caus.*

Videtur equidem *condictionis sine caussa* nomine venire genus summum reliquarum, id quippe nomen cadit quoque in condictionem *indebiti*, & *ob caussam non secutam l.* 1. *pr.* & §. 1. *D. de condict. sin. causs.* Ast eo tanquam generis summi nomine subsistens venit specialis condictio ea, quæ datur, ubi reliquæ deficiunt, ubi nempe nec ob caussam futuram dedi, nec ob turpem caussam, nec indebite solvi, sed alter tamen sine caussa rem meam possidet, aut ex ea damno meo lucrum fecit. Unde ea recte experitur fullo, qui cum amissis vestimentis, domino

mino pretium restituit, si dominus vestimentum recuperavit *l. 2. D. eod tit.* Debitor, cujus chirographum creditor adhuc habet, nomine jam expuncto *l. 2. C. eod. tit.* Mulier, quæ dotem numeravit, quum matrimonium sit nullum *l. ult. D. eod.* Quæ exempla satis ostendunt, & aliis permultis casibus locum esse posse huic condictioni.

Condictio furtiva, qua res furto ablata cum omnibus fructibus, vel, si res perierit, æstimatio ejus, quanti res, unquam plurimi fuit per dominum, vel bonæ fidei possessorem a fure, & ejus heredibus repetitur. Exemplum bonæ fidei possessoris VVurffel. *jurisp. defin.* §. 337. adfert creditorem, cui pignus surreptum, & hæc condictio pertinet ad speciem *incerti*, daturque ad interesse, vid. *l. 12. in fin. D. de cond. furt.* Ea vero, quæ domino rei furtivæ soli competit, sub specie *incerti* continetur, hæcque subintelligitur in *l. 1. D. eod. tit.*

Condictio ex Lege, qua id, quod ex nova aliqua lege, ad determinatum alias negotium non referendum, debetur, præstari petitur. Novam autem Legem dicunt, quæ post LI. XII. Tab. promulgata, argumento *l. 7. pr. D. de cap. min.* usi. Accuratius cum VVurffel. *l. cit.* §. 337. dixeris, quæ post instructam formulariam Jurisprudentiam lata. Etenim, si nova obligatio lege aliqua induceretur, formula agendi, persequendique, quod exinde debebatur, suppetebat nulla, hinc extraordinaria condictione opus erat. Legis vox prætorium jus excludit *l. 11. D. præscr. verb.* Nota porro, quod si obligatio certum ac determinatum negotium respicit, ex qua agendi formula suppetit, ex ea agendum erit. Tunc enim Lege nova cautum non esse debet, qua actione sit experiundum, seu, quod idem, determinatum jam negotium legi novæ subesse non debet.

Condictio ex canone eadem figura dicitur, qua condictio ex lege, ubi obligatio ex præceptis juris canonici oritur. Quemadmodum *condictio* ex *moribus* si ex consuetudine. Ita jus canonicum juramento novam obligationem, etiam actui alias nullo, conciliari posse, docet *c. 2. de pact. in 6.* Ex actu itaque alias nullo, juramento tamen firmato, agendum foret *condictione, & canone.*

Condictio triticiaria a tritico tanquam nobilissimo mercium genere, vel a primis edicti verbis dicta, est actio personalis arbitraria, ad rem quamlibet, præter pecuniam numeratam spectans, & ex quacumque caussa debitam, vel etiam nostram, ex caussis quibus condici potest, veluti ex causa furtiva, vel re mobili vi abrepta: Eaque actione, ubi res præstari non potest, petimus æstimationem pro ratione loci, temporisque præstandam. Equidem in bonæ fidei negotiis, idem actione, & ipso contractu, ex quo res debebatur, descendente peti posse, expediti juris est. In his enim, si res præstari nequit, æstimatio in quæstionem venit, petenda actione ex contractu; id quod nos docet *l. 1. tr. l. 12. D. de act. cant. l. 1. 8. 10. 47. D. depos.* In negotiis vero stricti juris, non item in quibus, quod non expressum erat, non debebatur, ideoque peculiari actione hic opus erat postea ad alia negotia extensa. Vid. VVurffel. *jurispr. defin.* §. 339. & ab hoc citat. *Boehmer. tract. de action. sect. 2. c. 5. §. 51.*

Condictio de eo, quod certo loco dari oportet. Ea ob pluris petitionem ratione loci datur ad id, ut judex arbitretur, quid alter alteri præstare teneatur, habita ratione ejus quod interest, eo loco fuisse solutum, quod solvi debuerat *lib. 1. l. 8. D. de eo, quod cert. loc.*

Condictio constitutoria, seu constitutæ pecuniæ, qua adversus eum, qui constituit, se soluturum, ad solvendum id, quod constitutum est, vel præstandum id, quod interest. Vid. infra *constituere pecuniam*, & *constitutum*.

Condictio ex scriptura, *Inst. de litt. oblig. & lib. 24. C. de non. num. pec.* actio in personam, qua is, qui se pecuniam alicui debere scripsit, sive ea numerata sit, sive non sit, solvere cogitur: dum tamen si data pecunia, actio post biennium intendatur: nam antea non numeratæ pecuniæ exceptione excluditur.

CONDITA adpellabant species, & copias publicas in horreis servandi caussa repositas. *tit. C. de condit. in publ. hor.* Ammian. Marcel. *lib. 29. cap. 5.* A provincialibus commeatum exercitui prohibuit dari; merces & *condita* hostium virtutis nostrorum horrea esse, virtute memorans speciosa.

CONDITIO est adjectio incerti, a cujus existentia dependentem facimus validitatem actus. Ea autem vel in *præsens*, vel *in futurum*, vel in *præteritum* confertur *l. 16. §. 1. D. de injust. rupt. irrit. l. 10. §. ult. D. de cond. inst. l. 100. D. de verb. oblig. §. 6. Inst. eod. tit.* Sed eæ demum potestatem conditionum obtinent, id est, in eventum aliquem negotium suspendunt, quæ in futurum conferuntur *lib. 37. l. 39. D. de reb. cred.* & hæ proprie dicuntur conditiones. Unde illæ nec hereditatem suspendunt, sed vel infirmant, vel statim deferunt, prout vel eas exstitisse intelligitur. Ita quidem disputant subtiliter magis quam solide. Nam & ipsa in futurum incertum collata conditio, (cum nemo pro parte testatus, pro parte intestatus decedere possit) statim infirmat, vel defert hereditatem, prout id, quod incertum adjectum est, futurum est vel non; quod utique suo tempore intelligibile erit. Neque enim incertum adjectum de præsenti, vel præterito, quale sit, semper est statim intelligibile. V. g. Si Cajus filius meus a me jamdudum absens, mortuus est, Titius heres esto. Num mortuus sit nec ne, suo tempore intelligetur, atque etiam, statim ne Titius heres sit, vel non.

Sed etiam generaliori quadam notione *conditionem* adpellari videmus omnem clausulam, quam sub figura

gura verborum, ut conditionem, aliquis negotio adjicit. Ita ut hoc vocabulo etiam contineatur clausula, quæ verbotenus veluti incertum quid affingit, quod tamen impossibile est. Hinc *conditiones* dividunt in *possibiles*, & *impossibiles*.

Impossibilis conditio dicitur, quæ contradictionem infert. In specie adpellatur *perplexa*, si clausula pro conditione adjecta, ipsi negotio, cui adjicitur, contradicat. v. g. Si Titius heres erit, Cajus heres esto, quæ quidem verba cum nihil sonent, pro non scriptis habentur, ita ut neuter sit institutus *l.* 16. *D. de condit. instit. l.* 188. *D. de reg. jur.* Retinet vero nomen generale conditionis *impossibilis*, quando ipsa clausula, nec etiam collata cum negotio, alias contradictionem infert, vel in se, v. gr. *si dens ambulaverit*, vel cum limitationibus virium personæ, in qua collocata est conditio, v. gr. si montem *digito moverit*; quæ conditio *natura impossibilis* adpellatur, vel *cum Lege*, v. g. *si Sejum occiderit*, vel cum *moribus*, v. g. *si nudus in foro saltaverit*. Vide infra art. *Impossibilis*.

Conditio præpostera dicitur, quæ contradictionem ratione temporis involvit, v. g. Si cras navis ex Asia redierit, hodie dare spondes?

Conditionum possibilium aliæ dicuntur *potestativæ*, aliæ *casuales*, aliæ ex illis *mixtæ*.

Conditio casualis respectu alicujus dicitur, si adjectum ab ejus voluntate non dependet, v. g. si hoc anno Sempronius consulerit, Mevius uxorem duxerit, navis ex Asia redierit, Titius heres esto, hæc tria ut futura sint, a Titii voluntate minime dependet.

Conditio potestativa adpellatur respectu personæ, cujus vires efficiendo, ut quod adjectum est, existat, sufficiunt. v. gr. si Mevius Sejum suum servum Titio dederit. Si in Capitolium ascenderit. Equidem ejusmodi conditio, si rem ipsam spectes, admixtum quoddam casuale habet, & eatenus *mixta* quodammodo dici potest. At si intentionem adjicientis spectaveris, ac talis deprehendatur, ut si citra culpam personæ, vires rei implendæ non sufficere incipiant, tamen nihilominus valeat negotium, eatenus *mere potestativam* dixeris *conditionem* adjectam. Quod observatu non inutile puto ad id, quod Ev. Otto *in notis ad Puffendorff. lib.* 1. *c.* 9. §. 20 *de off. hom. & civ.* post Heineccium *ad tit. D. de condit. instit.* notavit, nullam proprie esse differentiam inter *mixtas*, & *potestativas* conditiones, præsertim cum Ill. Thomasius Tribonianum sugillaverit, quod *mixtam* adjecerit. *Mixta* enim ex *potestativa*, & *casuali conditio* ea dici potest, quæ ex intentione adjicientis talis est, cum nempe quod adjectum est pro conditione partim *potestativum*, partim *a casu dependens*, ita est adjectum, ut vel ab hac etiam parte negotii validitas suspendatur, v. g. Si Mevio consule in Capitolium ascenderit Cajus, heres esto. Mevio prius moriente quam ascenderit Cajus, cadit institutio, si patet eam a Mevii etiam consulatu suspensam esse. Ergo differt, ut species a genere, *mixta* hæc conditio a *mixta* illa, qualem, propter casum semper admixtum, *potestativam* omnem esse dixerunt viri summi modo laudati.

Conditio omnis *suspensiva* etiam est, maxime si collocata est in futuro. At in specie *suspensiva* dicitur, qua suspensum sit, an negotium futurum sit validum perfectumque, nec ne, ut exemplo quod attulit VVurffel. *jurispr. defin.* §. 548. Convenit inter Cajum ac Titium de vendendo, emendoque equo, addit Titius se daturum L. ac habiturum sibi equum, si Sempronius intra anni spatium solvat, quod sibi debet Sempronius. *Conditio* hujusmodi *suspensiva* ab ea separatur, quam *resolutivam* dicunt, qua nempe suspensum sit, an negotium, quod statim perfectum validumque est, irritum postea futurum sit nec ne. Exemplum suppeditat idem VVurffel. *l. c.* Lucius a Sejo emit duos rhedarios equos, pellibus tigridem mentientibus, atque eosdem secum abducit, addens: Si intra trimestre spatium aliorum duorum ejusdem coloris particeps non fiat, priores duos recipiat venditor, Vid. *l.* 12. *D. de in diem addict. l.* 1. *D. de leg. commiss.* Hujus autem distinctionis utilitas vel ex hoc uno patet, quod conditio suspensiva impediat, quominus periculum rei venditæ ad emtorem pertineat, si res perierit casu ante existentem conditionem, *resolutiva* non item.

Conditiones facti opponuntur conditionibus juris, id est, quæ ex jure veniunt *lib.* 21. *D. de condit. & dem.*

Conditio tacita *leg.* 68. *D. de jur. dot.* Quales tamen nos non passim comminisci & inducere debere, nisi ex re ipsa, aut verbis quibusdam, manifestum sit, contrahentes talem conditionem posuisse, monet Cujac. 25. *obs.* 17. & 18.

Conditio alias & qualitatem, & statum personarum significat. Ita *conditionem* matris sequi. Conditio humana *l. pen. D. de condit. inst. Conditiones* agrorum, id est, qualitates *l.* 1. §. 23. *D. de aqu. & aqu. pluv.*

Conditio quoque pro nominibus usurpatur. Ita bonam conditionem eligere *l.* 7. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.*

Conditio, ut Donat. *in Andr. act.* 1. *sc.* 1. ait, etiam est, *pactio certam legem in se continens*. Unde & Cic. conditiones, pactionesque passim conjungit. Nulla *conditione* emere possum *l.* 30. §. *ult. D. de legat.* 3. In specie.

Conditio interdum pro matrimonio, & conjunctione sponsaliorum, & nuptiarum usurpatur *l.* 36. *D. de rit. nupt. l. ult. D. de proxenet.* Seneca *libro de superstitione*, citante Augustino: *Quosdam tamen cælibes relinquimus, quasi conditio defecerit*. Hoc sensu conditiones expediri ait *l.* 36. *D. de rit. nupt.*

repudiare conditionem *l.* 11. *D. eod. tit.* Et in renunciatione sponsaliorum hæc verba proferebantur: *Conditione tua non utor l.* 2. *D. de sponsal.* Conditionem quærere *l.* 36. *D. de rit. nupt.* Suet. *in Aug. cap.* 69. deligere Plin. *lib.* 1. *epist.* 14.

Conditio etiam pro caussa usurpatur. Ita melior conditio afferri, & offerri *l.* 2. 3. 4. 5. *& passim. D. de addict. in diem.* In ea conditione est *l.* 1. §. 5. *D. und. cogn.*

Interdum *conditio* optionem vel electionem significat. Sic conditionem deferere, id est, optionem *l.* 1. §. 13. *D. si quid in fraud. patron. l.* 16. *D. de admin. & peric. tut.* Hirr. *de bell. Afric. capit.* 25. Quibus cum conditionem ferrent, ut oppido excederent, idque sibi vacuum traderent, conditionemque repudiassent.

CONDITIONALIS, E, cui purum opponitur *l.* 10. *D. de condit. inst. l.* 3. *l.* 41. §. 1. *D. de legat.* 1.

Conditionales, quos vulgo tabularios adpellant *l.* 11. *C. qui post. in pign. Conditionales* servi *l.* 7. *C. de jur. fisc. l.* 5. *C. Th. eod. tit. Conditionales* annonarii & actuarii *l.* 3. *l.* 5. *C. Theod. de numerar. & actuar.* Sub conditionalium oculis, & periculis detineri *l. ult. C. Th. de ponderat. Conditionales* porro ad custodiam Bibliothecæ requiri, & adponi, jubet Valens Imp. in *l.* 2. *C. Th. de stud. lib. urb. R.* Videntur autem Heineccio dicti *conditionales*, qui vel certis tantum conditionibus serviebant; vel ea lege & conditione manumissi fuerunt, ut adhuc certas operas, ac servitia præstarent. Frequenter eorum fit mentio in scriptoribus medii ævi, ubi vocantur *alicui conditioni obligati* apud S. Leon. *Epist. ad Episc. Campan. cap.* 1. *Conditionarii* Ivon. Carnot. *Epist.* 147. Vid. Car. Du-Fresne *Gloss. med. & inf. lat. voce conditionalis.*

CONDITIONALITER *l.* 98. §. 5. *D. de solut. l.* 17. §. 3. *D. de cond. & dem.* i. e. sub conditione. Quod vocabulum classicis scriptoribus ignoratum esse, observarunt Voss. *de vit. serm. lib.* 4. *cap.* 30. & Cellar. in *Antibardo*, qui ideo Borrichio in *cogit. de lat. ling. p.* 27. injuria vapulavit. Vid. Ducker. *de latin. vet. ICtor. p.* 446. Sed sunt talia inter vocabula artis nostræ referenda, non quidem vulgaris usus, (unde & in auctoribus frustra quæruntur,) at ideo non minus latina, quam varia vocabula auguralia, agrimensoria, militaria, quorum quædam non magis, quam hoc adverbium, in auctorum veterum operibus occurrunt. *Hein.*

CONDITURA est, quidquid cibum vel potum reddit sapidiorem, ut palato magis adlubescat. Occurrit hoc vocabulum in *l.* 9. *pr. D. de trit. vin. ol. Hein.*

CONDONARE pro donare in *l.* 23. §. 1. *C. de nupt.* Terent. *Phorm. act.* 5. *SC.* 7. *v.* 54. Argentum, quod habeo, condonamus. *Hein.*

CONDUCERE proprie ducere in unum locum & ita conduci dicitur aqua *l.* 3. §. 3. *D. de riv.* & apud Pallad. *lib.* 1. *de re rust. tit.* 16.

Conducere quis dicitur rem utendam, vel operas alterius, cui pro his mercedem dat, vel promittit. Sic conducere fundum fruendum *l.* 1. §. *ult. D. si ager vectig.* operas *l.* 1. *D. de æstimat. l.* 19. §. *ult. locat.* Sed & conducere quis dicitur opus aliquod faciendum, qui ipse pretium accipit faciendo, & is dicitur *redemptor operis*. Ita *conducere* columnam transportandam, vel transportandum dolium *l.* 15. §. 7. *D. locat.* merces vehendas *l.* 5. *D. ad exhib.* servum docendum *l.* 13. §. 3. *D. locat.* ubi, Si quis servum docendum conduxerint, eumque duxerit peregre, & aut ab hostibus captus sit, aut perierit, ex locato esse actionem placuit. Simili significatu Cic. *de divinit. lib.* 2. *capit.* 22. ait: Redemptor, qui columnam a Torquato conduxerat faciendam. Cujus significatus verbi *conducere* exempla alia videsis in *l.* 9. §. 5. *l.* 11. §. 3. *l.* 13. §. 1. *l.* 19. §. 7. *l.* 59. *l. ult. D. locat. l. ult. D. de Leg. Rhod. l.* 3. §. 1. *D. naut. caup. stab.* Vid. *locare.*

CONDUCTIO fundi *l.* 18. *D. locat.* vectigalis *l.* 47. *C. de jur. fisc.* cujus verbi significatus ex modo dictis patet, ut & sequentis.

CONDUCTIO habere coenaculum *l.* 1. §. 7. *D. de his qui effud. vel dejec.* In *conducto* habitare *l.* 1. §. 9. *D. eod.* Conducti locati, seu ex conducto locato actio, ut loquitur *l. ult.* §. 1. *D. de Leg. Rhod.* conductori datur, ejusve heredi adversus locatorem ejusve heredem, imprimis ad id, ut liceat sibi re locata uti, aut si conductor malit interesse, id locator præstet, &c. Quibus autem casibus conductori detur hæc actio, vid. *l.* 15. *D. locat.*

CONDUCTOR domus *leg.* 60. *D. locat.* fundi *l.* 54. §. 1. *D. locat.* qui ea utenda mercede data aut promissa accepit. *Conductor* operis *l.* 13. §. 10. *D. eod.* qui opus faciendum suscepit, seu *redemptor.*

CONFECTIO testamenti *l.* 27. *C. de test.* Confectio testamentorum, id est, testamenti factio *l.* 29. *C. de testam.*

CONFERRE in commune redigere significat in *l.* 1. *C. pro soc. l.* 2. §. *ult. D. de collat. bon. l.* 1. *l.* 3. *C. de collat.* vid. supra art. *collatio.*

Conferre pro contribuere *l.* 22. *D. de damn. inf.* sic conferre in funus *l.* 16. 20. *D. de religios.* sumtus ad refectionem ædificii *l.* 4. *C. ad ædif. priv.*

Conferre, tribuere, elargiri, erogare. Ita *conferre* beneficium in mulierem *l.* 50. *D. de rit. nupt.* donationem in patronum *l.* 50. *D. de legat.* 2. institutionem in servum *l.* 48. §. *ult. D. de hered. instit.* voluntates in civitates *l.* 3. §. *ult. D. de pollicit.* supremum judicium in fratrem *l.* 40. §. *ult. D. de pact.* honorem & munus in aliquem *l.* 1. §. 3. *D. quand. adpell.*

Con-

Conferre pro inferre. Ita in personam *conferre* injuriam *l.* 18. §. *pen. D. de injur.* actionem *l.* 8. *C. de jud.*

Conferre comparare res inter se in *l.* 5. §. 1. *D. de capit. min.*

Conferre se, id est, *ire* in aliam provinciam *l.* 1. *C. ubi caus. stat.*

Conferre pro referre ad aliquid, vel differre, & suspendere ab aliquo. *Conferre* in arbitrium alterius *leg.* 11. §. 13. *D. quod vi aut cl.* in arbitrium *leg.* 13. *D. de aquir. vel omitt. her. Collata* conditio in alterius persona *l.* 8. *D. si quis omiss. causs. Collata* penes se emptio *l.* 35. *D. de minor. Collata* in alterius factum institutio *leg.* 23. §. *ult. D. de hered. inst. conferri* in futurum *l.* 71. *D. eod.* in longum tempus *l.* 4. §. 1. *D. de statu l.* in conditionem, in casum, in diem *l.* 5. *C. si quis alt. vel sibi l.* 8. *D. de verb. obl. l.* 59. *D. de reb. cred. Collatus* in mortis tempore sermo *l.* 88. *D. de obl. & act. Collata* verba in præteritum *l.* 27. §. 2. *D. de libert. leg.* Collatæ in unum clausulæ *leg.* 6. *D. judic. solv.*

Conferre redigere in scripturam. *Conferre* in Codicillos secreta voluntatis *l.* 3. *C. de donat. quæ sub mod.* in tabulas *l.* 3§. *D. de test. mil.*

CONFESSIO. Eam Quinctilian. *Declam.* 313. ait accipiendam qualemcumque contra se pronunciationem. Vid. *tit. de confessis.*

Confessio sacramentalis: Innocentius III. in generali Concilio Lateranensi anno 1216. antequam erant confirmati duo ordines S. Dominici, & S. Francisci, præcepit, ut omnis utriusque sexus fidelis, postquam ad annos discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata saltem semel in anno confiteatur proprio sacerdoti, & injunctam sibi poenitentiam propriis viribus studeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in Paschate Eucharistiæ sacramentum, nisi forte de proprii sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem caussam ad tempus ab hujusmodi perceptione duxerit abstinendum. Alioquin & vivens ab ingressu Ecclesiæ arceatur, & moriens Christiana careat sepultura: Si quis autem alieno sacerdoti voluerit justa de caussa confiteri sua peccata, licentiam prius postulet, & obtineat a proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non possit absolvere, vel ligare. Sacerdos autem sit discretus & cautus, ut more periti medici superinfundat vinum, & oleum vulneribus sauciati, diligenter inquirens & peccatoris circumstantias & peccati, ex quibus prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium, & cujusmodi remedium adhibere *cap. omnis utriusq.* 12. *de poenit. & remis.* Confessarius tamen tenetur servare secreta peccata pœnitentium, ita ut ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo aliquatenus prodat peccatorem. Sed si prudentiori consilio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ caute requirat. Quoniam qui peccatum in pœnitentiali judicio sibi detectum præsumserit revelare, non solum a sacerdotali officio deponendum decernimus, verum etiam ad agendam perpetuam pœnitentiam in arctum monasterium detrudendum: Idem Innoc. III. *l. cap.* qui *ibid.* præcepit, ut medici statim initio morbi, ubi ad infirmos vocati fuerint, eos ante omnia moneant & inducant, ut medicos advocent animarum, ut postquam fuerint infirmo de spirituali salute provisum, ad corporalis medicinæ remedium felicius procedatur *capit. cum infirmitas* 13. *eod.* Gregorius IX. permisit Episcopis, & aliis superioribus, nec non minoribus prælatis exemtis, ut etiam præter superioris sui licentiam providum & discretum sibi possint eligere confessorem *cap. ne pro* 16. *eod. tit.* Ex eo autem, quod Episcopus suo subdito concesserit facultatem eligendi sibi idoneum confessorem, non sequitur, nec conceditur, ut confessarius sic electus habeat potestatem absolvendi a casibus Episcopo specialiter reservatis; cum in concessione generali illa non veniant, quæ non esset quis verisimiliter in specie confessurus *cap. si episcopus* 2. *de pœn. in* 6. Nulla consuetudine introduci potest, ut aliquis præter superioris sui licentiam sibi valeat eligere confessarium, qui eum possit solvere, vel ligare. *ibid.* Abbatissis licet quidem moniales proprias benedicere, earum autem excipere confessiones circa peccata occulta gravia, aut legendo Evangelium publice prædicare, non licet. Innoc. III. *cap. nova* 10. *de pœnit.* Concilium Tridentinum statuit: Integram peccatorum confessionem omnibus post baptismum lapsis jure divino necessariam esse. Omnia peccata mortalia, etiamsi occultissima sint, & tantum adversus duo ultima decalogi præcepta commissa, quorum homo conscientiam habet, in confessione recensenda esse. Etiam illas peccati circumstantias, quæ peccati speciem mutant, confitendas esse. Nullum confessarium, etiam regularem, posse confessiones sæcularium, etiam sacerdotum, audire, nec ad id idoneum reputari, nisi aut parochiale beneficium, aut ab Episcopis per examen, si illis videbitur esse necessarium, aut alias idoneus judicatur, & approbationem, quæ gratis detur, obtineat, privilegiis & consuetudine, etiam immemorabili, non obstantibus. Concil. Trident. *Sess.* 14. *cap.* 7. *& Sess.* 23. *cap.* 15. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 5. *tit.* 38.

Confessio judicialis alia est tacita, alia expressa. Confessio tacita fieri censetur, si reus a judice post præstitum veritatis, aut calumniæ juramentum super positionibus ab adversario sibi factis neque personaliter, neque per procuratorem respondere velit, vel contumaciter se absentet. De iis, de quibus in eisdem positionibus fuit interrogatus, habetur pro confesso, sed alio modo contra eum tamquam contra contumacem procedendum est *cap. ad*

hoc 1. *de confessis in antiq.* Idque verum est, etiamsi positio actoris fuerit solum negativa, hoc est, talis, quæ nonnisi per confessionem rei probari possit, si in aliquo casu extraordinario difficilis probationis, concurrentibus gravissimis aliis præsumtionibus, judici suadente æquitate visum fuerit admittere ejusmodi positionem negativam *cap. statuimus* 1. *eod. tit. in* 6. Si quis in judicio super quodam principali negotio inquisitus talia de se ipso fateatur, quæ non solum unam collitigantium partem de gravi crimine gravant, sed ipsum etiam testem per modum inquisitionis generalis interrogatum infamant, ea confessio sufficit ad hoc, ut ejusmodi testis pœna ordinaria per sententiam interlocutoriam affici possit. Sic facta inquisitione de modo electionis, ubi duo se pro electo gerunt, si unus eligentium fateatur, se ab uno collitigantium pro suo voto pecuniam, & promissum aliud accepisse, id confitens propter talem simoniam ab omni beneficio ecclesiastico deponitur *c. cum super de confess. in antiq.* Ex criminis tamen proprii in judicio confessione, si in judicio principalis quæstio de eo crimine erat, non est alteri pœna ordinaria infligenda, sed ex illa confessione incidenter infamato solum purgatio canonica per juramentum est indicenda, nisi aliis modis & justis rationibus verum esse etiam alterius crimen constiterit. Sic in casu quo presbyter inquisitus de homicidio fatetur se illud perpetrasse, attamen ex aliorum, quos nominat, suggestione, nulla his deficientibus aliis indiciis pœna est infligenda; si tamen laborent saltem infamia hujus criminis, eis coram tribus sociis sui ordinis tamquam testibus juramentum purgatorium injungendum est *c. cum monasterium* 1. *eod. tit.* D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. ad d. t.*

Confessionem pro cautione, chirographo ὁμολογία accipi volunt in his locis: *Magis est ut non possit sua confessioni obviare l.*20. §. 1. *D. de donat. Tunc enim stare eum oportet sua confessioni*, quæ paullo ante ter vocatur *cautio l.* 25. §. *ult. D. de probat.* Sed ostendit Bynkersh. P. *obs.* 16. *Confessionem* utroque loco nihil aliud notare, quam declarationem voluntatis quocumque modo expressam. Idem vero vir doctissimus alium laudavit locum Cic. *pro Sextio sub fin.* ubi confessio aperte est tabula: *Quod tantum est in me scelus? Quid tantopere deliqui illo die, quum ad vos judicia, litteras, confessionem communis exitii detuli?* HEIN.

CONFESSORIA actio, quæ adversus confitentem datur veluti de damno dato *l.* 23. §. *ult. l.* 25. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* Sic quoque adpellatur ea actio, quæ ex alicujus interrogata responsione competit *l. ult. D. de interrog. in jur.*

Confessoria actio de servitute competens datur ei cui jus servitutis competit in re aliena, in dominum hujus rei, ad hoc, ut confiteatur is, servitutem in re sua competere. Justinianus in §. 2. *Inst. de act.* ait: *Atque si agat quis, jus sibi esse, fundo forte, vel ædibus, utendi fruendi, vel per fundum vicini aquam ducendi, in rem actio est. Ejusdem generis est actio de jure prædiorum urbanorum, veluti, si quis agat, jus sibi esse, ædes suas altius tollendi, prospiciendive, vel projiciendi aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes.* Dicitur autem *confessoria*, quod actor afferat, dari, competere sibi servitutem *l.* 5. §. *fin. D. si ususfr. pet. l.* 2. *l.* 5. §. 2. *si serv. vind.* velitque, ut reus confiteatur, servitutem fundo suo esse. Hæc igitur actio fere adfirmativis verbis concipitur. Interdum tamen & negativis, ut in specie *l.* 4. §. *ult.* & *l.* 6. *D. si servit. vind.* In genere verbis adfirmativis concepta erit, quoties servitus, quæ mihi in re aliena competit, in *patiendo* consistit. Negativis vero verbis concipi poterit, si ex jure meo servitutis alter in re sua *non facere*, seu *abstinere* tenetur.

CONFESSUS *leg.* 40. §. 1. *D. de pact. Confessus* reus *l. ult. D. de bon. eor.* in homicidio *l.* 6. §. *ult. D. de interd. & releg.* Confessi debitores Paull. 5. *Sent.* 5. 2. *Confessum* nomen, quod non est in controversia *l.* 15. §. 9. *D. re judic.*

CONFESTIM, i. e. statim *l.* 56. §. 4. *D. de verb. obl.* In SC. autem Tertulliani quæstione, ut vox hæc accipienda sit, vide *in l.* 2. §. 43. *D. ad SC. Tertull.*

CONFICERE, efficere, perficere. *Confectum* compromissum *l.* 14. *D. de recept. arb. Conficere* quod facturum se promiserat *l.* 137. §. 2. *D. de verb. obl.*

CONFIDENTIA. Eam Claud. Fleuri in *Inst. jur. eccles. p.* 3. *cap.* 11. *in fin.* definit quod sit pactum, quo alteri beneficium ea lege traditur, ut fructus, vel post certum tempus ipsum titulum alteri reddat. Contra hanc edita est constitutio Pii IV. & Pii V. *d.* 1. *jun.* 1569. in qua pœna excommunicationis, immo eadem, quæ in simoniacos locum invenit, dictata est. Sacrilegium enim committere dicuntur *confidentiarii*, ut nominantur in Concil. Rotomagensi ann. 1581. *tom.* 10. *concil. p.* 1229. Speciatim de hac materia agit Flaminius Parisius *de confidentia beneficiali* ubi *qu.* 9. caussas aperit varias, ob quas hæc confidentia usurpata fuerit.

CONFIDERE contra obnitentem *l.* 34. *D. de legib.*

CONFIDEJUSSOR, qui simul cum alio fidejussit *l.* 10. 39. 48. *D. de fidejuss.*

CONFINGERE in se homicidium *l.* 2. §. 27. *D. de quæst.*

CONFINIS ager *leg.* 1. §. 16. *D. de aqu. quotid.* Sic confinem suum pro vicino, dixit Martial. *lib.* 2. *Epigr.* 32. *v.* 3. Plane in urbanis prædiis *confines* non dici, sed magis *vicinos* ait Paullus *in l.* 4. §. 10. *D. fin. regund.*

CONFINIUM. In confinio l. 2. §. 2. *D. de aqu.*

aqu. & aqu.pluv. l. 2. D. fin. regund.. Prope confinium *l. 7. §. ult. D. de adquir. rer. dom. Confinium* porro non intelligitur, si via publica, flumenve intervenerint *l.* 4. §. *ult. D. famil. ercisc.*

Ut autem *confinium* ita *trifinium* veteres dicebant, quoties in eumdem locum trium possessionum fines concurrebant, ut in auctoribus *de limitibus*, veluti Sicul. Flacco *de condit. agr. p. 6.* legibus: Iidem scriptores, ut Innocentius *in excerpt. p.* 217. meminit *quadrifinii*. Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 14. Quadrifinium quod quatuor possessionum fines adtingit. *Hein.*

CONFIRMARE, firmum reddere. Ita *confirmari codicilli* dicuntur, quia testamento auctoritatem, & vim acceperunt *l. 30. D. de legat.* 1. *Confirmatur* testamentum aditione hæreditatis *l.* 18. *D. de stipul. serv.*

Confirmare, id est, sublato rei vel negotii vitio, efficere, ut res valeat. Sic *confirmatur* adoptio non jure facta *l.* 29. 34. *D. de adopt.* status liberorum *l.* 57. §. *ult. D. de rit. nupt. Confirmantur* testamenta lege Velleia *l.* 10. §. 2. *D. de testam. tutel.* lege Cornelia *l.* 12. *D. de lib. & postum.* Confirmantur tutores *rubr. D. & C. de tut. confirm.* Et hinc glossa in *l. 6. D. de jurisd.* notat. confirmare aliquando idem esse, ac non infirmare. Quam observationem probat. Cujac. *in recit. prior. ad d. l. p.* 65. Hein.

CONFIRMATIO est sacramentum, quo episcopus infantiam egressos chrismate ungit, ut baptizati per Spiritum S. roborentur *c.* 3. *&* 5. *de consecrat. dist.* 5. Ex Concil. Tridentino *sess.* 24. *de reform. matrim. cap.* 2. unus vel duo adhibentur patrini, qui præsentant confirmandos episcopo. Moris quoque esse solet, ut an iquum nomen mutetur,* & novum sancti cujusdam assumatur. In loco quo confirmatio conferenda, omnia opportune disponenda, altare decenter cum cereis accensis, ante ipsum vero altare tapetum sternendum, & faldistotium ornatum collocandum, in quo episcopus sedeat, & ante ipsum pulvinar ad genu flectendum; super altare disponuntur pro Episcopo amictus, stola, ac pluviale albi coloris cum mitra simplici. Super credentiam (mensam) a latere opponitur pontificale, vasculum cum S. Chrismate, gossypium ad abstergendam frontem confirmati, vitta linea, vasa ad abluendas manus episcopi, mappæ ad abstergendas, nec non medulla panis pro episcopo. Præter magistrum cerimoniarum tres Sacerdotes episcopo adsistunt, quorum dignior vas chrismatis tenet, duo alii frontem confirmati, alter bombacio, (gossypio, lana) abstergit, alter linteo madefacto abluit, & panno mundo abstergit, bombacium vero in pelvicula reponit ad comburendum, ne ad profanos usus forte postea adhibeatur. Præterea quatuor acolythi, pariter superpelliceis induti, librum, & mitram, nec non faldistorium, gremiale, & baculum pastoralem ministrant: horum etiam partes sunt bombacium in pelvicula colligere, scutiferi vero, atque familiares mensæ, seu credentiæ adsistunt, aquam ad abluendas manus ministraturi. Circa horam diei tertiam, quod tunc Spiritus S. super Apostolos descenderit, ipsa *confirmatio* peragitur, indeque magister cerimoniarum, paratis & dispositis omnibus, ipsos confirmandos ordinat, masculos a dextris, & feminas a sinistris, qui junctis ante pectus manibus genua flectunt. Accedens Episcopus ad locum præparatum, adstantibus ministris, ipsis confirmandis genu flexis, ubi aliquantisper in genua pariter procumbens ante faldistorium in pulvino ibi parato oraverit, primum manus lavat, dein induitur amictu, stola ac pluviali albi coloris cum mitra simplici, & sic indutus aliquantulum in faldidistorio sedet. Populum deinceps, accepto baculo, monet de iis, quæ spectant ad confirmationis solemnitatem, & tunc deposita mitra surgit, & conversus ad confirmandos junctis manibus ante pectus dicit: Spiritus S. gratia superveniat in vos, & virtus altissimi sine peccato custodiat vos: ac deinde signatis a fronte ad pectus dicit: Adjutorium nostrum in nomine Domini, qui fecit cœlum & terram: Domine exaudi orationem meam Subdit postea versus, & orationem: Omnipotens sempiterne Deus, qui regenerare dignatus es hos famulos tuos, & famulas ex aqua & Spiritu S. quique dedisti eis remissionem omnium peccatorum, emitte in eos septiformem Spiritum tuum sanctum Paraclitum de cælis. R. Amen. Spiritum sapientiæ & intellectus. R. Amen. Spiritum fortitudinis & consilii. R. Amen. Spiritum sapientiæ & pietatis. R. Amen. Adimple eos spiritu timoris tui, & consigna eos signo crucis Christi in vitam propitiatus æternam per &c. Dicta oratione sedens cum mitra, & gremiali singulos ante se genuflexos confirmat, quos patrini præsentant, vel pede supposito, vel alio modo eos tangentes, ita ut ipsi quodammodo confirmandos tenere videantur, quo consanguinitas spiritualis, quæ absque contactu contrahi nequit, vere perficiatur. Pontifex sigillatim nomen confirmandi poscit, quo facto, intincto pollice dextræ manus chrismate dicit: Signo te signo Crucis, & confirmo te chrismate salutis, in nomine P. F. & S. S. Amen. Producens interim signum Crucis in fronte illius, ac postmodum leniter confirmatum in maxilla cædit dicens: pax tecum, statimque confirmati frons adligatur vitta linea. Postea capellani bombacio tergunt confirmatorum frontes, & leviter madefactos lavant, ipsumque bombacium & vittam loco congruo reponunt, nec discedunt nisi post acceptam benedictionem in fine ab Episcopo dandam. Confirmatis omnibus Pontifex tergit digitos cum mica panis, & manus lavat: ipsa vero lotio in sacrarium projicitur, & interim dicitur antiphona; Confirma hoc Deus, quod &c. His pe-

peractis Pontifex surgens stansque sine mitra conversus ad altare, dicit versus, & orationem, Deus, qui Apostolis tuis &c. Vertens se postea ad confirmatos, formans super eos signum Crucis dicit: Benedicat vos Dominus ex Sion &c. Sedens postea cum mitra, monet patrinos ut confirmatos instruant bonis moribus, eosque doceant, Credo, Pater noster, & Ave Maria.

Confirmatio prælati electi impetranda a superiore. Ante hanc confirmationem electi non possunt exercere ullum actum suæ potestatis neque in temporalibus, neque in spiritualibus; si autem præsumserint ante confirmationem exercere ejusmodi actum, perdunt jus adquisitum per electionem. Excipiuntur tamen ab hac lege illi, qui confirmationem suam immediate recipere tenentur a sede Apostolica, & constituti sunt extra Italiam. Hi enim possunt ante confirmationem exercere actus potestatis suæ tam in temporalibus quam spiritualibus, v. gr. conferendo beneficia, dummodo non alienent bona ecclesiæ *cap. nostri 9. de elect.* nec exerceant actum ordinis Episcopalis ante consecrationem *capit. transmissam 15. eod. tit.* Antequam autem a superiore obtineatur confirmatio, ab eo prius instituendum est examen de moribus, & conversatione electi, & quidem in ipso loco, ubi conversabatur electus *c. postquam 3. eod. tit.* D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib. 1. tit. 6.* §. 23. Fitque hanc in rem citatio vel specialis, si de contradicto constat, vel generalis, instituenda in ecclesia, in qua electio facta, ut si qui sint, qui se velint opponere, compareant, peremptorio termino competente, ut ait Pontifex in *c. fin. eod. tit.* & si vel maxime nemo adpareat, ex officio tamen de ipso electionis processu, & qualitatibus electi examen instituendum est *cap. 19. eod tit.* In his si nihil desideratur, *confirmatio* denegari nequit, in quo differt ab *admissione* postulationis, quæ est gratiæ, cum confirmatio sit justitiæ, Passerinus *de elect. c. 33. qu. 3.* Levrenius *in foro beneficii sect. 2. c. 53. qu. 419.* Si superior confirmet indignum vel inhabilem, privatur ea vice jure confirmandi noviter eligendum, & incurrit pœnam suspensionis a proprio beneficio. Immo incurrit adhuc majores pænas, si id egit ex malitia *c. nihil est 44. de elect.* Si confirmandus est Archiepiscopus, conferri illi solet in occidentali Ecclesia a Summo Pontifice tamquam Patriarcha Occidentis pallium, præstito illis prius juramento obedientiæ, & fidelitatis *capit. significasti 4. eod. tit.* Metropolitanus confirmatus, etiamsi cnondum acceperit pallium, potest suffraganeis præ ipere, ut consecrent episcopum electum, ac confirmatum sibi subditum *cap. suffragantes eod. tit.* Modum novissimum confirmationes faciendi in curia Romana instituit concilium Tridentinum *sess. 24. de reform. cap. 1.* ita scilicet ut cum hoc examen, seu inquisitio de persona promovenda perfecta fuerit, ea in instrumentum publicum redacta, cum toto testimonio ac professione fidei ab eo facta, quamprimum ad sanctissimum Rom. Pontificem omnino transmittatur, ut ipse summus Pontifex plena totius negotii, ac personarum notitia habita, pro gregis dominici commodo de illis, si idonei per examen seu per inquisitionem factam reperti fuerint, ecclesiis possit utilius providere. Omnes vero inquisitiones, informationes, testimonia, atque probationes, quæcumque de promovendi qualitatibus & ecclesiæ statu a quibuscumque, etiam in Romana curia, habitæ per Cardinalem, qui relationem facturus est in consistorio, & alios tres Cardinales diligenter examinentur; ac relatio ipsa Cardinalis relatoris, & trium Cardinalium subscriptione roboretur: in qua & ipsi singuli quatuor Cardinales affirment, se, adhibita accurata diligentia, invenisse promovendos qualitatibus a jure, & ab hac sancta synodo requisitis, præditos, ac certo existimare sub periculo salutis æternæ idoneos, qui ecclesiis præficiantur: ita ut relatione in un consistorio facta, quo maturius interea de ipsa inquisitione cognosci possit, in aliud consistorium judicium differatur.

Confirmatio privilegiorum, concessionum, gratiæ, sententiæ, legum, consuetudinum, electionum actorum sollemnium, pactionum, quæ impetrari debeat a sede Apostolica, & quando, & quousque ea valeat, traduntur regulæ, & exempla *tit. decretal. de confirmat. util. & inutil.*

CONFISCARI bona dicuntur, quæ in fiscum coguntur *l. ult. §. pen. D. de bon. eor. Confiscari* ipse reus, cujus bona publicantur *l. 9. §. 6. D. de tutel. l. ult. C. de debit.* Quia vero, quæ in loculis habetur, promtissima pecunia est, *in confiscato habere*, idem est, ac in promptu habere. Tertull. *de fuga in persequut. cap. 12. Pauperes qui animam solam in confiscato habent.* Sed & confiscari est, rem reconcedere. Idem *de pallio cap. 5.* Æsopus histrio ex avibus ejusdem pretiositatis, & canoris, & loquacibus quibusque centum milium patinam confiscavit. Addendus de hujus verbi significatione Just. Lips. *in not. ad Tacit. 1. annal. p. 19.* HEIN.

CONFITERI crimen etiam intelligitur, qui paciscitur *l. 15. D. de his, qui not. infam.* Passive verbum hoc accepit Ulpian. *l. 15. §. 9. D. de re jud.* Nomen quod *confitetur*, id est, nomen quod in confesso est. Sed & ipse Cicero 2. *Agrar.* 22. dixit, *agrum qui publicus esse fateatur*. Et *confiteri* esse verbum commune, jam Gell. *lib. 15. capit. 13.* & Priscian. *lib. 8. p. 790.* observarunt. *Hein.*

CONFLARE argentum *l. 7. §. 8. D. de adquir. rer. dom.* lancem *l. 22. D. depos.* vas *l. 7. §. 7. D. de adquir. rer. dom.*

CONFLICTUS criminis *l. 17. C. de his qui accus.*

cuf. non poff. Magno conflictu sententia decerni solet *l. ult.* C. *comminat. epist. programm.*

CONFLUERE in unius personam obligatio *l. ult.* §. *ult. D. de novat.*

CONFRINGERE. Confrictæ arbores *l. 24. §. 9. D. de damn. infect.*

CONFRUMENTALES. Ita vocabulum συσσιτοι vertitur, in verbis Solonis *l. ult. D. de col. & corpor.* Sed quid obsecro *confrumentales?* Συσσιτια sunt *communia*, & hinc *sodales*, qui communia convivia, corrogatis impensis, Athenis, Lacedemone, in Creta, & in aliis Græcorum civitatibus, celebrant, συσσιτοι, vel συσσιτοι vocabantur. De his plura Salmas. in *observ. ad jus Attic. p. 105. & seq.* 147. *seq.* 151. Herald. *observ. ad jus Attic. & Rom. c.* 41. HEIN.

CONFUGA, qui ad ecclesiam, tamquam ad asylum, confugit *l. 6. pr. C. de his qui ad eccles. confug. l.* 22. §. 1. *C. de episc. & cler.* HEIN.

CONFUGERE ad ædem sacram §. 1. *Inst. de his qui sui vel al. jur.* in fidem alicujus *l. 5. D. de manum.*

CONFUSIO. Confundi dicitur, quod aliis ita commisceetur, ut deduci, & separari non possit, aut certe difficilis sit ejus separatio *l. 3. §. ult. l. 4. 23. §. 5. D. de rei vind.* §. 27. *Inst. de rer. divis.*

Confundi etiam dicuntur obligationes *l. 29. §. ult. D. de jur. fisc.* quoties in eamdem personam & debitoris & creditoris jus devenit, id est, quum vel debitor creditori, vel creditor debitori hæres existit *l. 21. §. 4. l. 50. l. 71. D. de fidejuss.* Porro ubi successit creditor debitori, veluti solutionis jure sublata obligatione, etiam mandator liberatur, vel quia non potest pro eodem apud eumdem quis mandator esse. Quod si creditor fidejussori heres fuerit, vel fidejussor creditori, *confusione* obligationis non liberatur reus *leg. 71. D. de fidejuss.* Si duo sint rei promittendi, & alter alterum heredem scripserit, *Confundetur* obligatio *l. 93. D. de solut.* Aditio hereditatis nonnumquam jure confundit obligationem, veluti si creditor debitoris, vel contra debitor creditoris adierit hereditatem: aliquando pro solutione cedit, si forte, qui pupillo sine tutoris auctoritate numos crediderat, heres ei existit *leg. 95. §. 2. D. de solut. Confusione* perinde exstinguitur obligatio, ac solutione *leg. 21. D. de liberat. leg.* Nam, ut ait Paull. *l. 41. §. 2. D. de evict.* quum debitor creditori suo heres exstiterit, ratio quædam inter heredem, & hereditatem ponitur: & intelligitur major hereditas ad debitorem pervenire, quasi soluta pecunia, quæ debebatur hereditati, & per hoc minus in bonis heredis esse. Et ex contrario, quum creditor debitori suo exitit heres, minus in hereditate habere videtur, tamquam ipsa hereditas hereditati solverit,

Eodem sensu confusam actionem accipe *l. 17. l. 18. §. 1. D. de his, quæ ut indign. l. 58. D. ad SC. Trebell. l. ult. Cod. de contr. jud. tut.*

Similique modo confunduntur servitutes, quum idem utriusque prædii, & quod servit, & cui servitus debetur, dominus fit *l. 1. l. 15. C. quemadm. serv. amitt.* Si quis ædes, quæ suis ædibus servirent, quum emisset, traditas sibi accepit, *confusa*, sublataque servitus est *l. 30. D. de servit. præd. urb.* At si partem prædii nactus sum, quod mihi, aut cui ego serviam, non confundi servitutem placet, quia pro parte servitus retinetur *d. l. 30. §. 1. D. eod.* Pari modo si fructuarius proprietatem adsequutus fuerit, desinit ususfructus ad eum pertinere propter confusionem *l. 4. D. usufr. quemadm. cav.* Sed & si fructuarium dominus proprietatis heredem scripserit, *confusio* fit ususfructus *l. 6. D. de manumiss.* Si servus in quo ususfructus alienus est, noxæ dedatur a domino proprietatis usufructuario, liberabitur, confusa servitute, proprietatis comparatione *leg. 17. D. quib. modo ususfr. amitt.* Sive fundus legatus fundo heredis servitutem debuit, sive ei fundus heredis *confusione* dominii servitus exstinguitur *leg. 116. §. ult. D. de legat. 1.*

CONFUSE constitutum pretium, id est, per aversionem, non in singula capita, singulasve species *l. 36. D. de ædil. edict.* Ita & confuse omnes servos manumittere dicitur, qui non manumittit nominatim. Quam manumissionem recte fieri, negat Cajus 1. *Instit.* 2. §. 2. HEIN.

CONGERERE terram. *Congestio* terræ *leg. 57. D. locat.*

CONGLUTINATI libri *l. 52. §. 5. D. de leg. 3.* ubi Ulpianus memorat libros nondum perscriptos, nondum malleatos, vel ornatos, nondum conglutinatos vel emendatos, sed & membranas nondum consutas.

CONGREDI, judicio cum aliquo consistere significat *l. 3. C. quib. res jud.* & ita accipe in *l. 1. D. de succes. edict. l. 2. C. de ædilit. act. l. 5. C. mand. l. 2. C. si mat. indemn.*

CONGREGATIO dicitur, ubi duo, vel tres fuerint insimul *c. 1. de elect.*

CONGRUE respondere, Paull. 2. *sent.* 3. 1. vel *congruenter l. 1. §. 6. D. de verb. obl.*

CONGRUERE, convenire, Congruit dicto scriptum, id est, consentit *l. 77. §. 22. D. de legat. 2.*

CONGRUUM arbitrio *l. 4. D. de in lit. jur.*

CONJECTIO caussæ *l. 1. D. de reg. jur.* Ubi, cur regula juris quædam veluti caussæ conjectio adpelletur erudite disquirunt Cujac. Petr. Faber, & Jac. Gothofr. in Commentariis. *Hein. Conjectio* pro conjectura *l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss.*

CONJECTURA pro divinatione ex certis signis. Sic *conjecturam* capere *l. 8. D. de publ. in rem act.* At in

in *l. 30. D. de pact. dot.* id vocabulum pro argumento accipi videtur.

CONJICERE in vincula *l. 3. D. de custod. & exhib. reor.* vina in dolia *l. 1. §. ult. D. de trit. vin. Conjicere* caussam. Afranius *apud Non. Marcell. Caussam conjicere hodie ad te volo.* Gell. *lib. 5. c. 10. Et quum ad judices conjiciendæ, constituendæque controversiæ caussa venisset.* Id quid fuerit ostendit Car. Sigon *de judic. lib. 1. c. 28.* Quum litigatores, inquit, seu patroni eorum, jussi essent dicere, tum vero duobus modis dixerunt, uno paucis, altero pluribus verbis. Brevem expositionem vocabant caussæ conjectionem, de qua sic Asconius: Quum litigatores ad judicium venissent, antequam caussa ad judicem ageretur, quasi per indicem rem exposuerunt, atque id ipsum dictum est *caussa conjectio*, quasi caussæ suæ in brevem coactio. Hinc Lex XII. Tab. *Ante meridiem caussam conjicito, quum ambo perorant præsentes.* Erat ergo expositio totius caussæ brevior, eique opponebatur longior, quæ deinde fiebat ita, ut de re omni testibus, tabulis, argumentisque ex ipsa re, de qua agebatur, depromtis utrimque certaretur ab oratoribus. *Hein.*

CONJUGIA illicita inter adoptivos fratres, i. e. connubia, Caj. 1. *Inst.* 4. 2.

CONJUNCTE stipulari *leg. 137. §. 7. D. de verb. obl.* pro *conjunctim* Cic. *lib. 5. ad fam. epist. 12.* Conjunctene malles cum ceteris rebus nostra contexere. *Hein.*

CONJUNCTIM heredes institui, aut *conjunctim* legari, hoc est, totam hæreditatem, & tota legata singulis data esse, partes autem concursu fieri *l. 18. D. de legat. 3. l. 8. D. usufr. quemadm. cav.* Ita *conjunctim & per partes* legari opponitur in *l. 26. D. de legat. 2.* item *conjunctim* & separatim, id est partibus in *l. 1. pr. D. de usufr. adcr.* ita etiam accipitur *conjunctus* legatarius in *l. un. §. 7. C. de caduc. toll.* Et hæc est notio generalis hujus verbi, sive re tantum, sive verbis, sive mixtim *conjuncti* sint. Specialius vero *conjunctim* legare plerumque est *re*, & *verbis* legare, ut in *l. 16. l. 33. l. 34. §. 9. l. 85. D. de legat. 1. l. 1. D. de usufr. adcr.* Nam re *conjunctis separatim* potius, & *sejunctim* legari dicitur, quam conjunctium in *l. 1. §. 3. D. de usufr. adcr. §. 8. Inst. de legat. l. 33. D. de legat. 1. l. 63. D. de hered. inst.* & ita intellige *conjunctim*, & *separatim* apud Ulpian. *fragm. tit. 24. §. 13.* & Caium *Inst. tit. 5. §. 6.* ubi τῷ *conjunctim* opponitur τῷ *separatim*, cum nempe *singulis* quæcumque res legata. Ut adeo conjunctim legatum hic significet rem duobus, pluribusve veluti uni personæ legatam. Nimirum.

CONJUNCTIO in legatorum datione triplici modo intelligitur. Aut enim per se *conjunctio* contingit, vel quod aiunt *re tantum*, cum nempe ad eamdem rem, sed diversis propositionibus vocati sunt, qui alias ob figuram orationis *disjuncti*, v. c. *Titio ædes meas do lego, Mevio easdem de lego.* Aut *verbis*, si in eadem propositione, sed divisis saltim intellectualiter partibus, v. g. *Titio & Sempronio do lego ædes æquis partibus*: Alias divisio corporalis impedit, quominus eadem res legata duobus dici possit: Duo enim sunt legata, nec igitur ulla est conjunctio, v. g. *Titio fundum Cornelianum cis aquam. Sempronio ultra aquam.* Vid. *l. 1. pr. D. de usufr. adcresc.* Tertium genus *conjunctionis* obtinet *re & verbis*, quod aiunt, seu *mixtim*, cum in eadem propositione nullis adjectis partibus, ne quidem intellectualibus, duo pluresve ad rem legatam vocantur, v. g. *Titio & Scio ædes meas do lego l. 142. D. de verb. signif. l. 3. §. 1. D. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* Ceterum *Conjunctionis* jus ex diversis testamentis non contingit *l. 16. D. quib. mod. ususfr.*

Conjunctio pro propinquitate personarum *l. 1. §. 10. D. ad SC. Turpil. l. 14. de adpell.*

Conjunctio matrimonialis. Sic *Conjunctio* illicita *l. 38. §. 1. D. ad leg. jul. de adult.* Maris, & fæminæ conjunctio, quam nos matrimonium adpellamus *pr. Inst. de jur. nat.*

Conjunctio etiam dicitur contubernium servile *l. 39. D. de jur. dot.*

Conjunctio pro articulo, quo oratio conjungitur. Et ita *conjunctio*, & *disjunctio* opponuntur *l. 28. §. ult. D. de verb. signif. Conjunctionem* nonnumquam pro *disjunctione* accipi docet *lex 29. D. eod.*

CONJUNGI matrimonio *l. 15. C. de postl. revers. Conjuncti* per virilis sexus cognationem *§. 1. Inst. de legit. agn. tut. Conjuncti* in legato, de quibus modo dixi art. *Conjunctio*, *Conjuncta* & *disjuncta* oratio opponuntur *l. 28. §. ult. D. de verb. signif. Conjuncta* tamen sæpe pro *disjunctis* accipi ait *l. 53. D. eod.*

CONLOCARE Vid. *Collocare*.

CONLUGARE. Vid. *Collucare*.

CONNEXUM, vel, ut in Pandectis Florentinis legitur, *conexum* dicitur, quod cohæret, conjunctumque est. *Connexi* inter se sanguine *l. 1. §. 10. D. de suis & legit.*

CONNIVENTIBUS oculis *l. 4. §. 1. D. de manum.*

CONNUBIUM, vel ut Florentiæ scribitur, *conubium* est *uxoris jure ducendæ facultas*, quemadmodum interpretatur Ulpian. *fragm. c. 5. §. 3.* qui hæc prætera addit: Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis: cum Latinis autem & peregrinis ita, si concessum sit. Cum servis nullum est connubium. Inter parentes, & liberos infinite cujuscumque gradus connubium non est. Servius *in 1. Æn. v. 73. Connubium*, inquit, *est jus legitimi matrimonii.* Nimirum.

Romanis aliud erat *connubium*, quod & *nuptiarum* vocabulo designabat, aliud *matrimonium*, aliud

con-

contubernium. Primum, uti eleganter observat Schulting. *jurispr. antej. p.*748. erat vocabulum juris civilis, alterum juris gentium, postremum juris naturæ. *Nuptiæ* vel *connubium* tantum consistebant inter cives Romanos *pr. Inst. de nupt.* cum aliis nonnisi concessum esset, Ulpian. *tit.* 5. §. 4. & tempore quidem liberæ reipublicæ, a populo, cujus rei exempla sunt apud Livium *lib.* 38. *cap.* 36. *&* *lib.* 43. *cap.* 3. postea a principibus, uti docent marmora apud Gruter. *p.*573. 2. *p.* 574. 1. Matrimonium & peregrini secundum suæ quique patriæ leges contrahebant, ita tamen, ut juris Romani privilegii, & effectibus non gauderent hi conjuges, veluti patria potestate, privilegiis dotium, & similibus. Hinc deportata nupta esse desinebat *l.* 56. *D. solut. matr.* & tamen deportatione matrimonium minime dissolvitur *l.* 13. §. 2. *D. de don. int. vir. & ux.* Et civis, qui peregrinam duxerat, adulterii quidem uxorem postulabat, quia lex Julia ad omnia matrimonia pertinebat *l.* 13. §. 1. *D. ad leg jul. de adult.* non tamen jure mariti, sed extranei *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 5. & ibi Schulting. Hinc matrimonium sine connubio dixit idem paria or *Leg. Mos. & R. l. c.* HEIN.

CONNUMERARI inter liberos *l.* 14. *D. de stat. hom.*

CONSANARE, sanare *l.* 10. *pr. D. de ædil. edict.* Ibi Ulpianus: *Si hominis digitus sit abscissus, membrive quid laceratum, quamvis consanaverit* &c. Quum vero rarius sit *consanaverit*, at familiarissimum veteribus *consanuerit*, quo usi Cic. *lib.* 4. *ad famil. epist.* 6. Columell. *de re rust. lib.* 4. *cap.* 27. Celsus *de medic. lib.* 7. *cap.* 27. Celsus *de medic. lib.* 7. *cap.* 12. legendum plerique ibi putant *consanuerit*. Immo Haloander ibi habet *consolidaverit*. Equidem & *consanare* habet Columella *lib.* 4. *c.* 29. sed notione transitiva. Eo vero sensu, quo usus est Ulpianus, vix usquam exemplum exstat, ceu ipse agnovit Ducker. *de Latin. Vet. Ictor. p.* 342. Hein.

CONSANGUINEI fratres dicuntur de uno patre nati, ut Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 8. §. 3. *definit.* Ex eodem Caio in *Collat. Leg. Mos. & R. tit.* 16. §. 2. referunt hæc: Qui eodem patre nati sunt, fratres, adgnati sibi sunt, qui etiam consanguinei vocantur: nec requiritur, an matrem eamdem habuerint. *Ibid.* §. 3. ex Paulli *sent. lib.* 7. hæc adscribuntur: Consanguinei sunt eodem patre nati, licet diversis matribus, qui in potestate fuerint mortis tempore: Adoptivus quoque frater, si non sit emancipatus, & hi, qui post mortem patris nati sunt, vel caussam probaverunt. Soror jure consanguinitatis tam ad fratris, quam ad sororis hereditatem admittitur.

Cassius in *l.* 1. §. 10. *D. de suis & legit. hered. Consanguineos* definit eos, qui sanguine inter se connexi sunt. Sed & Seneca in αποκολοκυντωσει: Novissime, ait fratris filia sororis filiæ, generi, soceri, socrus, omnes plane *consanguinei*. Theophilus vero in §. 1. *Inst. de legit. adgn. success.* Οι εκ του αυτου πατρος τεχθεντες αδελφοι ρωμαιστι μεν λεγονται *consanguinei* ελληνιστι δε ομαιμοι. *Ex eodem patre geniti fratres latine quidem consanguinei, græce* ομαιμοι *dicuntur*. Quemadmodum & Vetus glossarium *consanguineos* ομαιμους interpretatur. At Socrates *lib.* 3. *hist. eccl. c.* 1. Consanguineos ομοπατριους αδελφους vocat. Suidas. Αμφιπατορες, οι απο του αυτου πατρος, ετερας δε μητρος, Αμφιπατορες *sunt qui ex eodem patre, at diversa matre sunt*. Et ita *consanguineos* accipe in *l.* 2. *D. de suis & legit. l.* 1. §. 11. *l.* 6. §. 1. *l.* 7. *D. ad SC. Tertull. Consanguinea* soror *l.* 2. §. 18. *&* 19. *D. eod. l.* 4. *C. de suis & legit.* & apud Ulpian. 27. *fragm.* 8. quæ a Demosthene ομοπατρια dicitur *in orat. contra Ariscogiton*. Hujus autem vocis etymon si quis desideret, consulat Soran. *lib. Isagog. medicin. c.* 16. Vide infra *art. frater*.

CONSANGUINITAS, pro fraternitate, quæ a patre communi descendit *l.* 4. *D. und. cogn. l.* 44. *D. de adopt. l.* 13. *C. de probat. l.* 1. 2. 3. 6. *C. de legit. hæred.* §. 3. *Inst. de legit. agn. succ.* Vetus glossar. *Consanguinitas est vinculum duarum personarum, ab eodem stipite descendentium, carnali propagine contractum*. Consanguinitatis plane jura a patre oriuntur *l.* 4. *D. und. cogn.* Nec refert, ex eadem matre, an ex diversis geniti sint *l.* 3. *C. de legit. tut. l.* 1. 3. 6. 14. *D. de legit. her. l.* 1. *C. ad SC. orphit. l.* 5. *C. comm. de succes.* Consanguinitatis autem jura inter se habent etiam post mortem, vel captivitatem patris editi: sed & adoptivi cum naturalibus *l. ult. D. und. legit. l.* 1. §. *ult. de suis & legit. l.* 7. *D. ad SC. Tertull.* §. 1. *Inst. de legit. agn. succes. Consanguinitatis* inter parentes, & liberos meminit *l.* 1. *C. de impon. lucrat. descript.*

CONSCIENTIA. Testamentum apud conscientiam principis tenere *l.* 19. *C. de testam.*

CONSCINDERE vela *l.* 6. *D. de incend. ruin. naufr.*

CONSCISCERE sibi mortem *l.* 45. §. 2. *D. de jur. fisc.*

CONSCIUS. Præter notam hujus vocabuli notionem, alia notatu digna est, ut *conscia* honestati mercatura, i. e. congrua *l.* 2. *C. de episc. & cler.* quamquam ibi legi posset *consona*. De ea vocabuli *conscius* notione non constat, quamvis & res inanimatæ aliquando dicantur consciæ, veluti *conscius ignis* apud Stat. Papin. *lib.* 6. *Thebaid. v.* 547. Nec extra exemplum est, illud jungi dativo. Nam & Cic. *pro Cluent. c.* 20. dixit, *facinori conscium*. HEIN.

CONSCRIBERE pro scribere passim in LL. sed & pro subscribere, ut *Conscribere* curatori in *l.* 1. §. 26. *D. de ventr. in posses.*

CONSECRARE publice *l. ult. D. ut in posses. leg. serv. caus.* i. e. sacrum facere.

CONSECRATIO est actus sollemnis, quo persona vel res sacra Deo fit, & sanctimoniam aliquam induit. Ac primum ut de personis videamus. Est consecratio Prælatorum, veluti Abbatis, qui consecrandus & benedicendus dicitur in *cap. alienationis 37. causs. 12. qu. 2.* Archiepiscopi qui ab omnibus suæ provinciæ Episcopis debet ordinari. Illud tamen quod de Archiepiscopi consecratione prædictum est, atque præceptum, id est, ut omnes suffraganei cum ordinent, nullatenus immutari licet; quia qui illis præest, ab omnibus Episcopis, quibus præst, debet constitui. Sin aliter præsumtum fuerit, viribus carere non dubium est, quia irrita erit ejus secus acta ordinatio *c. archiepiscopus 1. dist. 66.* ex quo loco apparet, consecrationem dici pro ordinatione. Add. *cap. porro ibid. cap. si archiepiscopus 6. de tempor. ordinat.* De Episcopi consecratione est textus *c. 7. dist. 23.* Episcopus cum ordinatur, duo Episcopi ponant, & teneant Evangeliorum codicem super caput, & cervicem ejus, & uno super eum fundendo benedictionem, reliqui omnes Episcopi, qui adsunt, manibus suis caput ejus tangant. De Presbyteri consecratione sic se habet textus *c. 8. dist. 23.* Add. *cap. 1. dist. 75.* Presbyter cum ordinatur, Episcopo eum benedicente, & manum super caput ejus tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt manus suas juxta manum Episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis oratio utroque humero ambitur; ita tempore consecrationis eodem oratio uti debet instanter. Quibus ultimis verbis ab ordinatione consecratio separari videtur. Add. *cap. seq. ibid.* De ejusdem & reliquorum clericorum consecratione vid. *cap. seqq. ibid.* & de sanctimonialium virginum consecratione est *c. 24. & 25. ibid.* Sed & de consecratione Regum habes *text. de sacr. unct. c. un.* Rerum porro est consecratio, qua intervenientibus quibusdam symbolis, res profanæ, seu ad usum quemvis promiscuum adhiberi solitæ, ex censu earum ita transeunt, ut juris divini prorsus habeantur, atque qualitatem divinam accipiant, ut ad cultum sacrum remque divinam faciendam adhiberi possint. Observa igitur, quod consecratio immutet qualitatem, & naturam rerum in totum: quod eximat easdem dispositione hominum, adeo ut ne dirutum quidem ædificium cesset sacrum esse, & res semel consecratæ, veluti vestimenta vetustate consumta, ne forte in vulgus incidant, comburi debeant, & cineres in tuto reponi: Etenim intuitu laicorum eædem dicuntur nullius, nec hæc qualitas vetustate temporum consumitur, sed character indelebilis per consecrationem rebus consecratis imprimi creditur, licet propter infirmos quandoque quædam reconciliatio vel purgatio adhiberi soleat, de qua vid. *c. proposuisti 4. de consecrat.* Inde veneratio singularis rebus illis exhibetur, & ingens sacrilegium in harum rerum violatione, non nisi ultimo expiandum supplicio, committitur. Forma consecrandi ecclesias traditur in *auth. de monach. §. illud* & *cap. placuit 1. qu. 1. & cap. 1. dist. 1. de consecr.* Forma consecrandi altaria aliasque res sacras explicatur *in dict. cap. un. §. ungitur de sacr. unct. cap. altaris & cap. placuit. dist. 1. de consecr.*

CONSECRATOS aggeres apud Imp. Julian. in *l. 5. C. de sepulcr. viol.* interpretatur *ibid.* Gothofred. sepulcra.

CONSENSUS. *Consensu* fiunt obligationes in emtionibus, venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis *consensu* dicimus obligationem contrahi, quia neque verborum, neque scripturæ ulla proprietas desideratur, sed sufficit, eos qui negotia gerunt, consentire *l. 2. D. de oblig. & act.* vel, ut Justinianus loquitur, quia neque scriptura, neque præsentia omnimodo opus est, ac nec dari quidquam necesse est, ut substantiam capiant obligationes illæ, sed sufficit, eos, qui negotia gerunt, consentire *§. 1. Inst. de oblig. ex consens.* Sic & obligatio mandati *consensu* contrahentium consistit, ideo per nuncium quoque, vel per epistolam mandatum suscipi potest *l. 1. D. mand.* Cujusmodi *contractus* vulgo adpellantur *consensuales* eo separati ab his, qui substantiam capiunt a rei traditione, vel a scriptura certis sub modis, vel a stipulatione, seu verbis solemniter pronunciatis, in quibus utique consensus præsupponitur, ac desideratur. Recte enim Venus lejus in *l. 137. §. 1. D. de verb. obl. ait: Si hominem stipulatus sim, & ego de alio sensero, tu de alio, nihil acti erit: nam stipulatio ex utriusque consensu perficitur.*

CONSENTANEUS, A, UM, congruens. Occurrit hoc vocabulum non semel in Legibus nostris, eoque sæpe usus & ipse Cicero. Vellei. Patercul. Consentaneus vita & morte vir, id est, sibi congruens.

CONSENTIRE dicuntur, quibus idem placet. Ita consentire in judicem *l. 57. D. de re jud.* Consensisse autem videntur, qui sciunt, se non esse subjectos jurisdictioni ejus, & in eum consentiunt. Ceterum si putent, ejus jurisdictionem esse, non erit ideo ejus jurisdictio. Error enim litigatorum non habet *consensum l. 2. D. de judic.* Non videtur in judicem consensisse, qui edi sibi genus apud eumdem desiderat actionis *leg. 33. D. eod.* nec consentiunt, qui errant *l. 15. D. de jurisd.*

Consensisse aliquando is demum accipitur, qui nominatim, & expressis verbis id ipsum testatus est. Interdum & is, qui non contradixit, veluti in eo, quod dicitur, filiam patri, de dote agenti, consentire debere, consentire videtur filia, nisi evidenter contradicat *l. 2. §. 2. D. solut. matrim.* In con-

constituendis quoque sponsalibus filiæ pater, nisi evidenter dissentiat, consentire intelligitur *leg. 7. pr. D. de sponsal.* Qui tacet consentire videtur *cap. qui tacet 43. de reg. jur. in 6.* licet qui taceat, non utique fatetur, sed nec utique negare videtur *cap. is qui tacet 44. eod.*

CONSENTIRE pro congruere. Sic *consentire* acceptilatio dicitur cum obligatione *l. 14. D. de accept.* & ita accipitur in *l. 2. §. 2. D. quib. mod. ususfr. vel us. amitt. & l. 34. pr. D. de usufr.* Sensus enim est, si duorum, quibus ususfructus alterius annis legatus sit, voluntates in eumdem annum congruat, fieri non posse, quin alter alterum impediat. *Hein.*

CONSEQUENS est, hoc sæpe significat, conveniens, & rationi, æquitatique consentaneum est, ut in *l. 7. §. 11. D. de adquir. rer. dom. l. 4. D. de captiv. l. 38. D. de jur. dot. & passim.*

Consequens est dicere, id est ordo requirit dicere *l. 3. §. 6. l. 15. §. ult. D. quod vi aut cl.* & ita accipe *consequens* fuit in *l. 1. D. si pars hered. pet.*

Consequens est, i. e. inferendum est, ut *l. 61. D. de furt. l. 18. §. ult. D. ad leg. falcid. l. 18. §. 8. D. de jur. fisc.*

CONSEQUENTER. De latinitate hujus adverbii, non semel in Legibus nostris occurrentis, dubitarunt nonnulli, quos auctoritate Apuleii *lib. 10. pr. & lib. 11. pr. metamorph.* & ex analogia refellit Ducker. *de Latin. Vet. ICtor. p. 419.* HEIN.

CONSEQUENTIA. Per consequentias *l. 19. D. de dol. mal. l. 1. 7. D. de auct. & cons. tut.* & passim aliis locis. Atque sic semper auctores nostri loqui solent, non per *consequentiam*. Gellius etiam *lib. 6. cap. 1.* dicit, *per sequelas quasdam.* Ad *consequentia l. 141. D. de reg. jur.* ad consequentias *l. 14. D. de legib.* De hujus quoque formulæ latinitate quæ disputentur, vid. apud laud. Ducker. *ibid.*

CONSEQUI interdum est sequendo adprehendere. Ut *consequi* fugientem *l. 10. §. 16. D. quæ in fraud. patr.*

Consequi pro sequi. Consequutæ nuptiæ *l. 27. D. de don. int. vir. & ux.*

Consequi, obtinere, nancisci, servare *l. 76. D. de procurat.* Ita consequi actionem *l. 1. D. de al. judic. mut. caus. l. 2. D. de condict. causs. dat. & passim*, æstimationem litis *l. 8. §. ult. D. quib. mod. pign.* arbitrio judicis *l. 29. D. de ædilit. edict.* jure conventionis *l. 9. C. de distr. pign.* debitum *l. 1. C. commod.* per exceptionem *l. 25. De admin. & peric. tut.* fructuum nomine *l. 1. §. ult. D. si ususfr. pet.* per hereditatis petitionem *l. 7. D. si pars hered. pet.* judicio *l. 47. D. de condict. indeb.* judicis officio *l. 11. D. de nox. act.* impensas *l. 38. D. de hered. pet.* sumptus *l. 14. D. de dol. mal. & met. except.*

Consequi, alias adquirere, vel adipisci significat: Consequi dominium *l. 67. D. de solut.* dominii capione *l. 18. D. de damn. inf.* sententiam *l. 75. D. de re jud.*

Ceterum *consequi* cum effectus accipitur, veluti capere *l. 29. §. 3. l. 59. §. 4. D. mand. l. 133. D. de hered. inst. l. 12. pr. D. de inoff. test. l. 66. §. 1. D. ad leg. falc.*

CONSERERE agrum *l. 9. §. 6. D. de usufr.* Consita *l. 53. D. de rei vind.*

Conserere manum veteres dicebant non modo cum hoste in prælio, verum etiam cum adversario, quando possessorem ex jure, id est, ex eo loco, in quo Prætor jus dicebat, in rem præsentem manum *consertum* vocabat. Varro *de ling. lat. lib. 5.* Conserere manum dicimus cum hoste. Sic & ex jure in manum consertum vocare. Ennius apud Cic. *lib. 7. epist. ad fam. 13.* Non ex jure manum *consertum*, sed mage ferro rem repetunt. Idem Cic. *lib. 1. de orat. cap. 10.* Multisque præessem, qui aut interdicto tecum contenderent, aut te ex jure manum consertum vocarent. Utrobique enim non, ut vulgo, *manu*, sed, ut recta loquendi ratio suadet, *manum consertum* legendum. Similique mendo laborat Gell. *lib. 20. cap. 10.* apud quem scriptum est: Ex jure manu consertum (pro *manum*) verba sunt ex antiquis actionibus, quæ, quum lege agitur, & vindiciæ contenduntur, dici nunc quoque apud prætorem solent. Ubi & illos Ennianos versus citat, subjicitque: Manum *conferre* est, de qua re disceptatur, in re presente, sive ager, sive quid aliud est, cum adversario simul manu prehendere, & in ea re sollemnibus verbis vindicare. Vindicia, id est correptu manus in re, atque in loco præsente apud Prætorem ex XII. Tabulis fiebat. Ac demum: Ex jure manum *consertum* vocare ait esse, quum alter alterum ex jure ad *conserendam* manum in rem, de qua ageretur, vocat. Ac proinde harum notarum E. I. M. C. V. quas Valerius Probus albo *notarum juris* adscribit, recta interpretatio hæc est: *Ex jure manum* (non autem *manu*) *consertum vocavit.* B. Hieronym. *in præf. comment. Epist. ad Ephes.* Neminem manu *conserta*, ut nostra transcribat, vel legat, in jus trahere volo.

CONSERVA. *Conservabus*, pro contubernalibus, dixit ICtus *l. 27. §. 1. D. de instr. vel instr. leg.*

CONSERVARE. Vid. supra *comitere conservare* rem, vel jus suum *l. ult. D. de legib.* sententiam, id est, ut vulgo loquimur, confirmare *l. ul. D. quod cum eo, qui in alien.*

CONSERVATORES dantur plerumque a sede Apostolica certis ecclesiis, aut corporibus, qui personas iis contentas a manifestis injuriis, & violentiis tueantur. Si autem de aliis, quam de manifestis injuriis, & violentiis, scienter se intromiserint, seu ad alia, quæ judicialem indaginem exigunt, suam extenderint potestatem, eo ipso per unum annum ab officio sunt suspensi *cap. 5. pr. & fin. de offic. & potest.*

test. jud. deleg. Nec deputari possunt conservatores, nisi Episcopi aut eorum superiores, aut Abbates, aut illi qui in cathedralibus, seu collegiatis ecclesiis obtinent dignitates, vel personatus. Nec potest quis esse conservator sui conservatoris: nec potest habere conservatorem eum, qui subest ejus jurisdictioni, dominio, vel districtui ecclesiastico, vel temporali, exceptis Regibus, & Reginis, *ibid.* Potest utique conservator citare, & contumaces punire *dict. tit.* Item si maleficium est notorium aliis, & non judici, patet quod super hoc quærat probationes, & cogat testes *cap. inprimis 7. causs. 2. qu. 2.* & *cap. 2. de testib.* quia & in notoriis aliquis ordo judicialis necessarius est, licet non omnis *c. ad nostram de jurejur.* & si reus negat maleficium esse notorium, & actor vult probare esse notorium, de hoc non poterit cognoscere per testes & qualitatem *cap. quanto 3. de translat.* Quid si reus confitetur, se fecisse maleficium, sed dicit non esse notorium? tunc conservator potest cognoscere: quia per ejus confessionem facit notorium *cap. vestra 7. de cohabit. cler. & mult.* Quid si reus confitetur maleficium, sed dicit se suo jure fecisse, puta ad defensionem? Dicunt quidam, quod conservator se non intromittit, quod non placet Innocen. super *cap. tua eod. tit.* sed dicit, quod super hoc recipiet probationes partium. Officium conservatoris expirat morte concedentis quoad negotia non coepta *d. cap. ult. de offic. & potest. jud. deleg.* & hoc nisi forma litterarum Apostolicarum, ex quibus conservatores conceduntur, aliud contineat, quia tunc statur formæ *cap. cum dilecta de rescript.* & ait Albert. de Rosate, se multa vidisse rescripta conservatorum, in quibus quasi omnibus prædictis juribus erat derogatum, & potissime unum plenissimum concessum a Clemente V. ordini Cluniacensi.

CONSERVUS *l. 7. §. ult. l. 14. §. 2. D. de serv. corr.*

CONSIDERARE. Neque ratihabitionem *consideramus l. 6. §. 2.* Sensus est, sufficere solutionem, nec rationem haberi ratihabitionis, id est, non expendi, ratane habita sit, nec ne, solutio. Frustra ergo quidam ibi rescribunt *desideramus*. HEIN.

CONSIGNARE proprie est impresso annulo obsignare. Ita *consignato* debito atque deposito *l. 20. C. de pign.* consignatum deponere *l. 12. C. de compens. l. ult. C. de pign. act. l. 1. C. de remiss. pign.* Consignatam sortem in publico deponere *l. 19. C. de usur.* id est in sacculo signato ut loquitur *l. 1. §. 36. D. de pos.* Qui vero tabulæ testamentariæ aliaque instrumenta signis impressis muniebantur: Hinc:

Consignare etiam conscribere significat. Ita: *Quæ dos est dotalibus duobus* consignatis *instrumentiis centum aureorum l. ult. §. 1. D. de dot. præl.* Consignare legem *l. 13. §. 6. D. de act. emt.* testationes *l. 9. §. 5. de pœn.* i. e. scripto redigere. Plaut. *in Bacchid. act. 4. sc. 8. v. ult.* Æquum est, tabulis consignatis credere. Ubi *tabulæ consignatæ* sunt rite conscriptæ. Idem *in Durul. Act. 2. sc. ult. v. 86. Eamus intro, ut tabulas consignemus.* Et *in Persa act. 4. sc. 1. v. 12.* Et istas tabellas, quas consignavi tibi, Suet. *in Claud. cad. 38.* Tabellas dotis ipse consignaverit. Idem Plaut. *in Trinum. act. 3. sc. ult.* consignare *epistolas* dixit. Consignare testamentum *in l. 24. D. qui testam. fac. poss.* Et ita consignare accipe *in l. pen. D. de don. int. vir. & ux.* & *in l. 13. C. ad SC. Vellei.*

CONSIGNATIO tabularum, instrumentorumque *l. 1. §. 1. l. 16. D. ad Leg. Corn. de fals.* Eo nomine etiam venit ipsum instrumentum probationis caussa scriptum. Testimoniis Quinctiliani *lib. 12. cap. 8.* & Senecæ 4. *controv. 1.* id probavit Bynkersh. 4. *obs. 21.* ubi de loco Mæciani *l. 1. §. 4. D. de leg. Cornel. de fals.* disputat, legendumne ibi sit, *sine consignatione*, an, ut alii veteres codices habent, *sive consignatione*. Hein.

CONSILIANTES, qui ad consilium conveniunt, qui consultant *l. 12. C. Theod. de legati.* Horat. III. *Carm. 3.* Gratum elocuta consiliantibus Junone Divis. Tacitus 2. *Hist. cap. 53.* Rediere omnes Romaniam rursus consiliaturi. Cicero 16. *ad Attic. 9.* Difficili ad consiliandum legatione. Priscian. *de præex. Rhet.* Consiliabantur de urbe codenda. Inde & Consiliator apud alios.

CONSILIARIS pro consiliarius, Florentiæ scriptum, *in l. 5. D. de off. adsess.* Id mendum quibusdam videtur. Sed quemadmodum veteres Icti, imitati Græcos, promiscue dixerunt *peculiarius l. 4. §. ult. D. de dol. mal. & met. except. l. 4. §. pen. D. de pecul.* & *peculiaris intercalarius* apud Gell. 17. 9. & *intercalarius pupillarius* apud Cornut. *schol. in Pers. sat. 2. v. 19.* & *pupillaris articularius* apud Caton. *de re rust. 258.* & Plin. *præf. lib. 23. hist. nat.* & *articularis*, denique *vulgarius* apud Gell. 12. 10. & *vulgaris*, ita & *consiliaris* defendi posse, pro *consiliarius* censet Binkersh. 1. *obs. 25.* & Ducker. *de lat. vet. Ictor. p. 372.* Hein.

CONSILIARIUS, qui a consiliis est *l. 1. C. Th. de adsess. domest.*

CONSILIUM est propositum *in l. 8. D. de cond. & dem.* & Ulp. *tit. 22. §. 4.*

Consilium alias, juxta Theophil *§. 4. quib. ex causs. manum.* est consessus spectabilium virorum adsistentium per annum illud tempus. Tale vero Consilium non solum Romæ erat, verum etiam in provinciis. Idem subjicit, quod & ab Ulpiano fragm. *tit. 1. §. 13.* traditur, in *consilium* abhibitos quinque senatores, & quinque equites Romanos, in provinciis vero viginti recuperatores cives Romanos, apud quos caussam probare minor 20. annis, servum manumittens ex lege Aelia Sentia cogebatur. Sic *consilium* Boeticæ *l. 1. D. de abig.*

Nec

Nec tamen Prætor, & Præses, sed & Consul, & reliqui magistratus *consilium præbere*, vel *exercere* dicebantur, quoties *consilium* cogebant *l.* 1. *D. de off. consul. l.* 5. *D. manum. vind. l.* 2. *D. de off. ejus, cui mand. jurisd.* Cic. *pro Cluent. cap.* 43. Prætores urbani debent optimum quemque in selectos indices referre, qui sint in *consilio* Prætorum. Plin. *lib.* 6. *Epist.* 11. Adhibitus in *consilium* a præfecto urbis, audivi ex diverso agentes summæ spei, summæ indolis juvenes duos, Fuscum Salinatorem, & Numidium Quadratum. Sed & Ædiles, quoties ex Edicto suo jus dicebant, in consilium adhibebant viros jurisprudentes. Juven. *sat.* 3. *v.* 16. Quis pauper scribitur hæres? Quisque in consilio est Aedilibus? *Hein.*

Immo & Judex datus alios advocabat in consilium, qui illi adesse, & in *consilio* esse dicebantur. Cic. *pro Quinct. cap.* 11. Quos tibi advocasti, viris selectissimis civitatis. *Et cap.* 1. Apud te, & eos, qui tibi adsunt. Iterum *cap.* 2. *Te, C. Aquili, vosque, qui in consilio adestis, orat.* Vid. *& cap.* 6. 25. *&* 30.

De *consilii sententia* pronunciatum dicebatur, quod ex eorum, qui in consilium adhibebantur, sententia statuebatur, ut apud Ciceronem sæpe. Plin. *lib.* 5. *epist.* 1. *&* 5. *lib.* 6. *epist.* 31. Apulei. *apolog.* 1. Quæ verba his nostris scribi solita D. C. S. Valerius Probus auctor est. Eodem pertinent notæ C. C. C. id est, *cum consilio colloquutus*. Ita & *Act. Apost.* 25. 12. Συλλαλήσας μετὰ τοῦ συμβουλίου, *colloquutus cum consilio* Vid. Cujac. 18. *Obs.* 32.

Consilium, quo, quid alteri agendum sit, ostendimus. Consilium dare in furti quæstione quid sit, vid. *l.* 58. §. 1. *D. de furt. Consilium* dederunt omnes jurisperiti *l.* 17. §. 1. *D. si serv. vind.* At in *l.* 39. *D. de vulg. & pup. subst.* ex consilio Labeonis, Ofilii, Cascellii, Trebatii, accipe, ex præceptis & regulis horum Ictorum, non quod consilium hi Icti dedissent.

CONSISTERE dicitur, quod valet, utileque est, ac efficax. Sic consistere dicitur legatum *l.* 82. *pr. &* §. *ult. D. de legat.* 2. & ita passim de hoc, aliisque negotiis usurpatur hoc verbum.

Consistere etiam dicitur, quod in aliquo positum est. Sic in facto *consistit* summa quæstionis, ususfructus ex fruendo consistit *l.* 52. §. 8. *D. de obl. & act. l.* 1. *D. quand. dies legat.*

Consistere, interdum judicio congredi, & in judicio adversus aliquem stare significat. Sic *consistere* actione *l.* 1. *C. ad leg. Fab.* adversus heredes *l.* 2. *C. de hered. tut.* actionibus *l.* 1. *C. de magistr. conven.* judicio *l.* 1. *Cod. comm. divid. l.* 8. *C. de negot. gest.* &c.

Consistere in fundo *l.* 15. *D. de servit.* in provincia *l.* 1. *Cod. ubi in rem act.* id est stare, manere. Vid. infra *constitit* pro *consistit*.

CONSISTORIANI comites *rubr. C. de comit. consistor.* Amm. Marcell. *lib.* 15. *cap.* 5. & Ambros. *lib.* 15. *epist.* 37. Vid. supra *comites consistorii*.

CONSISTORIUM *l. ult. C. de offic. div. jud.* locus, in quo judices consistunt, &, ut Suidas interpretatur, συνέδριον, καὶ, τὸ σύστημα, ἔνθα περὶ τῶν ἐπειγόντων βουλεύεται, *Consessus seu conventus, in quo congregatis senatoribus consultatur*. Vetus Glossarium: Consistorium, vel prætorium, vel tribunal est locus, in quo more jus redditur.

Consistorium, ut Suidas alibi exponit, θεῖον συνέδριον, *sacer vel divinus consessus*. Similiterque vetus Glossarium: Κονσιστώριον, βασιλικὸν σήκρετον. *Consistorium, secretarium Imperatoris*. Et ita *consistorium* sacrum principium *leg.* 28. *C. Theod. de præt. & qu. l.* 2. *l.* 5. *C. Theod. de primicer. & not. l.* 5. *C. Th. de prox. com. disp.* & aliis locis. Auson. in *gratiar. act. cap.* 29. adloquens gratianum Imp. *In illa vero sede, ut ex more loquimur, consistorii, ut ego sentio, sacrarii tui*. Et hujus demum consilii participes *comites consistoriani* dicebantur.

CONSOBRINI, consobrinæ, proprie qui, quæve ex duabus sororibus propagantur, quasi *consororini l.* 1. §. 6. *l. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* §. 4. *Inst. de grad. cogn.* Paull. 4. *Sent.* 11. 4. Non. Marcell. *cap. ult.* Obtinuit tamen, *patrueles* quoque *fratres*, i. e. ex fratribus natos, & *amitinos*, i. e. ex fratre, & sorore genitos communi consobrinorum nomine adpellari *d. leg. ult.* §. 15. *D. de grad. & adfin.* §. 1. *Inst. de legit. adgn. success. l.* 1. *C. und. legit.* Paull. 4. *Sent.* 11. 4. *Consobrinus, a,* ait, *id est, avunculi & matertera filius, filia*. Auson. *in parental. epigr.* 28. de Julia Idalia consobrina: *Quæ genita est mihi pene soror; Filia nam fuit hæc amitæ*. Idque a proprietate sermonis recedere, Theophilus censet. Κυρίως γὰρ, ait, κωνσοβρῖνοι λέγονται οἱ θηλειῶν δύω ἀδελφῶν τεχθέντες. *proprie enim consobrini dicuntur, qui ex duabus sororibus geniti sunt*. Vetus Glossarium: Consobrini ἐξάδελφοι: ἐκ δύο θηλειῶν ἀδελφῶν. Aliud Glossar. latin. *Consobrini sunt, qui ex sorore, & fratre, aut duobus fratribus, vel sororibus sunt nati*. Et mox: *Consobrinus est filius avunculi*. Donat. *in Hecyr. Ter. act.* 3. *sc.* 3. Sobrini, ait, sunt ex duabus sororibus. Consobrini ex fratre & sorore. Consobrinus noster. Quum de fratre natus est alter, alter ex sorore consobrini.

CONSOCER *l.* 32. §. 20. *&* 21. *D. de don. int. vir. & ux.* & *Consocrus* apud Suet. *in Claud. cap.* 28. & Auson. *in Parental. epigr.* 39.

CONSOLIDARI dicitur ususfructus, qui ad proprietatem, a qua abcesserat, revertitur, eique conjungitur, commiscetur, & cum ea confunditur *l.* 3. *l. ult. l.* 6. *D. de usufr. adcresc.* Et.

CONSOLIDATIONEM fieri, quum fructuarius proprietatem adquisierit, est *in* §. 3. *Inst. de usufr.*

CONSONANS, i. e. consonum *l. 34. §. 8. D. de jurejur.* Consonat rescriptum *l. 9. D. de cond. & dem.*

CONSORTES fratres dicuntur, non diviso patrimonio *leg. 41. §. ult. D. de excus.* i. e. qui bona communia habent, ut loquitur *l. 78. D. de adquir. vel omitt. hered.* Varro *lib. 5. de ling. lat.* Consortes, quibus una sors est. Festus: *Sors & patrimonium significat. Unde consortes dicuntur.* Quod vocabulum & ad alia est translatum. Ut *consors* munerum *l. 2. C. Theod. de conlat. transl. postul.* petitionis *l. 2. C. Th. si petit. sine her. defec.* litis *l. 1. C. de consort. lit.*

CONSORTIO, onis in *l. 96. §. 3. D. de solut.* pro *consortium*. Usi eodem vocabulo Cic. *3. offic. 6.* & Liv. *lib. 11. c. 8.* HEIN.

CONSORTIUM, pro societate, & communione in *l. 52. §. 8. D. pro soc. l. 5. C. de leg. Rhod. l. 4. C. de castr. pecul. l. 1. D. de rit. nupt.*

Consortium pro conjugio *l. 5. C. de natural. lib. 1. C. Th. de incest. nupt.*

Consortium curiale pro collegio, & ordine decurionum *l. 32. Cod. Th. de decur.*

CONSPECTUM ædium auferre *l. 38. D. de servit. præd. urb.* i. e. impedire, ne conspiciantur. In conspectu nostro est examen apium *l. 5. §. 4. D. de adqu. rer. dom.* In conspectu prætoris facta injuria *l. 7. §. ult. D. de injur.*

CONSPICERE, pro inspicere *leg. 13. §. 2. C. de judic.*

CONSPICUIORES honorum luce, comparative pro *conspicuis l. 3. C. de commerc.* legendum censet Salmas. *de mod. usur. c. 18. p. 533.*

CONSPIRATIONE adversariorum, testibus pecunia corruptis, religionem judicis circumvenire *l. 33. D. de re jud.*

CONSTANS judex *l. 19. D. de offic. præs.* voluntas *l. 1. D. de just. & jur.* pro habitu, ac propensione animi.

CONSTANTER, dicemus *l. 1. §. 1. D. de legat. 3.*

CONSTANTIA debiti *l. 11. §. 13. D. de legat. 3.* At *in l. 27. D. de procur. Inconstantiam*, non *constantiam* legendum sensus postulat. Taurellius sane ita se in vetere MSC. scriptum reperisse, notat. *Hein.*

CONSTANTINUS, Imp. qui veneranda Christianorum fide Romanorum munivit Imperium *l. 5. C. de natural. lib.* Hic divæ memoriæ vocatur *l. 3. C. de legat. tut.* & inclytæ memoriæ *l. 1. C. de frum. urb. Constantinop.* Divum quoque adpellatum, vid. infra art. *Divus*. Idem adpellatur maximus, sanctissimæ Constantinopolitanæ civitatis conditor *in Nov. 78. cap. 5.* De eo Vid. Zosim. *l. 4. capit. 35.* Gruter. *p. 283. l. 3. p. 159. 6.* Gothofred. *Diss. de interdict. Christian. cum gentilib. communione. p. 34. seq.* & Jo. Andr. Bosii Diss. *de Pontificat. Max. Impp. in Thesaur. Antiq. Rom.* edita a Jo. Georg. Grævio. A *Constantino*.

CONSTANTINOPOLIS nomen traxit, cujus elogium vid. apud Auson. *Clarar. urb. epigr. 1.* Ea æterna urbs adpellatur *Novell. Marciani Imp. 3. de civit.* alma urbs *l. 8. C. de hæret. & manich. l. 7. C. de temp. in interest.* caput omnium civitatum *§. ult. Inst. de satisd.* Potentissima civitas *l. 15. Cod. de judic.* regia urbs *leg. 26. C. de nupt.* Roma nova *leg. 4. C. de opeg. publ.* & apud Socrat. *lib. 5. hist. eccl. c. 8. & in Concilio Constantinop.* non semel. Quæ Romæ veteris prærogativa lætatur *l. 6. C. de SS. Eccl.* sacratissima urbs *l. 7. C. de advoc. div. jud.* Ejus dies natalis celebratus *l. 10. C. de fer.*

CONSTARE, consistere, valere, manere. *Constare* ita dicitur adoptio *§. 2. Inst. de nupt.* judicium *l. ult. C. an serv.* matrimonium *l. 5. D. de bon. damn. Constat* ratio *l. 17. §. 1. D. de injur. l. 15. D. de re milit. l. 1. D. de obseq. parent. l. 8. §. 8. D. mand.* Elegantissima est hæc loquutio, cui locus est, quoties exacte congruunt accepta, & expensa. Ea & translate utuntur, quoties res quædam ita comparata est, ut aliter consistere, & durare non possit. Tac. *Annal. 1. 6. fin.* Plin. *lib. 1. Epist. 20.* Justin. *in præf. Epist. Trog. Pomp.* HEIN.

Constare certo pretio venire *in l. 73. D. de legat. 2.*

Constare omnibus suis partibus *l. 1. D. de orig. jur.* id est, compositum esse.

Constare, notum, vel in confesso esse. Ut *constat* inter omnes *l. 1. D. de min.* Qua phrasi sæpe jus ordinarium indicari, notat Jac. Gothofr. *ad l. 59. D. de reg. jur.* Cic. *l. 7. epist. ad famil. 18. Constitit* eodem sensu *l. 56. & 63. §. 2. ad SC. Trebell.* & alibi passim.

CONSTITIT alias pro *consistit*, sæpe in pandectis usurpatur. Ita *constitit* ademtio *l. 26. D. de adm. leg. Constitit* in facto conditio *l. 68. D. de solut.* quod datur *l. 67. D. de legat. 2.* in factum hæc disceptatio *l. 34. D. de negot. gest.* fructus *leg. 4. D. de op. serv.* judicium *leg. 1. D. de leg. jul. de annon.* totum jus *l. ult. D. de leg.* Non *constitit* servitus *l. 13. §. 1. D. de serv. præd. rust.* stipulatio *leg. 11. D. de stipul. serv.* ususfructus in fundo, & ædibus *leg. 3. §. 1. D. de usufr.* ex utraque parte *l. 4. §. ult. D. de his qui not. inf. l. 1. D. de p. avar. Constiteremus* pro consisteremus *leg. 72. D. de judic.*

CONSTITUERE, interdum est pecuniam jam ante debitam absque stipulatione promittere, eamque die certa creditori solvendam in se recipere *l. 8. D. de judic. l. 3. §. 2. D. de administ. rer.* Theophil. *in §. 8. Inst. de action.* ἀντιφωνεῖν dicit. Unde *pecuniæ constitutæ* rei ἀντιφωνηθεῖσαι a Justiniano vocatur *Nov. 4. in rubr.* Vetus Glossarium: *Constituta pecunia* χρημάτων συστατὸς κατὰ ἀντιφώνησιν, pecu-

pecuniæ constitutio per αντιφωνησιν. Hinc actio *constitutæ pecuniæ*, vel de *constituta* actio *l. 59. D. de solut.* Vetus Gloffar. *Constitutæ pecuniæ* actio, η περι εγγυης και αντιφωνησεως, ητ ι χρηματων καταςασεως, *quæ de fidejussione, vel sponsione, vel pecunia constituta datur*, de qua vide *l. 2. C. constit. pecun.* & Theophil. *in* §. 8. *Inst. de act.* De genuina significatione phrasium: *Constituere pecuniam*, *Constituere cui*, vel *cum aliquo*, *ad constitutum venire*, similiumque, accurate egit Jo. Frid. Gronov. 1. *Obs. cap.* 1. *p.* 14. *seq.*

Constituere actionem in *l. 1. D. si ventr. nom. in possess. l. ult. C. quand. libell. princ. dat. lit. cont.* eo significatu dicitur, quo jus vel jura constituere in *l. 9. D. de just. & jur. l. 40. D. de legib. l. 120. D. de verb. signif.* & ita accipe constitutam actionem in *l. ult. C. de vi bon. rapt.* At in *l. 10. §. ult. D. de fideic. lib. Constituenda* actio idem est ac instituenda, dirigendaque in aliquem.

Constituere pro creare, instituere: Ita constituere curatores *leg. 3. C. de confirm. tut.* decemviros *leg. 2. §. 4. D. de orig. jur.* heredes *leg. 28. §. 1. D. de fideic. lib.* procuratorem *l. 87. D. de solu.*. tutores *leg. 1. D. de jurisd.*

Constituere etiam dicimur id, ex quo nobis vel alteri jus quoddam est quæsitum. Ita Constituere vicino jus aliquod pactionibus, vel stipulationibus §. *ult. Inst. de servit.* Constituere nuptias, & sponsalia *l. 13. §. 1. D. de his qui not. infam.* obligationem *l. 7. D. de usur. l. 3. §. 1. D. de obl. & act. leg. 8. §. 1. D. de acceptil.* precarium *leg. 5. D. de precar.* servitutem *leg. 10. D. de serv. præd. rust. l. 2. Cod. de servit.* viam *leg. 23. D. de servit. præd. rust.* usum & usufructum *l. 1. D. de usu & habit.*

Constituere sibi debitorem *l. 7. C. de probat.* Constituti duo rei *l. 13. D. de duob. reis l. 40. D. de fidei.*

Constituere, consilium capere. Constituere apud se *leg. 5. §. 1. D. de legat. præst.* Constituere, nolle petere bonorum possessionem *leg. 4. D. quis ord. in. possess.*

Constituere, definire. Ita constituere partes societatis *l. 76. D. pro soc.* pretium, vel pretia *l. 39. D. de contrah. emt. l. 34. 36. D. de Ædil. edict.* vectigalia *l. 10. D. de publican.*

Constitui, esse, versari: *Constituitur* ancilla *l. 34. C. de liber. causs. Constitutus* in dignitate *leg. 5. D. de senator.* in discrimine *leg. 2. C. ad leg. Corn. de sicar.* in familia *l. 12. C. de collat.* in munere *leg. 1. D. de oper. publ.* in possessione *leg. 1. quod. legat.* in potestate *l. 5. D. de agnosc. & al. lib. Constitutus* Romæ *l. 16. §. 1. D. de fidejuss.* in sacris parentis *l. ult. Cod. de cur. fur.*

Constituere res collatas, veluti frumentum, vestes, similiaque, horreis & titulis inferre. Non oportet in horreis fiscalibus, nisi fiscalia frumentalia constitui *l. 6. C. de suscep. præp. & arcar.* Quorum ad constituendum commodior cura est *l. 14. Cod. eod.* Ubi sine necessitate quosdam rescribere *consuendum* notavit Pet. Perrenon. *animadv. lib. 1. cap. 2. pag. 5. 4. seq. Tom. 1. Thesaur. jur. civ.* HEIN.

CONSTITUTIO civilis *l. 1. D. de priv. delict. Constitutiones* principum *l. 1. §. 1. D. de leg. Corn. de fals.* Alias principales constitutiones, & sacræ adpellabantur. Earum autem nomine venit, quodcumque Imperatores vel per epistolam, & subscriptionem *statuerunt*, vel cognoscentes *decreverunt*, vel de plano *interloquuti sunt*, vel *edicto* præceperunt *l. 1. D. de const. princ. §. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Nam & rescripta, & epistolæ principum constitutiones adpellantur *l. 5. §. 25. D. ut in poss. leg. l. 29. D. ad SC. Trebell. l. 5. D. de manum. juncta l. 4. D. eod. l. 8. §. 15. D. de inoff. test.* conjuncta *l. 1. §. 21. D. de colat. bon.*

CONSTITUTIONIBUS vero Principum plerumque vetera jura mutabantur, vel, ut utamur stilo Tertulliani in *Apologetic. c.* 4. tota illa vetus, ac squalens silva legum earum securibus rustabatur, cædebaturque. Hinc est, quod *constitutiones* nonnumquam opponuntur *juri*, scilicet antiquo & civili, ut *l. 33. pr. D. de condit. & dem.* & sententiis auctorum *l. 4. §. 14. D. de dol. mal & met. exc.* Vid. Cujac. 7. *obs.* 19. HEIN.

CONSTITUTOR, uti vetus Glossarium exponit, est, qui se pro alio soluturum promittit, & alterius in se transfert obligationem.

CONSTITUTORIA actio, quæ de *pecunia constituta* datur *l. 20. D. de pecun. constit.* Ut ea differt a receptitia vid. art. *receptitia* actio.

CONSTRINGERE se sponsione *l. un pr. C. de suffrag.*

CONSTRUERE opus *l. 4. C. de oper. publ.*

CONSUETUDO est jus non scriptum, moribus utentium comprobatum. Quod ut paullo plenius evolvatur, dixeris accipi hic consuetudinem externas plures uniformes actiones hominum, quatenus illi in una societate civili familia majore vivunt.

Est autem *consuetudo extra judicialis*, si spectantur ea, quæ inter cives nec litigantes fiunt, *Judicialis* vero est, quatenus inter se dissentiunt, & sic tertii, qui nullis partibus est addictus, arbitrio dissensum suum dujudicandum relinquunt. Et hæc *observantia* alias adpellatur.

Consuetudo particularis est, quæ in societate, quæ familia quidem major, at civitate minor est, nascitur. *Universalis*, quæ in civitate ita viget, ut ad societatem civitate minorem non restringatur.

De *Consuetudine* sunt textus §. 3. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Constat jus nostrum, quo utimur, scripto, aut sine scripto. §. 9. Sine scripto jus venit, quod usus adprobavit. Nam diuturni mores, consensu utentium comprobati, legem imitantur. Item §. 10. *eod. tit.* Non ineleganter in duas species jus civi-

civile distributum esse videtur: nam origo ejus ab institutis duarum civitatum, Athenarum sc. & Lacedemoniorum fluxisse videtur. In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedemonii quidem magis ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandarint, Athenienses vero ea, quæ in legibus scripta comprehendissent, custodirent. Item *l. 32. D. de LL.* De quibus caussis scriptis legibus non utimur, id custodiri oportet, quod moribus, & consuetudine inductum est, & si qua in re hoc deficeret, tunc quod proximum & consequens ei est, si nec id quidem adpareat, tunc jus, quo urbs Roma utitur, servari oportet. Inveterata autem consuetudo pro lege non immerito custoditur, & hoc est jus, quod dicitur moribus constitutum. Nam cum ipsæ leges nos nulla alia ex caussa teneant, (in statu democratico,) quam quod judicio populi receptæ sint, merito & eæ, quæ sine ullo scripto, populus probavit, tenebunt omnes: Nam quid interest, suffragio populus voluntatem suam declaret, an rebus ipsis & factis? Quare rectissime etiam illud receptum est, ut leges non solum suffragio Legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. Ulp. *leg. 33. eod.* diuturna consuetudo pro jure & lege in his, quæ non ex scripto descendunt, observari solet. Hermog. *l. 35. eod.* Sed & ea quæ longa consuetudine comprobata sunt, ac per annos plurimos observata, velut tacita civium conventio, non minus, quam ea, quæ scripta sint, servantur. Paul. *l. 36. eod.* Immo magnæ auctoritatis hoc jus habetur, quod in tantum probatum est, ut non fuerit necesse scripto, id comprehendere. Callistrat. *l. 36.* Si de interpretatione legis quæritur, inprimis inspiciendum est, quo jure civitas retro in ejusmodi casibus usa fuisset: optima enim est legum interpres consuetudo. Idem *l. 37.* Nam Imp. noster Severus rescripsit, in ambiguitatibus, quæ ex Legibus proficiscuntur, consuetudinem, aut rerum perpetuo similiter judicatarum auctoritatem, vim Legis obtinere debere. Tametsi, ut ait Celsus *leg. 39. eod.* Quod non ratione introductum, sed errore primum, deinde consuetudine obtentum est, in aliis similibus non obtinet. Quæ verba de consuetudine judiciali judicum nempe, non populi judicantis, introducta, nimirum de observantia fori intelligi videntur. Hæc quippe, si modum procedendi excipias, jus non facit, quum non ratione, seu ex erroneo legis intellectu, aut contra consuetudinem extrajudicialem est introducta, quo errore cognito impune ab hac judicum consuetudine seu observantia judex successor recedere potest. Hanc igitur oportet subjici juri juxta *d. l. 39.* ac proinde consuetudini extrajudiciali, de qua est *l. 3. C. que sit long. consuet.* his verbis: Leges quoque ipsas antiquitus probata & servata tenaciter consuetudo extrajudicialis imitatur, & retinet, & quod Officiis, Curiis, Civitatibus, Principiis, vel Collegiis præstitutum fuisse cognoscitur, perpetuæ legis vicem obtinere statuimus. Et huic convenienter ait Constantinus *leg. 2. C. eod. tit.* Consuetudinis ususque longævi non vilis auctoritas est; verum non usque adeo sui valitura momento, ut aut rationem (legis) vincat, aut legem (i. e. verba legis expressa.)

Porro ad distinctionem universalis, & particularis consuetudinis pertinent hæc Ulpiani verba *l. 34. D. de legib.* Cum de consuetudine civitatis, vel provinciæ quis confidere videtur, primum illud quidem explorandum arbitror, an etiam contradicto aliquando judicio consuetudo firmata sit. Hæc autem ultima verba intellige de probata semel consuetudine a parte allegante in judicio, altera parte negante, cujus probatio semel facta, sufficit, ut de consuetudine in casibus similibus constet.

Ad particularem consuetudinem pertinet *l. 1. C. eod. tit.* Præses provinciæ probatis his, quæ in oppido frequenter in eo controversiarum genere servata sunt, caussa cognita statuet. Nam & consuetudo præcedens, & ratio quæ consuetudinem suasit, custodienda est. Et ne quid contra longam consuetudinem fiat, ad sollicitudinem suam revocavit Præses Provinciæ.

Qua ratione autem, quo intellectu, quove respectu consuetudo pro jure & lege ita habeatur, ut etiam ea legi derogari possit, exponit Thomas. *in Diss. de jure consuet. & observant.*

CONSUL a consulendo dictus *l. 2. §. 3. D. de orig. jur.* Cognoscebant autem Romæ Consules de fideicommissis, & libertatibus, ut ex *l. 3. fin. D. de adim. leg. l. 50. D. de condit. & dem.* Ulpian. *fragm. tit. 25. §. 12. & pr. Inst. de fideic. hered.* liquet. Tutores etiam dabant, antequam proprius tutelaris prætor ab Imp. Marco institutus esset, ut Jul. Capitolin. *in ejus vita c. 10.* scribit. Consilium quoque præbebant manumittere volentibus *l. 1. D. de offic. consul. l. 20. D. de manum. vind.*

Consul dies in temporis designatione *l. 1. §. 2. D. de edend. l. 28. D. de probat. l. 34. §. 1. D. de pignor.*

Consulum nomen aliquando, & municipiorum, coloniarumque duumviris datum esse, vid. infra art. *duumviri*, pluribusque id probavit Ev. Otto in Diss. *de consulib. qui extra Rom. cap. 3.* Jam addimus, ipsos Imperatores, si quando duumviratum in honorem municipiorum, vel coloniarum susciperent, *Consules* vocatos. Apud Patinum enim in Numism. Imp. p. 34. est nummus, in quo capiti Augusti adscriptum: ΚΑΣΙΑΡ ΣΕΒΑΣΤΤΟΣ ΠΛΟΥΣΙΑΣ ΥΠΑΤΟΣ. Erat enim Duumvir Plutiæ, quæ hodie *Piazza*. HEIN.

CONSULARES, qui consulatum gesserunt *l. 11. D. de dol. mal. l. 35. §. 3. D. ex quib. caus. maj.*

CON-

CONSULARES etiam adpellabantur, qui certas quasdam provincias, & Italiæ regiones regebant *l. un. C. ut omn. judic. l. un. C. de offic. comit. sacr. patrim. l. 7. C. Theod. de prox. comit. dispos. l. 3. C. Theod. de accus. & inscript. l. 3. C. Theod. de murileg. & gymnac. l. 1. C. Th. ne quis in pal. man. l. 6. C. Th. de agent. in reb. Consulares* autem, ut ex *notitia* colligitur, in orientis partibus quindecim erant, videlicet per Orientis dioecesin quinque, per Asianam tres, per Ponticam duo, per Thracias totidem, per Illyricum tres. In occidentis vero partibus viginti duo, nimirum per Italiam octo, per Africam duo, per Hispanias tres, per Gallias septem, in Pannonia duo. Hujusmodi erant *Consularis* Æmiliæ *l. un. C. Theod. de vectig. & commiss.* Aquarum *l. 2. C. Theod. de div. off.* Bæticæ *l. 4. C. Th. de bon. proscript.* Byzacenæ *l. 1. C. Th. de conlat.* Campaniæ *l. un Cod. ut armor.* Liguriæ *l. 4. C. Theod. und. vi.* Numidiæ *l. 8. C. Th. de Episc. eccles. & cler. l. 17. C. Th. de lustr. conlat.* Pannoniæ *l. 6. D. Theod. de veteran.* Phoenices *l. 52. C. Theod. de decur.* Piceni *leg. 71. C. Th. eod.* Siciliæ *l. 29. C. Th. de curs. publ. ang. & parang.* Syriæ *leg. 6. C. Th. de jur. fisc.* Syriæ Coeles *d. l. 6.* Tusciæ *leg. 72. C. Theod. de decur.* Venetiæ *l. 1. C. Theod. de exseq. & exact.* Atque hæ sunt ἀρχαὶ κωνσυλαρίαι *Novell. 8.*

Consulares denique & ii dicti sunt, qui *Consularia* ornamenta vel insignia, Principis codicillis, acceperant, quamvis numquam vel consulatu, vel consularitate functi essent. Suet. *Claud. c. 5.* Hein.

Consulares fœminas intelligimus *Consularium* uxores *l. 1. D. de senat.*

CONSULARIS, *e.* quod ad consulem, vel consulatum spectat. Consularis dignitas *l. ult. D. de senat. & §. 4. Inst. quib. mod. jus patr. pot. Consulare* fastigium *Novell. Theod. & Valentin. de honor. codicill.* Consulare viæ, publicæ, quæ & prætoriæ, & βασιλικαὶ dicuntur *l. 2. §. 22. D. ne quid in loc. pubc.*

CONSULARITAS *leg. 74. C. Theod. de decur.* Exstat Consularitatis formula apud Cassiodor. *lib 6. var. 20.* Consularitatis dignitas *l. un C. Theod. de cons. præsid.* fasces *l. 14. C. Th. ad leg. jul. amb.* insignia *lib. 2. tit. 6. Theod. Consularibus* plane, quemadmodum Cassiodor. *6. var. 20.* tradit, secures & fasces præferebantur: vultus etiam Regnantium obsequii pompa præmittebat, curlesque inclytas ornabat, ut non solum summi judicis, sed & Dominorum reverentia cumulati ornarentur. Præterea in aliquibus provinciis ornatu penulæ consularis, & carpenti etiam subvectione decorabantur. Unde adparebat, eos vices præcelsæ gerere dignitatis.

CONSULATIO. Ita legitur apud Ulp. in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 1. §. 11. in edit. Lug. d. 1591.* pro *consulatio*, quamvis Pet. Pithoeus ibi malit *consolatio* Salmas. *ad Tertullian. de Pallio. p. 208. Consulatio* a *consulare*, pro *consulere*. Et sane crebræ sunt tertiæ conjugationis in primam mutationes Vid. Bynkersh. *2. ob. 5.* Hein.

CONSULATUS, omnibus fastigiis dignitatum anteponendus, ut ait *l. un. C. Theod. de cons. præf. magistr.* Unde portus honorum dicitur a Claudiano *lib. 1. in Stilich.* Vid. Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 1. capit. 11.* & Jac. Gothofr. *Comment. ad d. l. un C. Theod.*

CONSULERE. Consuli dicebant Imperatores. Ita Imp. Antoninus, quum a judice consuleretur, rescripsit *l. 32. §. 14. D. de recept. arbitr.* Add. *leg. 1. D. de insp. ventr. l. 48. D. de jur. fisc.* Consulentibus autem de jure judicibus non debebant Præsides consilium impertire *l. 79. §. 1. D. de judic.*

Consulere prospicere. Sic *consulere* suo commodo *leg. 5. §. 1. D. de dol. mal. except.* infirmitati *l. 22. §. 2. D. de ann. legat. Consulitur* per actionem *leg. 63. D. de legat. 2. l. 7. D. de dol. mal.*

CONSULI etiam dicebantur prudentes ab his, a quibus consilii expetendi caussa adibantur *l. 41. D. de reb. cred. l. 47. §. ult. D. de hered. inst. & passim.*

Consuli olim & populus dicebatur, quum magistratus Senatorio, plebeiove interrogante, rogabatur, vellet, juberet, aliquid fieri? Festus: Rogatio est, quum populus consulitur. Cic. *pro Milon. c. 7.* Nihil de ejus morte populus consultus est. Idem *pro Domo c. 20.* Si populus de ea re consultus esset.

Senatus quoque *consuli* dicebatur, ut vel unus Cic. *lib. 10. ad famil. Epist. 22.* idoneus testis est. Unde Senatus consultum dictum. Hinc *consulum* amplissimi ordinis pro Senatus consulto *l. 3. Cod. ad SC. Vellei. l. 4. C. de excus. tut.*

Consuli etiam dicebantur mathematici, harioli, haruspices, vaticinatores. Paull. *5. sent. 21. 3.* Ita consultus astrologus *l. 15. §. 13. D. de injur.*

CONSULTATIO quæstionem seu facti speciem jurisperito propositam significat *l. 28. §. 7. D. de lib. legat. l. 27. D. qui test. fac. l. 19. §. 1. D. de ann. legat.*

Consultatio similiter adpellatur, quam ad Imperatorem quid de jure dubitans Magistratus refert, ad cujusmodi consultationes respondere, & rescribere dicitur, ut in *l. 6. §. 2. D. de offic. procons. l. 11. §. 2. D. de minor. l. 1. §. 1. D. de appell.*

CONSULTE pro *consulte. Consulte* denunciare *l. 5. D. quod vi aut cl. consulte* absentus *l. 4. C. de arbitr.*

CONSULTIUS, prudentius in *leg. 15. 16. D. de transact. Consultius* restituet *l. 1. Cod. de dol.*

CONSULTO, & *casu* opponuntur apud Papiatorem *LL. Mos. & Rom. tit. 1. §. 11.* Item *consulto & per errorem l. 53. D. de reg. jur.* & inconsulto *leg. 1. §. 3. D. de his quæ in test. delent.* Consulto, id est, data opera, de industria, ex animo proposito *l. 1. §. 7. D. de offic. præf. urb. l. 23. §. ult. D. de oper. libert.* & aliis locis.

CON-

CONSULTOR dicebatur, qui jurisperitum consulebat. Hor. *lib.* 1. *sat.* 1. *v.* 10. Sub galli cantum consultor ubi ostia pulsat.

CONSUMERE, i. e. impendere. Sic in funere, vel monimento aureos centum consumere *leg.* 202. *D. de verb. signif.*

Consumere, absumere, perdere. Pecuniam consumturo credere *l.* 24. §. 4. *D. de minor.*

CONSUMI dicuntur actiones, quæ tolluntur, perimuntur, pereunt, exstinguuntur *l.* 28. §. 4. *l.* 30. §. 3. *D. de jurejur. l.* 7. *D. de usufr.* & aliis multis locis.

Consumi dicuntur, quibus vita adimitur, & *consumendi* damnati, quibus capitalis pœna irrogata. In *Collat. Les. Mos. & Rom. tit.* 11. §. 7. hæc Ulpiani verba referuntur. *Ad gladium damnati confestim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi. Hoc enim mandatis continetur. Enimvero qui in ludum, non utique consumuntur, sed etiam & pileum, & rudem accipere possunt.* Paull. 5. *sent.* 17. §. 3. *Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt.* Sic *consumenda* damnata *l.* 3. *D. de pœn.* Græci eodem modo δαπανᾶσθαι dicunt. Libanius πιεν γασιας των δε σωματι θηρων δαπανηθεντων ri-*ctu ferarum consumtorum.*

CONSUMTI numi, & exstantes opponuntur *l.* 9. §. 2. *D. de SC. Maced. Consumpti* etiam numi videntur, qui alias ita permixti sunt, ut discerni non possint *l.* 17. 78. 94. *pr.* & §. 2. *D. de solut.* ubi consumti numi opponuntur integris *l.* 56. §. 2. *D. de fidejuss. l.* 81. *D. de jur. dot.* Ipso enim usu adsidua permutatione pecunia quodammodo exstinguitur §. 2. *Inst. de usufr.*

CONSUMMARE ædificium inchoatum *l.* 61. §. 1. *D. de usufr. Consummata* donatio *l.* 4. *D. de donat.* injuria *l.* 1. §. *ult. D. quod quisqu. jur.* obligatio *l.* 13. *D. de duob. reis.* Consummatum mandatum *l.* 17. §. 3. *D. commod.* Consummato anno *l.* 8. §. 6. *D. de transact.*

Consummare, in unam summam redigere. *Consummare* sortem, & usuras *l. ult. D. de usur. rei jud. l.* 26. *D. de ædilit. edict.*

CONSUMMATIO operis *l.* 8. §. *ult. D. ad Leg. falcid.* testamenti *l.* 1. §. 2. *D. de his, quæ in test. del.*

CONTAGIONIS, quæ testes terret, timor *l.* 8. *C. de testam.*

CONTAGIUM potius, quam conjugium in *l. ult. C. si nupt. ex rescr. pet.*

CONTEMNERE prætorem *l.* 11. §. 4. *D. de interrog. in jur. fac.* auctoritatem prætoris *l.* 5. *D. de judic.*

CONTEMPLATIO, consideratio, &, ut vulgo loquamur, respectus, vel intuitus alicujus personæ, vel rei. Hac *contemplatione* donatum, ut in quartam habeatur *l.* 22. *D. de inoff. test.* In contemplationem venire *l.* 60. *D. ad Leg. falcid.* Contemplatione alterius possidere *l.* 13. §. 12. *D. de hered. pet.* Contemplatione mortis facta donatio Paull. 2. *sent.* 23. 6. Latinitatem hujus formulæ sunt, qui vocant in dubium. Sed eam auctoritate Justini *lib.* 7. *c.* 5. *lib.* 8. *c.* 3. Quinctil. *Declam.* 3. & 4. *in fin.* Apulei. *lib.* 8. *Metamorph. in fine* vindicat Ducker. *de latin. vet. ictor. p.* 319. HEIN.

CONTEMTIBILIS *l.* 9. §. 2. *D. de offic. procos. l.* 37. §. 1. *D. de evict.*

CONTEMTIO dignitatis *l.* 19. *D. offic. præsid.* Cic. *de offic. lib.* 1. *c.* 4. Animi magnitudo, rerumque humanarum contemtio. *Hein.*

CONTENDERE, litigare, & judicio certare, ac disceptare significat. Ut *contendere* de libertate *l.* 2. *D. si ingen. esse dic.* legato i. e. de legato *l.* 16. *D. ut legat. seu fideic.*

Contendere, in judicio dicere, adlegare, adfirmare *l.* 5. *D. de his quæ ut indign.* Atque ita: Si *contendat l.* 20. *D. de excus. l.* 28. *D. fidejuss. l.* 20. §. 1. *l.* 39. §. 2. *de noxal. act.*

CONTENTIO: Propter *contentiones* plerumque res ad divisionem pervenit *l.* 26. *D. de serv. præd. urb.*

CONTENTIOSA jurisdictio voluntariæ opponitur *l.* 2. *D. de off. proconf.*

CONTENTUS *uni legato*, cum dativo, dixisse putant Paullum *l.* 8. §. 1. *D. de legat.* 2. sequuti Codicem Florentinum. Alii *uno* legunt pro *uni*. Rem expedivisse ingeniosissime videtur Joseph. Nerius in *Analect. lib.* 1. *c.* 1. ex lege geminationis scribens: *Hoc casu duo legata, sed uni contentus* esse debet, id est, *unico contentus este debet*. Hein.

CONTESTARI significat, testibus adhibitis aliquid declarare, ac profiteri *l.* 1. *D. quo jussu l.* 3. *C. de fid. instrum.* Hinc contestari excusationum caussas *l.* 38. *D. de excus.*

Contestari litem vel judicium dicebantur, qui judicium accipiebant, quod eos, qui tum aderant, testes advocabant. Festus *lib.* 3. Contestari dicuntur duo, aut plures adversarii, quod ordinato judicio utraque pars dicere solet: *testes estote*. Idem *eod. lib. Contestari* est, quum uterque reus dicit: *testes estote*. *Contestata* autem lis tunc videtur, quum judex per narrationem negotii caussam audire cœpisset l. 2. C. *de lit. contest.*

Porro *contestari* non activa tantum, sed & passiva significatione usurpatur *l. fin. D. de fer. l.* 16. *D. de offic. proconf. l.* 3. §. 10. *D. de sepulcr. viol. l.* 22. §. 5. *D. sol. matr. l.* 3. *C. de novat.* Quemadmodum ergo dicimus, litem contestatus *leg.* 11. *D. de judic.* ita & contestatum judicium *l.* 6. §. 1. *D. de hered. pet. l.* 19 *D. solut. matr.* & contestatam litem *l.* 37. *D. de negot. gest.*

Porro lis *contestata* etiam in accusationibus publicorum judiciorum dicebatur *l.* 20. *D. de accus.* vel in capitalibus caussis litis *contestatio* locum habet *l.* 1.

l.1. ex delict. def. l. ult. C. *ut intr. cert. temp. crim. quæst.*

Contestari contrariam voluntatem *l.* 7. §. 1. *D. de decur.*

CONTESTATIO pro testatione *l.*20. §. *ult. D. qui test. fac. poss. l.* 19. C. *de usur.* *Contestatione* publice proposita *l. ult.* C. *de his qui per nat.*

CONTESTATO, i. e. contestatione facta *l.* 1. §. 12. *D. de agnosc. & al. lib.*

CONTEXTUM adpellatur, quod in tela est, nondum pertextum, vel detextum *l.* 22. *D. de aur. arg. mund.* Et sic contexta accipe in *l.* 70. §. 12. *D. de legat.* 3.

CONTEXTUS, conjunctio rerum, ac verborum. *Contextu* ædificiorum unita domus *l.* 15. §. 11. *D. de damn. inf.* Uno contextu testamentum fieri dicitur, id est, nullo alieno actu intermixto *l.* 31. §. *ult. D. qui testam. fac.* Contextus verborum totius scripturæ *l.* 44. *D. de manumiss. testam.*

CONSIGNATIO *l.* 36. *D. de serv. præd. urb. l.* 47. *D. de damn. inf.* Vitruv. *lib.* 2. *cap.* 9. Plin. *lib.* 35. *cap.* 13.

CONTINENS. ἤπειρος, terra aqua non circumdata, immo & non interrupta: In *continenti* agro *l.* 65. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.*

At *continentes* provincias accipere debemus, quæ Italiæ conjunctæ sunt, ut Galliam & Provinciam. Sicilia enim inter *continentes* est, quum modico freto ab Italia sejungatur *l.* 99. §. 1. *D. de verb. signif.*

CONTINENTES, Monachi, Ecclesiastici, aut ex Ecclesiasticis, vel qui *continentium* se volunt nomine nuncupari *l.* 21. *D. Theod. de Episcop.* Concil. Carthag. anno 997. seu Canon. 38. *Cod. Afric.* 883. *Tom.* 1. *Concil.*

CONTINENTER, & perpetuo ire *l.* 14. *D. de servit.*

Ex CONTINENTI, & *in continenti*, id est, confestim, nec ullo interjecto tempore, vel interposito intervallo. *Ex continenti* pacta subsequuta *l.* 7. § 5. *D. de pact.* id est, in ingressu contractus facta, ut ibidem Ulpianus loquitur, ad eorum differentiam, quæ postea interponuntur, ut ibidem ait, seu, quæ postea fiunt, ut loquitur Papinianus *in l.* 72. *D. de contrah. emt.*

At in *l. ult.* C. *de err. advoc.* Ex *continenti*, Imperatores interpretantur, triduo proximo. His porro locis: Ex continenti acceptis litteris veni *l. ult.* §. *ult. D. de oblig. & act.* Ex continenti arbiter dandus *l.* 37. *D. de fideic.* Ex continenti fecit stipulationem *l.* 6. §. *ult. D. de novat.* verba hæc *ex continenti* cum aliqua latitudine accipi videntur. Vid. *l.* 1. §. 8. *D. ad Leg. falcid. Quod dixi*, *in* continenti, *ita accipiendum*, *tum aliquo spacio*. Ceterum ea formula usi sunt Icti etiam meliore ætate. Nam & in Lege Julia de adulteriis illam lectam esse, patet ex *l.* 23. §. 4. *D. ad Leg. Jul. de adult.* & Collat. *Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 2. Eadem usus est adsuetus maxime formulis Ictorum Tertullianus *Apologet. c.* 23. & *de præscr. adv. hæret. c.* 2. At auctores nonnisi recentioris ætatis ita loquuti sunt, veluti Justinus 1. *hist.* 9. & *lib.* 5. 1. 3. & 5.

CONTINENTIA, Æ, contextus τῶν χ..., ut *continentia* venditionis *l.* 29. *in fin.* C. *Th. de petit. & ultr. dat.* scripturæ *l.* 3. C. *Th. de testam. & codicill.* sed & *caussæ continentia* eodem vel haud multum diverso significatu dicitur *l.* 10. C. *l.* 2. C. *Th. de judic.*

Continentia ædificia *l.* 2. *l.* 154. *D. de verb. signif.* id est contigua. *Continentia* urbis *l.* 173. §. *un. l.* 199. *D. de aqu. & aqu. pluv.* id est, suburbia.

CONTINERE, complecti, & comprehendere. Sic Publiciana tempus venditionis continet, & bonam fidem emtoris *leg.* 8. §. 14. *D. de Publician. in rem act.* Continetur pondere, numero, mensura res *leg.* 38. *D. de jud. l.* 34. §. 6. *D. de legat.* 1. *l.* 6. *D. de rei vind.* id est, in pondere, numero, mensura consistit, ut loquitur *l.* 2. §. 1. *D. de reb. cred.*

CONTINERI terra *l.* 3. §. 1. *D. de arb. furt. cæs. cæs.* id est, terræ cohærere.

Contineri aliquando cum dativo construitur. Ita *continetur* huic actioni *l.* 57. *D. de Ædil. edict.* conditioni *leg.* 42. §. 11. *D. de fideic. libert.* promissioni *l.* 2. *D. ex quib. caus. maj.* stipulationi *l.* 3. 5. *D. usufr. quemadm. cav.* Add. *l.* 57. *D. de jur. dot. l.* 3. 9. *D. de pen. legat.* Talia quoque notavit auctor *de Vet. jureconf. Latinitate apud* Ducker. *p.* 335. Pleraque hæc fortassis in mendo cubare ait *Hein.*

CONTINGENS sibi pars *l.* 16. *D. ad SC. Silan.*

CONTINGERE, attingere. Ædificii pars quæ solum contingit *l.* 2. C. *de rei vind.* Quos proxima spes successionis contingit *l.* 1. §. 14. *D. de inspic. ventr.* Contingere defunctum adfinite *l.* 5. §. 5. *de his qui effunr. vel dejec.* sanguine *l.* 12. *D. de manum vind.*

CONTINGI damno *l.* 15. §. 8. *D. de bon. damn.* crimine *l.* 7. §. 2. *D. de fugitiv.*

CONTINGIT absolutio *l.* 1. *D. de acceptil.* dominium *l.* 4. §. 4. *D. de adquir.* liberatio *l.* 9. *l.* 12. §. *ult. l.* 14. §. 1. *l.* 34. §. 1. *de solut.* libertas *l.* 4. *pr. D. de pecun. constit.* novatio *l.* 14. 24. *D. de nov.* id est, fit, obtinet.

Si *contingit* aliquid testatori *l.* 6. §. 4. *D. de injust. rupt. irrit. fact.* id est, si status ejus in deterius mutatus est.

CONTINUARE honorem *l.* 13. *D. ad municipal. l.* 14. §. 5. *D. de mun. & hon.* Continuatur hereditas cum tempore mortis *l.* 138. *D. de reg. jur.*

CONTINUATIO dominii *l.* 34. *D. de statu lib.* furti *l.* 67. §. 1. *D. de furt.*

CONTINUUS, A, UM. CONTINUUM tempus vulgari significatione dicitur, quod continenter, & junctum numeratur, prout cedit, abitur, & currit *l.* 7. *D. quemadm. servit. amitt.* Sic

con-

continuis annis nuda proprietas *l.* 2. *D. quib. mod. ususfr.*

Alias *continuum* tempus utili opponitur, eoque significatur tempus, quod solido dierum, ac mensium numero computatur, nulla eorum dierum, quibus experiundi potestas non fuit, subductione facta, & ignorantibus quoque cedit *l.* 8. *D. de his, qui not. infam. l.* 31. §. 1. *D. de usurp. l* 1. *C. de quadr. præscr. l. ult. C. de temp. in integr. rest.* Continua tempora numerantur *l.* 24. §. *ult. D. ad SC. Vellei*. Hinc biennium continuum a morte testatoris legatus ususfructus *l.* 6. *D. de ususfr. leg.* Continui dies utilibus, & sessionum diebus opponuntur *l.* 1. §. 9. *D. de agnosc. & al. lib. l.* 5. §. 19. *D. ut in possess. legat.* Continuum quinquennium *l.* 29 §. 5. *D. ad leg. jul. de adult. l.* 5. *C. eod. tit. l.* 2. *D. de collus. deteg.* id est quinquennium non utile, sed continuo numerandum *l.* 35. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Continua cretio dicebatur, in qua non adjiciebantur verba hæc: *Quibus scieris, poterisque*. Itaque ei, qui sub hujusmodi cretione institutus erat, etiam illi dies imputabantur, quibus ignoraverat, se esse institutum, sed non potuerat cernere, quemadmodum ait Ulpian. 42. *fragm.* §. 31. *seq.*

Continua accusatio *l.* 4. *C. de apostat.* id est perpetua. Et ita continua lex *l. ult. C. Th. de Episcop. jud.*

Continua provincia *l.* 8. *circ. fin. C. Theod. de Desertor.* id est, contingua. Et ita Continua prædia in *l.* 31. *D. de servit. præd. rust.*

Continuus actus *l.* 137. *D. de verb. oblig.* id est, sine aliquo longo intervallo, & sine alio actu contrario obligationi.

CONTRA, adversus. Contra legem facit, qui facit, quod lex prohibet *l.* 29. *D. de legib.*

Contra, ex opposito. Ita *contra* liceri Cic. 3. *offic.* 15.

Contra, pro *in*. Singularis loquutio: Contra hominis necem quid facere, i. e. in necem *l.* 4. *pr. D. ad Leg. Corn. de sicar.*

Contra, secus, in alia omnia *l.* 14. *D. de re jud. l.* 23. *D. de recept. arb. l.* 2. *D. si quadrup. paup.* Contra rescriptum est *l.* 15. §. 8. *D. de re jud.*

Contra, ex adverso, contra ea *l.* 2. §. *ult. D. de verb. oblig. l.* 25 §. 10. *D. famil. ercisc. l.* 9. §. *ult. D. si serv. vind.* §. 2. *Inst. de inut. stipul.*

CONTRACTUS nomine generaliori significatu accipitur omnis obligatio, ut ubicumque aliquis obligetur, & contrahi videatur, quamvis non ex crediti caussa debeatur *l.* 20. *D. de judic.* Tu dixeris, obligationem proprie esse effectum, contractum vero id omne factum licitum, illicitumve, ex quo oritur, seu contrahitur obligatio. At angustiori notione Labeo in *l.* 19. *D. de verb. signif.* Contractum dicit ultro citroque obligationem, quod Græci συνάλλαγμα vocant. In quo posteriori subscripsit Ulpian. *l.* 7. §. 1. 2. *D. de pact.* Qua in definitione utique ab effectu, nempe ab obligatione, contractus notionem minus commode petit. Porro alia negotia quam ex quibus utrinque obligatio oritur inter contractus referri videmus in LL. nostris. Non tamen omnes conventiones, ex quibus naturali oritur obligatio, apud Romanos *contractus* dicebantur, sed eæ tantum, quæ vel caussam saltem, vel nomen, & caussam simul a jure civili acceperant. Vid. *d. l.* 7. §. 1. 2. *de pact.*

Etenim *contractuum* alii sunt *nominati*, qui & caussam & nomen a jure civili habent, actionemque pariunt cognominem, veluti emtio, venditio, locatio, conductio, societas. Alii *innominati*, qui caussam tantum habent a jure civili, nomen vero nullum. Ad quos hæ referuntur species, *do ut des, do ut facias, facio ut des, facio ut facias*, ex quibus etiam non nascuntur actiones cognomines, sed actio generalis *in factum*, vel *præscriptis* verbis *leg.* 1. 2. 3. 5. *l.* 17. §. *ult. D. de præscript. verbis l.* 7. §. 2. *D. de pact.*

CONTRADICERE, & *non consentire* diversa facit Ulpian. in *l.* 5. *de serv. urb. præd.* Evidenter *contradicere* in *l.* 2. §. 2. *D. sol. matrim.* id est, non tantum non consentire, sed & verbis contradicere. Non *contradicens* consentit *l.* 7. §. 1. *D. de sponsal. l.* 2. *pr. D. ad municipal.*

CONTRADICTO *judicio* nihil verba sunt in *l.* 34. *D. de legib.* Neque enim judicio, sed consuetudini in judicio contradicitur, ac proinde ne dubitandum quidem, quin lege oporteat: *Primum quidem illud explorandum arbitror, an etiam* contradicta *aliquando, judicio consuetudo firmata sit*. HEIN.

CONTRAHERE, proprie conducere, in unum cogere *l. ult. D. de curat. bon. dand.* Sic *contrahere* aureos *l.* 96. *D. de legat.* 1. frumentum *l. ult. D. de adpell. recip.* turbam *l.* 4. §. 6. *D. de vi bon. rap.*

Contrahere, negotium aliquod, ex quo obligatio oritur, perficere. Non ergo verba *contraxerunt, gesserunt* ad testandi jus pertinent *l.* 20. *D. de verb. signif.* At reliqua tamen negotia fere omnia *contrahi* dicuntur. Sic dicuntur *contrahi*, æs alienum *l.* 17. *D. de test. mil.* cognationes *l.* 12. §. *ult. D. de rit. nupt.* crimen *l.* 2. *D. de condict. ob turp. caus. l.* 20. *D. de accus.* culpam *l.* 31. §. 2. *D. de negot. gest.* damnum *l.* 57. *D. de admin. & peric. tut.* debita *l.* 39. §. 3. *D. famil. ercisc. &c.*

Contrahere aliquando videtur, qui solvit *leg.* 66. *D. de solut.* itemque qui adit hæreditatem, vel se miscet *l.* 3. §. *ult. D. quib. ex caus. in possess.* Quo loco quis videatur *contraxisse*, vid. *l.* 21. *D. de oblig. & act. l.* 3. *D. de reb. auct. jud. possid.*

Ceterum singulare est. Si quum essem tibi *contracturus l.* 8. §. 15. *D. ad SC. Vellei.*

CONTRARIA *actio* diversa a *directa*, de qua infra.

infra. *Contraria* autem dicitur, quæ datur illi contrahentium, cui ex contractu statim est obligatus, adversus alterum, qui nonnisi ex post facto coepit obligari; & comparata est ad indemnitatem consequendam. Similiter *contraria* judicia *directis* & principalibus opponuntur *leg.* 17. §. 1. *l.* 18. §. 2. *D. commod. l.* 6. §. *ult. D. de his qui not. infam.* Idemque significatur his titulorum verbis *commodati*, vel contra, *Depositi*, vel *contra*, *Mandati*, vel *contra*. Sic *contrarium* judicium *commodati*, *mandati*, *tutelæ*, de quibus singulis vide sub his vocibus.

Contraria ripa e regione posita *l.* 65. §. 3. *D. de adquir. rer. dom.*

Per *contrarium l.* 1. §. 6. *de ventr. in possess. mitt. l.* 8. §. *ult. l.* 20. §. 2. *D. de transact.* idem quod ex *contrario*, ut est *in l.* 4. *D. quib. ad libert. l.* 11. §. *ult. D. de duob.* reis *l.* 4. §. *ult. D. de manum. vind. & aliis locis pluribus.*

CONTRAVINDICARE. Caius apud Boeth. *comment. in Cic. Top. lib.* 3. *Deinde postquam hic vindicaverit, prætor interrogat eum, qui cedit, an contravindicet? Contravindicare* autem, ei, qui rem suam esse, aiebat, contradicere. Sic apud Plaut. *in Rud. act.* 3. *sc.* 1. *Hunc meum esse dico.* Cui alter: *Et ego item esse aio meum.* Cic. *pro Muræn. c.* 12. *Fundus Sabinus meus est. Immo meus. Hein.*

CONTRECTARE est rem loco movere *l.* 3. *D. de act. rer. amot. l. ult. D. de condict. furt. & in tit. de furtis* passim. Atque ita in quæstione furti verbum hoc accipiendum, ostendit *l.* 3. §. 18. *D. de adquir. possess. l.* 15. *D. ad exhib.* Nec etiam aliud est *contrectare*, quam rem alienam intercipiendi caussa amovere, ut loquitur Justinianus in §. 7. *Inst. de oblig. quæ ex delict.* Ut autem *contrectione* furtum committitur, ita purgatur, si res reponatur *l.* 40. *D. de statu lib.* 4. §. 7. *D. de usucap.*

CONTRECTATIO fraudulosa rei alienæ in definitione furti *leg.* 1. *D. de furt.* §. 1. *Inst. de oblig. quæ ex delict.* Ubi Theophilus ψηλαφῆσιν vertit, & *amotum* ψηλαφώμενον.

CONTRIBUERE. Contribui dicitur legatum ceteris, & contribui legata dicuntur, quæ cumulantur, ac veluti in unum computantur, ut appareat, quantum ex omnibus, atque ex singulis sit detrahendum ratione falcidiæ *l.* 18. *D. de testam. milit.* Si autem nomen legetur, cujus debitor non sit solvendo, nullum legatum erit, nec ceteris legatis *contribuitur l.* 22. §. *ult. D. ad Leg. falcid.* Et ita accipe.

CONTRIBUTIONEM legatorum *in l.* 11. §. 5. & 6. & fideicommissorum *in l.* 30. §. 8. *D. ad leg. falcid.* At *in l.* 2. §. *ult. D. de Leg. Rhod. Contributio* est collatio mercium pro jactu.

CONTROVERSIA litem, & quæstionem significat *in l.* 1. §. 10. *l.* 13. *D. de Carbon. edict.* In *controversia* est servus *l.* 4. §. *ult. D. de statu lib. Controversia* est *l.* 6. *pr.* & §. 1. *D. de carbon. edict. Controversiam* facere alicui *l.* 4. *Cod. ne de stat. defunct. l.* 3. §. 1. *D. de collat.* hereditatis *l.* 6. *D. de adquir. vel amitt. poss.* de hereditate *l.* 7. §. 7. *D. de Carb. edict.* habere *l.* 77. §. 20. *D. de legat.* 2. movere *l.* 25. *D. de adopt.* pati *l.* 1. §. 1. *l.* 3. *D. de Carbon. edict.* sustinere *l.* 7. *C. de liber. causs.* Singularis vero vocabuli notio *in l.* 24. §. 5. *D. de damn. inf. Si controversia aquæ insulam subverterit.*

Idem *Controversiæ* nomen propriam in Rhetorum libris significationem habet: quam Seneca *in præf. lib.* 1. *Controv. p.* 53. *edit. Gronov.* exponit his verbis: Declamabat autem Cicero, non quales nunc *controversias* dicimus, nec tales quidem, quales ante Ciceronem dicebantur, quas theses vocabant. Hoc enim genus materiæ, quo nos exercemur, adeo novum est, ut nomen quoque ejus novum sit. *Controversias* nos dicimus, Cicero *caussas* vocabat. Hoc vero alterum nomen Græcum quidem est, sed in latinum ita translatum, ut pro latino sit, scholastica *controversia* multo recentius est, sicut ipsa declamatio. Hæc Seneca. Auctor Dialogi *de Oratorib. cap.* 55. Neque enim, ait, duo genera materiarum apud Rhetores tractantur, *suasoriæ*, & *controversiæ*. Ex his suasoriæ quidem, etsi tamquam plane leviores, & minus prudentiæ exigentes pueris delegantur: *Controversiæ* robustioribus adsignantur.

CONTUBERNALES. Quæ a servis in contubernio habentur, servæ, non *uxores*, aut *conjuges*, sed *contubernales* adpellantur, ut *l.* 20. §. 1. *l.* 12. §. 33. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 8. *D. de condit. & dem. l.* 31. *D. de statu lib.*

Sed & Commilitones *contubernales* adpellantur a communibus tabernaculis *l.* 183. 184. *D. de verb. signif. l.* 21. §. 1. *D. commod.* & alibi. Festus: Contubernales dicuntur a tabernis, quæ fiebant ex tabulis: unde tabernacula dicta sunt, licet ex tentoriis, & pellibus fiant.

Etiam libertorum, qui ex justa servitute manumissi fuerant, *Contubernales* vocantur in *l.* 41. §. 1. *D. de legat.* 3.

Quandoque *Contubernalium* adpellatio & ad alios adfectus porrigitur. Et ita Ulpianus contubernales quoque servorum, id est, conjuges, & natos *leg.* 12. §. 3. *D. de instr. vel instr. leg.*

CONTUBERNIUM in re militari manipulum militum significat, ut Vegetius *lib.* 2. *cap.* 13. scribit, ubi centurias in *contubernia* divisas fuisse ait, ut decem militibus sub uno papilione degentibus, unus quasi præesset decanus, qui caput contubernii nominabantur. Et ita vox hæc accipienda est *l.* 5. §. 6. *D. de re mil.* & apud Suet. *in Jul. c.* 11. & 42. tursusque *in Calig. c.* 10. *in Vesp. c.* 3.

Contubernium etiam servilem conjunctionem signifi-

gnificat *leg.* 23. *C. ad Leg. jul. de adult.* Inter serviles enim personas non matrimonium, sed *contubernium* dicitur. Sic pedissequa, actori servo in contubernio tradita, proponitur *l.* 59. *D. de manum. test.* Vid. & *l.* 35. *D. de ædil. edict.*

Contubernii nomine & ea vocatur conjunctio, quæ inter libertas, & serviles personas intercedit *l.* 29. *C. de liberal. cauf. l.* 24. *C. ad Leg. jul. de adult.* Nam ut Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 19. §. 6. scribit, inter servos & liberos matrimonia contrahi non possunt, contubernium potest. Ac proinde, quemadmodum Ulp. 1. *fragm.* 9. tradit, ex libero, & ancilla servus nascitur. Proinde si mulier ingenua, civisque Romana, vel Latina, alieno se servo conjunxerit, in contubernio, non in matrimonio haberi dicitur apud Paull. 2. *Sentent.* 21. 1 *seq.* Si libertæ suæ permittat patronus in contubernio alieni servi commorari, Ulp. 11. *fragm.* 27. Quæ in contubernio patris, vel filii fuerit *l.* 14. §. 1. *D. de rit. nupt.* Si liber homo ancillæ contubernium sequatur *l.* 3. 7 *C. de liberal. cauf.* Si tutor ancillam suam contubernio sibi conjungit *l.* 3. *C. de necess. serv.*

Sed & libertæ mulieris consuetudo, nuptiis non intercedentibus, *contubernium* adpellatur *l.* 5. 10. 11. *C. de natural. lib.* §. 2. *Inst. de hered. quæ ab intest.* Et eo sensu si ingenua mulier gynæciario se sociaverit, id contubernium vocatur *l.* 3. *C. Just. & Theod. de murileg. gynæciar.*

Sed & quælibet injusta, atque illicita conjunctio contubernii nomen sortitur *l.* 3. *C. Theod. de incest. nupt.* Mulierem quæ strupro cognita in *contubernio* militis fuit *l.* 14. *D. de his, quæ ut indign.* Qui sororis filiam in contubernio habuit *l.* 11. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Illa veror rarior est hujus vocabuli acceptio, quando ipse servus, cui libera mulier immemor honestatis suæ se conjunxit, contubernium adpellatur, ut in *l.* 1. *C. Theod. ad SC Claud.*

CONTUMACIA est actus spernendæ legis, vel id quod judex competens fieri vult. Exserit autem se contumacia variis modis, & licet Doctores duplicem eam faciant, *sc.* 1. *in non comparendo*, quam intelligit Hermogenianus, quando *l.* 53. *D. de re jud. Contumacem* dicit, *qui tribus edictis propositis, vel uno pro tribus evocatus, præsentiam sui facere contemnit*, (2) *in non respondendo*, de qua Ulpianus *l.* 11. §. 4. *D. de interrog. in jur. fac. nam, qui omnino non respondet, contumax est*; Attamen & aliæ contumaciæ species, eæque frequentes sunt, sub his non comprehensæ, scilicet (3) in *non faciendo*, quod judex fieri vult, qualis est contumacia non restituentis *leg.* 10. *D. de act. rer. amot.* vel quod lex fieri vult, qualis est contumacia judicis, qui interpositam legitime adpellationem recusat *l.* 59. *Cod. Theod. de adpell. & consult.* & (4) *in faciendo* eo quo ex voluntate legis, aut judicis est abstinendum. Quoad legem exemplum habes in illa juris contumacia, de qua *l.* 38. §. 1. *D. ad leg. jul. de adult.* Ita ut contumaces plectantur, qui clam delinquunt *leg. ult. D. de rit. nupl.*

Contumaciam triplicem statuit Alber. de Rosate. Una est non venientis ad judicem. Et hæc est triplex. Uno modo quando citatus peremtorie venire contemnit. Alio modo quando malitiose se occultat. Tertio modo, quando impedit, ne citatio venire possit ad eum *c. quoniam* 5. *ut lite non contest. c. certum* 43. *Causs.* 11. *qu.* 3. & de isto casu vid. in Clem. *de judic. c.* 1. Secunda contumacia est, quando citatus ad judicium venit, sed non vult parere juri, vel illicentiatus recedit *d. cap. certum*, & *cap. ex parte de verb. signif.* Tertia est, quum offensa est notoria, & jussus a judice non vult emendare *d. c. ex parte circa fin.* ubi etiam dicitur, quod excommunicatio non debet imponi, nisi per contumaciam. Contra contumacem in casibus specialibus proceditur ad testium receptionem lite non contestata *d. c. quodiam* ut *lit. non contest.* Et de ista contumacia vid. *cap. de illicita causs.* 24. *qu.* 3. & *cap. quisquis causs.* 2. *q.* 6. Contra contumacem procedi potest etiam ad definitivam *d. c. de illicita* & *cap. absens* & *cap. decernimus causs.* 3. *q.* 6. Non purgans contumaciam intra annum postea non auditur *cap. rursus causs.* 11. *qu.* 3. Prælati contumaces per subtractionem dignitatum puniuntur *cap. honoratus in fin. dist.* 74. *c. quorumdam dist.* 34. Clerici contumaces ab Episcopo per excommunicationem corrigi debent *c. contumaces dist.* 1. *cap. si quis presbyter. causs.* 7. *qu.* 1. *c. petimus causs.* 11. *qu.* 1. & *cap. si quis causs.* 11. *q.* 3. Sicut in contumacia persistentibus severitas est ostendenda, sic humilitatis per pœnitentiam non est venia deneganda *c. quanto causs.* 12. *q.* 5.

CONTUMELIA injuriam significat, a *contemnendo* dicta, quam Græci ὕβριν vocant *l.* 1. *D. & pr. Inst. de injur.* Seneca in libro, qui inscribitur, *In Sapientem non cadere injuriam cap.* 10. Contumelia est minor injuria, qua queri, quam exsequi possumus, quam leges quoque nulla dignam vindicta putaverunt. Idem *cap. seq.* Contumelia *a contemtu* dicta est, *quia nemo, nisi quem contempsit, tali injuria notat.* At ex Menag. *Amoenit. jur. cap.* 39. *p.* 22. notat Heinecc. plerosque non a *contemnendo*, sed a vetere *contumeo* dictam contumeliam censere.

CONTUMELIOSE uti *l.* 17. §. 1. *D. de usufr.*

CONTUMELIOSUS exactor *l.* 20. *D. de usur. libertus* l. 20. *D. de usur.* libertus *l.* 1. §. 16. *D. de off. præf. urb.*

CONTUNDERE. *Contusa* vasa *l.* 1. *pr. D. de peric. & commod. rei vind.*

CONTURBARE dicitur, qui solvendo esse desinit, quique nomina expedire, & æs alienum, quod contraxit, exsolvere non potest *l.* 5. §. 9. *D. de inst. act. l.* 16. *D. de in rem vers.* & apud Cic. *lib.*

lib. 4. *ad Attic. Epist.* 7. *&* *pro Plancio cap.* 28. Ut autem conturbare rationes, quod φύρειν ῥήμας Cic. vocat *lib.* 6. *ad Attic. epist.* 5. ita Catullus *conturbare basia* vocat in *epigr. ad Lesbiam* Martial. *lib.* 4. *epigr.* 9. *Conturbabit Atlas*, *&* *non erit unica tota*, *decidat tecum qua pater ipse Deum*. Inde Conturbatorem *aprum*, festive dixit idem Martial. *lib.* 7. *epigr.* 26.

CONTUTOR *l.* 7. §. 1. *l.* 20. *l.* 24. §. *ult. l.* 51. *l.* 54. *D. de admin. & peric. tut.*

CONVALESCERE in pristinam valetudinem redire *in l.* 13. *D. de mort. causs. don.*

Convalescere metaphorice dicitur, quod, quum ab initio non valuisset, aut in pendenti fuisset, ex post facto confirmatur, & vires recipit. Sic *convalescit* dominium *l.* 33. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.* donatio *l.* 33. §. *ult. D. eod.* legatum *l.* 40. §. 1. *D. de legat.* 1. libertas *l.* 20. §. 1. *D. de cond. instit.* pignus *l.* 8. §. 11. *D. quib. mod. pign.* sententia, quæ ob certas caussas suspensa nunc demum vires habere jubetur *l.* 23. *C. Th. de decur.* stipulatio *l.* 27. *D. de jur. dot.* testamentum ruptum *l.* 33. *D. de testam. mil.*

CONVEHI *l.* 1. §. 8. *D. de mort. infer.*

CONVELLERE fidem *l.* 8. *C. de remiss. pign.* formam juris *l.* 42. *D. de pact.* judicium *l.* 2. *C. qui test. fac. poss.* statum *l.* 1. *C. de vectig.* veritatem *l.* 11. *C. de fid. instrum.* voluntates *l.* 20. *C. de testam.*

CONVENIRE dicuntur, qui in unum locum veniunt *l.* 1. §. 1. *D. de pact.*

Convenire, nuptiale verbum. Sic *convenire* in manum dicebatur mater familias, quæ in matrimonium certis verbis solemni ritu coibat. Cic. *in Top. cap.* 3. *Uxorum duæ species, una matrum familiarum: hæ sunt, quæ in manum convenerunt*. Paull. apud auctorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 2. *Quæ, auctore eo, quum in potestate esset, viro in manum convenerit*. Ulp. *fragm. tit.* 9. §. *un. Farre convenitur in manum: certis verbis, & testibus decem præsentibus, & solemni sacrificio facto in quo panis quoque farreus adhibetur*. Et *tit.* 22. §. 14. suis heredibus adnumerat *uxorem, quæ in manu est, & nurum, quæ in manu est filii, quem in potestate habemus*. Sed & *tit.* 23. §. 3. adgnasci suum heredem, ait, in manum *conveniendo*. Denique *tit.* 11. §. 13. *conventione in manum statum hominis mutari* ait Apuleius *lib.* 5. *de asin. aur. p.* 183. *Psyche convenit in manum Cupidinis*. Idem *lib.* 8. *p.* 201. Puella in boni Tlepolemi manum venerat. Sed & *convenire in matrimonium* legimus *in l.* 15. *D. de rit. nupt. l.* 121. *D. de verb. obl.* & ea loqutione usus est Gell. *lib.* 18. *cap.* 7. Aitque Heinecc. vanam esse Tribonianismi suspicionem. Nam primo & alii melioris ætatis auctores eo loquendi genere usi sunt, inter quos Arnobius *adv. gent. lib.* 2. *p.* 90. & Serv. *ad Virgil. Æneid.* 4. *v.* 103. Deinde ne probabile quidem est, ait idem Hein. auctores nostros *l.* 15. *D. de rit. nupt. l.* 121. §. 1. *D. de verb. obl. l.* 17. *pr. D. de act. rer. amot.* usos esse, aut uti saltem commode potuisse phrasi *convenire in manum*, quum ibi loquantur de rebus, quæ non propriæ uxorum, quæ *in manum* convenerat, sed quæ omnibus communes erant, ceu recte observavit Schulting. *jurispr. vet. antejust. p.* 591.

Convenire etiam dicuntur, qui ex diversis animi motibus in unam sententiam decurrunt, ut est *in l.* 1. §. 1. *D. de pact.* Hinc *convenire* pro pacisci *l.* 2. *l.* 4. *l.* 5. *D. de pact. Convenire* inter aliquos dicitur id, de quo consentiunt. Sic inter omnes *convenit l.* 12. *D. qui satisd. cog.* Convenit cum adversario, ut opus faceret *l.* 1. §. 10. *D. de nov. op. nunc.*

Convenit, id est, decet, seu oportet *l.* 28. *C. de transact.* seu conveniens est, ut *in l.* 7. *D. de fideic. lib.*

Convenire, in jus vocare, & judicio persequi *tit. de judic. & ubi quisq. conven. Convenire* actione *l.* 14. *C. de pign.* judicio *l.* 55. *D. de don. int. vir. & ux.* notione præsidis *l.* 20. *C. de pign.*

Convenire, interpellare, denunciare. *Convenire* testato *leg.* 122. §. 3. *D. de verb. oblig.* denunciatione *l.* 7. *C. quom. & quand.*

CONVENIRI etiam dicitur res ipsa, quæ petitur. Sic conveniunt bona *l.* 1. *Cod. quo quisq. ord.* dolus *leg.* 1. §. 1. *D. si mens. fals. mend.* nomina *l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor.* possessio *l.* 4. *C. de exsequut. & exact.* prædia *l.* 7. *D. de publican.*

Conveniri pro condemnari *l.* 1. *C. de capit. cens. civ. exim.*

Sed & *conveniri*, & judicium suscipi idem videntur *in l.* 20. §. 5. *D. de hered. petit. l.* 1. §. 2. 3. *D. admin. & peric. tut.*

CONVENTICULUM plerumque pro illicito conventu accipitur, veluti *in l.* 6. §. 1. *l.* 8. §. 3. *&* §. 5. *C. de hæret.*

CONVENTIO. Id nomen esse generale ait Ulpianus, & ad omnia pertinere, de quibus negotii contrahendi, transigendique caussa consentiunt, qui inter se agunt. *Conventio justa*, vid. *justa*.

Conventio in manum. Ulpian. *fragm. tit.* 11. §. 13: de qua vid. art. *convenire in manum*.

Conventio personæ *in l. ult. C. qui legit. pers. stand. in jud.* qua nempe persona convenitur.

Conventionales stipulationes, quæ ex conventione reorum fiunt. *l.* 5. *pr. l.* 52. *D. de verb. oblig. Conventionalia* pignora, & hypothecæ *l.* 2. *C. de præt. pign.*

CONVENTUS contractam in unum locum ex compluribus hominum generibus multitudinem significat: aut cum a magistratibus judicii caussa populus colligitur, ut Festus auctor est. Theophilus vero *in* §. 4. *Instit. quib. ex causs. manum. non lic.* desi-

definit certum statumque tempus litium dirimendarum gratia inventum, in quo & judices, & litigatores in Provinciis conveniebant. Idem in *pr. Inst. de succes. subl.* Quando judicia ordinaria in usu erant, hoc est, quum certo tantum tempore *conventus* haberentur, subjicitque, de conventu se tractasse superiore illo, quem adduximus, loco. Servius ad illum Virgilii versum *lib. 5. Æn. v. 758. Indicitque forum*, addit, *id est, tempus, & locum agendorum negotiorum designat, qui conventus vocatur*. Atque ita *Conventus* agere, vel habere dicebatur Proconsul, quum stato anni tempore in celebri aliqua Provinciæ, cui præerat, Civitate judiciorum exercendorum caussa considebat: quo loci provinciales, de controversiis suis disceptaturi, conveniebant. Quod loquendi genus usurpant Cic. *in Verr. 5. cap.* 11. Cæs. *lib. 6. de bell. gall. cap.* 44. Liv. *lib.* 38. *c.* 30. Flor. *lib. ult. cap.* 2. Et ita verbum hoc accipiendum est apud Plin. *lib.* 10. *epist.* 66. Vid. infra sub *forum*.

Sed & late patentes Provinciæ in quosdam Conventus distribuebantur, quorum caput constituebant celeberrimam civitatem, cui populos aliquot, qui eo disceptandi, jurisque obtinendi gratia convenirent, attribuebant, quod Hispaniæ exemplo comprobatur. De ea namque Plin. *lib. 3. cap.* 3. agens: *Nunc*, ait, *universa provincia dividitur in Conventus septem, Charthaginiensem, Tarraconensem, Cæsaraugustanum, Cluniensem, Asturum, Lucensem, Bracatum*. Et paullo post: *Tarracone disceptant populi* 62. In Conventum Cluniensem Varduli ducunt populos 14. in eumdem Conventum, Carietes, & Viennenses quinque civitatibus vadunt. Lucensis conventus populorum est sexdecim. Plura de his conventibus juridicis Jo. Frid. Gronov. 3. *observ.* 22. Græci dicunt τας αγοραιας αγειν, scilicet ημερας. Strabo *lib.* 13. *pag.* 932. εν ταις τας αγοραιας ποιουνται, και δικοδοτιας. In quibus *Conventus* agunt, & jus dicunt. Inde lucem capit locus *Act. Apost. c.* 19. *vers.* 38. Si Demetrius, vel qui cum illo sunt artifices, actionem adversus quemquam habent, αγοραιοι αγονται, sunt conventus, sunt Proconsules, in jus vocent se invicem.

CONVERSATIO interdum quotidianæ vitæ consuetudinem significat, uti *in l. 19. D. de offic. præs.* Ne sepulchrum alius (ita Florentina) conversationis usum accipiat *l.* 12. §. 1. *D. de religios.* Nova hominum *conversatio*, id est, vivendi ratio §. *ult. Inst. de noxal. act.*

CONVERSATUS dolo *l. pen.* §. *ult. D. qua fals. tut.* in fuga *l. ult. C. ne de stat. defunct.*

CONVERSUS dicitur omnis ecclesiastica persona *c. duo 7. causs.* 12. *q.* 1.

Conversus, us. Qui coetu, conversu, turba, seditione incendium fecerit. Ite legitur Florentiæ *l.* 5. *pr. D. ad Leg. Jul. de vi publ.* Sed eum hic nihil significare possit hoc vocabulum, alii codices habent *converso*, alii *concursu* rescribunt. Quod postremum maxime placet. Nam & Græci *Basilic. lib.* 60. *tit.* 18. *lege* 5. illud *coetu, conversu* reddunt συναγαγειν την ταραχην *convocant coetum, vel turbam*. HEIN.

CONVERTERE, mutare, redigere. *Convertere* pecuniam in usus suos *l.* 3. §. 3. *de contr. tut. l.* 28. §. 3. *D. de liberat.* ad usus proprios *l.* 25. §. *ult. D. de poss.* vim testamenti in caussam fideicommissi *l.* 19. *D. testam. milit.* & alia ejusmodi passim.

Convertere, invertere. *Convertere* ordinem *l.* 2. §. 4. *D. de vulg. & pup. subst.* plostrum *l.* 52. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.* Converso more procreatus *l.* 14. *D. de stat. hom.*

CONVETERANI *l.* 2. *C. de excus. veteran.*

CONVICIA *festa*, pro dictis jocularibus, quæ in novum matrimonium, novamque nuptam jaciebantur, dixit Seneca *in Medea v.* 113.

Sed & militum, qui Imperatorem suum triumphantem sequebantur, dicteriis ea verba adcommodat Martial *lib. 7. epigr.* 3.

CONVICIARI, maledicere ei, a quo adpellat *l.* 8. *D. de adpell.*

CONVICIUM, injuriam verbis factam, significat *l.* 1. §. 1. *D. de injur.* Cic. *pro Cælio c.* 3. maledictionem, si petulantius jactetur, *convicium* nominari ait. Nec vero omne maledictum convicium est; sed id solum, quod cum vociferatione dictum est, sive unus, sive plures dixerint, quod in coetu dictum est, *convicium* est. Quod autem non in coetu, nec vociferatione, dicitur, *convicium* proprie non dicitur, sed infamandi caussam dictum *l.* 15. §. 11. *seq. D. de injur.* Tractum nomen vel a *concitatione*, ut Labeo existimabat, vel a *conventu, & collatione vocum*, quasi convocium *l.* 15. §. 4. *D. de injur.* & Festus *lib.* 3. senten. Nam eo sæpe verbo sola vocis contentio designatur, ut apud Cic. passim, & Phædr. *lib. 1. fab.* 7.

CONVINCERE alium *l.* 1. *D. de leg. jul. de ambit. Convinci* fraus dicitur *in l.* 2. *C. de in lit. jur. Convictus* injuriarum. Paull. 5. *Sent.* 4. 20. in prævaricatione *leg.* 5. *D. de prævar.* Convictus dicitur, qui ipsemet ea, quæ commiserit, negare non sufficit *l.* 16. *C. de pœn.* Convictus non est, qui negat, nisi contrarium probetur. Vid. Myns. 4. *obs.* 50. Goth. *ad l.* 4. *C. quor. adpell. non recip.*

CONVIVIUM. In eo & servi solebant manumitti, quamvis justam libertatem ea manumissione non consequerentur. Cal. *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 2. Latini sunt, qui aut per epistolam, aut inter amicos, aut *convivii* adhibitione manumittuntur. Theophil. *in* §. 4. *Inst. de libertin.* Per mensam ait manumissum fuisse quum libertatis dandæ gratia servum convivio adhibebant. Non ergo suffecisse videtur, servum adhibitum esse mensæ, sed præcipue desiderata domini declaratio, id quod admixtis quibusdam alieni loci, ob-

observavit Papin. *Resp. tit.* 43. Latini, ait, aliter, intelligi non possunt, nec aliter intelligendi sunt, quam si inter amicos pronunciante domino a convivio evocentur, ita ut illis amicis, ubi conveniunt, si dominus contestetur eum caussa Latinitatis ad suum adhiberi convivium. Quod si cum eo servus manducaverit, non caussa Latinitatis, sed paupertatis, propter solatium præjudicium domino, heredibusque ex convivio adferri non poterit. Add. Oisel. *ad Cui. loc. cit.* Fabror. *ad* §. 4. *Inst. de libert.* HEIN.

CONVOCARE ad seditionem *l.* 1. *D. ad Leg. Jul. maj.*

CONVOCATIO *l.* 4. §. 6. *D. de vi bon. rapt.*

CONVOLARE ad secundas nuptias *l.* 9. *C. de repud. Authent. ex testam. C. de secund. nupt.* ad secundum legatum.

COOPERTORIA Tabiana in *l.* 38. §. 1. *D. de legat.* 2. (ubi copertoria legitur) sunt stragulæ ex Tabia, Paphlagoniæ civitate advectæ, ut suspicatus est Guid. Pancirol. 2. *var. c.* 100. addiditque, ea vulgus Italicum & hodie coopertoria adpellare. Cui sententiæ, quamvis alioquin existimet, coopertoria potuisse esse tegumenta capitis, quæ Græci a simili origine καλύπτρας dixerint, suffragatur Bynkersh. 4. *obs.* 24. Hein.

COPIA haberi, fieri alicujus personæ, vel aliquid faciendi, vel videndi passim occurrit in legibus nostris, ut in *l.* 1. §. 7. *D. quand. adpell. l.* 1. *D. de edend. l.* 8. *D. famil. ercisc.*

Copia alias pro multitudine, & abundantia ponitur, ut in *l.* 3. *C. quemadm. civ. l.* 12. *D. de decur. l.* 7. §. 3. *D. de bon. damn.* Bonam *copiam* ejurare. Vid. art. *ejurare*.

Copias, pro commeatu, annona, alimentis, pabulis, & aliis id genus, quas vulgus munitiones, & provisiones vocat, usurpari constat. Et ita vox hæc accipienda est in *l.* 20. *D. de compens. l.* 5. *D. de fer.* & apud Frontin. *lib.* 1. *epist.* 4. *lib.* 6. *ep.* 28. Tacit. 15. *annal.* 16. Parthos inopes copiarum, & pabulo attrito, relicturos oppugnationem. Et *lib.* 4. *hist. c.* 35. Nihil æque exercitus nostros, quam egestas copiarum fatigabat. Hinc.

Copiæ fiscales, id est, annonæ, & condita publicis horreis *l.* 4. *C. Theod. de oper. publ.* Quibus *copiis* populus animetur *l. ult. in fin. C. Th. de suar.*

Copias etiam pro materiis ad ædificandum idoneis dixit Vitruv. *lib.* 5. *c.* 7. *& lib.* 7. *c. ult.*

COPIATÆ in *l.* 15. *C. Theod. de episc. & cler.* & in *Nov.* 59. *cap.* 2. sunt νεκρ θαπτο και περι των λειψανων εκφοραν καμνοντες, *vespilliones, & circa exportandas mortuorum reliquias occupati*. Sic enim vetus glossarium interpretatur. *Libitinarios*, vel *pollinctores*, vel *vespilliones* reddere possumus. Epiphan. *expos. fid. c.* 21. *pag.* 1104. *Tom.* 1. in ordinibus ecclesiæ ponit κοπιατας, τας τα σω ματα περιστελλοντας των κοιμωμενων. Copiatas qui corpora mortuorum transferunt. Proinde apud B. Ignatium *Epist.* 8. *cap.* 12. qua gradus, ordinesque Ecclesiasticos recensens post πυλωρης τας κοπιωντας ponit (utrumne κοπιατας, emendandum sit, subsisto). Movet dubitationem, quod Ignatii temporibus nondum vox hæc in usu fuisse videtur. Imperatores namque Constantinus, & Constans in *d. l.* 15. *C. Theod. de Episc. & Cler.* Clerici vero, ajunt, vel hi, quos *copiatas* recens usus instituit, nuncupati.

COPULA pro nuptiis *l.* 26. *C. de nupt.*

COPULARE, jungere matrimonio *l. ult. C. de interd. matrim. Copulare* matrimonium, vel connubia *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 6. §. 6.

COQUERE aurum *l. un. C. de aur. publ. prosequut.* (ubi *coquendum aurum*) decoquere, absumere, intervertere post plures alios interpretatur Cujacius. Alii pro *coquendum* rescribunt *prosequendum*, alii vero (si mutanda lectio est) melius *cogendum* reponunt, eo sensu quo debita, pensiones, & cunctantes cogi dicuntur. Vid. supra art. *cogere*.

COQUI, & placentarii inter urbana ministeria legata continentur, Paul. 3. *Sent.* 6. 72. Eorum nomina notissima *Antrax*, *Congrio*, *Macherio*.

COQUINATORIUS, *a*, *um*. Vid. supra *Cocinatorius*.

CORACINUS color, id est, niger *l.* 78. §. 5. *D. de legat.* 3. απο τε κοραχος, a *corvo*, a quo Græci atrum colorem vocant κορακινον, eoque vocabulo usus est & Vitruvius. *lib.* 8. *Archit. cap.* 3. Hein.

CORAM aliquo facere jussus, non videtur præsente eo fecisse, nisi is intelligat. Itaque si furiosus aut infans sit, aut dormiat, non videtur coram eo fecisse, scire autem non velle is debet. Nam & invito eo recte fiet, quod jussum est *l.* 209. *D. de verb. signif. Coram* sententiam dicere arbiter debet, i. e. præsentibus partibus *l.* 27. §. 5. *l.* 44. *D. de recept. arb. Coram* dicere videtur, qui sapientibus dicit. Ceterum coram furioso, vel demente non videtur dici, sed nec coram pupillo, nisi præsens tutor sit *l.* 27. §. 5. *l.* 47. *l.* 49. *D. de recept. arb.*

CORBES non modo cogendorum fructuum caussa comparabantur *l.* 8. *pr. D. de instr. vel instr. leg.* Verum etiam erant rerum liquidarum receptacula. Et ita per *corbem* mensura vini fiebat *l.* 4. §. *ult. D. de peric. & comm. rei vend.* Cujusmodi *Corbium* mentionem facit Cato *de re rust. cap.* 11. Cæsar *de bell. civ. c.* 54. de iisque erudite Turneb. 7. *adversar.* 23. Hein.

CORINTHIA vasa *l.* 100. §. 3. *D. de legat.* 3. ubi illa vasa, ex Proculi sententia, ne æris quidem legato contineri intelligimus. De æris Corinthii origine, ac præstantia omnia nota sunt ex Plin. *lib.* 34. *cap.* 2. Plutarch. *cur. orac. defec. init.* Floro *lib.* 2. *c.* 16. Isidor. *lib.* 16. *orig. c.* 19. HEIN.

CORNELIÆ Leges quatuor præcipue memorantur in libris nostris. Lex *Cornelia* de sicariis, &

 vene-

veneficiis *tit. ad Leg. Cornel. de sicar.* & alibi passim. Et ipsa significatur in *l.* 15. *D. de pœn.* uti adparet ex *l.* 7. *C. eod. tit.* Tulit autem eam Cornelius Sulla, Felix, Dictator, ut Seneca in *libro*, qui inscribitur, *Cur bonis mala eveniant p.* 188. Et Sulla nominatim illos, qui a se proscriptos occiderat, exceperat, ut Sueton. *in Jul. c.* 11. ostendit.

Cornelia Lex de injuriis, ab eodem Sulla lata, auctore Venuleio *l.* 12. §. *ult. de accus.* Hujus legis mentio fit in *l.* 5. *l.* 7. §. 1. *D. de procurat.* & apud Paull. 5. *Sent.* 4. 8.

Cornelia de falsis *tot. tit. ad Leg. Cornel. de fals.* cujus & Suet. *in Aug. cap.* 22. & *in Ner. cap.* 17. meminit, & Imperator in *l.* 2. *C. de fid. instr.* Ea vero tenetur qui testamentum falsum, sciens, dolo malo, scripserit, signaverit, recitaverit, vel testamentum amoverit, suppresserit, subjecerit, resignaverit, deleverit, ut Paull. 4. *Sent.* 7. §. 1. *l.* 38. §. 7. *De de pœn.* & alii *in l.* 2. *l.* 9. §. *pen. l.* 30. *D. de lege Corn. de fal. l.* 9. *D. de dol. mal.* significant. Eamque ob caussam ea *Lex Cornelia de testamentis*, vel *testamentaria* adpellatur *l.* 1. *D. de publ. jud. l.* 3. §. 6. *D. de tab. exhib. l.* 2. *D. de accus. l. un. C. quand. civ. act.* §. 7. *Inst. de publ. jud.* & Paull. 5. *Sent. tit.* 25. §. 1. Pertinebat ad hanc legem suppositi partus crimen *l.* 11. *in fin. D. de accus. l.* 10. *Cod. de leg. Corn. de fals.* Atque hæc Lex nudo *Corneliæ* nomine exaudienda est in *l.* 1. 2. 4. 5. *C. de his qui sibi adscrib. l.* 1. *D. quæ pro non script. hab.*

Cornelia Lex de captivis, quæ testamento eorum, qui apud hostes decesserint, aut captivitatem facta confirmat, nec non intestatorum legitimam hereditatem, perinde, atque si in civitate decessissent *l.* 10. §. 1. *l.* 11. §. 1. *l.* 12. §. 1. *l.* 22. *pr.* & §. 1. & 3. *D. de captiv. & postl.* & aliis. Nec vero testamenta tantum, sed & secundæ tabulæ, & substitutiones, & tutelæ, testamento apud hostes morientium scriptæ, ea lege confirmantur *l.* 29. *D. de vulg. & pup. subst.* Paull. 3. *Sent.* 3. 8.

Refertur & alia Lex Cornelia in *l.* 25. *D. de SC. Silan.*

CORNELIANUS fundus *l.* 31. *D. de adquir. possess. l.* 7. *in fin. D. de stipul. serv. l.* 28. *pr. D. de novat. l.* 40. §. 4. *de condit. & dem.*

C. CORNELIUS *Maximus* Jurisconsultus solo auditore Trebatio celebritatem consequutus, Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 8. & 17. & *l.* 2. §. 45. *D. de orig. jur.*

CORNICULARII in *l. ult. D. de jur. immunit.* (ibi adjutores *corniculariorum*) memorantur. Est autem *Cornicularius*, qui Corniculo tribuni militum præest. Erat enim corniculum in ordinibus tribuni militum, ut in acie cornu. Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 1. Cominius tribuno militari Lectorio diem apud populum dixit, quod Cornicularium suum stupri caussa adpellasset. Suet. *de Clar. Gramm.* Primo adparituram fecit Magistratibus, deinde in Macedonia Corniculo, mox equo meruit. Iidem ne sint cum his *Cornicularii* quos ex Donat. *dilucid. ad Liv.* 10. 44. Sigon. *de ant. jur. provinc.* 2. 2. & ex Salmas. *Exercit. Plin. p.* 548. memorat Heineccius honoratioris ordinis equites, qui corniculeis argenteis, æneisve ob virtutem donati, parasenum istud circumferebant, non satis liquet. De Parasenis illis est locus Livii *lib.* 10. *cap.* 44. Equites omnes, ob insignem multis locis navatam operam, *corniculi*, armillisque argenteis donat. Usus est Cornicularii verbo idem Suet. *in Domit. cap.* 17. & Ascon. Pæd. *in Verr.* 1. *c.* 28. Add. Turneb. 5. *advers.* 10.

Alii sane erant *Cornicularii*, qui *rubr. C. de cohort. princip. cornicul. & primipil. l.* 2. *C. de proxim. sacr. scrin. l.* 3. *C. de offic. div. jud. l.* 1. *l. ult. C. de adparit. præf. prat. & tit. C. de adpar. præf. urb.* aliisque locis memorantur. Erant enim hi ministri, vel adparitores magistratuum, ita dicti, quod aderant cornibus tribunalis vel secretarii, Græcis ὑπασπισταὶ juxta *Synops. Basil.* 6. *tit.* 1. *cap.* 115. Tales recenset Heineccius *Cornicularios* Consulum ex Gruter. *Insc. p.* 545. 1. & Reines. *Class.* 1. *inscr.* 127. & *Cornicularios* Procuratoris Provinciæ Belgicæ ex Gruter. *Inscr. p.* 506. 6. Add. Gather. *de Off. Dom. Aug.* 2. 15.

CORNU petere solitus Bos *l.* 2. §. 4. *D. si quadrup. paup.*

CORNUARII in *l. ult. D. de jur. immun.* ceu observat Heinecc. nec cornicines sunt, nec qui conficiunt cornua, sed, ut glossæ docent, κεραξόοι, id est, qui arcus ex cornibus conficiunt, quos & ab Homero *Iliad.* 4. *v.* 110. κεραξόος τέκτονας dici, observat Ducker. *de Latinit. Vet. Istor. p.* 431.

CORONA. Coronæ sacræ, quæ athletis in certaminibus sacris præstantur in *l.* 40. *De re judic. l.* 5. *C. quæ res pign.* Item *Corona* insigne clericorum, Unde *coronati* adpellantur in *l.* 38. *C. Theod. de episc. eccl. & cler.* Vid. *c. ult. de cler. conjugat.*

At *Coronæ* mensarum, de quibus Ulpianus in *l.* 19. §. 14. *D. de aur. arg. leg.* gemmis distinctæ, & quibus gemmas cedere tradit, ut ipsæ coronæ mensis cedunt, mensarum ipsarum limbi sunt, ceu judicat Heineccius. Memoratque ipsam sacram mensam, quam divino jussu a Mose factam, *misgereth*, *clausura*, ambiebat, Exod. *c.* 25. *v.* 24. & quam Hieronymus *coronam interrasilem*, Epiphanius *labium cum corona* vocat.

CORONARIUM aurum in *rubr. C. de aur. coron.* & *l.* 15. *C. Theod. de legat.* Servius *in Virgil.* 8. *Æn. v.* 721. ita adpellatum tradit aurum, quod a victis gentibus dabatur, quodque propter concessam vitam illis impositum erat. Plane subactæ bello provinciæ jam inde ab antiquis florentis reip. temporibus *coronas* aureas populo Rom. Imperatoribusque offerebant, ut Liv. *lib.* 44. *c.* 14. & *lib.* 46. *c.* 25. ostendit. Tertullianus in libro *de coron. milit. c.* 12.

coro-

coronarum differentias persequens: Sunt, ait, & provinciales aureæ, imaginum, jam non virorum capita majora quærentes. Vopiscus *in Probo c. 15.* Coronas quas mihi obtulerunt omnes civitates Galliæ, aureas vestræ, Patres conscripti, clementiæ dedicavi. Inde auro *coronario* nomen. Gell. *lib. 5. c. 6.* Triumphales coronæ sunt aureæ, quæ Imperatoribus ob honorem triumphi mittuntur. Id vulgo dicitur aurum coronarium, cujus Cic. *in leg. agrar. I. c. 4.* & *in Pisen. c. 36.* meminit. Quod ab Alexandro Severo Romæ remissum, a Juliano Provincialibus quoque indultum, Lampridius *in Alex. c. 32.* & Ammian. Marcell. *lib. 25. c. 14.* scribunt. At Auri *coronarii* tres species memorat Jac. Gothofred. *in paratitl. C. Theod. de auro coron.* (1) Quod necessitate aliqua urgente, vel ob indulgentiarum lætitiam, vel rebus prospere gestis, partaque victoria principi conferebatur. (2) Quod Satrapæ regum barbarorum, pro ea, quam Romano Imperio debebant, devotione offerebant. (3) Quod Patriarchis suis olim præstare solebant Judæi. Quod tamen insequutis temporibus ad se traxerunt, suisque largitionibus inferri jusserunt Impp. ut ostendit *l. 17. C. de judæis, & cælicol.* Dicitur autem *coronarium aurum* eodem modo, quo æs *coronarium*, id quod in coronas impendebatur. Στεφανιτην φορον, *coronariam illationem* vocat Antiochus M. in Edicto, quo seniores, sacerdotes, scribas populi, & cantores ab eo onere liberavit. Vid. Joseph. *Antiquit. Jud. lib. 13. c. 3.* & *lib. 1. Machab. c. 20.* ibique Grot. *in adnot.*

CORPORALE quod corpus adficit, vel corpore perficitur, aut præstatur. Ita corporalis contumélia, id est, quæstiones, tormenta *l. 39. C. Theod. de decur.* Corporalia munera *l. 3. §. 3. D. de muner. & hon.*

CORPORALES res sunt, quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & similes *l. 95. D. de legat. 3. l. 1. pr. & §. 1. D. de rer. divis.* Incorporales vero, quæ in jure consistunt, ut hereditas, obligatio, servitus *l. ult. C. de præscript. long. temp.* Et ita *corporalia* pignora, quæ in rebus corporalibus constituta sunt, & corporaliter capiuntur, ad differentiam eorum, quæ nominum sunt, & jurium *l. 15. §. 9. D. de re jud.*

CORPORALITER acceptum pignus dixit Julianus Patricius in Novellis *tit. 20. corporaliter* rei possessio detinetur *l. 29. D. de solut.* Corporaliter possidet, qui incumbit possessioni *l. 23. §. 1. de adquir. vel amitt. possess.*

Corporaliter præstitum jusjurandum in *l. 1. C. si adv. vendit. l. 2. l. 3. C. si minor. se major.* id est, ut vetustissimi quique interpretes exponunt, tactis sacris: Cum autem leges illæ Imperatorum sint Ethnicorum, interpretatio ista intelligenda est de sacris gentilibus tactis, veluti simulacro Dei, vel ara, quem ritum jurandi fuisse observavit Merill. *lib. 8. obs. c. 40.* Vel illi Impp. in mente habuerunt jusjurandum, quod manu levata, vel ea capiti, oculis, pectori imposita præstari consueverat, de quo Cujac. in *paratitl. C. si adv. vendit.* & *Comm. in Novell. 51.* quale jusjurandum *manu levata factum* memorat Gregor. Turon. *de glor. mart. lib. 1. c. 20. 33. & 38.* Ita Heineccius illam *l. 1. C. si adv. vend.* a suspicione Tribonianismi liberat.

CORPORATI, corporibus civitatum adscripti *l. ult. C. de navicular. l. un. C. de privil. corpor. urb. Rom. l. un. C. de Alex. prim.* Unde corporatorum subsidia, dixit D. Ambros. *3. de Offic.* & *corporatos* negotiatores Symmach. *lib. 10. epist. 34.* qui eos membra æternæ urbis adpellat, eorumque ministeria urbis onera sustineri, docet his verbis: Hic lanati pecoris invector est, ille ad victum populi cogit armentum: hos suillæ carnis tenet functio: pars urenda lavacris ligna comportat: sunt qui fabriles manus Augustis operibus accommodant: per alios fortuita arceantur incendia: jam caupones, & obsequia pistoria, frugis, & olei bajulos, multosque id genus patriæ servientes enumerare fastidium est.

CORPUS trium generum est. Unum, quod uno spiritu continetur, quod Græci ἡνωμένον καὶ συμφυὲς vocant, ut homo, tignum, lapis, alterum, quod ex pluribus inter se cohærentibus constat, quod συνημμένον vocatur, ut *ædificium*, *armarium*, *navis*, tertium, quod ex distantibus capitibus constat, ut corpora plura non soluta, sed uni nomini subjecta, veluti *populus*, *grex*, *legio l. 30. pr. D. de usurp. & usuc. l. 23. §. 5. D. de rei vind.* Cui divisioni consentiebant Philosophi teste Plutarcho in *præcept. connubial. p. 142.* Seneca quoque *epist. 102.* quædam corpora *continua* esse dicit, ut hominem, quædam *composita*, ut navem, domum, omnia denique quorum diversæ partes junctura in unum sunt coactæ, quædam ex distantibus, quorum adhuc membra separata sunt, tamquam exercitus, populus, senatus. Illi enim, per quos ista corpora efficiuntur, jure aut officio cohærent, natura deducti & singuli sunt. Idem *lib. 2. nat. quæst. c. 2.* Corpora quædam esse scribit *composita*, quæ constant aut *nexu*, aut *acervatione*, ut puta funem, frumentum, navem. Rursus *non composita*, ut arborem, lapidem, quæ etiam *unita corpora* vocat, non ad numerum referens, sed ad naturam corporis, nulla ope externa, sed unitate sua cohærentis. Ad primum genus corporum pertinent illa: *Corpore* & actu adprehendere possessionem *l. 1. §. 21. l. 3. pr. D. de adquir. vel amitt. possess. Corpore* & *animo* possidere *l. 3. l. 44. §. ult. D. eod. tit.* quæ quidem diversa sunt, sed ad civilem possessionem concurrere debent. *Corpore* quæstum facere *l. 47. D. de rit. nupt.* id est, ut ait Gell. *lib. 6. c. 7. Corpus* in vulgus dare, pecuniamque ex eo quæstu merere. *Corpora* pro servis Voss. *Inst. Orat. lib. 4. c. 8. sect. 5. p. 14.* Alias *corpus* liberum *leg. ult. D. de his, qui effud.* pro libero homine.

Corporis præſentia non ſufficit ad auctoritatem *l.* 1. §. 1. *D. de auct. & conſ. tut.* Item.

Corpus pro cadavere. Ita *corpus* cuſtodiendum vel *commendandum*, ubi *commundandum* alii legunt. Deberi enim id videbatur oſſibus, ut adfuſa aqua lavarentur, ceu obſervat Heineccius, qui & Trimalcii apud Petron. *Satyr. c.* 77. verba citat: Interim, Stiche, profer vitalia, in quibus volo me efferri: profer & unguentum: & ex illa amphora guſtum, ex qua jubeo lavari oſſa mea.

Corpora quæ ſunt in hereditate *l.* 33. *D. de ædil. edict. Corpus* arborum *l.* 40. *D. de act. emt. Corpora* numorum *l.* 24. *D. depoſ.* pecuniæ *l.* 34. §. *ult. de pignor.* Alias *corpus*, & pecunia ſeparantur *l.* 5. *pr. D. de impenſ. in res dot. fact.*

Ad ſecundum genus *corporum* συνημμένων pertinent illa, Corpus loci *l.* 4. *D. ſi ſerv. vind.* Corpus Homeri *l.* 52. §. 2. *D. de legat.* 3. eodem ſignificatu quo *corpus* juris *l. un. pr. C. de rei ux. act.* & Corpus Papiniani *l. un. C. Th. de reſponſ. prud. Corpora* inſtrumentorum *l.* 3. §. 5. *D. de tab. exhib. corpus* rationum *l.* 37. *D. de fideic. libert.*

Ad tertium genus *corporum* ἐκ διεστώτων pertinent *corpora* artificum *Lamprid. in Alex. c.* 33. *corpus* fabrorum *l.* 17. §. 2. *D. de excuſ. tut.* & alia ejuſmodi paſſim, ubi *corpora* uſurpantur pro collegiis & univerſitatibus, uti & in *l.* 1. *D. quod cujuſq. univ. nom. l.* 7. §. 1. *D. ad exhib. l.* 10. §. 4. *D. de in jus voc. l.* 5. *l.* 12. *D. de jur. immun.*

Ad idem tertium genus refertur *corpus* patrimonii *l.* 20. *D. quod met. cauſſ. l.* 25. §. 16. *D. de hered. pet.* Sic Juvenal. *ſat. ult. v.* 53. Placuit, non eſſe in *corpore* cenſus.

Corpus, id eſt, res corporales, & jus ſeparantur in *l.* 8. *D. de aqu. & aq. pluv. l.* 2. §. 1. *D. de precar.* Bona in *corporibus*, vel actionibus, *l.* 3. *D. de bon. poſſeſ.* Similiter *corpus*, & quantitas opponuntur *l.* 34. §. 3. *D. de leg.* 1. *l.* 94. *D. de ſolut.*

CORRADERE numos *l.* 3. §. 9. *D. de ſtatul.* picturas *l.* 38. *D. de rei vind.* pecunias *l.* 6. *D. de bon. damn. Corradi* ſumma *in l.* 5. *D. de admin. & peric. tut.* dicitur, i.e. colligi, & redigi cum difficultate.

CORRECTOR vir clariſſimus *l.* 4. *C. de jur. & fact. ignor.* In Italia autem *correctores* Notitia ſtatuit his regionibus, Apuliæ, Calabriæ, Bruttiorum, Lucaniæ. Attamen & Campaniæ *correctorem* Rufium Voluſianum memorari in marmore apud Reineſ. *Inſcr. Adpen. num.* 22. *p.* 1023. obſervat Heineccius. In partibus vero Orientis duo Correctores erant, Auguſtanicæ & Paphlagonicæ. At ſecundum hoc κορεκτορίας ἀρχαὶ accipiendæ ſunt apud Juſtinian. *Novell.* 8. *cap.* 1.

CORREUS, qui ejuſdem obligationis eſt particeps, & ſocius *l.* 3. §. 3. *D. de liberat. leg.*

CORRIGERE arbitrium, i.e. emendare *l.* 79. *D. pro ſoc: Corrigend.* juris civilis gratia, i. e. æquitate temperandi *l.* 7. *D. de juſt. & jur.*

CORRIVALIS. Vid. infra *Rivalis*.

CORRIVARE in *l.* 1. §. 4. *D. de aqu. & aqu. pluv.* vel *conrivare*, ut eſt in *l.* 3. *eod. tit.* id eſt derivare.

CORROBORATA donatio *l. ult. C. ſi adv. credit.*

CORRUMPERE morando indultum beneficium *l.* 3. *C. Theod. de commeat. Corrumpere* libertates *l.* 30. §. 16. *D. de fideic. libert.* matrimonium *l.* 23. *C. ad leg. jul. de adult.* id eſt inutile reddere. Alias corrumpere eſt, deterius facere, quod tam ad animum, quam ad corpus refertur. Ita corrumpere ſervum, quod ad titulum de ſervo corrupto attinet, videtur, qui eum deteriorem facit. Quod quomodo accipiendum ſit, exponitur *l.* 1. §. *ult. D. de ſerv. corrupt.* Hinc ſervi *corrupti* actio *l.* 50. *D. de pact. l. ult. D. de offic. præf.*

Corrumpere, vitium adferre, vel violare. *Corrumpere* viduam *l.* 3. *D. de quæſt.* virgines *l.* 38. §. 3. *D. de pœn.*

Corrumpere adverſarium *l.* 1. 2. *D. de bon. eor.* carceri præpoſitum *l.* 8. *D. de cuſtod. & exhib. reor.* i.e. pecunia pervertere.

CORRUPTELA *l.* 9. §. 1. *de ſerv. corrupt.*

COS, lapis, ferro ſubigendo neceſſarius, *l.* 11. *D. de publican.* Plin. *lib.* 36. *c.* 22. & *lib.* 27. *c.* 3.

COSTUM *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* radix eſt herbæ in India, Arabia, & Syria naſcentis, jucundi odoris, de qua vid. Dioſcorid. *lib.* 1. Plin. *lib.* 12. *c.* 12. Iſidor. *lib.* 17. *c.* 9. Meminit *Achæmenii coſti* & Propert. *lib.* 4. *eleg.* 8: *Coſtum* molle date, & blandi mihi thuris honores, terque focum circa laneus orbis erit.

COTORIÆ, lapicidinæ, in quibus cotes fodiuntur *l.* 15. *D. de publican.*

COTTA. Quæ de alea, ſive ut vocant, *cottis*, ac de eorum prohibitione a nobis ſancita ſunt *l.* 25. *C. de epiſc. aud.* Fuit vero Græci *cotta*, vel κόττος aleæ ſpecies. Hinc κοττισμὸς, *alea ludus*, κοττιστὴς *aleator*. Hinc *Synops. Baſil. lib.* 3. *tit.* 3. περὶ κοττιστῶν ἤτοι κυβευτῶν, *de aleatoribus*, κοττίζειν, alea ludere, ἐν κόττῳ πραθῆναι, *per averſionem vendere*. Vid. Dionyſ. Gothofred. *nomenclat. græc. jur. dict. poſt* Harmenopuli *promptuar. jur. pag.* 434. HEIN.

COTTIDIANUS. Vid. infra *quotidianus*.

CRABBATUS, argento inaurato tectus *leg.* 20. §. 8. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Græcis κράβαττος, lectuli genus, in quo potiſſimum ſomnum meridianum capiebant.

CRASSA, negligentia *l.* 6. *D. de jur. & fact. ignor.* i. e. ſupina.

CRA-

CRATISTUS, κράτιστος, *honoratus*, servi nomen *l. 54. D. de manum. test.* Alias κράτιστος est titulus, qui non ob doctrinam, sed ob dignitatem, & magistratus tribuitur, ceu contra Cujacium ostendit Ægid. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 16. HEIN.

CRATICIUS. Vid. supra *concraticius*.

CREARI dicuntur, qui ad aliquod munus, vel honorem in municipiis suffragiis, & decreto ordinis vocantur, atque eliguntur *l.* 13. §. *ult. D. de mun. & hon.* Sed & *creari* dicitur curator *l.* 10. *C. qui dare tut.* Hinc.

CREATIO curatoris *l.* 13. §. *ult. D. de mun. & hon.* magistratuum *l.* 1. *D. ad Leg. jul. de ambit.*

CREATOR, id est, nominator, vel, qui ad publicum munus, & functiones alios nominat, sicut explicatur in *l. ult. C. Th. de decurion. l.* 1. *C. Theod. de suscept.* Horum fit mentio in *l. ult. C. de hæred. decurion.*

CRERA indagatio *l.* 2. *C. de commun. serv. manum.*

CREDERE cum dicantur, qui alienam fidem ita sequuntur, ut, se mox recepturos, quod dederint, sperent. Hinc *rerum creditarum* adpellatione Prætor omnes contractus edicto suo complectebatur. Ut plurimum tamen *credere* nihil aliud est, quam mutuam pecuniam dare, idque a reliquis negotiorum figuris separatur *l.* 24. §. 4. *l.* 27. §. 1. *D. de minor. l.* 1. *l.* 3. §. 3. *D. ad SC. Maced.* Quo in verbo elegans est jocus Martial. *lib.* 12. *epigr.* 13. in eum qui sub pignoribus dumtaxat ei numos credebat. *Cum rogo te numos sine pignore, non habeo, inquis. Idem, si pro me spondet agellus, habes. Quod mihi non credis veteri, Thelesine, sodali: Credis colliculo, arboribusque meis.*

Credere administrationem *l.* 32. §. 3. *D. de admin. & peric. tut.* munus *l.* 21. *C. ad leg. jul. de adult. l.* 45. *D. de religios.* id est, committere.

CREDITOR. Ea adpellatione non illi tantum accipiuntur, qui pecuniam mutuam dederunt, sed & hi, quibus ex quacumque actione, vel persequutione, vel jure civili, vel ordinario, vel extraordinario, pure, vel in diem, vel sub conditione debetur, modo non perpetua aliqua exceptione submoveri possint *l.* 10. *leg.* 11. *l.* 12. *pr. D. de verb. signific. l.* 4. *pr. D. de separat. Novell.* 4. *c.* 3. *pr.* Creditores adpellantur, quibus quacumque ex caussa actio cum fraudatore competit *l.* 16. §. 2. *D. qui & a quib. manum. lib. non fiunt.* Qui etiamsi cui ex delicto debeatur, *creditoris* loco accipietur. Ex populari plane caussa ante litis contestationem recte dicitur, creditoris loco non esse *l.* 12. *D. de verb. signif.* Maritus ex promissione dotis *creditoris* loco habetur *l.* 25. §. 1. *D. qui pot. in pign. l.* 41. *D. de re jud. l.* 19. *D. de oblig. & act.* Et ex diverso uxor dotem repetens in creditoribus numeratur *l.* 31. *D. solut. matrim.* Is cui sub conditione legatum est, pendente conditione, *creditor* non est, sed tunc demum, quum ea exstiterit, aliter, atque si conditione stipulatus sit. Nam & hic pendente conditione *creditor* est *l.* 42. *D. de oblig. & act. l.* 27. *D. qui & a quib. l.* 54. *D. de verb. signif.* §. 4. *Inst. de verb. oblig.* Plane quibus dumtaxat natura debetur, *creditorum* loco non sunt, quia petitionem non habent *l.* 10. §. *ult. D. de verb. signif.* Similiterque *crediti* adpellatio eam pecuniam mutuam demonstrat, quæ peti potest, non etiam eam, quæ petitionem quidem non habet, solutione autem facta repeti non potest *l.* 94. §. *ult. D. de solut.*

CREDITUM latissime acceptum significat, quod quacumque ex causa peti potest, ut etiam id, quod ex fideicommisso debetur, creditum dicatur, ut in *l.* 49. §. 3. *D. de solut.* Quin creditum consistit & extra res, quæ pondere, numero, & mensura continentur, sicut, si eamdem recepturi sumus, *creditum* est *l.* 2. §. 3. & §. *ult. D. de reb. cred.* Hoc vero ultimum verbo *crediti* non continetur, ubi *creditum*, & *debitum* compensatur, ut in *l.* 1. *D. de compensat.* Item in *l.* 20. *D. de judic.* crediti *caussa deberi* separatur ab aliis obligationibus, ut ibi dici creditum videatur, quo quis alterius fidem sequutus est, quod est *in creditum abire*, ut loquitur *l.* 5. §. 17. *D. de tribut. act.* Verba *d. l.* 20. *D. de jud.* hæc sunt: Omnem obligationem pro contractu habendam existimandum est, ut ubicumque aliquis obligatur & contrahi videatur: quamvis non ex *crediti* caussa debeatur. Quinctil. *Declam.* 360. Tu amisso viro, quum dotem non peristi, fecisti *creditum ex dote*, id est, incipit esse creditum quantitatis. Rursus in SCo Macedoniano *creditum* intelligitur dumtaxat, quod non verbis, i. e. stipulatione, sed numeratione, id est, mutua pecunia fit. Sola enim mutui datio prohibetur, cetera negotia recte cum filio familias contrahuntur *l.* 3. §. 3. *leg.* 4. *D. ad SC. Maced.* Ceterum nota loquutiones in *creditum* accipere, & dare *l.* 19. §. *ult. D. de reb. cred.* Majus creditum conferre in debitores *leg.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. In *credito* est argentum, quod in nominibus est *l.* 27. §. 5. *D. de aur. arg. leg.* Vetus *creditum* in pignora accipere *l.* 22. *D. quæ in fraud. cred.* Quasi in *creditum* habere nomen alicujus *l.* 10. §. 20. *D. eod.* In creditum possidere *l.* 15. §. 3. *D. de re jud.* id est, in crediti vicem, atque locum possidere.

CREDULITAS. Si quis ob nimiam *credulitatem* uxorem delinquere patiatur *l.* 29. §. 4. *D. ad Leg. jul. de adulter.* Vera hæc genuina lectio. Et tamen in *Ecleg. Basilicor. lib.* 60. *c.* 28. hæc ita vertuntur: ει δι πλημμέλειαν αυτην αρχεται δι ωμοτητα. *Si eam delinquere patiatur ob sævitiam*, ut facile adpareat, Græcos apud Ulpianum legisse non credulitatem, sed *crudelitatem*. Quam lectionem tamen absurdum esse nemo non videt. HEIN.

CREMIALIS arbor *l.* 7. §. 22. *D. sol. matr* *l.* 85.

l. 85. §. 3. D. de legat. 3. Ita Florentiæ legitur, non *gremiales*. Glossarium Isidori: *Crema, siccamina lignorum*. Usus etiam eo vocabulo auctor versionis vulgatæ Psalm. 101. ossa mea, sicut *cremium* aruerunt. Vid infra *Gremia. Hein.*

CRETÆ eximendæ servitus inter servitutes prædiorum rusticorum refertur *l. 1. D. de servit. pred. rust.*

CRETIFODINA *l. 9. §. 2. l. 13. §. 5. D. de usufr.*

CRETIO *l. 17. C. de jur. delib. l. 1. l. 2. C. Th. de bon. matern. & tit. de cretion.* Cic. *lib. 11. ad Attic. epist. 12. lib. 13. epist. 46.* Ulpian. 22. *fragm. 27. seq. Cretio* autem, ut ibidem Ulp. definit, erat certorum dierum spacium, quod dabatur a testatore heredi instituto ad deliberandum, utrum expediret ei hereditatem adire, nec ne. Consentit Isidor. *lib. 5. c. 24.* qui addit, cretionem adpellari quasi decretionem, *Cernere* enim & *decernere* significare. Quid *cretio* sit, & quomodo differat ab aditione, pluribus ostendit Cujac. *ad l. 1. D. de jur. delib. & 7. obs. c. 18.* Idem &, quid *cretio libera* sit, explicuit *9. Ob. 29.* Dum vero & ipse, & Merill. 4. *obs.* 43. signum *cretionis* fuisse censent percussionem digitorum: non minus viros hoc doctos fugit ratio, quam Ant. Dadin. Alteserram, qui *Tract. 3. de fiction. jur. c. 2.* heredem, cernentem hereditatem, saltare solitum esse existimat. Sed hos jam Henr. Betn. Reinold. 14. *var. p.* 101. *seq.* Schulting. *jurispr. vet. antejust. p.* 643. Ev. Otto *jurisp. Symbol. exercit. 2. c. 3. p. 202. seq.* notarunt. Nimirum heres instituebatur vel *sine cretione*, e. g. Titius heres meus esto, vel *cum cretione*, veluti Titius heres esto, *cernitoque* intra dies centum: nisi ita *creverit*, exheres esto. Sine cretione institutus, simul ac constituerat, nolle se heredem esse, statim excludebatur ab hereditate, eamque amplius adire non poterat. Cum *cretione* vero institutus, uti cernendo fiebat heres, ita non aliter excludebatur, quam si intra diem *cretionis* non *crevisset*. Ideoque etiam si constituerit, nolle se heredem esse, tamen si superessent dies cretionis, pœnitens actus *cernendo* heres fieri poterat. Porro cretio, cum qua quis fuerat institutus, vel *vulgaris* erat, vel *continua*. *Vulgaris*, quando testator scripserat, *Intra dies centum, quibus scierit, poterisque*, cui non computabantur dies, quibus heres ignoraverat, se heredem esse, vel sciverat quidem, at non potuerat cernere. *Continua*, quando verba illa non fuerant adjecta, adeoque centum dies continui a tempore mortis connumerabantur. Ipsa *cretio* fiebat adhibitis testibus. Varr. de *Ling. Lat. lib. 6.* Cic. *lib. 13. ad Att. Epist.* 46. verbisque *cretionis* pronunciatis: Quum me Mævius heredem instituerit, eam hereditatem adeo, cernoque. *Heinecc.*

CRIBRUM in pistoris instrumento. Paull. *3. sent. c. 64.*

CRIMEN pro criminatione, & accusatione *l. 1. §. 2. D. de suspect. tut.* & passim in Legibus, & *pr. Inst. eod. tit.* Ubi quod Justinianus *crimen*, id Theophilus κατηγορίαν, accusationem vertit. Eodem sensu perseverare in *crimine* dixit Ulpianus *in l. 7. D. de accus.* Et importare crimen *l. 8. §. ult. D. de statu lib. Crimen*, quod intendit, perficere *l. 14. §. 3. D. de bon. libertor.*

Quid hoc sensu intersit inter *crimen*, & maledictum Cicero in orat. *pro Cælio cap. 3.* ostendit. Aliud, inquit, est *maledicere*, aliud *accusare*. Accusatio *crimen* desiderat, rem ut definiat, hominem ut notet, argumento probet, teste confirmet. *Maledictio* autem nihil habet propositi, quæ si petulantius jactatur, vitium, si facetius, urbanitas nominatur. *Hein. Crimen* legitimum. Vid. infra art. *legitimum*.

Ut plurimum tamen *crimen* pro delicto, & quidem publico accipitur, e. g. ob conscientiam *criminis* in *l. 6. §. 7. D. de injust. rupt.*

CRIMINALIS accusatio *l. 3. C. ad Leg. Aquil.* actio *rubr. C. quand. actio civ.* caussa *l. 15. C. de quæst.* Hinc.

CRIMINALITER agere *l. ult. D. de furt.*

CRIMINARI aliquem *l. 4. §. 6. D. de vi bon. rapt.*

CRIMINATIO, accusatio *l. 5. C. Th. de accus. l. un. C. Th. ne sin. juss. princip. l. 5. C. Th. de apostat.*

CRIMINOSA, & deformia commercia *l. 14. C. Th. de censitor.* religio *l. 13. C. Th. de heret. Criminosi* servi *l. 41. D. de contrah. emt.*

CRINA *l. 13. D. de aur. arg. leg.* Plin. *lib. 21. c. 5.* Est rubens, ait, lilium, quod Græci κρίνον vocant. Moschopul. in libro περὶ σχεδῶν. Κρίνον παροξύτονον, εἶδος φυτοῦ ἀνθηρ[illegible], ἔστι δὲ κ[illegible], τὰ λευκά, τὰ δὲ μέλανα ὑακίνθοι λέγονται Κρῖνον, quod in penultima acuitur, species floris jucundi coloris. Sunt vero crina alba, nam nigra hyacinthi vocantur.

CHRITHOLOGIA κριθολογία munus suscipiendi frumentum *l. 1. C. de frum. Alexandr.*

CROCUFANTIA, in ornamentis muliebribus numerantur *l. 25. §. 10. D. de aur. arg. leg.* Plane in Glossario: Reticulum, γύργαθος, & κροκύφαντ[illegible] vertitur. Observavit hæc etiam Salmas. *Obs. jur. Rom. & Attic. c. 5. pag. 61.* ubi similem glossam adduxit. In lege quidem 15. §. 10. *D. de aur. arg. leg.* præcesserat jam *reticula*, nec credibile est, Ulpianum idem bis dicere voluisse, sed in his vocabulis junctis *reticula, & crocufantia*, posterius esse videtur διακριτικὸν & ideo additum, ut adpareat, quod de reticulo loquitur. Vid. Bynkersh. *5. Obs.* 17. HEIN.

CRUCIATUS, quilibet vehementior dolor. *Cruciatus* carceris *l. 11. D. de adpell.* corporis *l. 1. 4. C. de his quæ vi.*

CRUDÆ vineæ *maturis* opponuntur in *l. 27. §. 25 D. ad Leg. Aquil.*

CRUDELIS pro iniquo in *l. 12. §. 3. C. de reb. cred. l. 33. pr. C. de inoff. test.*

CRU-

CRUDELITATEM suam accusatoribus vendere *l.* 1. *C. de custod. reor.*

CRUORE madens *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.*

CRURALES fasciæ, i. e. cruribus vestiendis inservientes *l.* 25. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

CRUS fregit servus *l.* 52. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.*

CRUSTA ex fundo lapsa *l.* 9. §. 2. *D. de damn. infect.* Crustæ marmoreæ *l.* 17. §. 3. *D. de act. emt.* quæ scilicet parietibus tectorio opere inducebantur. Isidor. *lib.* 19. *etym.* c. 13. Crustæ tabulæ sunt marmoris. Unde & marmorati parietes, & crustati dicuntur. Inde incrustationes *l.* 13. *in fin. D. de serv. urban. l.* 79. *in fin. de verb. signif.* Crustis etiam aureis illigata cymbia argentea memorantur in *l.* 32. *D. de aur. arg. leg.*

CRUX inter summa supplicia ponitur apud Paull. 5. *Sent.* 17. 3. Et fuit sane servile supplicium, sicuti variis conductis testimoniis ostendit Petr. Faber *Semestr. l.* 2. *c.* 8. *p.* 99.

Quamvis autem crucis supplicium sustulisse dicatur Constantinus M. idque luculenter probarit Cujac. 16 *obs.* 1. tamen ne sexto quidem sæculo desunt exempla tam diri supplicii apud Evagr. *hist. eccl. lib.* 4. *c.* 35. Et sub Theodosio, Principe Christiano, Crucis supplicii adhuc meminit Pacat. *in panegyr. c.* 44. Add. Lips. *de cruce* 3. 4. Hein.

Ceterum abest hæc vox a pandectis, cujus loco Tribonianus substituit *furcæ* vocabulum.

CRYPTA κρυπται, pars ædium abdita, & concamerata *l.* 3. §. 1. *D. uti possid.* quæ alibi *refugium* vocare videtur Ulpianus *l.* 13. §. 7. *D. de usufr.* Vid. Suet. *in Calig. c.* 58. HEIN.

CRYSTALLINA vasa suppellectile legata continentur. Paull. 3. *Sent.* 6. 67. Plin. *Nat. hist. lib.* 33. *c.* 1. Myrrhina, & Crystallina ex eodem loco effodimus. *Hein.*

CUBICARE, Græcis κυβευειν, id est, alea, cubis, tesseris, ludere *l.* 34. §. 3. *C. de episc. aud.*

CUBICULARIUS, servus a cubiculo *l.* 65. *D. de legat.* 3. & apud Suet. *in Tib. c.* 21. Memorantur & in Constitutionibus Præpositi sacro *cubiculo l. ult. C. ubi Senat.* & apud B. Ambros. *lib.* 5. *epist.* 27. & in inscriptione *l. ult. C. ubi caus. fisc.* Ex quibus patet, eos de caussis dominicorum Inquilinorum, Colonorumve, una cum Comite domorum, cognovisse. *Præpositum cubiculo* legimus etiam apud Suet. *in Domit. c.* 17. quem Xiphilinus πρωκοιτον vocat.

CUBICULUM, pars ædium, ubi lectulus patri, matrique familias sternebatur. Hinc Ulpianus *l.* 15. *D. de condit. & dem.* Cui fuerit sub hac conditione legatum, *si in familia nupsisset*, videtur impleta conditio, quamvis nondum in *cubiculum* mariti venerit. Nuptias enim non concubitus, sed consensus facit.

Sacrum *Cubiculum* Principis, *rubr. C. de præpos. sacr. cubic.* ubi legendus Cujacius *in paratitl.*

CUBITUS Nili *leg.* 1. *Cod. Theod. de Nili Agger.* Incrementa enim exundantis Nili *cubitis* metiri Ægyptii solebant, quemadmodum Plinius *lib.* 5. *cap.* 9. *lib.* 36. *cap.* 7. & Nicephorus *lib.* 7. *cap.* 46. significant. Philostratus *de vit. Sophistar. lib.* 1. *cap.* 22. in vita Dionysii §. 4. οι δε και πηχεσι διαμετρουσι την γλωτταν, ωσπερ τας του Νειλου αναβασεις. Alii cubitis etiam linguam, tamquam Nili incrementa, dimetiuntur. Eratque adeo Memphi in Serapidis templo mensura, e sculpto saxo constructa, inscriptis per intervalla cubitalibus lineis, per quas Nili incrementa indigenis indicabantur, ut Heliodor. *Hist. Æthiop. lib.* 8. *cap.* 25. memoriæ prodidit.

Quam mensuram a paganorum templis ad Christianorum ædem Constantinus M. transtulit. Postea inde demtam Julianus Serapidi restituit, teste Nicephoro *lib.* 10. *hist. eccles. c.* 4.

CUCUMA *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* apud Auct. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 6. Petron. *Satyric. cap.* 135. Mox incincta quadrato pallio cucumam ingentem foco adposuit. Et *capite* 126. Frangitur ergo cervix cucumæ, ignemque modo convalescentem restinguit. Add. Cujac. 10. *obs.* 15. Hæc Brisson.

Ex utroque Petronii loco patet, *Cucumam* fuisse ahenum ad aquam calefaciendam comparatum, a forma cucumeris ita dictum. Arrian. *Dissert. Epict. lib.* 3. *cap.* 25. Δει αυτον εχειν κουκουμιον, οπου θερμανει υδωρ τω παιδιω ιν λουση αυτο. Docet, illum habere cucumam, calefaciendæ infanti aquæ, qua illum lavet, Conf. Barth. Barrient. *Adnot. Sylv. cap.* 14. Nec mirum inter cædis instrumenta a Jurisconsultis referri *cucumam*. Sæpe enim & illa arma ministrabat furor, si res ad manus veniret. Immo & aliquando voluptatis, & animi caussa ollas, cucumasque parasiti capiti imponebant. plaut. *Captiv. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 21. Et hic quidem hercle, nisi qui colaphibus perpeti potis parasitus, frangique olla in caput. *Curcul. Act.* 3. *v.* 25. Nam quid id refert mea, An aula quassa cum cinere effossus fiet? (oculus.) Et hinc Saturio parasitus in *Persa Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 8. ubi narrat, patrem, avum, proavum, abavum, atavum, tritavum, parasitando pavisse ventres, & quasi mures semper esitasse alienum cibum, addit: *His cognomentum erat duris captionibus*; quod eleganter de illa mira parasitorum patientia, qua ollas quassas in capite sibi illisas ferebant, interpretatur If. Casaub. *ad Athen. lib.* 1. *c.* 14. Quid ergo, si cucuma impacta parasito tam durum Capitonem non invenerit? Cædes fiet, de eoque casu Jurisconsulti loqui videntur. HEIN.

CUCUMELLA *l.* 17. §. 1. *D. si serv. vind.* deminutivum a *cucuma*.

CUCURNIA. De *Cucurniis* vid. *l. un. C. nulli lic.*

lic. in fren. & equestr. sell. Ibi *Curcumis* legit Cujac. 11. *observ.* 20. *Cucumam* autem sandalium esse ex Chaldaico Lexico erui ait. Sed adquiescit Hesychio magis, qui camum, quod genus est ornamenti equestris vilius freno, freni tamen, vel oreæ vice *curcumam* interpretatur εχ κημω εν κημεμω. Add. Salmas. *ad script. hist. Aug. p.* 334. Dionys. Gothofred. *in not. ad d. l.* pharetram interpretatur.

CUDERE, vid. infra *cusio*.

CUJUS, pro cui jus in *l.* 163. *D. de regul. jur.*

CUJUSQUE pro *Cujuscumque l.* 10. §. 2. *D. de adquir. rer. dom. l.* 32. §. 2. *D. de usu, & usufr. l.* 7. §. 2. *D. de liberal. causs.* Eadem dicendi ratione & *cuimodi* dicitur apud Gell. *lib.* 12. *cap.* 2. pro *cujusque modi*, & *cujusquemodi* apud eumdem *lib.* 11. *c.* 16. Et novum non est, apud antiquos scriptores, aliquando literas saltim, aliquando integras etiam syllabas mox abjici, mox adjici, vel in principio, vel in medio, vel in fine dictionum: cujusmodi exempla plura erudito *de usu antiquæ loquutionis* libello diligenter collegit Ausonius Popma.

CULCITA (ita enim scribendum esse, non *culcitra*, viri docti ex Varrone, & Festo docent) ad instructæ domus legatum pertinet. Paull. 3. *sent.* 6. 56. *l.* 2. *pr. D. de supellect.*

CULLEUS, vel *Culeus*, (in scriptura enim Pandectæ Flor. variant) saccus, uter, quo vel vinum, vel triticum contineri solebat *l.* 17. §. *ult. D. de ann. legat.* Add. Fest. *lib.* 3. & Caton. *de re rust. cap.* 154. Hinc *culleos* inter ea, quæ exportandorum fructuum caussa parantur, numeratur Ulpianus *l.* 12. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.* Culleus autem urnas quadraginta capiebat, auctore Columella 3. *de re rust.* 3. Plin. *lib.* 18. *cap.* 31. sæpe numero, ait, septenos *culleos* singula jugera, hoc est amphoras centenas quadragenas musti, dedere. Priscian. *de ponderib.* Est & bis decies, quem conficit amphora nostra, Culleus, hac nulla est major mensura liquoris.

Est etiam *Culleus* saccus, cui insuti parricidæ in mare, vel flumen, vel stagnum immittuntur *leg.* 9. *D. de Leg. Pomp. de parricid.* §. 6. *Inst. de publ. jud.* ubi Justinianus tradit, Lege Pompeia de parricidiis cavebatur, ut parricidia insutus culleo cum cane, & vipera, & simia, vel in vicinum mare, vel in amnem projiceretur. Juvenal. *sat.* 13. Et deducendum corio bovis in mare, cum quo clauditur adversis innoxia simia fatis. Quam quidem veterem pœnam, quæ pene exoleverat, Pompeium in usum revocasse constat. Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 24. §. *un.* Conf. Bynkers. 1. *obs. c.* 4.

CULMEN proprie de ædibus. At culmina maximarum dignitatum memorantur in *l.* 12. *C. de excus. mun.*

CULPA. *Culpa* adnumerari alicui quid dicitur, si is citra animi propositum, quo res male eveniret, tamen quidpiam fecit, vel omisit, ex quo res evenit, quodque omittere, facereve tenebatur. Sic *Culpa* coloni adnumeratur, si propter inimicitias ejus vicinus arbores exciderit *l.* 25. §. 4. *D. locat.* hoc nempe præsumitur evenisse ex inimicitiis, quas vitare debuisset, ne arbores exciderentur. *Culpa* etiam adnumeratur imperitia *l.* 9. §. 5. *D. locat.* infirmitas mulionis, per quem impetum mularum retinere non potuit *l.* 8. *D. ad Leg. Aquil.* Culpæ adsignatur nimia præceptoris sævitia *l.* 6. *D. ad Leg. eod.* Scilicet quod ex illa *imperitia*, *infirmitate*, *sævitia* male evenit, adscribitur factis præviis, a quibus abstinere omnes tenebantur, nempe ne imperitiæ, infirmitatis, sævitiæque suæ periculum facerent, quas noscere debebant. Sic etiam *culpa* reus intelligitur medicus, qui bene secuit, & (nec tamen cum nocendi proposito) reliquit curationem *d. l.* 8. D. *eod.* ad hanc enim tenebatur. Alia exempla vide in *d. l.* 8. *l.* 10. *l.* 14. *l.* 30. §. 3. *l.* 36. *D. eod. tit.*

Dixi autem notanter, *citra animi propositum, quo res male eveniret*, hoc enim casu *dolo*, *fraudive* adsignatur.

Culpa autem tuæ non adnumeratur, si vel nullo facto tuo aliter evenire potuit, tunc enim respectu tui *casus* est. Vel si ad factum sive positivum, sive privativum, ex quo aliter evenire potuisset, non tenebaris; veluti si cum potuisses rem apud te non depositam custodire, non custodivisti: Vel si cum majore diligentia custodire potuisses, majorem non adhibuisti, ad quam non obligatus eras, veluti in deposito.

Adeoque intelligimur, quandoque non teneri ex *culpa* nisi *lata*, ubi nempe ad id solum obligabamur, quod solent facere *tertiæ*, hoc est infimæ *classis diligentes* in suis rebus. Aliquando ex *culpa levi*, cum scilicet tenebamur ad id, quod non solum hi, sed & quod *superioris*, seu *secundæ classis diligentes* solent facere in propriis rebus. Denique ex *levissima* etiam *culpa* nonnumquam tenemur, cum nempe præstanda a nobis fuit diligentia, quam vocant *exactissimam*, qua scilicet *primæ classis* Patres familias, nempe *diligentissimi* in rebus suis uti solent.

Culpæ vocabulum plerumque *levem* notat, nisi adoptio, vel oppositio aliud exigat *l.* 1. §. 35. *D. deposit.* *Culpa* lata dolo comparatur *leg.* 1. *D. si mens. fals. mod.* Quod tamen perpetuum non est. In Lege namque Cornelia de sicariis *culpa* lata pro dolo non accipitur *l.* 7. *D. de Leg. Cornel. de sicar.*

Culpa etiam tribuitur viro, vel mulieri, qui quæve in corpus peccavit, vel caussam dedit divortio, ut in *l.* 38. *l.* 44. §. 1. *l.* 45. *D. solut. matrim. l.* 101. §. 3. *D. de condit. & demonstr. l. ult. C. de repud.* & passim.

CULTELLUS tonsoris *l.* 11. *pr. D. ad Leg. Aquil.*

CUL-

CULTER ferreus, sica §. 5. *Inst. de publ. jud.*

CULTOR agrorum *l.* 12. *D. de instr. vel instr. leg.*

CULTURA agri *l.* 13. *D. de re milit.*

CULTUS villæ *l.* 12. §. 35. *D. de instr. vel instr. leg.*

CUM, præpositio, aliquando copulam significat *l.* 142. *D. de verb. signif.* Itaque si quis Titio *cum* Seio legare se, dixerit, utrique legasse intelligitur: sicuti utrumque legatur, ubi fundus *cum* domo legatur *l.* 112. §. 2. *D. de legat.* 1. Ceterum quum quis Titio *cum* Seio legat, sine altero alter ad legatum admittitur. Nam & quum Prætor dicit, ventrem cum liberis in possessionem esse jubebo, etsi non sunt liberi, venter in possessionem mittetur *l.* 121. *D. de legat.* 1. *l.* 13. *in fin. D. de manum. testam. l.* 31. §. 1. *D. de statul.*

Eadem præpositio aliquando significat accessorium ut *in l.* 2. *D. de pecul. leg. l.* 3. *pr. D. de pen. leg.* Aliquando videtur παράλληλον, ut *in* §. 1. *Inst. procem. cum summis vigiliis.*

Cum, conjunctio, vid. *Quum.*

Cum pro quia *in l.* 41. §. 7. *D. de legat.* 3. *l.* 62. *D. solut. matr.*

CUMULARE honore *l.* 9. *C. Theod. de sicar.* gradus adjectione *l.* 40. *C. Theod. de decurion.*

Cumulare pœnam contumacia *l.* 4. *in fin. D. de pœn.* vitium *l.* 6. *C. arbitr. tut.*

CUMULUS æris alieni *l.* 4. *D. ad SC. Trebell.* debiti *l.* 8. *D. de pact.* dignitatis *l.* 5. *C. Th. de privil. eor. qui in sacr. palat. mil.* publicorum horreorum *l.* 16. *C. Th. de indulg. deb.* legati *l.* 2. §. 44. *D. ad SC. Tertull.* patrimonii *l.* 3. *D. ubi pupil. educ.*

CUNABULA juris *l.* 2. §. 38. *D. de orig. jur.* legum §. 3. *procem. Inst.* id est, initia, elementa.

CUNCTAMEN, mora *l.* 23. *C. de decur.*

CUNCTATIO *l.* 20. *D. de manum. vind. l.* 7. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.*

CUNEUS, peditum globus, ut vexillatio, vel equitum turma. Atque ita hæc verba distinguenda sunt *in l. ul. C. Td. de bon. milit.* Veget. *lib.* 3. *cap.* 19. *Cuneus* dicitur multitudo peditum, quæ juncta cum acie, primo angustior, deinde latior procedit, & adversorium ordines rumpit. Idem *lib.* 1. *cap.* 26. Tertio die præcipiendum est, ut quadratam aciem repente constituant: quo facto in trigonum, quem *cuneum* vocant, acies ipsa mutanda est. Ammian. Marcellin *lib.* 31. *cap.* 25. Congregatisque in cuneum sensim progrediens. Et mox *c.* 31. Vesperaque intendente Gothorum vastatoriis cuneis propre flumen Hebrum subito visis. Quibus in locis promiscue *globos*, & *cuneos* ab eo auctore adpellari, cernimus. Globos autem etiam *drungos*, (non, ut vulgo legitur, *drumos* vel *grumos*) vocatos, Veget. *lib.* 3. *c.* 16. scribit.

CUNICULUS, canalis subterraneus, per quem vel vapor, vel aqua avocatur *l.* 3. §. 6. *D. de rivis l.* 27. *D. de dam. infect.* hocque significatu *cuniculum* usurpavit Seneca *d. ira lib.* 3. *cap.* 21. ubi frustra Erasmus Rotterod. *canaliculis*, Lipsius *funiculis*, legendum censuerunt. Vid. Gronov. ad illum Senecæ locum pag. 34. *Hein.*

CUPA, vel *Cuppa* dolium, vel vas majus, & capacius *l.* 31. *D. locat. Cupæ* autem inter ea numerantur, quæ exportandorum fructuum caussa parantur *l.* 12. §. 2. *D. de instr. vel instr. leg.* & in eorum genere, quæ conservandi fructus gratia habentur *l.* 8. §. *ult. D. eod. tit.*

CUPITUS, servi nomen *l.* 41. §. 10. *D. de fideic. libert.*

CUPRESSEUM corpus *l.* 26. *D. de adqu. rer. dom.*

CUPRESSUS autem arboribus infrugiferis adnumeratur *l.* 16. §. 1. *D. quod vi aut cl.* Eam navigiis aptam fuisse, indicant *l.* 26. *D. de adqu. rer. dom.* & Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 442. Plutarch. *Sympos. lib.* 1. *probl.* 2. Veget. *Lib.* 4. *cap.* 34. Cassiod. *var. lib.* 5. *c.* 16. Diod. Sicul *lib.* 19. *p.* 714. quos citat Bochartus *in Geogr. S. lib.* 1. *cap.* 4. ubi de Arca diluviana ex cupresso facta agit. De Cupressis ex luco Daphnensi, vel Perseis per Ægyptum non excidendis, & vendendis est *tit.* 77. *lib. XI. C. Just.* & *l.* 12. *C. Th. de jur. fisc.* Priorem titulum, & historiam illustrarunt Pancirol. *var. lect. lib.* 2. *c.* 258. & Cæsar Costa in *Ambiguitat. lib.* 1. *c.* 5. Hein.

CURA, præter vulgarem, generalemque significationem, interdum curatorum actus, seu curationem significat, ut *in tit. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.* Hinc *curæ* administratio *l.* 4. *C. de transact.* officium, & tempus *l.* 46. *pr.* §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* ratio *l.* 20. §. *ult. D. de liberat. leg.*

Cura pro patria potestate *leg.* 16. *C. Th. de prætor. Quum sæ, intelligant, his obsequi plus debere, quibus sese meminerunt vinculis curæ exutos.* Curam enim, & *vinculum curæ* patriam potestatem, & sollicitudinem significare, post Gronovium ostendit Jac. Gothofred *in Comm. ad d. l.* 16.

Cura civitatum, id est, officium curatoris civitatum *l.* 20. *C. Theod. de decur.*

Cura pro administratione, & sollicitudine cursus publici, & littorum, ne quis merces illicitas exportet *l.* 2. 4. 5. *& ult. Cod. Theod. de curios.*

Cura custodiendi aquæductus *l. ult.* §. 1. *D. de mun. & hon.* Vocatur etiam *curarum jus in l.* 2. *C. de adparit. præf. præt.* Sic enim legendum illic esse, monuit Brisson. quum antea perperam *curiarum* scriptum esset: quemadmodum etiam *curiæ* pro *curæ* cum vitio scriptum fuisse idem monuit *in l.* 1. *C. de exsequur. & exact.* At *in l.* 1. *C. de offic. magistr. off.* recte. Ad curas agendas, & cursum exeant, ut & in *l.* 2. *Cod. de curios.* In curis agendis, & evectionibus publici cursus incipiendis. Sic & curarum jus,

jus, atque arbitrium *l. un. C. Theod. ne præfa-ctian.*

Cura palatii, dignitatis nomen in aula Conſtantinopolitana *l.* 1. *C. de comit. & tribun. ſcholar.* Quod ex Ammiano Marcellino cum alias, tum *lib.* 31. *cap.* 12. intelligitur. Tribunus, ait, Equitius, cui tunc erat *cura* palatii credita. Meminit & Gregor. Turon. *Hiſt. lib.* 2. *c.* 8. Zonaras *Annal. Tom.* 3. *p.* 57. Juſtinum ait *Curopalatæ* honorem ante Imperium geſſiſſe. Idem *p.* 82. de Leone Iſauro ait, Artabardo filiam deſpondiſſe, & *curopalatæ* honorem decreviſſe. Unde *Excura palatii*, eadem figura, qua *exconſule*, & *excomite* apud Ammian. Marcell. lib. 32. *cap.* 3. legimus. Ceterum quamvis *Curopalatorum* in eo dicatur conſtitiſſe officium, ut curam agerent palatiorum Imperatoris, Caſſiod. 7. *var.* 5. id tamen tantum de aula Gothica verum fuiſſe videri monet Heineccius. Conſtantinopoli enim, ait, ſumma hæc, & ſplendidiſſima fuit dignitas, & tantum non a principatu proxima. Unde Corippus *lib.* 1. Quam magni regeres divina palatia patris, Par exſtans curis, ſolo diademate diſpar, Ordine pro rerum vocitatus *cura palatii*. Ex quo loco ſimul diſcimus, non modo officium, ſed & ipſum, qui illo fungebatur, *curam palatii* dictum. De eo præter Codinum videndus Cur. Du-Freſne Gloſſar. Lat. voce *Curopalates*.

CURAGENDARIUS *l.* 1. *C. Theod. de curioſ.* qui curam agit præcipue curſus publici *l.* 2. 4. 5. *C. Theod. eod.*

CURARE ægrum *l.* 53. §. *ult. D. de furt.* ædes ſacras *l. ult. D. ne quid. in loc. ſacr.* arbores *l.* 3. *D. de impenſ. in res dot. fact.* negotia *l.* 14. §. 1. *D. commun. divid.* oves, & pecora *l.* 61. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 7. §. 9. *D. ſolut. matr.* veſtimenta *l.* 12. *D. de furt.* Et ſic *curatam* a fullone tunicam dixit Ciprian. *lib.* 3. *epiſt.* 16. Curandum locum locare *l.* 27. §. *ult. D. ad leg. Aquil.*

Curare pro dare operam. Sic *curandum* eſt *l.* 5. §. 23. *D. ut in poſſeſ. legat.*

Curare, obſervare, bene exhibere. Si aliquid adoptivus pater habere voluerit, propter quod a filio poſt emancipationem magis curaretur *leg.* 107. *D. de verb. oblig.*

CURATIO vulnerati, vel ægri *l.* 3. *D. ſi quadrup. paup. l.* 7. *pr. l.* 8. *pr. D. ad Leg. Aquil. l. ult. D. de his qui effud.*

Curationes etiam ſunt Magiſtratuum apud Cic. *de leg. agr.* 2. *c.* 8. *& in l.* 1. *D. ad Leg. Jul. repetund. Curatio* calendarii *leg. ult. D. de mun. & hon.*

Curatio alias idem ſonat, ac quæ vulgo dicitur curatela. Sic *curatio* furioſi, aut prodigi *l.* 1. 4. 13. *D. de curat. furioſ.* Hinc *curationis* judicium *leg.* 11. *D. de auct. & conſenſ. tut.* id eſt, actio adminiſtratæ curæ, ut *l.* 4. *Cod. de tranſact.* Et *curationem* reſtituere, eadem forma, qua & tutelam dixit Paullus *l.* 33. *de min.* id eſt, curæ adminiſtratæ rationes reddere.

CURATOR dicitur minoris, adoleſcentis, furioſi, fatui, muti, ſurdi, ejuſve, qui negotiis ſuis aliquo perpetuo morbo ſupereſſe non poteſt *l.* 1. §. *ult. l.* 2. 3. 4. 5. *D. de poſtul. l.* 14. §. *pen. C. de ſolut. l.* 4. §. *ult. D. rem. pupil. ſalv. fore. l.* 48. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* Tutor vero dicitur pupilli. Et ab eo curator adoleſcentis, vel prodigi differt, quod ille primario perſonæ, ſecundario rebus, hic vero primario rebus, ſecundario perſonæ detur §. 2. *Inſt. de curat. l.* 20. *D. de rit. nupt. l.* 8. *C. de nupt. l.* 12. §. *pen. D. de adminiſtr. & peric. tut.* Tutor pupillo negotium agenti *auctoritatem*, curator *conſenſum* minori, prodigove contrahenti accommodat.

Curator ad litem datur pupillo, ubi lis inter hunc, & tutorem intercedit §. 3. *Inſt. de auct. tut.* uti olim Tutor prætorius dabatur Ulp. 11. *fragm.* 24.

Curatores ad cogendas angarias creati memorantur *in l. C. quemadm. civil.* & *curator* qui annonam adminiſtrat *in l.* 21. §. 2. *D. de adpell.*

Curatores boni dati conſenſu creditorum *l.* 9. *D. rat. rem. hab. tit. D. de curat. bon. dand.* Hi vel cuſtodiendis, vel diſtrahendis bonis conſtituebantur. Sic & Carboniano petita poſſeſſione, ſi ſatis non detur, cuſtodiendis bonis *curator* datur *l.* 1. §. *ult. D. de mun. & hon.* Et quum in ſatiſdatione pupillus, & adverſarius ejus ceſſant, *curator* conſtituendus eſt, qui bona adminiſtret, & quandoque ei, qui judicio vicerit, reſtituat *l.* 5. §. *ult. D. de carbon. edict.* Tales etiam erant *curatores* bonis dati eorum, qui ab hoſtibus capti, reverti ſperabantur, itemque cuſtodiendis ab eo relictis, cui necdum quiſquam civili, vel honorario jure ſucceſſit *l.* 1. §. *ult. D. de mun. & hon.* Nomine enim ejus, qui hoſtium potius eſt curator, ut plerumque bonis conſtituitur *l.* 15. *D. ex quib. cauſ. major.* Si bonis curator datus ſit, vel abſentis, vel ab hoſtibus capti, vel dum deliberant ſcripti heredes de adeunda hereditate *l.* 22. §. *ult. D. de reb. auctorit. jud. poſſid.* Sic & *curationibus* bonorum ventris, ſola *cuſtodia*, & earum rerum, quæ deteriores futuræ ſunt, venditio committitur. *l.* 10. *D. de admin. & peric. tut.* Talis etiam *curator* bonorum ejus, qui an heres exſtiturus ſit, incertum eſt *l.* 2. *D. de feriis*, itemque bonorum patris conſtitutus, quia filius hereditate paterna abſtinuerat *l.* 9. *D. de ſolut.* Et a prægnante interdum curator bonis petebatur *l.* 2. §. 30. *D. ad SC. Tertull.* Curator ex Senatus-conſulto conſtituitur diſtrahendorum bonorum gratia, quum clara perſona, veluti Senatoris filius, vel uxor ejus, in ea cauſſa ſit, ut ejus bona venire debeant *l.* 5. *D. de curat. furioſ.* Unde *in l.* 9. *de eod. tit.* Cujus bonis diſtrahendis curatores facere ſenatus permiſit. Add. *leg.* 2. *D. de minor.*

Curatores etiam bonorum reipublicæ tres conſtituebantur, qui apud Græcos ἐπιμεληταὶ vocati *l.* 46. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.*

Curator Cæſaris, id eſt, procurator *l. ult. pr. D. de*

de offic. proc. Cæc. l. 5. D. de jur. fisc. Ubi omnino legi merentur, quæ de promiscue usurpatis procuratoris, & curatoris vocabulis disseruit Bynkersh. 2. *Obs.* 20. HEIN.

Curator calendarii *l. ult. §. 1. D. de administr. rer. ad civ. pert. l. 1. C. Th. de curat. cal.* Ac plane in inscriptione quadam hæ notæ Cur. Kal. Frabatenorum *curatorem calendarii* designant.

Curator civitatis *leg. ult. D. quod cujusq. univ. nom. l. ult. D. de admin. rer. ad civ. pert.* Græce λογιστής, ut est in *l. 3. C. de mod. mulct.* Horum curatorum non eadem ubique erat ratio. Alii enim ordinem curiæ gubernabant, pretia constituebant rebus venalibus, bona reipublicæ administrabant, reddebantque rationes. Cassiodor. 7. *var. c.* 11. Unde & *Logistæ*, vel *rationales* vocabantur *l. 5. C. de mod. mulctar.* Alii & juri dicundo præerant. Unde *tribunal*, & *adparitores* tribui videmus *curatori* civitatis Vicentinæ apud Reines. *class. 6. inscription.* 44. HEIN.

Curatores corporum, id est collegiorum *l. pen. in fin. D. de colleg. & corp.*

Curatores frumenti, & olei emendi, quos σιτώνας & ἐλαιώνας adpellant *l. ult. D. de mun. & hon.*

Curator divinæ, & dominicæ domus in inscript. *l. ult. C. de quad. præscript. & in Nov.* 1.

Curator municipum *l. 5. §. 10. D. quod vi, aut cl.*

Curatores operum *l. 7. D. de off. proc. l. 1. 2. §. 1. D. de op. publ.* & apud Suet. *in Aug. c.* 37. quibus scilicet exstruendorum, vel reficiendorum ædificiorum publicorum cura mandabatur *l. ult. §. 10. D. de mun. & hon.* Plin. *lib. 10. epist.* 28. Videntur non mediocres pecuniæ posse revocari a curatoribus operum, si mensuræ fideliter agantur.

Curator rei publicæ, cui locorum publicorum procuratio data est *l. 3. §. 4. l. 5. §. 4. D. quod vi aut cl.* Ulpianus autem librum singularem scripserat de officio curatoris reipublicæ. Ex eo in pandectis decerptæ sunt *l. 33. D. de usur. l. 4. D. de decret. ab ord. fac. l. 5. D. de oper. publ. & l. 1. & 15. D. de pollicit.*

Curator ad siliginem emendam decreto ordinis constitutus *l. 30. D. de negot. gest.*

Curator ventri datus *l. 1. D. de mun. & hon.* Ventri tutor a magistratibus populi R. dari non potest, Curator potest *l. 20. D. de tut. & cur.* *Curator* autem ventris dicitur, qui viduæ mulieri gravidæ relictæ cibum, potum, vestitum, tectum pro facultatibus defuncti, & pro dignitate ejus, atque mulieris ex defuncti bonis præbet *l. 1. §. 14. & 15. D. de ventr. in possess. mitt. l. pen. §. 4. D. de rit. nupt. l. 8. D. de curat. furios. l. 49. D. de peric. & admin. tut.*

Curatores viarum, Pauli. 5. *sent.* 6. 2.

Curator pro tutore poni videtur in *l. 5. C. de testam. tut.*

CURATORICII equi. Vid infra art. *equus*.

CUCUMA. Vid supra *cucurnia*.

CURIA, trita significatione, Senatus Romani, amplissimique ordinis, immo & decurionum in municipiis, & coloniis consessum significat. Prior & *Senatoria* dicitur *l. 1. C. Theod. de consul.* *Curia* præclara *l. 3. C. Th. de fid. test. & instrum.* μεγάλη βουλή, magna curia *Nov.* 70. *curia* Imperatorum *l. 8. D. de decurion.* Posterioris fit mentio *l. 3. D. quod cujusq. univ. nom. l. 38. §. 10. D. de pœn. l. 24. D. ad municipal.* Unde Theophilus in §. 2. *Inst. de hered. quæ ab intest.* curiam vocat βουλευτήριον τῆς πόλεως, *consilium civitatis*.

Curia, pro curiali munere. Ad *curiam* devocari in *l. 7. C. Th. de episc. eccles. & cler.* non est ad magistratum trahi, sed ad curiale munus nominari, & deposci, ut ex *l. 1. & l. 9. C. Theod. cod tit.* interpretatur Jac. Gothofred. Et sane ad munera curialia devocari, expresse habetur in *l. 11. C. Th. eod.*

Curia in *l. 4. C. Theod. de spectac.* pro *curialibus*, de quibus mox.

Curia, pars populi Romani. Nam aucta ad aliquem modum civitate ipsum Romulum traditur, populum in triginta partes divisisse, quas partes *curias* adpellavit, propterea quod tunc reipublicæ *curiam* per sententias partium earum expediebat *l. 2. §. 2. D. de orig. jur.* De curiis his plura Dionys. Halicarn. *lib. 2. p.* 82. qui illas græce φρατρίας, vel λόχους adpellat. Festus in *curia*. Liv. *lib. 1. c.* 13. Plutarch. *in Romulo p.* 30. HEIN.

Curiarum patronatus. Vid. sub art. *patronatus*.

CURIALES *l. pen. Cod. de hered. decur.* & passim, qui curiis adscripti erant. Sic *curiales* diversarum civitatum. Horum quidam decurionatus honore fungebantur, quales Curiales decem primi ordini *l. 2. Cod. Theod. de quæst.* *Curiales* ordinarii *l. 26. Cod. Theod. de navicul.* & inferiores *leg. 173. Cod. Theod. de decur.* quorum passim memorantur decreta *l. 7. C. de profess. & medic.* & officia *leg. 42. C. Theod. de decur.* Alii nondum in curiam adsumti, curiæ tamen tamquam glebæ adscripti, & cum omnibus facultatibus suis obnoxii erant, de quorum misera satis conditione pluribus egerunt Brisson. *lib. 4. Antiq. Sel. c.* 18. Merill. 7. *obs.* 26. Hinc curiæ serviebant periculo suarum facultatum *l. 4. C. de naturali lib. l. 50. l. 55. l. 60. l. 64. C. de decurion.* Et nec clerici ordinari *l. 12. 27. 53. C. de Episc. & cler. Nov. 123. c.* 14. nec militiæ nomen dare, nec ruri extra municipium vivere poterant *leg. 18. C. de decur. l. un. C. si curial. relict. civ.* sed *curiæ* corpori adnexi erant *l. 17. C. de Episc. & cler.* Et tales erant liberi illegitimi *curiæ* dari §. *ult. Inst. de nupt.* Hucque pertinent *curialia* munera, munia, onera, vincula *leg. 9. 15. 34. 155. C. Theod. de decur.* Curialis nexus *l. 56. C. Theod. eod.* origo *leg. 48. C. Theod. de hæret.*

CURIALITAS, curialium conditio *Novell. Theod. & Valent. de success. curial.*

CU-

CURIATÆ Leges a Curiatis Comitiis dictæ sunt, ut ait Pompon. in *leg. 2. D. de orig. jur. Curiata* lege etiam adoptiones factas, testatur Suet. *Aug. cap.* 64. Appian. *de bell. civ. lib.* 3. Dio Caff. *lib.* 39. *&* 46. De Lege Curiata, qua imperium dari solebat magistratibus, acris, at erudita disputatio orta est inter Carolum Sigonium, & Nic. Grucchium, quorum libri in Georg. Grævii *Thesaur. Antiq. Rom. T.* 1. exstant. *Hein.*

CURIOSITAS, sciendi studium, ut in *l. 6. D. de jur. & fact. ignor.* Aliquando vox hæc ad significancandam artem magicam, & damnabilem aliquam usurpatur, ut in *l.* 4. *C. Theod. de malef. & mathem.* & ibi Jac. Gothofred. Idem sensus est Horat. *Epod.* 17. *v.* 76. An quæ movere cereas imagines. Ut ipse nosti curiosus, & polo Deripere lunam vocibus possum meis? Et *curiosæ* visiones apud Augustin. *Confess.* 10.

CURIOSI in *l.* 13. *Cod. de curs. publ. l.* 2. *C. de curios. l.* 1. *de offic. magistr. officior.* qui curis agendis, & evectionibus cursus publici inspiciendis operam dabant: Ad eos cura vehicularis cursus pertinet, ut loquitur *l. ult. D. de mun. & hon.* Hos quoque crimina judicibus denunciasse, indicat *l.* 1. *Cod. de curios.* Tertullian. *de fug. in perseq. c.* 13. *In matricibus beneficiariorum, & curiosorum.*

Curiosos etiam publicanis vectigalium redemtoribus jungit Jul. Firmic. *lib.* 3. Sed & *Curiosi* littorum memorantur in *Novell. Theod. & Valent. de trib. fisc.* & primi Scholarum *curiosi* in *l. 6. C. Th. de curios.*

CURIOSUS esse debet creditor *l.* 3. §. 9. *D. de in rem vers.*

CURRAX Servus *l.* 10. *pr. D. de Ædil. edict.* Qua voce non tantum Josephi vetus interpres Rufinus *lib.* 8. *Antiq. cap.* 7. sed & Gratius poeta utitur, observante Strauchio *dissert. Ædil. poster. cap.* 1. §. 9. Videatur Scip. Gentil. *lib.* 1. *parerg. cap.* 17. quem etiam exscribit Dion. Gothofr. *not. ad. d. l.* 18. *litt.* 2. Locum Gratii in *Cyneg.* v. 89. primus observavit Voss. *de analog. lib.* 2. *cap.* 33. Ceterum de Latinitate hujus vocabuli multi disputant, sed frustra, quum, si vel maxime deesset auctoritas, analogia tamen sufficere videretur. Sed si MSC. Pithoeano fides, eo vocabulo usus etiam est Symmach. *lib.* 4. *Epist.* 60. ceu ibi monuit Fr. Juretus. Vid. Corn. van Bynkersh. *obs. lib.* 1. *c.* 25. *p.* 69.

CURRERE dicitur mancipium per plures emtores in *l.* 56. *D. de contr. emt.* præscriptio *l.* 56. *D. de contr. emt.* præscriptio *l.* 3. *C. quib. non objic.* tempus *l.* 48. §. 1. *D. de adquir. possess.*

CURSOR *l.* 99. §. *ult. D. de legat.* 3.

CURSUALES equi, id est, cursui publico deputati *l.* 19. *C. de curs. publ.*

Cursuale obsequium *l.* 9. *C. Theod. de re milit.*

Cursualis rheda *l.* 9. *C. Th. de leg. & decret.* sollicitudo *l.* 7. *C. Th. de curios.*

CURSUS aquæ *leg.* 1. §. 1. *D. ne quid in loc. publ.* navium *l.* 6. *C. Theod. de navicular.* usurarum *l. ult. C. de usur. pupill.*

Cursus clabularis. Vid. supra *clabularis.*

CURULE certamen, & curules equi *l.* 1. *C. Th. de equ. curul. l.* 5. *C. de spectac.*

CUSIO monetalis *l.* 18. *C. Theod. de extraord. & sord. mun.* id est, cudendæ pecuniæ studium *l.* 3. *C. Theod. eod.* Super cudendo ære facultatem sibi arripere *l. ult. C. Th. de extraord. & sord. mund.*

CUSTODIA, observatio diligens rei. Sic *custodia* coercere *leg.* 3. *D. de adquir. rer. dom.*

Custodiam præstare *l.* 1. §. *ult. C. de peric. & commod.* *Custodia* autem vocabulum, quatenus illa præstari dicitur, modo omnem præstationem significat, ut in *l.* 14. *D. de furt. l.* 2. §. 1. *D. de peric. & comm. rei vend.* modo a solo dolo separatur l. 10. §. 1. *D. commod.* §. *ult. Inst. de oblig. quæ ex delict.* modo & vi majori, & dolo, & culpæ opponitur *l.* 19. *C. de pignorib. l.* 13. §. 1. *D. de pignor. act.* Jac. Gothofr. ad *l.* 23. *D. de reg. jur.* Plerumque tamen tunc custodia diligentem rei curam, & qualem bonus, & diligentissimus paterfamilias in suis rebus præstare solet, diligentiam significat *l.* 35. §. 4. *D. de contrah. emt.* Vetus Glossarium: Custodia ἡ ἀκριβεστάτη, καὶ ὑπερβάλλουσα παραφυλακή, accuratissima, & superabundans custodia. Custodia plena ut & diligentiam præstet *leg.* 2. *in fin. D. de peric. & commod. rei vend.*

Custodiam publicam plerumque intelligimus, qua rei continentur *l.* 224. *D. de verb. signif. l.* 13. §. *pen. D. de re milit. l.* 9. *D. qui test. fac. poss.* Ita custodiæ squalorem intellige *in Novell. Valent. de confirm. his.* Cicero *de divinat. lib.* 1. *cap.* 25. Est apud Platonem Socrates, quum esset in custodia publica, dicens Critoni, suo familiari, sibi post tertium diem esse moriendum.

Custodia pro custodibus, qui custodias adservant *l.* 12. §. *ult. D. de custod. & exhib. reor. l.* 13. *Cod. Theod. de pœn.* Tertull. *in Apologet. c.* 21. Male revoluta, quæ obstruxerat sepulcrum, & custodia pavore disjecta. Add. Serv. in *lib.* 11. *Aen. v.* 184.

Custodias etiam sæpe ipsos, qui sub custodia tenentur, & adservantur, adpellant *l.* 28. §. 13. *D. de pœn.* Senec. *Epist.* 77. Unus ex custodiarum agmine. Et *Epist.* 76. Quum adveheretur nuper inter custodias. Ita in *Act. Apost. cap.* 27. *v.* 1. Παρεδίδουν τόν τε Παῦλον, καί τινας ἑτέρους δεσμώτας, ἑκατοντάρχῃ: *Et tradiderunt Paullum cum reliquis custodiis centurioni.* Idem Seneca custodiam, numero singulari, pro reo, qui ea continetur, dixit *Epist.* 5. ut & Callistratus in *l.* 12. *D. de public. jud. l.* 18. §. *ult. D. de quæst.* auditionem custodiarum, Tertullian. in *Apolog. cap.* 9. cognitio custodiarum *l.* 6. *D. de offic. procons. l.* 9. *D. de fer.* judicandis custodiis præsidere, Tertull. *Apolog. c.* 44. custodiis occupatus *l.* 2. §. 2. *D. quis ord. in possess.* Recognoscere custodias, Suet. *in*

in Tib. c. 61. custodiarum seriem recognoscere. Idem *in Calig. c.* 27. Serv. *l. c.* Nam ut hi, qui custodiuntur, custodia dicantur, usurpatum est. Unde non male est in usu: Custodiæ audiuntur.

Custodiam etiam adpellant Latini auctores, qua pupilli sub matribus continentur. Horat. *lib.* 1. *ep.* 1. Et piger annus Pupillis, quos dura premit custodia matris. Senec. in *consolat. ad Marcian. c.* 24. Pupillus, relictus sibi tutorum cura, usque ad decimum quartum annum, sub matris custodia semper.

CUSTOS, qui curam rei suscipit. *Custos* ædium *l. ult.* §. 10. *D. de mun. & honor.* armorum *l.* 14. §. *ult. D. de re milit.* carceris *l.* 1. *D. de effract. l.* 7. *C. Theod. de custod. reor.* conditorum *l.* 1. *C. Theod. de condit. in publ. horr.* domus *l.* 1. *C. de reb. vel abst. hered.* feræ bestiæ Paull. *Sent. lib.* 1. *tit.* 15. horreum *l.* 4. *Cod. locat.* littorum *l.* 17. *C. Th. de navicular.* pedum principis *l.* 2. *Cod. Th. lib.* 9. *tit.* 30. prædii *l.* 15. §. 1. *D. de alim. & cib. leg.* villæ *l.* 15. §. *ult. D. de instr. legat.* Quemadmodum & apud Catonem *de re rust. c.* 66. Custos pro custodes vitæ accipi videtur.

Hinc & magistratibus tribuitur hoc vocabulum. Sic *Custos* urbis apud Juvenal. *Sat.* 13. præfectum urbi significat, cujus custodiæ, & fidei urbs Roma commissa erat, ut ait *l.* 1. *D. de offic. præf. urb.* Pedo Albinovan. in *Eleg.* de Mecænate: Non minus urbis erat custos, & Cæsaris hospes: Quod Mecænatis munus designat Horat. *lib.* 3. *od.* 9. Tu, civitatem quis deceat status, curas, & urbi sollicitus times. Proinde apud Plin. *lib.* 14. *cap.* 24. ubi vulgo scribitur: Piso Curator urbis, *Custos* scribendum esse putat Brisson. Piso enim, qui φυλαξ πόλεως adpellatur a Josepho *Antiq. lib.* 18. *cap.* 8. est L. Piso, quem sub Tiberio fato obiisse, præcipuamque ex eo gloriam, quod Præfectus urbi recens continuam potestatem & insolentiam parendi graviorem mire temperasset, consequutum, scribit Tacitus *Annal. lib.* 6. *cap.* 10. Lectionem tamen vulgarem ferri posse idem Brisson. agnoscit.

Custos Ecclesiæ, de quo est *tit. decretal. de officio custodis.* Hujus officium non videtur antiquitus fuisse distinctum ab officio *sacristæ*, nisi quod huic solum rerum pretiosarum immediate ad divinum officium pertinentium mera custodia, illi autem rerum minus pretiosarum quomodocumque ad Ecclesiam pertinentium non sola custodia, sed etiam ministerialis applicatio, vel divisio commissa sit. Gregorius IX. ex Concil. Toletano sæculi septimi *C. custos* 2. *d. t.* Custos, ait, sollicitus esse debet de omni ornamento Ecclesiæ, & luminariis, sive incenso, nec non panem, & vinum omni tempore præparatum ad missam habere debet, & per singulas horas canonicas signum ex consensu Archidiaconi sonare, & omnes oblationes, seu eleemosynas, seu decimas (ex fructibus ultroneas) cum ejusdem tamen consensu absente Episcopo inter fratres dividat. Custodis officia propius ad usum nostrorum temporum recensentur ab eod. Gregorio IX. *capit. custos* 1. *d. t.* his verbis: Custos Ecclesiæ, cui ea, quæ Ecclesiæ competunt, custodienda committuntur, oportet, ut sui Archidiaconi jussioni in omnibus obediat, in horis Canonicis signa tintinnabulorum Archidiacono jubente ab eo pulsentur, pallia, vel linteamina altaris, seu cuncta utensilia Ecclesiæ indesinenter custodiat, in accendendo, vel exstinguendo lampades, ac laternas pervigil existat. Si minus idoneus exstiterit, ab Archidiacono coerceatur, ut se emendet; si autem indomitus permanserit, Archidiaconus Episcopo denunciando provideat, ut indecente ejecto aptus minister constituatur. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 1. *tit.* 27.

Custodes pro observatoribus *l.* 3. §. 1. *D. de admin. & peric. tut.* Hoc sensu & custodes accusatoribus datos, apud Cic. *divinat. in Verr. cap.* 16. & ibi Ascon. Præd. legimus. *Custodem* adpositum in obsecrationibus publicis, qui attenderet, scribit Plin. *lib.* 6. *cap.* 2. Ita vota sub custode nuncupare Senec. *lib.* 1. *de clement. cap.* 9. Sic custodem Silio, & Messalinæ datum scribit Tacit. *Annal. lib.* 11. *c.* 55.

Custodes dati ad mulieres custodiendas, Tibull. *lib.* 1. *eleg.* 6. *v.* 9. *Ipse malus docui, quo pacto ludere posset custodes.* Propert. *lib.* 2. *eleg.* 6. *v.* 37. *Quos igitur tibi custodes, quæ limina ponam?*

In primis *custodes* mulieri mittebantur ad ventrem custodiendum *l.* 1. §. 3. §. 6. §. 12. *D. de agnosc. & alend. lib.* ad ventrem inspiciendum, & observandum, Paull. 2. *Sent.* 24. 5.

Custodes etiam eos vocabant, qui impuberibus ad eos regendos adponebantur. Hor. *in art. poet. ver.* 161. & Plaut. *Mercat. Act.* 1. *Scen.* 1. *v.* 89. Hos & *rectores* vocant Tacit. *annal. lib.* 3. *c.* 48. & Suet. *in Aug. cap.* 48. *monitores*, Symmach. *lib.* 3. *epist.* 13. Quin & curatores furiosorum *custodes* vocari videntur. Custodes furiosis non ad hæc solum adhibentur, ne quid perniciosius in se moliantur, sed ne aliis quoque exitio sint *l.* 14. *D. de offic. præsid.*

CUSTODIRE, curare diligenter, servare, dare operam, ut salvum sit. Et ita aliud est *custodire*, aliud *possidere l.* 1. §. 9. *quod legat.* ibi: Non possidet is, qui missus est in possessionem legatorum caussa, sed potius custodit.

Custodire pro observare *l.* 32. *D. de legib. l.* 41. *D. de excusat. l.* 20. *D. de fideicom. libert. l.* 6. *D. de extraord. crim. l.* 7. *D. quemadm. serv. amitt.* Custodire debebis *l.* 26. *D. de extraord. crim.* Custodiunt procuratores *l.* 2. *C. de servit.* Custodire in persona *l.* 4. *C. de solut.* Si custoditur forma *l.* 11. *D. de servit. præd. urb.* judicium *l.* 70. *D. de condit. & demonstr.* jus §. 1. *Inst. de jur. nat.* legum vis, Columell. *lib.* 12. *c.* 1. pactum *l.* 18. *D. de pact. dot.*

CYCLADES insulæ in Jonio mari. Eudæmon *in l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de jact.* Ναυς εχων πειρασ-

τις

τες ἐν Ἰταλίᾳ, διηρπάγημεν ὑπὸ τῶν δημοσιῶν, τὰς Κυκλάδας νήσους οἰκούντων: *Naufragium in Italia facientes direpti sumus a publicanis Cyclades insulas habitantibus.* Sed quomodo naufragium facientes in Italia diripi potuerunt a publicanis in insulis Cycladibus? Ipsa igitur necessitas pro Italia rescribi jubet *Aethalia*, uti emandavit Bynkersh. *ad d. l. 9. D. de leg. Rhod. cap. 9. p. 292. seq.* intelligens Aethaliam, Insulam prope Samum, cujus meminit Liv. *lib.* 37. *c.* 13. HEIN.

CYDONEUM *in l. 9. D. de trit. vin. ol.* vini genus, quod ex malis cotoneis, in musti metreta maceratis, conficitur, quod Dioscorid *lib.* 5. κυδώνιτην οἶνον vocat.

CYLINDRI *l. 34. §. ult. D. de aur. arg. leg.* oblongi lapilli fuere, ad ornatum mulierum pertinentes, de quibus Plin. *lib. 37. cap. 5. & 8.* Tertull. *de cult. famin. c. 6.* Latent in cingulis smaragdi, & cylindros vaginæ suæ solus gladius sub sinu novit Juven. *Sat. 6. v.* 264. Tu nube, atque tace, donant arcana cylindros. Add. Ferrand. Adduens. *Explicat. lib. 1. p. 545.* Tom. 2. *Thesaur. jur. civ.* HEIN.

CYMBIA, vasa *l. 34. §. 1. D. de aur. arg. leg.* quæ a Julio Polluce *lib. 6. cap. 16.* & Nonio Marcell. inter genera poculorum ponuntur. Meminit & Plin. *lib. 37. c. 8.*

CYPROGENIA, nomen proprium *l. 29. C. de reb. dub.*

CYPVUS insula *l. 17. C. Th. de pœn.*

Cyprus, Afrodiensium civitatis Episcopus *l. 37. C. Th. de annon. & trib.*

CYRENENSIS provincia, Cyrenas, Pantepolin, aliosque adjacentes tractus inter Africam Carthaginensem, & Aegyptum complexa *l. 61. §. 1. D. locat.*

CYZACENI. *Operarii, qui Cyzaceni dicuntur l. 7. Cod. de aquæd.* Sed & vocabuli notio ignota, & ipsa scriptio incerta est, aliis *Ciziceni*: aliis *Cizirzenii*, aliis *Ticennii*, vel *Titennii* legentibus.

D



D Littera. In prænominibus est *Decimus*, uti Q. *Quintus*. Eadem præposita Cæsarum nominibus nota est consecrationis, vel ἀποθεώσεως, & *Divum* significat. In tabellis judiciariis, & quidem de crimine perduellionis una tabella L. *liberationem*, altera D. damnationem notabat, quum in reliquis judiciis A. esset *absolvo*, C. *condemno*, N. L. *non liquet*. Cæs. *de bell. civ.* 3. 83. Denique D. est *data*, vel *datum*, uti in fine proœmii institutionum D. C. P. id est, *datum Constantinopoli*.

DACIA provincia, cujus fit mentio in *l. ult. C. de divers. offic.* duplex fuit, una *mediterranea*, altera *ripensis*. *Novell.* 131. *cap.* 3. Meminit *ripensis* & Ammian. Marcellin. *lib. 26. capit.* 27. ex eaque oriundum fuisse Aurelianum Imperatorem, Eutropius *lib. 9. cap.* 9. scribit. Daciam autem provinciam trans Danubium a Trajano constitutam, sublato Exercitu, & traductis Provincialibus reliquit idem Aurelianus desperans, eam posse retineri, abductosque ex ea populos in Moesia collocavit, adpellavitque suam Daciam, quæ nunc duas Moesias dividit, quemadmodum auctor est Vopiscus *in Aureliano c.* 29. Eutrop. *lib. 9. c. 9.* Provinciam, ait, *Daciam*, quam Trajanus ultra Danubium fecerat, intermisit, vestato omni Illyrico, & in Moesia collocavit, & est in duxtra Danubio in mare fluenti, quum antea fuerit in læva.

DACTYLIOTHECA anulorum caussam paratam thecam significat *l. 52. §. 8. l. 53. D. de legat. 3. l. 63. D. de furt.* & Plin. *lib. 37. cap.* 2. Erant eæ cistellæ elegantioris operis, & plerumque eburneæ. Juven. *Sat. 13.* Sardonychus loculis quæ custoditur eburneis. Plura notavit Kirchman. *de Anulis cap. 17. p.* 178. Elegans est, quam Gorleus suæ gemmarum veterum collectioni præfixit, dactyliothecæ inscriptio. *Hein.*

Dæmonum cultus *l. 34. §. 1. D. de Episc. aud.* pro idololatria. Erat enim hæc veterum Christianorum consentiens opinio, dæmones esse, quos colant pagani, eosque & simulacris inesse, & sacrificiorum nitore delectari, & oracula fundere, & variis prodigiis miseros illudere. Multa huc pertinentia habet Tertull. *de spectac. cap. 13. Apologet. cap. 22.* & reliqui scriptores ecclesiastici *passim* Hein. Conf. 1. *Epist. Paul. ad Cor. c. 11. v. 21.*

DAMA vel Damas servile nomen *l. 105. D. de verb. obl. l. 29. §. ult. D. de legat.* 3. & Pers. *Sat. 6. v.* 78.

DAMASUS Pontifex Rom. cujus fit mentio *l. 2. C. Th. de fid. cathol.*

DAMNABILIS ars *l. 2. C. de malef. & mathem.*

DAMNARE dicitur judex, contra quem in caussis civilibus, & pecuniariis pronunciat *l. 30. D. depos. & passim.* Etiam in caussis criminalibus, veluti adulterii *l. 29. §. 1. D. ad Leg. jul. de adult.* in adulterio *l. 13. D. de his, quæ ut indign.* Sed & accusator damnare dicitur, qui reum peregit, caussamque tenuit. Quinctil. *declam. 333. & 361.*

Damnare quis dicitur Testamento heredem, id est, obstringere, obligare, ut in *l. 16. D. commun. præd. l. 87. D. ad Leg. falcid.* Damnari heres potest, ut alicui domum exstruat Paull. *Sent. lib. 3. tit. 6. §. 10.* Testamento damnatus heres, ne officeret luminibus *l. 31. D. de servit. præd. urb.*

Damnare etiam est improbare, vel infirmare, ut *in l. 29. D. de inoff. test.* ibi: Licet quasi furiosæ judicium ejus damnetur.

DA-

Damnas esto, vetus formula legislatoria, qua usus est Aquillius *l. 2. pr. D. ad Leg. Aquil.* Quanti id eo anno plurimi fuit, tantum æs dare domino damnas esto. Lex vetus apud Frontin. *de Aquæ duct. lib. 2.* Is populo Romano C. millia damnas esto. Et rursus in lege, quæ in eodem libro recensetur, reficere, restituere, ædificare, ponere, demoliri damnas esto. Porro in *Legis* Mamiliæ *cap.* 4. Quotiescumque fecerit HS. IIII. colonis, municipibusque eis, in quorum agro id factum erit, dare damnas esto. Quæ formula ex *cap.* 5. ejusdem Legis Mamiliæ, nec non in alia apud Gell. *lib.* 7. *cap.* 3. occurrit. *Helv.*

Eadem formula frequenter utebantur testatores in reliquendis legatis, veluti *in l.* 82. *D. de cond. & dem.* Quinctilian. *lib.* 7. *c. pen.* Exemplum tradit Agraetius *in lib. de orthographia: Unde & in jure damnas istius, & istud esto legatum dicitur, hoc est, solvendo esto, quod solvi omnibus necesse est, etsi res aliena legetur.* Illud adjicere non pigebit, verbum *damnas* etiam numero multitudinis de pluribus heredibus dici, ut in *l.* 222. §. 1. *D. de legat.* 1. *L. Titius & C. Seius P. Mævio decem dare damnas sunt.* Sic & *in l.* 34. §. 1. *D. de legat.* 3. *Viginti dare damnas sunto sine dolo malo.* Hinc.

DAMNATIONIS legatum, quod heres aliquid dare, facere damnabatur per formulam *heres damnas esto*. De quo Vid. §. 1. *Inst. de legat.* & ibi Theophil. Ulpian. 24. *fragm.* 8. Cai. 2. *Inst.* 5. 2. Paull. 3. *sent.* 6. §. 8. 10.

DAMNATUS *in tit. D. de bon. damnat.* est, qui vel caput naturale, vel civile per judicis sententiam amisit *l.* 1. *D. eod.*

Damnatum in Edicto prætoris, quo rei capitalis damnatis bonorum possessio denegatur *l.* 13. *D. de bon. poss.* accipimus eum, qui non provocavit. Ceterum si provocet, nondum *damnatus* videtur. Eadem caussa erit, & si ab eo damnatus sit, qui jus damnandi non habuit. Nam damnatus quis est, ubi damnatio tenuit *l.* 2. §. *ult. D. de pœn. l.* 6. §. 8. *D. de injust. rupt. irrit.*

Damnatus heres eo sensu dicitur, quem modo in art. *damnare*, & *damnas* exposui.

DAMNOSE imminere dicuntur ædes in *l.* 40. §. 3. *D. de damn. infect.* ubi alias legitur *damnosa*.

DAMNUM ab ademtione, & deminutione patrimonii dicitur *l.* 3. *D. de damn. infect.* Quinctil. *declam.* 300. Damnum dicit missionem bonorum, quæ habuerimus, ibidemque tradit, damnationem ex eo dictam esse, quod plerisque criminibus pecuniaria pœna imponeretur. Proinde nemo *damnum* facit, nisi cui de suo aliquid deminuitur, & deperit, aliudque est *damnum facere*, aliud lucro prohiberi *l.* 26. *D. de damn. inf.* Aliud lucrum extorqueri, aliud damnum infligi *l.* 6. §. 11. *D. quæ in fraud. cred.* Porro damnum non facit, id est, non dat, nisi qui id facit, quod facere jus non habet *l.* 151. *D. de reg. jur.* id est, qui *damnum injuria*, vel *per injuriam* dat *l.* 19. *D. comm. l.* 4. *C. de leg. Aquil.* sive vel jubeat dari *l.* 169. *D. de regul. jur.* vel occasionem præstet *l.* 30. §. 3. *D. ad Leg. Aquil.*

Damnum infectum id est, nondum factum, quod futurum veremur *l.* 2. *D. de damn. inf.* Vetus Glossarium græcum. Damni infecti, αλογη ζημιας μελλουσης actio damni futuri. Est vero juxta aliud Glossarium græcum stipulatio prætoria, vel obligatio verborum personalis, quæ & ad heredes transmittitur & adversus heredes datur. Exigitur vero ob vicini ædes ruinosas, si ex earum casu damnum immineat. Hinc *damni infecti* agere *l.* 40. §. 2. *D. de damn. infect.* cavere *l.* 13. §. 3. *D. eod.* Eam autem iu rem edixerat Prætor. (1) Se jussurum, damni infecti nomine ei, cujus interest, in eum diem, quem caussa cognita statuerit, cautionem præstari. (2) Si ita non caveatur, se in jus bona immissurum eum, cui cavendum erat. (3) Adversus eum, qui nec cavit, nec in possessionem missum admisit, se actionem in factum daturum. (4) Si ab eo, qui in possessionem missus est, & alius vicinus cautionem damni infecti exigat, neque ea præstetur, se illum vicinum simul in possessionem ire jussurum. Ita Hein. *in Digest. part.* 6. §. 102. verbosi, & prolixi edicti nucleum exponit, cujus verba exstant in *leg.* 7. *pr. D. de damn. inf.* Hinc *damni infecti* (subintellige *caussa*, vel *nomine*) promittere *l.* 28. §. 3. *D. de judic.* Dicitur etiam *damnum infectum* promittere *l.* 9. §. 3. *D. de reb. auct. jud. possid.* Damni infecti stipulatio *l.* 23. *l.* 24. *l.* 30. *l.* 32. *l.* 40. *D. de damn. inf.*

Quod ad interdictum attinet, quo Prætor, ne quid in loco publico fiat, neve quid in eum locum immittatur, qua ex re quid illi damni detur, interdicit, damnum pati videtur, qui commodum amittit, quod ex publico consequebatur, quale quale sit, veluti si prospectus, aut aditus deterior, angustiorve fiat *l.* 2. *pr. &* §. 10. *D. ne quid in loc. publ.*

Damnum injuria datum in lege Aquillia accipimus, quod cum damno injuriam attulerit *l.* 49. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* vel, ut Justinianus ait, damnum culpa datum *pr. Inst. de jur. l.* 15. §. 46. *D. de injur.* Alias damnum ex culpa, injuria ex affectu fieri dicitur *l.* 34. *pr. D. de oblig. & act.* Damni injuria actio *l.* 1. §. 4. *D. de his, qui effud. vel dejec. l.* 6. §. 1. *D. naut. caup. & stab.* Quinctil. *Declam.* 374. quæ & actio damni injuriæ *l.* 31. *D. de furt. l.* 9. §. *ult. D. de tutel. & rat. distr.* & passim.

Damnum vero non modo pecuniarium *l.* 5. §. 4. *D. de his, qui effud. vel dejec.* sed & existimationis *l.* 1. *C. si contr. matr.* famæ *l.* 1. *C. de mod. mult.* infamiæ *l.* 8. *C. ex quib. causs. inf.*

Citra damnum voluntatis, i. e. citra offensam voluntatis testatoris *l.* 23. §. 2. *D. de fideic. lib.*

Sine damno, i. e. sine diminutione, & ut Theo-

philus interpretatur: δίχα δαπάνης §. 2. *Inst. quib. al. lic. vel non*. Sic & in *l. ult.* §. 21. *D. de mun. & hon.* damnis administrantis idem est, ac ejus impensis.

Damnum in societate non intelligitur, nisi omni lucro deducto *l.* 30. *D. pro soc.*

Damnum inferens non est absolvendus, nisi damno secundum arbitrium læsi restituto *c.* 32. *causs.* 24. *q.* 8 *c.* 2. *causs.* 14. *qu.* 6.

Damnum is dat, qui jubeat dare *l.* 169. *D. de reg. jur.*

Damnis administrantis in *l. ult.* §. 21. *D. de mun. & hon.* idem est, ac ejus impendiis.

Damnum petere, & *in l.* 23. §. 1. *in fin. D. pro soc.* sed sine sensu. Hinc ingeniose Binkersh. 4. *Obs.* 25. legit: *Abstine commodo, quod per servum accessit, si damnum metuis*. HEIN.

Δανείζεσθαι, mutuam pecuniam accipere significat *l.* 34. §. 1. *D. de pignor. l.* 88. §. 15. *D. de leg.* 2.

DAPHNE. Ejus lucus apud Urbem Antiochiam fuit amœnissimus, & cupressis maxime opacus, ut Nicephorus *lib.* 10. *hist. eccl. c.* 28. & *lib.* 16. *c.* 23. scribit. Ejus fit mentio. *l.* 12. *C. de cupress. ex luco Daphn.* apud Lamprid. *in Alexand. c.* 53. Eutrop. *lib.* 6. *c.* 11. *lib.* 2. Macchab. *c.* 4. *v.* 33. Egesipp. *lib.* 3. *cap.* 5. *lib.* 4. *c.* 1. Chrysostom. *in orat. de Babyla martyr.*

Fuit hic lucus suburbanus Antiochiæ, & quasi suburbium, adeo omnibus voluptatum illecebris infamis, ut *daphnei mores* in proverbium irent. Hinc vitio vertitur Lucio vero, quod in deliciis apud Antiochiam, & Daphnen vixerit. Jul. Capitolin. *in vita M. Antonii c.* 8. Et Avidius Cassius acriter invectus est in milites diffluentes luxuria in Daphnicis moribus agentes. Volcat. Gallio *in vita Avid.* 3. 5. Denique Marcus proposuit grave edictum, ut si quis cinctus reperitur apud Daphnen, discinctus rediret. Jul. Capit. *in Marco c.* 6. Vere ergo in Syria fuit iste Daphnes, quod Baiæ in Italia, quodque Hannibalis militibus Campania, idem Romanorum exercitui Daphne esse credebatur. Add. Casaubon. *in Capitolin. c.* 6. *vitæ Marci*. Hein.

DARDANARIUS *leg.* 6. *de extraord. crim. l.* 37. *D. de pæn.* Dardanus olim magus fuisse credebatur, tam stupendæ artis, ut frumenta, & annonas ex alienis horreis in sua avertere diceretur. Unde *dardaniæ* artes pro magicis apud Columell. in *poem. de cult. hort.* v. 357. *At si nulla valet medecina repellere pestem, Dardaniæ veniant artes.* Ab hoc vero mago nomen inditum hominibus nequam, qui prædestinatam ubique annonam carius vendunt, falsis mensuris, ac adulterinis stateris in distrahendis mercibus utantur, adeoque aliorum pecunias nefariis artibus in arcam suam avertunt. In quod hominum genus acriter invehitur B. Ambrosius *lib.* 3. *de offic. c.* 6. De Dardano, & Dardanariis plura vid. apud Turneb. 9. *advers.* 17. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 344. Hein.

DARE proprie est accipientis facere. Itaque hæc stipulatio, *Fundum Tusculanum dari*, hoc continet, ut dominium omnino efficiatur stipulatoris quoquomodo *leg.* 75. §. *ult. D. de verb. obl.* Nec videntur data, quæ eo tempore, quo dantur, accipientis non fiunt *l.* 128. *D. de reg. jur.* Nec datum intelligitur, quod navis levandæ caussa jactum est *l.* 1. *D. de Leg. Rhod.* Dedisse etiam intelligendus est is, qui compensavit, vel permutavit *l.* 76. *D. de verb. signif.* Dedisse intelligor siquidem mandato meo datum est, vel a procuratore meo omnium rerum, vel ab eo, qui negotium meum gessit, & ratum habui *l.* 7. *D. de calumniat.* in Edicto Aedilium, cujus verba referuntur *in l.* 25. §. *ult. D. de Ædil. edict. Dari* non id solum accipimus, quod numeratur venditori, ut puta pretium, & usuræ ejus, sed & si quid emtionis caussa erogatum est *l.* 27. *D. eod. tit.*

Dare in ultimis voluntatibus. Sic *dari* dicitur fideicommissum *l.* 15. §. 7. *D. ad Leg. falc.* hereditas *l.* 10. *D. de cond. instit. l. ult. D. de legat.* 2. *l.* 5. *C. de pact.* legatum *l.* 12. §. 1. *l.* 23. *D. de inoff. testam.* Dare, legare pecuniam *l.* 1. *D. ad leg. falcid.*

Dare, unum ex verbis ad prætoris officium pertinentibus, veluti cum *dare* dicitur actionem, & exceptionem, bonorum possessionem judices.

Dare diem stipulationi, id est, præstituere *l.* 13. §. *ult. D. de damn. inf.*

Dare, facere, præstare *l.* 13. §. 6. *D. de act. emt. l.* 37. *D. de op. libert.* Hæc autem verba: Quod mihi dare facere oportet, licet conjuncta videantur, sic tamen accipienda sunt, ut quodvis eorum sufficiat probare *l.* 53. *D. de verb. signif.*

Dare jusjurandum, testimonium. Vid. in his vocibus.

Dare se in matrimonium *leg. pen.* §. *ult. D. ad municip.* militiæ, in militiam *l.* 3. §. *ult. l.* 4. §. 1. *D. de re milit.*

Dare necessitatem probationi, id est, imponere *l.* 3. *C. Theod. de fid. test. & instr.*

Dare operas patrono, id est, edere, præstare *l.* 16. §. *ult. D. de oper. libert.*

Dare satis *l.* 5. §. *ult. D. de heredit. petit.* satisdationem *l.* 7. *D. de nov. op. nunc.* Vid. infra *satisdare*.

Dare usumfructum heres jussus tunc dare intelligitur, si legatarium in fundum inducit, eumve patitur uti, frui *l.* 3. *D. de usufr.*

Dare simpliciter pro dare, vel ferre sententiam, ut in *l.* 27. *in fin. D. de liberal. caus. Contra libertatem dabit*, id est, sententiam feret. Sed & Tacitus 4. *Annal.* 44. Ita secundum Messenios *datum*, id est, pro Messeniis pronunciatum. Suet. *in Claud. c.* 12. Absentibus secundum præsentes dabat facillime. Plin. *lib.* 7. *epist.* 6. Finem cognitioni quæstio imposuit, quæ

quæ secundum reos dedit. Hæc autem loquutio imminuta, & concisa est: plane enim sic enunciatur, *secundum aliquem litem dare*, quam loquendi figuram in pronunciationibus usitatam ex Valerio Max. *lib.* 3. *c.* 3. & Seneca *in præf. lib.* 7. *declam.* docuit Brissonius. Cic. *pro Rosc. cap.* 1. Quominus secundum eos lis detur, non recusamus. Lucan. *lib.* 8. *v.* 333, Secundum Aemathiam lis tanta datur. Liv. *lib.* 23. *c.* 6. Et secundum eum in lite judicem (aut judicium) dare. De his loquutionibus, *Dare secundum aliquem*, & *litem secundum*, vel *contra quem dare* ex instituto egit Cujac. 6. *obs.* 27.

Hinc *Dari* etiam est damnari. Sic dari ad bestias *l.* 12. *D. de pœn. l.* 8. *D. de Leg. Corn. de fals.* in exsilium *l.* 4. *D. de interd. & releg.* in ludum venatorium *l.* 8. §. *ult. D. de pœn.* in metallum, vel in opus metalli *l.* 1. *D. de jur. patrim. l.* 3. §. 2. *D. de muner.* in quæstionem *l.* 12. *D. de quæst.*

DASUMIANUM SCum *l.* 36. 51. §. 4. D. *de fideic. libert.* quo cavebatur de his, qui fideicommissariam libertatem præstare rogati, juxta ex caussa abessent, ut nec libertas impediretur, nec libertas eriperetur, his qui fraude carerent *l.* 33. D. *eod. tit.*

DATIO *in l.* 68. D. *de solut.* idem ac solutio.

Datio aliquando opponitur *l.* 82. D. *de condit. & dem.*

DATIVUS tutor dicebatur, auctore Ulpiano 11. *fragm.* 14. qui testamento datus erat. Dativus sive testamentarius tutor *l.* 7. D. *rem pupill. salv.* At Dativos, & testamentarios separat Modestinus *d. l.* 7. quemadmodum dativam tutelam a testamentaria, & legitima Justinianus *in l.* 40. *C. de Episc. & cler:* dativosque idem Imperator *in l. ult. C. de legit. tut.* accipit, qui a judice dantur.

DATU. Hoc supino posteriore pro priore aliquando usus est Ulpianus *l.* 38. §. 21. D. *de verb. obl.* si recte se habent verba in Florentinis *Stipulatus a Mævio fuerit, fundum Titio datu iri.* Sed credit Heinecc. librarii hoc vitium esse. Vid. Ant. Augustin. *Emend. & obs. lib.* 2. *c.* 2.

DE sepæ a Ictis accipitur pro *A* vel *Ab.* Sic de domo numerare, pro *a domo l.* 40. D. *de reb. cred.* De me petere *l.* 5. §. 14. D. *commod.* de quibus, pro *a quibus l.* 11. D. *de vacat. & excus. mun.* De Roma abire *l.* 35. §. 2. D. *de procurat.* De te stipulatus *l.* 37. *de usufr. l.* 67. §. *ult.* D. *de furt.* De Titio stipulatus *l.* 36. §. 1. D. *de usufr.*

De pro *ex.* De fundo, id est, *ex fundo l.* 6. §. 1. D. *comm. divid.* De prædiis pro *ex prædiis l.* 8. §. 1. D. *de vacat. & excus. mun.* Ita pro verbis *De ipsis formis*, quæ in *l.* 1. C. *Th. de aquæd.* concurrunt, Tribonianus reposuit *Ex ipsis formis l.* 1. C. *de aquæd.* notatus ideo a Jac. Gothofr. *ad d. l.* 1. *Cod. Theod.*

Nec prætermittendæ hic notæ, & frequentissimæ loquutiones De cetero, id est, in posterum, deinceps *l.* 14. C. *Th. de aquæd. l.* 2. *C. Justin. eod. tit.* De futuro *l.* 8. *C. Th. de annon.* De integro litigare *l.* 13. *C. l.* 16. *C. Th. de adpell.*

DEALBATOR *l.* 1. *C. de excus. artif.*

DEAMBULANDI jus *l.* 12. §. 1. D. *de usu & habit.*

DEAURARE, *Deaurator l.* 1. *C. Th. de fabric. l.* 1. *C. de excus. artif.*

DEBERE proprie quis id tantum intelligitur, quod peti, & ab invito exigi potest *l.* 108. D. *de verb. signif.* Unde festivus ille jocus Martialis *lib.* 2. *epigr.* 3. Sexte, nihil debes, nil debes Sexte, fatemur; Debet enim, si quis solvere, Sexte, potest. Itaque nec servus debere, nec servo deberi quidquam intelligitur *l.* 41. D. *de pecul.* Ac proinde eos, qui natura tantum obligantur, *debitores* per abusionem dicimus, quum debitores hi tantum proprie intelligantur, a quibus invitis pecunia exigi potest *l.* 16. §. 4. D. *de fidejuss. l.* 108. D. *de verb. signif.* Obtinuit tamen, ut etiam *natura deberi* dicamus, licet ejus petitio nulla sit *l.* 1. §. *ult.* D. *de constit. pec. l.* 1. §. 17. D. *ad Leg. falcid. l.* 85. D. *de reg. jur. l.* 10. D. *de oblig. & act.* adeo ut qui natura tantum obligatus solverit, debitum solvisse dicatur *l.* 16. §. *pen.* D. *de solut.* Sic fit, ut deberi aliquid vel natura, vel civili, vel honorario jure possit *l.* 1. §. 6. *l.* 3. D. *de constit. pec. l.* 1. D. *de novat. l.* 47. D. *ad SC. Trebell.* Eaque est juribus debita pecunia *l.* 3. §. 1. D. *de constit. pec.*

Ceterum verbum *debet* omnem omnino actionem comprehendere intelligitur, sive civilis, sive honoraria sit persequutio *l.* 178. *in fin.* D. *de verb. signif.* Et ita excusari potest definitio actionis *pr. Inst. de action.*

Debere quid interdum dicitur res, in qua alteri jus est. Sic servitutem debent ædes *l.* 6. D. *de servit. præd. rust.* area *l.* 14. D. *eod.* domus *l.* 11. D. *eodem.*

Deberi etiam parentum hereditas liberis dicitur propter votum parentum, & naturalem erga liberos caritatem *l.* 7. §. *ult.* D. *si tab. test. null. exst. l. ult.* D. *de bon. damn.* At non sic parentibus liberorum, ut liberis parentum debetur hereditas, *d. l.* 7. §. *ult.* D. *eod. l.* 17. D. *de inoff. test.*

Debet aliquando pro *potest* usurpatur *l.* 2. §. 15. D. *ne quid in loc. publ. l.* 1. D. *de pen. leg. l.* 4. §. *ult.* D. *de offic. proconf. l.* 9. D. *de aur. arg. leg. l. ult.* D. *an. per al. caus. adpell. l.* 8. §. 3. D. *de legat.* 2. *l.* 1. *pr.* D. *de hered. inst. l.* 1. C. *de furt. l.* 3. *C. de pign. l.* 45. D. *ad SC. Trebell. l.* 2. *C. de fid. instr. l.* 1. §. 1. D. *quand. appell. l.* 28. §. *pen.* D. *de legat.* 3. *l.* 4. §. 6. juncta *l.* 6. §. 1. D. *de offic. præs.* Et hinc *Debet* aliquando consilii verbum est, ut in §. 5. *Inst.* quod cum eo, ceu observavit Strauch. *in Lexic. particul. sub hac voce* 11. 8.

DEBILES personæ *l.* 19. *fin.* D. *de reb. auct. jud. possid.* hæ nimirum, quæ propter infirmitatem, & perpetuum aliquem morbum suis negotiis superesse non pos-

possunt *l.* 4. 5. *D. de postul.* *Debiles* vel leves solidi *l.* 2. *C. Th. de ponderator.*

DEBILITATUS homo *l.* 13. *D. de rei vind.* mulus *l.* 27. §. 3. *D. ad Leg. Aquil.*

DEBITA portio, quæ liberis ex substantia paterna jure civili debetur *l.* 8. §. 11. *D. de inoff. test.* nimirum olim quarta pars successionis, quæ ab intestato obtigisset. Adpellatur & *debitum honorum subsidium* *l.* 2. *l.* 5. *C. de inoff. donat.* & *debitum* simpliciter.

Debita etiam pars, seu portio adpellatur, quæ Patroni ex Lege Papia relinqui debet *l.* 114. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 28. §. *ult.* §. 6. *D. de leg.* 2. & passim.

DEBITOR tam ex contractu, quam ex delicto intelligitur *l.* 14. *seq. D. de hæred. pet.*

DEBITORES etiam sæpe vocantur, qui publica tributa debent, ut *in rubr. & tit. C. de indulg. debit.* aliisque plurimis locis, etiam *in l.* 2. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* ut frustranea omnino sit, & vana illorum emendatio, qui *tributorum* nomen eo loco reponunt.

In eo, quod dicitur, *Debitores rerum publicarum ab honoribus arceri*, *debitores* accipimus eos tantum, qui ex administratione relinquantur, vel qui ex pollicitatione, quæ recusari non potest, obstricti sunt *l.* 2. §. 1. *D. de mun. & hon.*

Definit *debitor* esse is, qui nactus est exceptionem justam, nec ab æquitate naturali abhorrentem *l.* 66. *D. de reg. jur.*

DEBITRIX mulier *l.* 8. §. 2. *l.* 24. *D. ad SC. Vellei.*

DEBITUM dicitur, ad quod pietas impellit, & stimulat. ut *in l.* 5. *D. oper. libert.* *l.* 1. *C. de his qui ut indign.* *l.* 19. *D. quæ in fraud. cred.* *l.* 4. *D. de curat. furios.*

DEBITU. Supinum posterius, quo pro priore usus est Pomponius. *Quia certum est debitu iri* *l.* 1. §. 1. *D. de cond. & dem.* Simile exemplum Vid. supra *in datu.* Hein.

DECANICA *l.* 3. *C. de hæret.* *l.* 30. *C. Th. eod. tit.* *Nov. Just.* 89. seu Diaconica loca sunt ab ipsis Ecclesiis sejuncta, a quibus separatur *l.* 30. *C. Th. de hæret.* Non ergo Ecclesiæ proprie erant, nec Ecclesiæ pars, verum sancti Ecclesiæ loca, & Ecclesiæ proxima, alias *Secretaria* dicta, ubi vasa, vestes, aliæque usibus sacris destinatæ res, lipsana quoque, & fragmina adservabantur, hodie *sacristia* dicta. Jac. Gothofr. *in Comment. ad d. l.* 30. *C. Th. de hæret.* Coel Rhodigin. *Lection. Antiq. lib.* 25. *c.* 23.

DECANOS in Urbe Constantinopolitana humandorum corporum curam gessisse, patet ex *Nov.* 59. quæ de sumtibus funerum tractat, in qua est δεκανες ἤτοι [illegible] δεκανοι. Argumentum hujus rei certissimum est, quod illic Justinianus eos δεκανοὺς ἤτοι κοπιάτας vocat. Κοπιάτας autem ex vetere glossario νεκροθάπτας super interpretati sumus.

Vetus Glossarium: Δεκανοι αρχηδεκα σωματων συνηγμενοι. Et alibi, δεκανοι, κολλεγιατοι, συνημενοι. Sed & D. Ambros. *lib.* 5. *epist.* 33. missos de palatio Decanos, narrat. Et ita *Decanorum corpus* accipe *l. un. C. Th. de decan.*

DECANTARE. Juris & legum auctoritatibus *decantatur* (in Cod. Justin. immutatum *declaratur*) per servum, vel procuratorem, colonum, vel actorem, seu conductorem præjudicium possessioni, invito vel inscio domino, imponi non posse *l.* 2. *C. Th. de pign.* Decantari autem dicuntur, quæ regularia sunt Jurisconsultis ᾄσματα, carmina ut philosophis: quo sensu apud Catonem, Si Deus est animus, nobis ut carmina dicunt.

DECANUS capituli. Quo exactor esset monachorum cura, quorum numerus sæpe insignis erat, constitutum, ut post Abbatem, & Præpositum *Decani* constituerentur. qui singuli sub sua cura, & inspectione decem monachos haberent. Espen. P. I. *jur. Eccl. tit.* 11. *c.* 2. §. 1. Thomassinus P. I. *de vet. & nov. eccl. discipl. lib.* 3. *c.* 66. §. 8. Unde plures sæpe in uno monasterio erant decani, inter quos senior eminebat, qui absentibus Abbatibus, Præpositisque universam monachorum curam gerebat. Ubi ex Chrodogangi instituto collegia canonicorum secundum imaginem monasticæ disciplinæ colligebantur, conveniens fuit visum, præter præpositos etiam *decanos* Canonicis, monastico more viventibus, præficere. Tractu temporis cum paullatim præpositi curæ rerum temporalium pene se totos darent, tota fere inspectio in Canonicorum vitam, & mores multis in capitulis transiit ad *decanos*. Immo observante Thomassino *cit. l.* §. 15. in quibusdam capitulis plane præpositis sua potestate abuti incipientibus. Inde fere in plerisque capitulis *decani* capita Congregationis facti sunt, quoad directionem Canonicorum, & jus convocandi ad capitulum obtinuere. Disciplinam utique Ecclesiasticam in Canonicos delinquentes adeo exercuere, ut flagellis etiam uterentur, auctore Anton. Matthei *de nobil. lib.* 2. *c.* 40. *p.* 617. Hoc intuitu decanis etiam *cura animæ* adscribitur in *c.* 7. *decretal. de elect.* adeo ut in quibusdam locis etiam jurisdictionem in canonicos exerceant.

Eliguntur Decani, sicut præpositi, ab ipso capitulo, & quidem ex gremio ipsius capituli, adeoque nemo ad decanatum adspirare potest, nisi qui Canonicus ejusdem Ecclesiæ est. Electio ipsa fere eo modo peragitur, quo Episcoporum. Consensu ab electo electioni præstito, & confirmatione impetrata a capitulo introductio expetenda est, cui mox dies a capitulo dicitur. Hoc adveniente ad capitulum electus properat, & per seniorem in comitatu omni Canonicorum ad chorum Ecclesiæ Cathedralis in habitu clericali per portam majorem (per quam *Decanus* semper, & quidem unice ad chorum sese confert, quod ipsius præminentiæ datum est) ducitur, & a seniori sub pulsu duas

duarum majorum campanarum, & celebratione divinorum *biretum* ei imponitur, & ad *stallum decani* ducitur. Finitis sacris rursus eodem sub comitatu ad capitulum deducto *locus decani*, & *curia* ejusdem adsignatur, & totus actus sollemni convivio clauditur. Sequenti die ad dormitorium vicariorum duci solet, quo ipsi novo decano stipulata manu obsequium, & obedientiam promittunt, ille vero benevolentiam, & privilegiorum, juriumque conservationem repromittit, & sub horum comitatu rursus ad curiam suam properat, eosque sollemni convivio eodem modo excipit. Decanus non debet quis fieri nisi primo in presbyterum ordinatus *c.* 2.4. *dist.* 60. De decanis, qui in Monasteriis decem monachis præerant Vid. D. Augustin. *lib.* 1. *de morib. monach.* De Capituli decani vid. umplius supra in art. *canonicus*, & art. *capitulum*.

DECAPROTI *l.* 3. §. 10. *l. ult.* §. 26. *D. de mun.* & *honor. l.* 10. *D. de pollicit.* Latine *Decem primi* dicuntur a Cic. *pro Rosc. c.* 9. Decretum Decurionum statim fit, ut *Decem* primi proficiscantur. Add. 2. *Verr.* 67. Usurpat hoc verbum Jul. Firmic. *lib.* 3. *mathem.* & ita in *l.* 2. C. *Th. de quæstion* Decem primi ordinis curiales, & in *l.* 35. *C. Th. de episc.* & *cler.* Adparet autem ex supra dictis locis, *Decem primos* tributa exegisse, & pro oneribus defunctorum fiscalia detrimenta resarcivisse. Alii sunt *Decemprimi* domestici *l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *C. Th. de domestic.* & *protect.* Addit *Hein*. In municipiis, qui, muneribus universis expletis, ad summum gradum pervenerant, vocabantur *Decuriones primæ curiæ l.* 11. C. *Th. de decurion.* item *primarii curiarum l.* 39. *C. Th. eod. tit.* & *omnibus functi* honoribus, Grut. *p.* 59. 6. & a numero modo ΠΕΝΤΕ ΠΡΩΤΟΙ *quinque primi*, modo ΔΕΚΑ ΠΡΩΤΟΙ, Decemprimi, modo ΕΙΚΟΣΙΠΡΩΤΟΙ, *viginti primi*. Reines. *ad inscr. p.* 22. & *Class. I.* 99. In marmore apud Gruter. *p.* 49. laudatur Flavius Antistianus *V. E.* *De decem Primis Pater Patrum*. Erant & *Decemprimi* Vicorum *l.* 2. *C. ut nem. ad suum patr. susc. rust.* & *Decemprimi Collegiorum*, Gruter. *Inscr. p.* 302. *p.* 89. 4. *p.* 398. 7.

DECAPOTRIA *l. ult.* §. 26. *D. de mun.* & *hon. l.* 8. *C. de mun. patrim.* quæ & *Decemprimatus* adpellatur *in l.* 1. *D. de mun.* & *hon. l.* 7. *l.* 8. *l.* 9. *C. Th. de domest.* & *protect.*

DECARGYRUS numus, majoris pecuniæ, seu majorinæ species, ut clare ostendit *l.* 2. *C. Th. si quis pecun. conflav.* ubi videnda diligens commentatio Jac. Gothofredi, qui decargyrum dictum putat, quod decima pars ejus argentum esset, sicut *Electrum* est λ.γμα χρυσου, και αργυρου, in quo quinta argenti portio est, teste Plinio *lib.* 33. *cap.* 4. cujus mentio & apud Silvium *lib.* 1. *v.* 299. hic omne metallum. Electri & Gemeno pallent de semine venæ. Diversus a Centenionali *d. l.* 2. & ibi idem Gothofred.

DECEDERE dominium ab aliquo dicitur in *l.* 10. §. *ult. D. de condict. furt.* *Decedit* quod consumtum est *l.* 26. §. 15. *D. de hæred. pet.* tempus *l.* 2. *C. de vend. rer.* *Decedere* provincia dicebatur proconsul, qui anno finito discedens, eam successori tradebat Cic. *ad fam. lib.* 3. *epist.* 6. Ita & *decedere* quem dicimus possessione *l.* 1. §. 1. *D. si ventr. nom.* de possessione *l.* 31. *D. de dol.*

Decedere, minui. Sic aliquid legato dicitur decedere *l.* 72. D. *de legat.* 1.

Decedere, pro diem obire *l.* 26. *D. de recept. arb. l.* 4. *D. qui satisd. cog.* Ita vita decedere *l.* 42. *D. de mort. caus. don.* & passim. *Decedere* autem non homines tantum, sed & equos, & reliqua animalia Icti dicunt *l.* 1. §. 12. *D. si quadrup. paup. l.* 13. *D. de pign.*

DECEMPRIMATUS, & *Decemprimi*. Vid. *Decaproti*.

DECEMVIRI legum ferendarum *l.* 1. §. 4. *D. de orig. jur. l.* 63. *D. de Don. int. vir.* & *ux.* De his plene Livius *lib.* 3. *c.* 32. 33. & Dionys. Halic. *lib.* 10. *p.* 680. De abrogato iis magistratu jam pene in tyrannidem abeunte vid. eumd. Liv. *lib.* 3. *c.* 36. seq. & Dionys. Halic. *lib.* 11. HEIN.

Decemviri litibus, vel antiquis *stilitibus* judicandis apud Spartian. *in Hadr. c.* 2. & *in Antiq. Inscript.* apud Gruter. *p.* 360. 3. & *p.* 502. Eorum consessus ordinarium erat Prætoris consilium, quod simul hastam centumviralem coegisse, scribit Pomponius *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* De his plura Ger. Noodt. *de Jurisdict. l.* 12. *p.* 107. *Tom.* 1. *operum.* Fuisse enim XV VIROS, & XX VIROS STILITIBUS JUDICANDIS, ostendit Reines. Class. 6. *Inscr.* 42. 30. & 131. HEIN.

DECERNERE, caussa cognita aliquid statuere. Sic *decernere* dicitur Prætor *l.* 15. §. 22. *D. de damn. infect.* princeps *l.* 1. *D. de constit. princ.* & passim. Sic *decernuntur* actiones, id est dantur *l.* 1. §. 2. & §. 3. *D. de vulg.* & *pupil. subst.* alimenta *l.* 2. 3. *D. ubi pupil. educ.* bellum *l.* 118. *D. de verb. signif.* bonorum possessio *l.* 1. §. 7. *D. de success. edict.* curatio, & tutela *l.* 3. §. *ult. D. de administr.* & *peric. tut.* honor *l.* 1. §. 1. D. *de pollicit.* repetitio *l.* 2. *C. si adv. cogn.*

Decernere, constituere. Sic Decernit heres de hereditate, id est, constituit, an eam ad se pertinere velit *l.* 13. §. 1. D. *de adquir. vel omit. hæred.* Decernunt municipes *l.* 1. D. *de libert. univers.*

DECEPTA mulier, i. e. callide inducta ad intercedendum *l.* 2. §. 3. D. *ad SC. Vellei*.

DECERPERE fructus *l.* 11. §. 5. D. *de usuf. l.* 25. §. *ult. l.* 26. §. *ult.* D. *de furt.*

DECESSIO pro deminutione, & detractione *l.* 28. D. *si qs iis omiss. caus. test. l.* 188. §. 1. D. *de verb. signif.* & alibi.

DECESSOR *l.* 4. §. 4. D. *de offic. proconf.* Ita Decessori, quem prædecessorem vocat Julianus *Nov.* 125. suc-

successor opponitur *l.* 10. D. *de off. procons.* Cic. *ad famil. l.* 3. *epist.* 2. ut ηγεμονος, και διαδοχος Novell. 95.

DECESSUS, *us*, pro obitu *l.* 34. D. *de usu, & usufr. leg.*

DECIDERE, antepenultima correpta, corruere. Sic decidunt ædes *l.* 7. §. *ult.* D. *de damn. inf.*

Decidere antepenultima producta, & cædere, vel succidere. In *decidendis* arboribus damnum datum *l.* 6. C. *de pignorat. act.*

Decidere, verberare. Decidere quem verberibus *l.* 2. *in fin.* D. *de term. mot.*

Decidere, pacisci, vel transigere significat *l.* 46. D. *de rei vind.* Paull. 1. *Sent.* 19. 2. Sic *decidere* cum creditoribus *l.* 59. D. *de admin. peric. tut.* Vid. infra art. *decisio*. Damnum pro fure *decidere* de furto pacisci est *l.* 9. §. 2. D. *de minor. l.* 7. D. *de condict. furt.*

Decidere pecunia *l.* 26. §. 12. C. *de condict. indeb.* transactione *l.* 23. *C. de transact.* Quia vero & jusjurandum pro transactione est, *Decidi* quid dicitur etiam jurejurando *l.* 22. §. *ult.* D. *de noxal. act. l.* 1. D. *de jurejur.*

Denique vel maxime caussæ dubiæ deciduntur per legem, vel judicis sententiam. Sic *deciditur* caussa, sententia *l.* 3. *C. si a non compet.* controversia, lis, quæstio *l.* 42. *C. de transact. l.* 13. D. *de lib. causs. l.* 32. D. *furt.*

DECIES centena, id est, decies centena millia *l.* 6. D. *de usur.* & apud Juvenal. *Sat.* 10. *v.* 335. Vid. Plutarch. *in vit. M. Antonii.*

DECIMA, sc. pars. Decimam vir & uxor inter se certis casibus capiunt ex Lege Julia, & Papia. Ulp. 15. *fragm.* Decimam bonorum vovere *l.* 2. §. *ult.* D. *de pellicit.* Solebat *Decima* facultatum voveri Herculi, Plutarch. *Quæst. Rom.* 18. Plaut. *Bacchid.* 4. 4. *v.* 15. & *Trucul.* 2. 7. *v.* 10. Elegans ejus rei exemplum exstat in marmore apud Vignol. *de columm. Antonin.* 337. HEIN.

Quænam aut illa *Decima*, de cujus immunitate agit Ulp. *libro singulari de legit. hæred.* apud auctorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 16. §. 9. Eam Antoninus Caracalla, duplicato onere, pro vicesima hereditatum, & manumissionum exigere coeperat. Non tam diuturnum fuit pessimi principis institutum. De enim Macrino, qui ei successerat Dio Cassius *lib.* 78. *pag.* 833. Τα περι τε τας κληρας, και περι τας ελευθεριας καταλειφθεντα υπο του Καρακαλλυ παυσας. *Quæ Caracalla circa defunctorum hæreditates, & circa manumissiones exegerat, cessare jubens.* Hinc post ejus tempora vicesimæ iterum meminerunt Jurisconsulti, non decimæ, veluti Paullus 4. *Sent.* 6. Vid. Ezech. Spanhem. *Orb. Rom. exercit.* 2. *c.* 4. *p.* 252. HEIN.

Decima porro parte litis mulctabantur, qui calumniosam litem intenderant §. 1. *Inst. de pœn. rem. litig. l.* 3. *C. Hermog. de calumn.* Obsoleverat actio illa decimaria, quo adornatæ Justiniani jussu sunt Institutiones. Sed eam in usum revocavit ipse Justinianus *Nov.* 112. *c.* 2. Vid. Jac. Cujac. 7. *obs.* 5. & Hier. Bignon. *Not. ad Marcul. lib.* 1. *c.* 20. HEIN.

Decima Ecclesiasticæ pars decima fructuum ex agris, pratis, vineis, arboribus, & animalibus a Parochianis Ecclesiis pendenda *C. Parochianus* 14. *de decim.* ad quas solvendas ipsimet etiam Judæi ab Episcopo omni districtione compellendi sunt *c. de terris* 16. *eod. tit.* Solvendæ etiam sunt nondum deductis fructibus censualibus, aut tributariis, qui domino fundi proprietario, aut domino territoriali a colonis præstantur. Aut si ejusmodi censuales, vel tributarii fructus indecimati jam pervenerunt in manus domini proprietarii, vel territorialis, is ad solvendas ex talibus fructibus indecimatis decimas ab Episcopo compellendus est, quia res cum onere suo transit *C. cum non* 33. *eod. tit.* Nec licet colono ex fructibus necdum decimatis tot fructus deducere, quot sufficiunt ad solvenda servientibus, & mercenariis debita pro servitio per decursum totius anni impenso, sed fructus collecti statim decimandi, & decimati sine deminutione sub anathematis districtione solvendi sunt *C. cum homines* 7. *eod. tit.* Similiter non licet colono ante decimationem fructuum deducere fructus correspondentes pro expensis seminum, & laboris, vel agriculturæ *c. non est* 22. *eod. tit.* Quando integra multitudo populi ex Diœcesi, in qua diu habitavit, migravit in aliam, decimas ex artificio, vel negotiatione; & agricoltura persolvat Ecclesiæ, in qua recipit sacramenta, decimas vero de agris, vel arboribus in aliena Parochia sitis solvat Ecclesiæ, cui solvendas consuetudo loci, vel viciniæ diu obtenta præscribit *c. ad Apostolic.* 20. *eod. tit.* Decimas solvit tam colonus partiarius, quam dominus pro rata fructuum, quos percipit *c. a nobis* 24. *eod. tit.* Jubetur solvi decima de iis, quæ diversis anni partibus ex diversis seminibus percipiuntur *c. ex parte* 21. *eod. tit.* etiam de lana, de fœno, de molendinis, de piscariis, ubi ex antiqua consuetudine solebant solvi *cap. pervenit* 5. *eod. tit.* Immo ubi consuetudo viget solvendi decimas de apibus, ad eas solvendas Parochiani ab Episcopo compellendi sunt *cap. nuntios* 6. *eod. tit.* Circa res adquisitas pecunia jam decimata, quando venduntur v. g. domus, ager, vinea, clibanus, molendinum, grex, merces, non possunt exigi decimæ, nisi deductis expensis, ita ut decimæ solum debeantur ex lucro residuo. Circa vero res primum adquirendas, v. g. circa fructus primum percipiendos expensæ deduci non possunt, quia fructus non transeunt ab uno ad alterum sine onere expensarum, prout domus, & agri transeunt sine onere decimarum. Sic etiam pro restauratione rerum, ex quibus decimæ percipiuntur, expensæ a decimis deduci non possunt *c. pastoralis* 28. *eod. tit.* Decimæ solvendæ sunt de terris cultis, in quibus prius domus constructæ

ctæ fuerant, ac etiam de paſcuis ad frugum fertilitatem translati, cum olim etiam de paſcuis decimæ ſolutæ fuerint *c. commiſſum eod. tit.* D. Euſeb. Amort. *Elem. jur. can. lib. 3. tit.* 30.

DECIMARE *l. 2. C. Th. de veteran.* eſt decimum quemque, quem ſors tetigit, ſupplicio adficere. Unde decimatæ Legiones, quæ per ejuſmodi ſortitionem ſupplicio ſubjectæ ſunt. De eo ſupplicii genere videndi Guil. Budæus *in tit. de his, qui not. infam.* Pet. Faber. *ſemeſtr. lib. 1. c. 17. p. 12.*

DECIMARIA Lex Papia, qua conjuges, ſi orbi eſſent, id eſt liberos communes non haberent, ex teſtamento invicem nihil capere potuerunt præter decimam unicam matrimonii nomine, & pro numero liberorum ex alio matrimonio ſuſceptorum totidem *decimas*. Hæ orbatis pœnæ erant jure antiquo, de quibus late quoque dixit Jac. Gothofr. ad leges decimarias, ſeu ad caput 12. Legis Juliæ de Maritandis Ordinibus.

DECISIO pro pactione, ſeu tranſactione *l. 7. D. de condict. furt. l. 3. D. ad leg. falcid. l. 13. C. de furt. l. 7. 19. 14. C. de tranſact.* Gloſſæ veteres: *Deciſiones, pactiones cum debitoribus, quibus pebiti portio remittitur*, χρεων αποκοπαι Nam plerumque cum creditoribus ita res tranſigitur, ut certa crediti portione contenti ſint, ut patet exemplis *leg. 44. D. de pact. l. 59. D. de adminiſtr. & peric. tut.*

DECLARARE manifeſtum, apertumque facere paſſim in LL. ut *l. 35. §. 1. D. de rei vind. l. 8. §. 4. D. ſi ſerv. vind. l. 11. D. de jur. & fact. ign.*

DECLINARE examen ordinariæ ſedis *l. 4. C. de juriſd.* exceptiones *l. 8. C. de reſt. milit.* municipalia *l. 2. C. qui num. lib. ſe excuſ.* ſententiam *l. 22. §. 3. C. de furt.* ſocios *l. 1. in fin. C. ubi quis decur. vel cohort.* HEIN.

DECOCTIO, dilapidatio bonorum *l. 5. C. de fabricens.* Et hoc ſignificatu.

DECOCTOR *l. 15. C. Th. de piſtor. & catabel. l. 40. C. de decurion. l. 2. fin. C. de fund. rei priv.* Cic. *in Catilin. 2. c. 3. & Philipp. 2. c. 18.*

DECOLLARE. Diomedes *lib. 1. Decollo* apud veteres *decipio* ſignificaſſe ait. Quod Plauti, & Lucilii teſtimoniis confirmat. Plaut. *Captiv. act. 3. ſc. 2. v. 36.* Et illic mihi una ſpes coenatica. Si ea decollabit, redibo huc ad ſenem, ad coenam aſperam. Et in *Caſinar. act. 2. ſc. 5. v. 28.* Si ſors autem decollabit.

DECRESCERE, & creſcere, uti & adſcreſcere opponitur *l. 40. D. de pecul. l. 4. D. ſi pars hered. petit.*

DECRETALIS epiſtola eſt, in qua Papa ad conſultationem alicujus reſpondet *cap. 1. de reſcr.* ſive ſolus, ſive de conſilio fratrum, ut in *cap. bonæ memoriæ 23. de elect.* Unde *Decretum ſtatuit, decretaliſque reſpondet.* Et de differentia horum nominum *decretalis epiſtola, decretum, canon, dogma, interdictum, & ſanctio* eſt gloſſa in ſumma *diſt. 3. in verb. omnes.*

DECRETUM in genere eſt, quod prævia deliberatione ſtatuitur. Et ita accipe *Decreta* civitatis *l. 36. D. ad municipal.* decurionum *rubr. C. de decret. decur.* ordinis *leg. 30. D. de negot. geſt.* patrum pro SCis *l. 17. D. ad municipal.* quæ & decreta Senatus vocantur *l. 32. §. 24. D. de don. int. vir. & ux.* Sciendum autem eſt inter Senatus decretum, & *conſultum* aliquid diſcriminis interceſſiſſe. Nam, ut Feſtus *lib. 16.* refert, Senatus decretum a *Conſulto* Aelius Gallus ſic diſtinguit, ut id dicat particulam quamdam eſſe Senatus conſulti, ut quum provincia alicui decernitur. Quod tamen ipſum Senatus conſulti eſt.

Decretum in ſpecie etiam dicitur, quod cauſſa cognita ſtatuitur, vel pronunciatur *l. 1. D. de offic. adſeſſ.* Cauſſa, inquam, cognita. Decretum enim cauſſæ cognitionem deſiderat, ut adparet ex *l. 9. §. 1. D. de offic. proconſ.* a quo paragrapho credibile eſt avulſam eſſe *l. 71. D. de reg. jur.* licet inſcriptio in libri unde deſumta ſit, numero variet. Sane Theophilus *ad §. 6. Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* Decretum interpretatur αποφασιν βασιλεως, μεταξυ δυο μερων παρ αυτω δικαζομενων εκφερομενην, *Sententiam principis, inter duas partes, quarum ipſe de cauſſa cognovit, & judicavit, pronunciatam.* Et Paullus tres *decretorum libros* inſcripſerat, ſeu Imperialium ſententiarum in cognitionibus prolatarum. Unde fit, ut *Decretum pro tribunali* tantum, non etiam de plano interponi poſſit *l. 7. §. 10. D. de confirm. tut. l. 3. §. 8. D. de bonor. poſſeſ.* & quidem a Prætore latine tantum, ut definit *l. 48. D. de re judic.* Talia *Decreta* Conſulum *l. 3. D. de min.* pontificum *l. 8. D. de religioſ.* præſidum *l. 3. D. de min.* prætorum *l. 75. D. de jud.* principis *l. 7. D. de juſt. & jur. l. 1. D. ex quib. cauſ. maj.* Hinc Prætoris *Decretalis* bonorum poſſeſſio *l. 1. §. 7. D. de ſucceſſ. edict. l. 2. §. 1. D. quis ord. in poſſeſ.* quæ ſcilicet *decreto* petitur *l. 2. §. 11. D. ad SC. Tertull. l. 4. §. ult. D. de bon. poſſ. cont. tab.*

Decretum quo damni infecti nomine prætor in poſſeſſionem mittit *primum* interpretantur, *ſecundum* quo eum, qui miſſus eſt, poſſidere jubet, dominiumque capere per longum tempus permittit *leg. 15. §. 16. D. de damn. infect.*

DECUMBERE, lecto adfixum eſſe propter valetudinem *l. 1. §. 4. D. ſi quis caut. ſiſt. cauſ.* Aliquando & mori eſt Cic. 2. *Tuſcul. cap. 17.* & Philipp. *lib. 3. c. 14.*

DECURIA *l. 3. D. de bon. poſſ. l. 3. D. de bon. poſſeſ. l. 22. D. de fidej. l. 25. §. D. de adquir. vel omitt. her.*

DECURIALES *l. 1. 3. C. Th. de decur. Urb. R. l. 18. C. Th. de piſt. & catab.*

DECURIONATUS *l. 3. C. ex quib. cauſ. infam.* Hinc ad Decurionatum devocari *l. 7. C. de adpell.*

DECURIONES ex eo dictos quidam aiunt, quod initio, quum coloniæ deducerentur, decima pars eorum, qui deducerentur, publici consilii gratia conscribi soleret *l. 239. §. 5. D. de verb. signif.* In municipiis enim, & coloniis Decuriones consilio publico præerant, & suæ curiæ quasi Senatores erant *l. 32. Cod. de decurion.* eaque de caussa & sportulas accipiebant *l. 6. §. 1. D. de decur.* Magnis vero simul subjiciebantur oneribus, ut docet Brisson. *lib. 4. antiq. sel. c. 13.* Et ita *Decuriones municipiorum & coloniarum* apud Suet. *Aug. c. 99.* civitatum *Novell. Theod. & Valentin. de his qui spont. mun.*

De hujus vocabuli etymo subtiliter, suo more, disputat Ægid. Menag. *Amæn. jur. civ. capit. 39. p. 277.* Dicti etiam sunt *Senatores coloniæ* apud Grut. *p. 464. 9.* βουλευταί, Petit. *Var. Lect. 3. c. 6.* quemadmodum ipsum collegium Βουλὴ Plin. *lib. 10. ep. 113.* Iidem aliquando vocantur principales *l. 189. Cod. Theod. de decur. l. 40. Cod. Theod. de hæret.* Grut. *p. 363. 2.* itemque censuales *l. un. C. Theod. de privileg. dom. Aug.* quia decuriones non minus, quam Senatores Rom. pro certo modo census, seu facultatum adlegebantur. Alciat. *ad l. 239. §. 3. D. de verb. signif.* Censum enim eorum fuisse centum millium numum, vel 25. salim jugerum, ostendit Noris, *in Cenotaph. Pisan. Diss. 1. cap. 43. seq.* quo & sequente *cap. 4.* permulta de Decurionum numero, conditionibus, censu, honoribus, & decretis erudite observavit. Quemadmodum porro, qui Romæ primi a Censoribus in Senatum legebantur, *Principes Senatus*, ita qui in municipiis, & coloniis primum in albo decurionum locum obtinebant, Principes sui ordinis dicebantur. Plura, quæ ad Decuriones pertinent, dabunt Scip. Gentil. *de jurisd. II. 5. & 6.* & *III. 28.* Guid. Pancirol. *de magistr. municipal.* Jac. Gothofr. *in paratitl. & Comment. ad tit. C. Th. de decurion.* Hein. *Decurionum* legitimus *numerus*. *Vid. art. legitimus.*

Erant & Palatii Decuriones *l. 1. C. Th. de decur. & silent.* Ammian. Marcell. *lib. 20. c. 4.* *Palatii decurio, qui ordo est dignitatis.* Decuriones autem palatii excubias egisse, docet *l. 4. C. Th. de dec. & silent.*

Decuriones etiam in re militari adpellatos, qui denis militibus præerant, Modestus *in Epitome* tradit. Non. Marcell. *Decuriones*, Centuriones ex numero, cui in militia præerant, dicebantur.

DECURRERE ad actionem *l. 5. D. si mens. fals. mod.* ad emtionem *l. 35. D. de Aedil. edict.* ad jusjurandum *l. 3. D. de jurejur.* ad nomina *l. 37. D. de stipul. serv.* in opinionem *l. 2. §. 8. D. pro emt.* in unam sententiam *l. 13. §. 1. D. de lib. & post.* Decurrunt portiones ad heredes *l. 4. D. de alim. vel cib.*

Ceterum frequentissimæ sunt formulæ. Ad hoc, vel ad id, vel eo decursum est *l. 45. D. sol. matrim. l. 4. C. de delat. l. 2. D. de bon. libert. l. 2. §. 8. D. pro emt.*

DECURSIS hastis *l. 6. C. de fid. & jur. hast. fisc. l. 1. C. Theod. de fisc. debit.* *Decurso* jure sollemni, id est, sollemnitate juris absoluta, Paull. *2. sent. 21. §. 5.* HEIN.

DECUS publicum *l. 6. C. de ædific. priv.* Decora vitæ *l. 6. C. de emendand. propinq.*

DEDECORATIO sacerdotii *l. 34. §. 4. in fin. C. de Episc. aud.*

DEDERE. Dedi hostibus *l. 4. D. de captiv.* Dederunt se hostibus *l. 27. D. eod.*

Dedere noxæ est corpus, quod nocuit, læso tradere, vel animal tradere vivum *l. 1. §. 24. D. si quadrup. paup.* Hinc *dedere servos*, pro *noxa dare* *l. 30. D. de hered. pet.*

DEDICARE locum *l. 61. D. de pact.* res *l. 12. De de curat. furios.* in sacrum *l. ult. D. de litigios.* togam in funus filii *l. 19. D. de in rem ver.*

Quomodo in monimentis veteribus differant *dare*, & *dedicare*, docet Jac. Perizon. *Animad. hist. cap. 7. p. 307.* *Dabatur* sola animi destinatione, *Dedicabatur adstante sacerdote*, uti est in marmore apud Gruter. *Inscr. p. 35. 1.* vel eo *præsidente*, uti apud Reines. *ad inscr. p. 135.* Ceterum *dedicatio* ne pacto quidem poterat impediri *l. 61. D. de pact.* Nemo paciscendo efficere potest, ne sibi locum suum dedicare liceat, aut ne vicino invito prædium alienet. Hein.

DEDITIO noxæ *l. 5. 10. 16. D. de noxal. act.* id est, deditio ipsius corporis, quod deliquit *l. 1. D. eod. tit.*

DEDITITIUS, libertus, de quo Justinianus *§. 3. Inst. de libertin. l. un. de latin. libert. toll. tit. C. de dititit. lib. toll.* & *Novell. 78.* Dedititiorum autem numero erant olim, qui pœnæ caussa vincti a Domino, quibusque stigmata inusta, quive propter noxiam torti, nocentesve inventi, aut traditi, ut ferro, vel cum bestiis depugnarent, vel in custodiam conjecti, deinde quoquomodo manumissi. Ulpian. *tit. 1. §. 11. tit. 7. §. 4. tit. 22. §. 22.* Caius *Inst. lib. 1. tit. 1. pr. & §. 3.* ubi ait: Dedititii sunt, qui post admissa crimina supplicio subditi, & publice pro criminibus cæsi sunt, aut in quorum facie, vel corpore quæcumque indicia, aut igne aut ferro impressa sunt, ut deleri non possint. Ita *dedititios* accipe apud Tertullian. *in libro de Pallio cap. 14.* Theophil. *ad §. ult. Inst. de libert.* superiori interpretationi consentiens, ita adpellatos scribit ad exemplum peregrinorum, qui a Romanis victi iterum rebellassent, quod priscis temporibus dedititios vocarint. Dedititii enim, ut vetus Glossarium definit, οἱ μετὰ τὸ ληφθῆναι τὴν τῶν νικησάντων πληθὺν ἐξουσίᾳ ἑαυτοὺς ἐπιτρέψαντες, *post occupationem provinciæ se ipsos victorum potestati dedentes.*

DEDITUS, i. e. rei alicui studens. *Deditus* desi-

diæ *l.* 25. §. 1. *D. de de probat.* Singularis vero loquutio est, *Damno* deditus, i. e. obnoxius, subjectus *l. ult.* §. 3. *in fin. C. de furt.*

DEDUCERE præter notas significationes idem est, ac longinquo arcessere, & ciere. Hinc *deducendus* in *l.* 3. *C. Theod. de exhib. & transmitt. reis*.

Deducere etiam est dividere, separare *l.* 3. §. *ult. l.* 5. §. 1. *D. de rei vind.* Ita deducere hereditatem in tres partes *l.* 13. §. *ult. D. de bon. possess. cont. tab.*

DEDUCI ignibus, seu liquescere ferri materies *l.* 1. *C. Just. l.* 2. *C. Th. de fabricens.*

DEDUCTIO in domum mariti *l.* 5. *D. de rit. nupt.* Alias *deductio* est detractio *l.* 41. §. 1. *D. de legat.* 2. *l.* 51. *fam. ercisc. l.* 38. §. 2. *D. de pecul.*

DEDUCTIOR paullo numerus pro paullo minore in *l.* 21. *C. Theod. de medic. & professor.*

DEESSE in jure nostro sæpe est ad judicium non adesse, vel non comparare. Ita per contumaciam deesse *l.* 13. *pr. D. de minor.* Ita etiam quis dicitur deesse cognitioni *l.* 27. §. 1. *D. de lib. caus.* defensioni *l.* 21. §. *ult. D. quib. ex caus. maj.*

DEFECTUS, A, UM. Ita *defectus* ætate *l.* 3. §. 8. *D. de SC. Silan. Defectum* annis dixit Phædrus *lib.* 1. *fab.* 21. *v.* 3. conditione *l.* 10. 31. 81. *D. de condit. & dem. l.* 13. *pr. D. de statut.* Dicitur & ipsa conditio defecta, quæ deficit *l.* 10. *l.* 31. *l.* 81. *D. de condit. & dem. l.* 38. §. 3. 4. *D. de hered. inst.* Fænei *defective* idoneis debitoribus, ut & *defecta* domus idoneæ opponuntur in *l.* 3. *C. Th. de indulg. deb.* Defecta intentione *l.* 20. *C. de probat.* Defectus judicio familiæ erciscundæ *l.* 49. *D. famil. ercisc.* Defectæ senectutis homo *l.* 12. §. 3. *D. de usufr.*

DEFENDERE aliquando est eamdem vicem, quam reus, subire *l.* 51. §. 1. *D. de procur.* Ulpianus ad Edictum prætoris, quod in *l.* 35. §. *ult. D. eod. tit.* proponitur.

Defendere, ait, est facere, quod Dominus in litem faceret, & cavere idonee *l.* 35. §. *ult. D. eod. tit.* Alienæ enim litis nemo sine satisdatione idoneus est defensor *l.* 46. §. 2. *D. eod. tit.* Unde & vulgarem judicatum solvi stipulationis clausulam (qua *reum recte id est boni viri arbitratu defendi* promittitur *l.* 6. *D. judic. solv.*) explicans Ulpianus: *Defendere*, inquit, est satisdare. Sic enim videtur defendere quis, si satisdet *l.* 5. §. 3. *D. judic. solv.* Proinde non intelligitur *defendi* filius a patre, nisi judicatum solvi satisdetur *l.* 36. *D. de injur.* Denique qui suscipit alterius defensionem, etsi locupletissimus sit, aut consularis, non videtur defendere, nisi satisdare paratus sit *l.* 51. §. *ult. cum l.* 51. *l.* 53. *D. de procur.* Præter satisdationem ita *defendere* videtur procurator, si judicium accipiat. Plane si in possessionem patiatur venire eum, qui damni infecti satis, vel legatorum nomine desideret, vel ex noxali caussa duci servum patiatur, defendere videbitur *l.* 35. §. *ult. l.* 36. *D. eod. tit.* Quod si interrogatus procurator, qua ex parte heres sit dominus non respondeat, plane defendere non videtur *l.* 9. §. 4. *D. de interr. in jur. fac. l.* 39. *D. de procur. l.* 4. *D. si ex nox. caus. ag.* Quare, reo latitante post litem contestatam, ita demum fidejussores eum defendere videbuntur, si vel unus ex his pro solido eum defendat, vel omnes, vel qui ex his unum dederint, in quem judicium transferatur *l.* 42. §. *ult. D. de procur.* Enim vero sufficienter defendisse mariti defensor videtur, si tantum uxori præstet, quantum ea dotis judicio consequutura fuisset, si ipsum maritum convenisset *l.* 14. *pr. D. solut. matr.* Ulpianus porro ad hæc Edicti verba, quibus prætor in integrum restitutionem pollicetur, si quis quid usu suum fecerit, actioneve qua solutus fuerit, ob id, quod dies ejus exisset, quum absens non defenderetur, Defendi, ait, non eum videri, cujus se defensor ingerit, sed qui requisitus ab actore, non sit defensioni defuturus, plenaque defensio accipietur, si & judicium non detrectetur, & judicatum solvi satisdetur *l.* 21. §. *ult. D. ex quib. caus. maj.* Ita enim absens defendi non videtur, si actor ultro interpellat, nec quisquam defensioni se offerat *l.* 22. *D. eod. tit.* In eo vero Edicto, quo prætor in ejus bona, qui judicio sistendi caussa fidejussorem dedit, si neque sui potestatem faciat, neque defendatur, iri jussurum pollicetur, *defendi* videtur, qui propter absentiam in nullo adversarii sui caussam deteriorem facit *l.* 2. *pr. & §. pen. D. quib. ex caus. in possess.* In alio Edicto, quod sub eodem titulo proponitur, quo prætor, si pupillus in suam tutelam venerit, & recte *defendatur* possessione decedere se jussurum, pollicetur, *recte defendi*, est sui potestatem facere, & ad suscipiendum judicium paratum esse, denique vel per se, vel per alium, sed cum satisdatione: nec ille videtur *defendi*, qui, quo judicatum est, non solvit *l.* 63. *D. de judic.* Idem *eodem libro* tradit, quotiescumque non fit nomine pupilli, quod quivis paterfamilias idoneus facit, non videri defendi. Sive igitur solutionem, sive judicium, sive stipulationem detrectet, defendi non videri *l.* 10. *D. de adm. & peric. tut.* Idem *lib.* 44. *ad Edictum* non *defendere* videri eum, ait, non tantum qui latitat, sed & eum, qui præsens negat, se defendere, aut non vult suscipere actionem *l.* 52. *D. de reg. jur.*

Defendere sibi res tamquam donatas *l.* 33. §. *ult. D. de don. int. vir. & ux.* hereditatem *l.* 7. §. 1. *D. de hered. pet.* jus earum rerum, quæ prioris conjugii fuerunt *l.* 3. *C. Th. de matern. bon.* Quæ loquendi ratio elegans est, sed alio plane sensu apud ICtos, alio apud veteres auctores usurpatur. Illis enim defendere sibi quid, est jus sibi in ea re adserere. Apud hos vero defendere *cui quid* significat, aliquid ab aliquo avertere. Eo sensu Virgilius *Eclog.* 7. *n.* 47. *solstitium pecori defendite*. Ubi Servius: *Defendite*, id est, prohibete, vel excludite. Hor. *lib.* 1. *carm. Ode* 17. *v.* 2. Et igneam Defendit æstatem capellis usque meis, pluvios-

yiosque ventos. Denique Propertius *Eleg. ad Gallum lib. 2. Eleg. 20. v.* 11. Huic tu nympharum cupidas defende ruinas. Ita enim hunc locum emendandum censet Gronov. 3. *Obs.* 3. HEIN.

Defendere pro ulcisci, vel vindicare. Sic non *defendere* mortem defuncti *l.* 29. §. *ult. D. de jur. fisc.* id est defuncti vindictam insuper habere, ut loquitur *l.* 17. *D. de iis quæ ut indign.* Atque hoc sensu verbum defendere usurpavi. Tertullian. *adv. Marc. lib.* 1. *c.* 26. quum ait: Cur enim non prohibet admitti, quod non defendit admissum? Idem etiam *defensoria* pro vindicta posuit *lib.* 2. *adv. Marc. c.* 14. Eodem modo accipe loquutiones, *Defendere* necem consobrini *l.* 7. *C. qui accus. non poss. l.* 21. §. 1. *D. de SC. Silan.* testatoris *l.* 50. §. 2. *D. de legat.* 1.

DEFENSACULA fisci merere, id est, advocationem fisci *l.* 2. *C. Theod. de advoc. fisci.*

DEFENSARE idem, quod defendere, tueri in *l.* 3. *C. Th. de his, qui ad eccles.* & aliis locis ejusd. Codic.

DEFENSIO, quidquid adversario opponitur, non modo ex parte rei, sed & actoris. Nam defensiones etiam jura actoris significant *l.* 8. *C. quom. & quand. jud. sent. l.* 1. *C. quib. res jud. non noc. l.* 2. §. 1. *D. si ex nox. caus. ag. l.* 45. §. 1. *D. de proc. & defen.*

Defensio datur in capitalibus judiciis *l.* 33. §. 2. *D. de procur.* id est, excusatio absentis, ut *l.* 13. *D. de publ. jud.* seu licet pro absentibus verba facere, & absentiam excusare.

Defensionis legitimæ persona pro tutore *l. ult. C. si propt. publ. persit. Sin autem minoris forte persona fuerit inserta, necesse sit legitimæ defensionis personam adesse*, seu, ut habet *l.* 2. *C. Th. de distr. pign. lib.* 11. *tit.* 9. unde prior interpolata est, *quemquam legitimæ defensionis indiguisse persona.*

Defensio pro obtentu. Sub religionis defensione *l.* 27. *C. Th. de Epist. lib.* 16. *tit.* 2.

Defensio, ultio, vindicta. Defensio mortis *l.* 3. §. *ult. D. ad SC. Silan.*

DEFENSOR sæpe dicitur, qui in judicio vel pro se, vel alio quomodocumque defendit. Ita propriæ salutis defensor est in *l.* 3. *C. ad leg. Corn. de sicar.* Et fisci non minus, quam privatorum advocati dicuntur defensores *l.* 6. *C. de dilat. l.* 3. *C. Theod. eod.* Illi & *defensores* domus principis in *l. ult. C. Th. de actor. procur.*

Alias in judicio *defensor* in specie dicitur, qui pro reo litem suscipit, sive ex mandato, sive sine eo, ad prius pertinent verba veteris glossarii, *Defensor*, ἔκδικος, ὁ διὰ μανδάτου τὴν ὑπέρ τινος δίκην ὑποδεχόμενος, *vindex, interveniente mandato, judicium alterius suscipiens.* Ad posterius pertinere videntur verba Theophili *in* §. 5. *Inst. de satisd.* quæ juxta latinam versionem hunc sensum habent: Quod si contingat, ut ipse principalis reus ob quamlibet caussam præsto non sit, sed alius quisquam volens absentis defensionem subeat, nulla differentia inter actiones in rem, vel in personam introducenda citra impedimentum, velut defensor, admittendus est. At sæpe defensor dicitur, qui sine mandato pro reo litem suscipit satisdando judicatum solvi. Vid. *l. un. C. de satisd.* atque ita *defensor* a procuratore separatur *l.* 9. §. 6. *l.* 34. §. 3. *D. de jurejur. l.* 6. §. 2. *D. de his qui not. infam.* Et voluntarius est defensor, si sponte id faciat, qualis est, de quo supra Theophili verba allata sunt. Necessarius, si ex obligatione aliqua erga reum principalem litem suscipere tenetur. Quod utique variis modis oriri potest, aut ex pacto antecedente, nimirum si aliquis pecuniam, aut alia ex rebus, de quibus lis metuitur, sperat in se redundare, atque sic ex innominato contractu, aut si cui adversus eum regressus competit. Vid. Huber. *præl. ad Digest. p. m.* 667. aut denique a judice detur *defensor*, quod in criminalibus plerumque fieri solet. Vurffel. *jurisp. defin.* §. 178. *in not.*

DEFENSORES civitatum, sive locorum non ex decurionibus, sed ex aliis municipibus, seu civibus, eligebantur olim tres, qui curarent, ne tenuiores, & infimi a nobilibus læderentur *l.* 2. 3. *C. de defensor. civit.* Atqui hi videntur fuisse similes tribunis plebis: ideo defensores plebis adpellantur *l.* 1. *C. de offic. juridic. l.* 8. *C. Th. de donation.* Civitatum vindices adpellantur in *l.* 1. *C. Th. quacum. prædit. pot.* Hi autem in Constitutionibus etiam Magistratus vocantur *tot. tit. C. de defensor. civit. l.* 2. *C. de annal. except.* Judicabant de pecuniariis caussis usque ad trecentos aureos, de levioribus quoque criminibus cognoscebant, eadem competenti castigationi tradentes, cum tamen hoc ante magistratibus municipalibus non licuisset *l.* 12. *D. de jurisd.* deprehensos in majoribus criminibus in carcerem detrudebant, mittebantque ad provinciæ præsidem *l.* 3. *l.* 4. *l.* 7. *D. de defensor. civit.* Denique apud defensores civitatum testamentorum, & donationum insinuationes, & quidquid aliud erat monumentorum proprium agebatur *Novell.* 15. *c.* 1. §. 1. A quibus autem crearentur, & quinam, & quousque, vid. *in d. tit. de defensorib. civ.* & in *d. Nov.* 15. Horum autem munus, cum olim fuisset quinquennale, hac Novella fit biennale. Ita *defensores*, & curiales singularum urbium *l.* 12. *l.* 13. *C. Th. de pagan. sacrif. & templ.*

Defensores ecclesiarum *l.* 23. *C. de testam.* Quem Justinianus Novell. 74. vocat ἐκκλησίας ἔκδικον, eum vetus interpres *defensorem* vertit Suidas in Δηφένσωρ. Ὁ ἔκδικος χάρτης, καὶ δηφένσωρ, ὁ ἔκδικος. Δηφενσίων *defensio*, & Δηφένσωρ *defensor*. De his ecclesiarum defensoribus plura Cæs. Rasponus *lib.* 3. *de Basilic. & Patriarcheia Lateran. c.* 18. *p.* 277. Defensor ecclesiæ idem est qui hodie Castaldus, advocatus, & judex in *c.* 8. §. 2. *causa* 1. *qu.* 3. & *c. generali de elect. in* 6.

Defen-

Defensores locorum *l.* 30. *C. de Episc. l. ult. C. de judic. l.* 14. §. *in provincia C. de non num. pec.* eodem significatu ac supra defensores civitatum.

Defensores rerum publicarum *l.* 1. §. 13. *D. quand. adpell. l.* 10. §. *ult. D. de vacat. & excus. mun. l.* 1. *C. de offi. ej. qui vic. al. obtin. Defensores*, quos Græci Syndicos adpellant *l. ult.* §. 13. *D. de mun. & hon.* Personalia civilia sunt munera *defensio* civitatis, id est, ut Syndicus fiat *l.* 1. §. 2. *D. eod. tit.* Sic Defensionem reipublicæ suscipere *l.* 16. §. *ult. D. eod. titul.*

Defensor senatus *l.* 2. *l.* 3. *C. de præd. senat.*

DEFENSU supinum posterius pro priore: *Cavere debet* defensu *iri heredem l.* 1. §. 9. *D. de dot. prælег.* Hein.

DEFERRE interdum nihil aliud est, quam καταμηνύειν, indicare, patefacere, ut loquitur constitutio græca in *l.* 7. *C. de delator.*

Alias *deferre* est postulare, seu accusare, & reum quem agere *l.* 5. §. 11. *D. de lib. agnosc. l.* 18. *D. de jur. fisc.* Sic autem concise dicitur. Plena enim loquutio est: Deferre nomen *l.* 10. §. *ult. D. de jur. patron.* Et ita *deferri* rei nomen, & *accipi* invenies apud Cic. *lib.* 2. *de invent. c.* 19. Sic *Deferre* adulterii ream, Quinctilian. *Declam.* 329. caussam *leg.* 18. §. 5. *D. de jur. fisc. l.* 13. *D. de accus.* Proinde in *l.* 7. *D. ad leg. Majest.* in qua vulgo scriptum est; *Sed & milites, qui causas alias defendere non possunt,* videndum an non Modestinus, qui Marciani vestigia legens ejus verba, quæ in *d. l.* 13. *D. de accus.* habentur, imitatus est, scripserit, *Caussas alienas deferre*, maxime quum id ipsa Modestini verba antecedentia, & sequentia suadeant. Dicebatur etiam olim caussa ad patronos deferri a reis, & clientibus, ut ex Cic. *de Petit. Consulat.* adparet. Apud eumdem *lib.* 1. *de orat. c.* 58. Antonius: *At si*, inquit, *caussa aliqua ad nos delata est*. Idem Orat. *pro Cluent. c.* 13. *Ut hæc ad nos caussa delata est*. *Deferre* crimen *l.* 27. §. 7. *D. ad leg. jul. de adult.* querelam *l.* 11. §. 6. *D. eod. tit.* Deferre se ipsum dicitur, qui sibi seu palam, seu tacite relictum, quod capere non possit, profitetur, vel qui ultro præfectis ærario nunciat, eam rem, quæ sibi relicta est, capere sibi non licere *l.* 2. *l.* 3. §. *ult. l.* 13. *pr. l.* 16. *D. de jur. fisc. l.* 5. *in pr.* D. *de his quæ ut indign. l.* 1. *C. de his, qui sese defer.*

Deferre pro conferre, dare, tribuere. Sic defertur actio *l.* 64. §. 4. D. *sol matrim.* auxilium *l.* 26. §. 9. D. *ex quib. caus. maj.* Deferuntur bona intestati jure *l.* 42. §. 1. D. *de bon. libert.* fisco vacantia bona *l.* 6. §. 3. D. *ad SC. Trebell.* jus in bonis *l.* 1. D. *de libert. univers.* bonorum possessio *l.* 2. §. 4. D. *de bon. possess. cont. tab. l.* 1. §. 7. D. *de success. edict.* cognitio rescripti *l.* 1. *C. si contra jus* conditio jurisjurandi *l.* 9. *C. de reb. cred.* facultas accusandi *l.* 1. *C. ad Leg. jul. de adult.* hereditas *l.* 130. *l.* 151. D. *de verb. signif. l.* 2. D. *famil. ercisc.* fundus hereditate *l.* 37. D. *de contrah. emt.* honor *l.* 10. 11. 14. §. 3. D. *de mun. & hon.* jurisdictio *l.* 6. *C. de jurisd.* jusjurandum *l.* 13. *pr. l.* 16. 17. *& passim tit.* D. *de jure jur.* legatum *l.* 7. D. *de legat.* 1. onus *l.* 2. *C. de filiis fam.* optio *l.* 79. D. *ad SC. Trebell.* preces *l.* 1. *C. de prec. Imp. offer.* quarta ex constitutione D. Pii *l.* 2. §. 1. D. *famil. ercisc.* successio *l.* 4. *C. de legit. hæred.* tutela *l.* 7. D. *de cap. min. l.* 1. *l.* 3. *l.* 6. D. *de legit. tut. l.* 31. §. 1. *l.* 41. *l.* 45. D. *de excus.*

Deferre, ferre, adducere, *referre*. Sic deferuntur rationes ad ærarium *l.* 15. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* merces in tabernam *l.* 34. D. *de pign.*

Deferre in censum, id est profiteri *l.* 4. §. 6. D. *de censib. l.* 7. *l.* 8. *C. de donat.* Sic deferuntur salinæ in censum *leg.* 4. §. 7. D. *de cens.* Et ita deferendi verbum interpretandum est in *l.* 4. §. 5. D. *eod.* & apud Plin. *lib.* 7. *cap.* 49. Seneca *lib.* 1. *de benef. cap.* 3. *Nec illis fraudi est, si aliquid in censum tulerint*. Idem *Epist.* 91. Hæc omnia æstimationem desiderant, scilicet quantum cuique in censum deferendum sit. Valer. Maxim. *lib.* 4. *c.* 4. Cujus, ut superstitis, nullum fuit, quod in censum deferretur. Proinde apud Gell. *lib.* 7. *c.* 10. perperam scriptum esse, *in censum dedicavisti*, pro *detulisti*, probabile est. *Deferre* census. Tertullian. *de præscript. adv. hæret. c.* 32. Hoc modo ecclesiæ Apostolicæ census suos deferunt. Idem de *monogam. c.* 5. Etiam in Christo novans censum non possit eum sine monogamiæ professione deferre.

DEFICERE, est est, cessare. Sic deficit actio *leg.* 31. §. 18. *De Ædil. edict.* auxilium Senatus consulti *l.* 4. *C. de SC. Vellei.* conditio quæ non existit *l.* 20. D. *de usu & usufr.* conventio *l.* 20. D. *qui pot. in pign.* exceptio *l.* 12. *de præscr. verb.* fides veri *l.* 4. D. *de jur. & fact. ign.* gradus *l.* 57. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* interdictum *l.* 3. §. 13. D. *de itin. actuq. priv.* judicium *l.* 16. *C. famil. ercisc.* jus civile *l.* 6. §. 1. D. *de bon. possess.* lex *l.* 64. §. 9. D. *solut. matr.*

Deficere dicuntur, qui hereditatem omittunt, vel ante agnitam, aditamque eam decedunt *l.* 5. D. *de vulg. & pup. subst. l.* 78. D. *ad Leg. falcid.* Ita deficientium partes interpretare in *l.* 8. D. *de alim. vel cibar. leg. l.* 5. D. *de vulg. & pup. substit.*

Ita ipsa quoque pars deficere dicitur *l.* 55. 57. 59. D. *de legat.* 2. quæ alias cessare, & vacare dicitur. Ita deficiens pars *l.* 78. D. *ad leg. falc.* defecta pars *l.* 31. D. *de condit. & dem.* Deficit, quod relictum est *l.* 56. 60. D. *de legat.* 2.

Deficere etiam dicuntur, qui ab his, quorum sub imperio sunt, desistunt, & in hostium numerum se conferunt *l.* 5. §. 1. D. *de cap. min.* Unde defectio Cassiana apud Volcat. Gall. *in vita Avidii Cassii*.

Deficere, animum agere, exspirare *l.* 3. §. 2. D. *de pœn. l.* 32. §. 14. D. *de don. int. vir. & ux. l.* 22. *C. de administr. tut.* Ita deficientis voluntas, id est morien-

morientis *l.* 1. *C. Theod. ad Leg. Corn. de fals.* & aliis locis.

Deficere denique dicuntur debitores, qui labuntur facultatibus, & efficiuntur non solvendo *l.* 3. §. 8. *D. de jur. fisc.* Unde *defectus* facultatibus *l.* 33. *D. de jur. dot. l.* 1. *C. de oper. libert.* Hoc sensu & cautio deficere dicitur *l.* 73. *D. de cond. & demonstr.* fidejussoribus ad inopiam vergentibus. Et ita *defecta* nomina accipe in *l.* 11. *in fin. D. de usufr.*

DEFIGERE animos ad libidinem *l.* 3. *C. Theod. de malef. & mathem.* Dixit Paullus *lib.* 5. *sent. tit.* 23. §. 5. *obligare*, quod est obcantare. Vocabulum est magicum, de quo adductis variis ex Virgilio, Horatio, Ovidio, Cicerone, & Plinio locis egerunt Cujac. *lib.* 27. *obs. c.* 17. Salmas. *in Solin. p.* 1088. Schulting. *jurispr. vet. antejust. p.* 510. HEIN.

DEFINIRE, pro regula aliquid statuere. Nihil in perpetuum, neque generaliter definire possumus *l.* 14. *D. de divers. temporal.*

Definire, determinare. Ita Lege definiti anni *l.* 5. 6. *C. de fideic. libert.* Definire mercedem *l.* 25. §. *D. locat.* pubertatem *l.* 14. *D. de alim. vel cib. legat.*

DEFINITIO pro canone, & generali regula *leg.* 262. *D. de reg. jur. l.* 32. *D. de usufr. l.* 10. *D. de aur. arg. leg.* Itaque libri *definitionum*, quales Papinianus, & των ρων, quales Q. Mucius Scævola scripsit, nihil aliud continuerunt quam regulas, vel axiomata juris, ejusdemque argumenti fuerunt *libri regularum*, quales reliquerunt Cervidius Scævola, Neratius, Pomponius, Cajus, Ulpianus, Paullus, Martianus, Modestinus, Licinius Rufinus, immo & *libri opinionum*, quales Ulpianus adornaverat, si credimus Jac. Gothofredo in *Comment. ad l.* 58. *D. de reg. jur.* Quod tamen ego non crediderim. Adde Ev. Otton. *Papinian. c.* 12. §. 3. *p.* 244. *seq.* HEIN.

DEFINITIVA sententia *l. ult. C. quand. non est necess.* In Digestis hæc vox non occurrit. Vid. infra *sententia*.

DEFLECTERE aliquo suæ rei caussa *leg.* 38. *D. ex quib. causs. maj.* a justitia *l.* 17. *Cod. de quæstion.*

DEFORMARE ædificium *l.* 22. *C. de administr. tut.* deforme reddere. Deformare matrimonia falsis contumeliis *l.* 30. *C. ad leg. jul. de adulter.*

Deformatum dicitur, quod jam formatum, ac prope perfectum est. Quinctilian. *in præf. lib.* 6. *Inst.* Paullus in *l.* 14. *D. de stat. hom.* vocat *aliquatenus effectum*. Hein. Iidem fere sensus in illo Plauti in *Pseudol. Act.* 2. *sc.* 4. *v.* 10. 11. Jam instituta, ornata cuncta in ordine animo ut volueram, Certa, deformata habebam, ubi *deformare* est delineare, describere ὑποτυπῶσαι.

Deformare personam, pro designare, est apud Paull. 5. *Sent*, 4. 5. si hoc verbum a Paulli, ac non potius ab Aniani manu est. Vix certe latinum hoc sensu videtur. *Hein.*

DEFORMIS. Quæ deformibus ruinis intercidisse dicuntur *l.* 11. *C. de oper. publ.*

DEFORMITAS ædificiorum *l.* 4. *D. de off. præsid.* corporis *l. ult. D. de his qui effud.* loci *l.* 1. *D. ne quid in loc. sacr.* personarum *l.* 3. *D. si quadrup. paup.*

DEFRAUDARI commodo *l.* 45. *D. solut. matr.*

DEFRUTUM, mustum decoctum, & despumatum, ut Pallad. & Plin. *lib.* 14. *c.* 9. scribunt. Varro de *vit. pop. Rom. lib.* 1. apud Non. Sapam appellabant, quod de musto ad mediam partem decoxerant, *Defrutum*, si ex duabus partibus ad tertiam redegerant, defervefacendo. Utriusque meminit *l.* 12. §. 10. *D. de instr. vel instr. leg.* Defruti vero & *passi* meminit *l.* 9. *pr. D. de trit. vin. ol. leg. l. ult.* §. *ult. D. eod.* Passum autem eodem teste Varrone, nominabant veteres, si in vindemia uvam diutius coctam legerent, eamque passi essent in sole audiri. Nam & *passum*, quo ex sicciore uva est, & *defrutum*, quo magis incoctum est, eo est valentius, teste Celso *lib.* 2. *medicin. cap.* 17. Plane Victorinus in *lib. de orthograph. Defrutum* scribendum esse docet, propterea quod defervendo, & coquendo tale fiat, quod *defrudetur*, id est, fraudetur, vel minuatur coctura.

DEFUGA curiæ, vel collegii *l.* 3. *C. Theod. de his qui cont. propt. relig.*

DEFUGERE dicitur auctor, vel ejus heres, qui laudatus, & ad rem defendendam conventus deest, defensionemque caussæ detrectat *leg.* 85. §. 1. *l.* 137. §. 1. *D. de verb. oblig. l.* 39. §. *ult. D. de evict.* Eodem sensu defugere auctoritatem dixerunt Plaut. in *Pœnul. act.* 1. *sc.* 1. Terent. in *Eunuch. Act.* 2. *sc.* 3. *v.* 89. Dic. *pro P. Sulla. c.* 11.

Defugere inquisitionem veritatis *l.* 10. *Cod. ad Leg. jul. de adult.*

DEFUNCTORIA inquisitio *l.* 34. §. 4. *de episc. aud.* Ita & Petron. *in satyr. p.* 81. Non satiatus defunctorio ictu morte me anseris vindicavi. *Defungi* enim interdum dicimur, quum quid facimus leviter, ac dicis caussa, ne nihil fecisse videamur. Jo. Frid. Gronov. 4. *obs. c.* 13. *p.* 217. Unde *defunctorie* idem quod obiter, vel in speciem.

DEFUNCTORIE fieri dicitur, quod non fit bona fide, sed aliquo obtentu, item quod non fit ea, qua par est, diligentia. Mater defunctorie tutorem petit *leg.* 2. §. 31. *D. ad SC. Tertull.* Tres tutelæ eodem tempore non defunctorie susceptæ *l. un. C. qui num. tut.* Senec. *Controv.* 31. *extr.* Defunctorie caussam agere. *Hein.*

DEFUNDERE. Vasa in quibus vinum defunditur Paull. 3. *sent.* 6. §. 61. ubi quidam malunt *diffunditur*. Sed Paullus loquitur de instrumento cauponario, per quod vinum *defunditur*, puta in urnas, sextaria, quadrantalia, cetera. De discrimine harum loquutionum *diffundere*, & *defundere vinum*, ex instituto egerunt Cujac. 21. *obs.* 22. Turneb. 1.

neb. 1. *adversar.* 1. Schulting. *jurispr. vet. antejust. pag.* 370. Hein. Vid. infra *diffundere*.

DEFUNGI litis æstimatione *l.* 27. §. *ult. D. ad leg. Aquil.* id est, eam præstare.

Defungi munere (in Florent. *muneri*) *l.* 1. §. 6. *D. ad SC. Turpill.* noxæ deditione *l.* 37. §. *ult. D. ad Leg. Aquil.*

Defungi vita, pro mori *l.* 1. *C. de restit. l.* 40. *D. de testam. mil.* Defuncta capita gregis *leg.* 68. §. *ult. D. de usufr.* i. e. demortua.

DEGENER, majorum suorum virtus deserens *Nov.* 7.

Degeneres, pro filiis naturalibus *l.* 12. *in fin. C. de natural. lib.* HEIN.

DEGERE *l.* 1. *C. ubi de hered. ag. & passim*, habitare, commorari.

DEGLABRARE arborem *l.* 5. *pr. D. arb. furt. caes.* id est, eam glabram facere, corticem ei demere.

DEGRADARE *l.* 3. *C. de offic. magistr. offic.* ubi tamen *regradari* legit Haloander. *Hein.*

DEGRADATIO solum *verbalis*, seu depositio ab ordinibus, vel gradibus ecclesiasticis clericorum in sacris ordinibus constitutorum est facienda a proprio Episcopo adsistente sibi certo Episcoporum numero a sacris canonibus definito. In degradatione vero eorum, qui solum minores ordines receperunt, sufficit proprii Episcopi sententia sine aliorum Episcoporum præsentia. *Actualis*, seu *sollemnis* clerici degradatio fit, sicut exauctoratio militum, quibus insignia militaria detrahuntur. Clericus itaque degradandus vestibus sacris indutus, in manibus habens librum, vas, vel aliud instrumentum ad ordinem suum spectans, ac si in officio suo deberet sollemniter ministrare, ad Episcopi præsentiam adducitur, cui Episcopus publice singula, sive sint vestes, sive calix, sive alia, quæ illi in sua ordinatione fuerunt tradita, singulariter auferat, inchoando ab illo, quod illi ultimo fuerat traditum, & descendendo gradatim ad vestem, quæ datur in collatione tonsuræ. Tunc radatur caput illius, seu tondeatur, ne tonsuræ clericalis vestigium appareat. Poterit autem Episcopus in degradatione ad terrorem uti verbis, ad illa oppositis, quæ in collatione ordinum adhiberi solent, dicendo presbytero in ablatione planetæ: Auferimus tibi vestem sacerdotalem, & te honore sacerdotali privamus. Similibus verbis utitur in remotione reliquorum insignium. In ablatione ultimi dicit: Authoritate Dei omnipotentis Patris & Filii & Spiritus Sancti, ac nostra tibi auferimus habitum clericalem, & deponimus, degradamus, spoliamus, & exuimus te omni ordine, beneficio, & privilegio clericali *cap. degradatio* 2. *de pœnis in* 6 Concilium Tridentinum statuit, ut in casu, quo clericus est degradandus, & curiæ sæculari tradendus, ut in depositione *verbali* possit procedere per Vicarium Generalem, in depositione autem *actuali* debeat ipsemet peragere functionem, utque in casu, quo requiritur Episcoporum præsentia, possint adhiberi Abbates, habentes usum mitræ, & baculi, & si ex diœcesi commode haberi non possint, aliæ personæ in dignitate ecclesiastica constitutæ, & in jure peritæ Concil. Trident. *sess.* 13. *c.* 4.

DEGUSTARE vinum *l.* 1. *pr. &* §. 1. *D. de peric. & comm. rei vend.*

Qui liberales scientias *degustaverint*, id est, mediocrem earum scientiam habeant *l.* 1. *C. Th. de excus. artif.* Vid. Vitruv.

Degustatum fulgore, κυρτές, pro tactum, disjectum, derasum, exustum. Haruspicinæ vocabulo, ni fallor, proprio Constantius Imp. in *l.* 1. *C. Th. de pagan.* Si quid de palatio nostro, ait, aut ceteris operibus publicis degustatum fulgore esse constiterit. Lucretius etiam *lib.* 2. *v.* 192. Nec cum subsiliunt igneis ad tecta domorum. Et celeri flamma degustant tigna, trabesque. Pro quo idem *lib.* 5. ambesse, id est, ambedere dixit *v.* 397. Ignis enim superavit, & ambens multa perussit. Lucanus *lib.* 6. *v.* 266. Frangentem fluctus scopulum ferit, aut latus alti Montis adest. Eodem sensu Virgilius *lib.* 12. de lancea infixa *v.* 376. summum degustat vulnere corpus.

DEJERARE, id est, jurejurando decidere *l.* 22. §. *ult. D. de nox. act. l.* 21. §. 2. *D. eod. tit.*

DEIICERE in interdicto *unde vi* est quacumque possessione expellere. *Dejicitur* enim, qui possidet sive civiliter, sive naturaliter. Nam & naturalis possessio ad hoc interdictum pertinet *leg.* 1. §. 9. *D. de vi, & vi arm.* Dejicit autem tam qui manibus suis dejicit, quam is, qui mandavit, vel jussit, ut alius dejiceretur, vel ratum habuit *l.* 12. §. 12. *D. eod. tit. l.* 152. *D. de reg. jur.* quam ad illius interdicti quæstionem referendam, inscriptio docet. Dejecisse quoque locatorem colonus videtur, qui emtori possessionem non tradidit, nisi probabili caussa ductus id fecerit *l.* 11. *D. de vi, & vi arm.*

Dejicere in interdicto *de effusis, & dejectis* est ex sublimiore ædium parte projicere *l.* 2. *D. de his qui effud. vel dejec.* Pro *dejecto* autem quid habeatur, exponitur *l.* 1. §. 3. *D. de his, qui effud. vel dejec.* Quo nomine actio *de effusis, & dejectis* competit *l.* 5. §. 5. *D. eod. tit.*

DEINCEPS, id est, de cetero *l.* 3. *C. de episc. aud. l.* 12. *D. de usur. l.* 11. §. 1. *D. de donat.* & passim. Hein.

DEINDE plerumque pro minore, aliquando tamen & pro satis longo temporis intervallo accipitur *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* Interdum idem significat, ac denique, ut in *l.* 1. §. 1. *D. si tab. test. null. exst.* Vid. August. Barbos. *Diction.* 53.

DELAPSÆ terræ *l.* 62. *D. de usufr.*

DELATIONES fiscales *l.* 25. *D. de jur. fisc.* Delatio mortui *l.* 14. §. 3. *D. de relig.* Vid. supra *deferre*.

DE-

DELATOR est, qui neque suam, neque suorum injuriam exsequitur, sed vel quæstus gratia, præmiive consequendi, vel vindictæ publicæ studio nocentium nomina defert, vel fisco quæsita bona nunciat *l.* 2. §. 3. *leg.* 4. 15. 18. §. 1. *l.* 23. §. 4. *l.* 29. *D. de jur. fisc. tit. C. de delat.* Constantin. Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 5. §. 1. delatorem μηνυτὴν vocat, eumque ita definit: τὸν ἀρχηγὸν καὶ αἴτιον γνωρίσματος τινος ὑποθέσεως, ἢ πράγματος, ἀγνοουμένου μὲν πρότερον, μηνυομένου καν ὕστερον παρ αὐτοῦ, auctorem & caussam rei alicujus cognoscendæ, quæ cum antea ignota esset, postea ab illo indicatur. *Delatores* etiam *nunciatores* vocant Impp. in *l.* 4. *C. de delator.* Cujusmodi hominum genus Martial. *lib.* 1. *epigr.* 4. exagitans: Turba, ait, gravis paci, placidæque inimica quieti, Quæ semper miseras sollicitabat opes. Plin. *panegyr. c.* 35. Vidimus delatorum judicium, quasi grassatorum, quasi latronum, non solitudinem illi noviter, sed templum, sed forum consederant, nulla testamenta secuta, nullus status certus, non orbitas, non liberi proderant. Immo in ipsis Legibus nostris pessime audit id hominum genus. Vid. *l.* 4. *C. de delat. l.* 10. *Cod. Theod. de petit. l.* 6. *C. de malef. & mathem. l.* 7. *C. Just. eod. tit.* Et vero quid acerbius in eos dici, statuique potuisset, quam illud in *l.* 2. *C. Theod. de petit.* Comprimatur unum maximum vitæ humanæ malum, delatorum exsecranda pernicies, & inter primos conatus in ipsis faucibus strangulетur, & amputatæ radicitus invidiæ lingua vellatur, ita ut judices nec calumniam, nec vocem prorsus deferentis admittant; sed, qui delator exstiterit, capitali sententiæ subjugetur. Addantur *l.* 5. *C. eod. tit. l.* 3. 4. 24. *C. Theod. eod. tit.*

In componenda delatorum historia omnium omnino industriam superavit Brenckman. in *Comment. de Lege Remmia* inserta *Thesaur. Jur. Tom.* 3. *p.* 1561. seq. *Hein.* Plane *delator* non est, qui protegendæ caussæ suæ gratia aliquid ad fiscum nunciat *l.* 44. *D. de jur. fisc.* Sed nec qui reipublicæ caussas defendit, delatorum criminibus tenetur, quum hi soli exsecrabiles sint nunciatores, qui fisco deferunt *l.* 4. *Cod. de delat.*

DELATORIA curiositas *l.* 6. *D. de jur. & fact. ign.* Delatorii libelli *l.* 7. *Cod. Th. de petit. & ult. dat.*

DELEGARE est vice sua alium reum creditori dare, vel cui jusserit *l.* 10. *D. de novat. & deleg. l.* 26. §. *ult. D. de jurejur.*

Delegare etiam mandare significat, & committere *l.* 2. *D. si mens. fals. mod. l.* 32. §. 16. *de recept. qui arb.* Unde judex datus adpellatur *delegatus l.* 5. §. 11. 14. *C. de judic.* de quo infra. Delegata jurisdictio *leg.* 1. *D. de damn. infect.* publici judicii exercitio *l.* 1. *D. de offic. ejus, cui mand. jurisd.* Delegatum munus *l.* 12. §. 14. *D. de religios.* negotium *l.* 10. *C. de adpell.* Delegata in usum aliquem pecunia *l.* 2. *D. ad Leg. Jul. pecul.* Delegare testamento tutelam *l.* 3. §. 3. *D. de admin. & peric. tut.*

DELEGATIO, quia creditori suo alium reum vice sua dat debitor, quæ vel per stipulationem, vel per litis contestationem fit *l.* 11. *D. de novat.* Vetus Glossarium: *Delegatio*, ἡ ἐκ προσώπου εἰς πρόσωπον μετατιθεῖσα τὸ χρέος, *quæ debiti a persona in personam fit translatio*. Sic delegatio vicem solutionis sustinet *l.* 37. §. 4. *D. de oper. libert.*

Delegatio in posteriorum Imperatorum rescriptis descriptionem significat a principe, vel præfecto prætorio singulis provinciis transmissam, qui tributorum, annonarumque illationis modus, & ratio continentur, & quomodo largitionalium titulorum exactio debeat procedere, describitur, ac præcipitur *l.* 23. *C. de decurion. l.* 2. *C. de indiction. l.* 7. *C. de offic. rect. prov. l.* 10. *C. de excus. mun. l. un. C. ne collat. per logograph. Novell. Valentiniani & Marciani de suar. & boar.* Hujusmodi delegationes Justinianus *Novell.* 128. *c.* 1. διατυπώσεις vocat, σημαινούσας τὸ ὁπόσον ἐν ἑκάστῃ ἐπαρχίᾳ, ἤτοι πόλει ὑπὲρ ἑκάστου ζυγοῦ ἢ ἰουλίων ἢ κεντουρίων, ἢ ἄλλων οἱωνδήποτε ὀνομάτων τοῦτο μὲν ἐν εἴδει τοῦτο δὲ ἐν χρυσίῳ δημοσίων ἕνεκεν ἐπίκειται, descriptiones declarantes, quantum in unaquaque provincia, seu civitate pro uno quoque jugo, aut juliis, aut centuriis, aut quorumvis aliorum nomine tam in specie, quam in aurotributorum nomine incumbat. Sic delegatio missa *l.* 3. *C. Theod. de indict.* Particulari *delegationum* notitia ante indictionis exordium singulis transmissa provinciis *l.* 2. *C. de indict. add. l.* 8. *C. de exact. mun. l.* 4. *C. de annon. & trib. l. ult. C. de can. largit. tut.*

DELEGATORIÆ *l.* 22. *C. Theod. de erogat. mil. annon. l.* 16. *C. Th. de evict.* sunt Principis vel Præfecti prætorio Epistolæ, uti vocantur in *l.* 8. *C. Th. de extraord. l.* 8. *C. de excus. mun.* quibus jubentur provinciæ numeris, scholis species præbere. Jac. Gothofr. Comm. ad *l.* 22. *C. Th. de erog. mil.*

DELEGATORII judices in eadem caussa, qui opinatoribus junguntur in *l.* 7. *p. C. de exactor.*

DELEGATUS, cui actus jurisdictionis expediendus mandatur, veluti examen testium, transumtio documentorum, ocularis inspectio, inquisitio in rationes, exsequutio, liquidatio, & distributio in concursu creditorum. Ita quidem delegati intelliguntur *c.* 28. *decretal. de off. jud. deleg.* quamquam hodie *commissarii* nomine veniat is, cui ejusmodi actus singulares expediendi committuntur, ut sic a delegato proprie dicto differat, cui jurisdictio ipsa mandata est in certa caussa, ut universos actus in illa faciendos expediat. Vid. Vurffel. *jurispr. defin.* §. 10.

DELERE imaginem, librum *l.* 31. *D. de furt.* instrumentum *l.* 28. *D. eod. tit.* patriam *l.* 35. *D. de religios.* testamentum *l.* 41. *D. ad Leg. Aquil. Deletus* ager vi fluminis *l.* 11. §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv. Deletum* chirographum *l.* 40. 41. *D. ad Leg. Aquil.*

DELETITIA charta *l.* 4. *D. de bon. possess. sec. tab.*

tab. id est cui antea quid inscriptum, sed postea erasum. Quod pluribus probant Cujac. ad *d. l.* 4. & Guid. Paucirol. 2. *Var. Leg.* 108.

DELIBATIO hereditatis *l.* 116. D. *de legat.* 1. Ita legatum definitur, quod testator ex eo, quod universum heredis foret, aliquid decerpit, deminuit, & subducit. Ex diverso *Illibatus* quadrans *l.* 20. §. 5. D. *famil. ercisc.* id est integer non imminutus.

DELIBERARE in *l.* 1. §. 3. D. *de postul. l.* 6. §. 5. D. *ad SC. Trebell. l.* 29. §. 9. D. *ad Leg. jul. de adult.* est rei rationes secum subducere. Deliberare de bonorum possessione *l.* 1. §. 12. D. *de success. edict.* id est, utrum admittat bonorum possessionem an non *l.* 2. §. 2. D. *de bon. possess. sec. tab. Deliberat* heres, adire hereditatem *l.* 9. §. 1. D. *ex quib. causs. in possess.* Hinc.

Deliberandi jus, quod heredi a prætore conceditur, ad statuendum, utrum heres esse velit, an non *tot. tit.* D. *&* C. *de jur. deliber.* & deliberationis tempus *l.* 71. D. *ad SC. Trebell.*

DELICATUS debitor l. 25. *in fin.* D. *de pign. act.*

DELICIÆ. Non deliciis, sed justis adfectionibus dare libertatem *l.* 16. *pr.* D. *de manum. vind.*

DELICTUM. factum illicitum, sponte admissum, quo quis & ad restituendum, si fieri possit, & ad pœnam obligatur. Vel, ut Donellus *XV.* 24. *comm.* Admissum turpe, quo alteri male fit, id est nocetur, vel detrahitur. Est vero delictum vel *verum*, vel *quasi delictum*. Illud ex dolo malo, hoc ex culpa sine dolo admittitur. Tametsi damnum injuria datum, a potiore ICti *delictum* quam *quasi delictum* adpellare maluerunt, quamvis id tam ex culpa, quam ex dolo nascatur §. 3. *Inst. de Leg. Aquil.* In gravioribus sane *delictum* magis, quam *quasi delictum* adpellaveris id, quod culpa erit admissum, v. g. si ob male actas excubias hostis arcem occupaverit. *Verum* iterum vel *publicum*, vel privatum est *delictum*. Illud publica animadversione vindicatur, & publicum ejus est judicium, publicaque accusatio cuivis ex populo competens ideo, quod maxime ad reipublicæ læsionem tendit, & vocatur κατ' ἐξοχὴν crimen *l.* 17. §. 6. D. *de ædil. edict.* Privatum vero *delictum* est, quod directe ad privatorum saltim læsionem tendit, & ideo privatam saltim producit persequutionem. Dein & hoc discriminis notandum, quod hoc in delictorum genere fuerit actum apud recuperatores, in *publicis* coram magistratibus, ita ut pœna in *privatis* ipsi actori adjudicaretur, quamvis & in his criminaliter agi liceret, id est, quando actor poenam reo aut corporalem, aut pecuniariam infligendam, fisco exsolvendam, petit. Estor. *animad. ad Hein. Inst.* Quomodo ab excessu differat delictum ex sensu juris canonici, Vid. infra arr. *excessus.*

DELINIMENTUM. Delinimentis novercalibus instigatus *l.* 4. *D. de inoff. test.*

DELINQUERE. Pati delinquere, & delicti auctorem esse differunt *l.* 3. *D. de nox. act.*

DELITESCERE dicitur servus *l.* 1. §. 2. *D. de fugitiv.*

DELPHICA in *l.* 3. *D. de supell. leg.* & apud Paull. 3. *sent.* 6. §. 56. sunt mensæ tripodes. Martial. *lib.* 12. *epigr.* 67. Argentum, atque aurum non simplex delphica portat. Vetus Horatii interpres ad hunc versum *lib.* 1. *serm. sat.* 6. *Et lapis albus Pocula cum cyatho triæ continet*: Lapis, ait mensa marmorea, quam *delphicam* vocant, scilicet quæ pretii non est magni. Τρισκελὴς τράπεζα. Cujus vocis originem cum significatione aperit auctor Etymologici his verbis: Δελφικα λεγουσι τρίποδα Ρωμαῖοι. ἐπεὶ πρῶτον ἐν Δελφοῖς γέγονεν. *Delphicam* Romani vocant tripoda, quod Delphis primum fuerit. Plin. *lib.* 34. *cap.* 3. Ex ære factitavere & cortinas tripodum, nomine delphicas, quoniam donis maxime Apollinis Delphici dicabantur.

DEMANDARE pro mandare in *l.* 1. §. 8. *ad SC. Turpill. l. ult.* §. 4. *D. de verb. oblig.*

DEMENS, mente captus, & proprie loquendo a furioso diversus, unde ab hoc separatur *l.* 2. *D. de inoff. test. l.* 27. §. 5. *D. de recept. arb. l.* 28. *C. de episc. aud.* §. 3. *Inst. de curat.* quemadmodum & furor, & dementia *l.* 6. *D. de curat. furios. l.* 8. §. 1. *D. de tut. dat. l.* 17. §. 11. *D. de injur. l. ult.* §. 1. *C. de adm. tut.* Græci ICti ita distinguunt, ut furiosos μαινομένους, dementes ἀνοήτους dicant. *Dementiam* autem, seu insaniam & stultitiam Cic. *lib.* 3. *Tusc. Quæst. capit.* 5. definit adfectionem lumine mentis carentem, inconstantiam sanitate vacantem, quum non integra mens est, & sana, tuetur tamen mediocritatem officiorum, & vitæ communem cultum, atque usitatum. Furorem vero interpretatur mentis ad omnia cæcitatem. Ibidemque de furioso agens: Qui ita adfectus, eum dominum rerum suarum vetant *XII. Tabulæ*. Itaque non est scriptum: Si insanus, sed si furiosus esse incipit. Quæ postrema verba e glossemate in carmen XII. Tabularum, cujus prima dumtaxat verba laudaverat Cicero, irrepsisse videntur. Verba certa ita concepta fuisse, compertum est: *Si furiosus exsistat*, ut ex Cic. *lib.* 2. *de invent. cap.* 50. & *Auct. ad Herenn. lib.* 2. *c.* 13. liquet.

Porro latius plerumque *dementiæ* nomen porrigitur, ut cum furore *dementia* confundatur. Hoc modo Quinctilian. *Declam.* 348. Dementiam ablatum rerum omnium intellectum definit. Hinc dementis curator *leg.* 18. §. *ult. D. de legat.* 2. *l.* 7. §. 1. *D. de curat. furios.*

DEMERE fenestras, & ostia *l.* 59. *D. de rei vind.*

DEMERERE, vel *demereri*, Ulpianus in *l.* 31. §. 8. *D. de legat.* 3. Si ita sit fideicommissum relictum,

ctum, Illi *si demeruerit* (ubi perperam Florentiæ legitur, *si & meruerit*,) omnimodo fideicommissum debebitur, si modo meritum, quasi apud virum bonorum collocare fideicommissarius potuit. HEIN.

DEMERSI in Tiberim lapides *l. 13. D. de adqu. rer. dom.*

DEMINUERE de bonis *l. 5. §. 3. C. de carbon. edict.* id est, alienare. His verbis *deminui bona veto*, Prætor non tantum alienationem impedit, verum etiam actiones exercere non patitur *l. 7. D. de jur. delib.*

Deminutæ res in SCo de hereditatis petitione *l. 20. §. 6. & §. 21. D. de hered. pet.* intelliguntur etiam usucaptæ, & quæ ob id de hereditate exierant *l. 21. D. eod. tit.*

Deminuere jus suum, id est minus reddere *l. 71. D. ad Leg. falcid.* & ita accipe deminuere legatum *l. 78. §. 1. D. de legat. 3.* lites *l. 21. D. de reb. cred.* obligationem *l. 22. D. de solut. & liberat.* patrimonium *l. 6. pr. §. 2. D. quæ in fraud. cred.* res corporaliter *l. 5. D. de impens. in res dot. fact.*

DEMINUTIO pro alienatione in *l. 15. §. 4. D. de divers. temp. præscr. l. 10. D. de curat. furios. l. 10. §. 20. D. de ventr. in possess. mitt.*

Deminutio quælibet minutio, per quam rei quid decedit. Deminutio ex bonis *l. 33. D. de reb. auct. jud.* patrimonii *l. 55. §. 1. D. de admin. & peric. tut.* Capitis *deminutio l. 2. D. de legit. tut. l. 2. §. 1. D. de capit. minut.* Vid. supra *Caput.*

DEMITTERE. Demissa res in jusjurandum *l. 34. n. ult. D. de jurejur.*

DEMOGRAMMATEUS. Ita nonnulli legendum censent in *l. 4. C. de tabular. scrib. logograph.* quum in vulgatis sit *medographeus*. Ita δημογραφεὺς esset populi, vel plebis scriba. Sed incerta omnino est loci illius lectio. *Hein.*

DEMOLIRE pro *demoliri l. 7. §. ult. D. quod vi aut. cl. l. 27. D. de usu & usufr. l. 50. D. ad Leg. Aquil. l. 30. pr. D. locat. l. 12. D. comm. divid. l. 43. §. 1. de damn. infect.* Quamvis vero *demolio* plerisque parum latinum videatur, id tamen bonis auctoribus non plane ignotum fuisse, ostenderunt Ger. Jo. Voss. *de Analog. lib. 3. c. 6.* Frissonius *Parerg. n. 56.* Scip. Gentil. *parerg. lib. 1. c. 18.* Ducker. *de latin. vet. jurisc. p. 328.* Et sane quum Valer. Maxim. *lib. 5. c. 10. exempl. 2.* scripserit, *Ne quid mali fortuna moliret*, & Lactant. *lib. 4. c. 21.* altaria *demolierunt*, non video, cur id σολοικον videri debeat in Jurisconsultorum libris. *Hein.*

DEMOLIRI ædificia *l. 3. C. de ædif. priv.* Demolitus ædificium *l. 2. D. si ususfr. pet.* Sed & passive eo deponente utuntur Jurisconsulti, uti Ulpianus, paries qui demolitus est *l. 37. D. de damn. inf.* Ita est demolitis ædibus *l. 10. §. 1. D. quib. mod. ususfr.* Demolito opere Paull. *lib. 5. tit. 6. §. 2.* In demoliendis sepulcris *l. 2. Cod. de sepulcr. viol.*

DEMOLITIO operum *l. 1. §. 10. D. de nov. op. nunc.*

DEMONSTRARE, quod dicturus est *l. 1. §. 1. D. de edend.* rem vocabulis quibusdam *l. 6. D. de reb. cred.* prius est ostendere, posterius est describere per periphrasin.

DEMONSTRATIO a *caussa*, & conditione multum differt *l. 75. §. 1. l. 96. D. de legat. 1. l. 17. D. de condit. & dem.* Theoph. in *§. 30. Inst. de legat.* Δεμονστρατίων ἐστιν δήλωσις πράγματος, ὃ ληγατεύεται. Καῦσα δέ ἐστι δήλωσις τῆς αἰτίας δι' ἣν ληγατεύεται. *Demonstratio* est descriptio rei, quæ legatur, Caussa, rationis ob quam legatur. Inter *demonstrationem* etiam, & conditionem hoc interest, quod demonstratio plerumque factam rem ostendit, *conditio* futuram *l. 34. §. ult. D. de condit. & dem. Demonstratio* certe vel in præsens, vel in præteritum tempus confertur, ut patet ex *l. 6. D. de legat. 1. & l. 25. D. de legat. 3.* Hæc oratio *Stichum, qui meus est*, demonstrandi caussa posita intelligitur. At si ita concipiatur, Stichum qui meus erit, pro conditione accipitur *leg. 6. D. de legat. 1.* Demonstratio quoque est, si ita dicam, *Vestem purpuream, quæ uxoris caussa parata est, centum, quos mihi debet, Stichum, quem de Titio emi, Fundum Tusculanum, qui mihi a Titio donatus est, Fundum quem illa mihi doti dedit l. 10. D. re aur. arg. leg. l. 76. §. 3. D. de legat. 2. l. 17. l. 40. §. 4. D. de cond. & dem.* Ulpian. *tit. 24. §. 29.* Sic demonstratio nominis vice fungi dicitur *l. 34. pr. D. de cond. & dem. l. 6. D. si cert. pet. l. 6. in fin. D. de rei vind.* Quibus ex omnibus adparet *demonstrationem* qualem Icti intelligunt definiri posse, Designationem notarum individui, quod objectum est voluntatis.

DEMOVERE se pro abire, relinquere communionem in *l. 7. C. Th. de hæret.*

DEMORARI petitionem *l. 8. C. qui pet. tut.*

DEMORTUA capita gregis *l. 29. D. de usufr.* mancipia *l. 11. §. 5. D. de minor.*

DEMOSTHENES orator in *l. 2. D. de legib. l. 16. §. 7. D. de pœn.*

DEMUM, tandem, denique *l. 1. §. 14. D. si quadrup. paup.* & apud Plaut. *Mostell. act. 3. scen. 2. v. 152.*

DENA in *l. ult. D. de tribut. act. l. 79. D. de legat. 1.* significat decem singulis personis. At in *l. 3. D. de ann. legat. l. ult. pr. D. de verb. oblig.* significat decem in singulos annos.

DENARISMUS in *l. 107. & l. 123. C. Th. de decurionibus* accipitur vel de quacumque exigua præbitione in pecunia, (fuit enim & denarius aureus & argenteus,) vel de denario argenteo. Alias *denarismus* aliquando accipitur pro computatione per nummos æreos. Vid. Jac. Gothof. *ad d. l. 107.* & DuFresne *in Glossar. med. & infirm. latin.* hac voce.

DENA-

DENARIUS *l. 40. D. de reb. cred. l. ult. D. de inst. act. l. 65. §. ult. D. de verb. obl.* At *denaria* pluraliter *in l. 21. D. de cond. indeb. l. 26. §. 1. D. depos. l. 20. §. 1. D. de ann. legat.*

DENDROPHORI *in l. 20. C. Theod. de pagan. sacrif. & templ. l. 1. C. Th. de centon & dendroph.* & in antiquis inscriptionibus non semel. Ii quid sint, tam obscurum est, ut pauci explicare, nemo ferme sententiam suam aperte de iis profiteri hactenus sit ausus. Id certum est, alios esse *dendrophoros*, de quibus *l. 10. C. Theod. de pagan.* alios, de quibus peculiaris codicis Theodosiani titulus agit, secus ac existimavit Cujac. *lib. 7. obs. c. 30.* Nempe Dendrophororum nomina, quorum *l. 20.* meminit, fuerunt professionum gentilitiarum, hoc est, corpora quædam, & collegia paganæ superstitionis, quibus qui addicti erant, in honorem alicujus Dei, veluti Bacchi, Silvani, (qui in vetere inscriptione ipse δενδροφόρος dicitur. Vid. Serv. *ad Virgil. 1. Georg. v. 20.* Apollinis, Hecates, Cereris; horum enim omnium honoribus institutas fuisse δενδροφορίας ex Strabone ostendit Reinesius) arbores, stirpitus excisas, humeris ferebant, seu, ut Commodianus loquitur, *succollabant*, de quibus præter Artemidor. *lib. 2. cap. 41.* & Jos. Scaligeri locus est accipiendus, quando epist. ad Lindebrogios fratres *lib. 3. epist. 205. Dendrophoros*, inquit, a Salviano Dendrophoro intexto in vexillis illorum corporatorum dictos, certum est. Additur locus Arnobii *lib. 5. c. adv. gent. p. 167.* Illi vero *dendrophori*, quorum in inscriptione tituli *C. Th. de centonar. & dendroph.* mentio fit circa domos, & ædificia, eaque sarta tecta habenda occupati, adeoque inter artifices, & opifices fuisse videntur, *quorum corpora in quibusdam oppidis fuerint, centonariorum, atque fabrorum adnecti* jubet Constantinus, addita ratione, *quoniam* frequentia *hominum ea multiplicari expediat.* Fuisse autem in plerisque oppidis, & non infrequentes *dendrophoros* inscriptiones antiquæ, ubi toties eorum occurrit mentio, dubitare nos non patiuntur. Vid. Reines. *Inscr. Class. 1. 40.* Jac. Gothofr. *Comm. ad C. Theod. ibid.* Alciat. *Prætermiss. verb. militia*, & *ad l. 167. D. de verb. signif.* Car. Du-Fresne *Glossar. med. & inf. lat.*

DENEGARE actiones dicebatur Magistratus *l. 4. D. de reb. jud.* & passim. Sic & *denegantur* alimenta *l. 1. §. 2. l. 6. D. de ventr. in possess. mitt.* & auxilium *l. 2. D. de his qui sui vel al. jur.* bonorum possessio *l. ult. C. si a par. qui manum.* defensio *l. 1. C. quib. ad lib. provoc.* exactio *l. 48. D. de oper. libert.* exceptio *l. 23. D. de nox. act.* exsequutio operis novi *l. 19. D. de nov. op. nunc.* &c.

DENIQUE pro certe, vel plane, eleganter ponitur, etsi nihil præcedat *l. 6. §. 6. D. de postul. l. 40. pr. & §. 2. D. de procur. l. 17. D. de negot. gest. l. 1. D. commun. divid. l. 7. §. ult. D. de curat. furios. l. 10. D. de usu & habit.* Bachov. in πρωτ. *ad l. 1. D. de postul.* & *Error. Fabrian. 21. in exam. rational.* Eadem notione hæc particula reperitur *in l. 8. D. ad Leg. jul. majest.* & apud Tertullian. *ad Nation. lib. 1. cap. 4.* ubi vid. Jac. Gothofred. *Not. p. 76.* aliisque locis.

Denique idem quod proinde *in l. 7. §. ult. D. de curat. furios.* uti explicat Cujac. *14. obs. 35.* qui tamen videtur legisse DEINDE *l. 3. §. ult. D. ad exil. l. un. pr. D. de offic. quæst.* Idem significatus est in *l. 87. D. de reg. jur. l. 8. D. de pignor.* ut mirer Strauchium, summum virum, non aliam præter jam citatam *l. 8. de pignor.* reperisse, ubi hoc sensu usurpetur hæc particula, sicut fatetur ipse *in Lexic. partic. h. v.* Vid. Jac. Gothofr. Comment. ad *l. 87. D. de re jur.*

DENOMINATA testamento filia, ut tutori nuberet *l. 7. D. ad Leg. jul. de adult.*

DENOTARE, describere, demonstrare. *Denotati* ex artificio, vel officio, vel quolibet alio modo *l. 24. D. de manumiss. testam.*

Denotare, ignominia adficere *l. 54. D. de legat. 1.* Suet. *in Calig. capit. 56.* Quem seniorem denotare omnia probro consueverat Caius.

Denotare etiam damnare, punire, corripere *l. 2. C. de exact. tribut.* Sæpe ita loquutum esse Tertullianum, sæpe & alios ejusdem ætatis scriptores usos esse ea verbi notione, ostendit Salmasius *ad Tertullian. de Pallio cap. 1. p. 93. & c. 2. p. 173.* Observavit idem hoc Bynkersh. *lib. 1. observ. cap. 2. p. 16.* Hein.

DENUNCIARE alterum reddere de re aliqua certiorem. Ita *denunciare* coheredi, paratum se, accipere partem *l. 7. D. de cond. & dem.* emtori, ut tollat vinum *l. 1. §. 3. D. de peric. & comm. rei vend.* Denunciat Ædiles *l. 37. D. de Ædil. edict.*

Denunciare testimonium *in l. 19. D. de test.* id est, ad testimonium dicendum vocare. Cic. *pro Cluent. c. 8.* Sic in Lege Manilia, Testibus publice dumtaxat in res singulas decem denunciandi potestatem facito. Plin. *lib. 6. epist. 5. Placeret in futurum ad eam legem adjici, ut sicut accusatoribus inquirendi, testibusque denunciandi potestas ex ea Lege esset, ita reis quoque fieret.* Quinctilian. *l. 5. c. 7.* quod est de testibus, Duo sunt genera testium, aut voluntariorum, aut eorum, quibus judex in publicis judiciis lege denunciare solet.

Denunciare domi vel *domum l. 1. §. 1. seq. de agnosc. & al. lib. l. 4. §. 5. D. de damn. inf.* Cic. *P. Quinct. c. 17.* An quum Romæ domus ejus, uxor, liberi sint, Domum potius denunciem? Et paullo post: Quærere quis procurator sit, Domum denunciare. De hac domuum denunciatione ex instituto egit Cujac. *lib. 7. obs. c. 15.*

Denunciasse in lege Julia de adulteriis accipitur sim-

simpliciter, ut, etsi quis non denunciet ad judicem, sufficiat, si quis adulterii se acturum denunciaverit *l.* 17. *pr.* D. *ad Leg. jul. de adult.* Secundum quam interpretationem & *l.* 2. *l.* 39. §. 6. D. *eod. tit.* intelligendæ sunt.

Singularis est syntaxis, *denunciatus sum*, pro denunciatum mihi est. Venditor ab emtore denunciatus, ut eum evictionis nomine defenderet *leg.* 49. D. *de judic.* Quum ex caussa evictionis intendimus, auctoris heredes in solidum denunciandi sunt *l.* 85. §. 5. D. *de verb. oblig.* id est, conveniendi, ut loquitur *l.* 139. D. *eod. tit.* seu ad rem defendendam conveniendi, ut est *in l.* 74. §. 1. D. *de eviction.*

DENUNCIATIO criminis *l.* 19. *C. ad leg. jul. de adult.* operi novi *l.* 5. §. 10. D. *de nov. op. nunc.* pro evictione interposita *l.* 63. D. *de evict.* *&c.*

Denunciatio autem criminis ex mente juris canonici differt ab accusatione, qua deferens reum directe agit ad vindictam, hoc est, ad rei punitionem. At denunciatio est, quando quis refert reum ad superiorem solum ex fine, & motivo correctionis, non ut reus publice puniatur, & confundatur, sed ut emendetur, & ideo ad hanc denunciationem non est opus, ut fiat in scriptis cum inscriptione actionis, aut inscriptione sui nominis ad subeundam pœnam Talionis, si denuncians deficiat in probatione. Vid. *c. super his de accusat.* In tali tamen casu sternitur superiori vi ad inquisitionem, quæ tunc fieri dicitur, quando superior subditos adstringit ad manifestationem rei, vel criminis, contra quem, vel de quo instituitur quæstio *c. super 16. eod. tit. & c. licet Heli* 31. de simonia. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 5. *tit.* 1. §. 1.

Denunciationes in *l.* 5. *pr.* D. *de pœn.* *l.* 7. *l.* 9. *C. quomod. & quand. jud.* & apud Paull. *lib.* 5. *Sentent. tit.* 5. §. 7. accipiendæ sunt interpellationes, quibus ad magistratus, judicesve quis per officiales evocatur. Constantin. Harmenop. *lib.* 1. *tit.* 4. §. 26. υπομνησεις vocat. *Conventiones* etiam adpellant Impp. *l. un. C. Theod. de petit. & desistent.* Sic & edicti denunciatio *l.* 23. §. *ult.* D. *de adpell.* Denunciatione convenire Paull. *Sent.* 21. §. 13. *l.* 10. *C. de pign.* Contumaces, qui neque denunciationibus, neque edictis Præsidum obtemperassent *l.* 5. *pr.* D. *de pœn.*

Denunciationes matrimonii. Antequam matrimonium contrahatur, ter a proprio contrahentium parocho tribus continuis diebus festivis in Ecclesia inter missarum solemnia publice denuntientur, inter quos matrimonium sit contrahendum, quibus denunciationibus factis, si nullum legitimum impedimentum opponatur, ad celebrationem matrimonii in facie Ecclesiæ procedatur &c. Concil. Trident. *sess.* 24. *cap.* 1. Si aliquando probabilis fuerit suspicio, matrimonium malitiose impedire posse, si tot præcesserint denunciationes, tunc vel una tantum denunciatio fiat, vel saltem parocho, & duobus, vel tribus testibus præsentibus matrimonium celebretur. Deinde (in hoc casu, in quo timenda malitiosa impeditio) ante illius consummationem denunciationes in ecclesia fiunt, ut si aliqua subsunt impedimenta, facilius detegantur, nisi ordinarius ipsemet judicaverit expedire, ut prædictæ denunciationes remittantur, quod illius prudentia, & judicio S. Synodus relinquit. Idem D. Euseb. Amort. *l. c.*

Denunciatio vox haruspicinæ, & fulguralis nominatim disciplinæ *in l.* 1. *C. Th. de paganis*, ibi: Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri scripta est. Ammianus Marcellinus *lib.* 30. *c.* 8. Sortem denunciarat & supremam prodigiis ingerentibus multis: nam apud Sirmium fulmen excussum palatii partem incendit, αποτελεσμα Græcis, ut ipsi denunciandi artem exercentes dicebantur αποτελειν apud Ptolemæum & ejus intespretem: ο γαρ ΑΠΟΤΕΛΩΝ η καθ' ολα εθνη και πολεις αποτελει, η τινδε τινα των ανθρωπων. Divinatoriam autem exercens, aut denunciat integris gentibus, aut urbibus, aut singulis tantum.

DENUO, iterum *l.* 16. *l.* 21. §. 5. D. *de recept. arb.* *l.* 3. D. *de distr. pign.* *l.* 1. *C. de advoc. divers. jud.*

DEPASCERE & *depasci*. Si quadrupes quid depasta sit. Paull. 1. *Sent.* 15. §. 1. Virgil. *Æn. lib.* 2. *v.* 215. Miseros morsu depascitur artus.

DEPECISCI apud Terent. *Phorm. Act.* 1. *Sc.* 3. *v.* 14. ubi Donatus pactione transigere interpretatur. Depectus vero, Ulpianp interprete, dicitur, qui turpiter pactus est *l.* 3. §. 2. D. *de calumniat.* Usus eodem verbo est Cicero *pro Rosc. cap.* 38. *de invent. lib.* 2. *cap.* 24. D. Ambros. in psalm. 35. & Imperatores *l.* 1. *C. Th. de rapt. virg.*

Magnam hic dicam Ulpiano scripsit Laur. Valla *lib.* 6. *eleg. c.* 83. ostendens, falsam esse Ulpiani interpretationem, & *depectum* dici æque, qui honeste, ac qui turpiter pactus sit, quod pluribus firmavit Floridus, refellere autem conati sunt Alciatus, & defensor anonymus apud Ducker. *de latin. vet. ICtor. pag.* 283. *& seq.* Et res omnino certa est, promiscui usus apud bonos auctores esse hoc verbum, & de honesto non minus, quam turpi pacto usurpari. At ideo non erraffe dixerim Ulpianum, qui *d. l.* 3. §. 2. D. *de calumn.* edictum de calumniatoribus interpretatur, adeoque recte notavit, in illo edicto *depectum* dici, qui turpiter pactus sit. Observavit id præter illum defensorem anonymum, & Hotomannum Scip. Gentil. *parerg. lib.* 1. *c.* 32. *& ad Apulei. Apol. n.* 723. HEIN.

DEPECTIO *l.* 2. *C. de abolit.* *l.* 31. *C. Theod. de annon. & trib.* Depectiones consceleratæ *l.* 1. *C. Theod. de postul.* Depectiones celebrare *l.* 1. *C. Theod. de abolit.*

DE-

DEPECTOR litium dixit Apulei. *in Apolog. p.* 321. Quem pascifcendi modum *piraticum* eleganter vocat Quinctil. *Declam.* 231. HEIN.

DEPELLERE damnum *l.* 1. §. 16. *D. de nov. op. nunc.* periculum *l.* 1. §. 16. *D. ad SC. Silan.* Depelli ab actione Paull. 5. *Sent.* 2. §. 5. ab officio *l.* 12. *C. de procur.*

DEPENDO. Dependere pecuniam *l.* 2. *D. de distr. pign.* pœnam *l.* 42. *D. de condict. indeb.* id est, solvere.

DEPERDERE. Deperditum in quæstione de hereditatis petitione intelligitur, quod in rerum natura esse desiit *l.* 21. *D. de hered. pet. l.* 2. §. 5. *D. de hered. vel act. vend. Deperditus* homo, dissolutus *l.* 3. *D. de jur. & fact. ignor.* ibi Deperditi, & nimirum securi hominis ignorantia.

DEPERIRE, id est, perire dicuntur tam res corporales, quam incorporales, ut actio, servitutes *in l.* 19. D. *de pec. const. l.* 18. D. *de servit. rust. præd.*

DEPLORATIO, querela. Frequente læsorum deploratione didicimus *l. ult. C. Th. de superexact.* Deplorationum aditus obstruatur *l.* 2. *in fin. C. Th. de naufrag.*

DEPLORATUS, humilis, & miser *l.* 6. §. 1. D. *de edend.*

DEPONERE, & rem alicui custodiendam, servandamque, nulla mercede interveniente, eamque fidei illius committere, ut patet ex *l.* 1. *pr.* §. 8. §. 9. *seq.* D. *depos.* seu commendare *l.* 24. D. *eod. l.* 126. D *de verb. signif.* Licet autem *deponere* tam unus, quam plures possint, tamen apud sequestrem nonnisi plures deponere possunt. Nam tum id fit, quum aliqua res in controversiam ducitur *l.* 17. D. *depos. l.* 39. D. *de adquir. vel amitt. possess.*

Deponere etiam significat derelinquere, & dimittere. Ita deponere adfectum, & animum accusandi *l.* 6. D. *ad SC. Turpill.* honorem *l.* 18. D. *ad municip.* possessionem *l.* 34. D. *de adquir. vel omitt. possess.* provinciam Cic. *lib.* 5. *ad famil. epist.* 2.

Deponere ædificium *l.* 6. D. *si serv. vind. l.* 17. *l.* 31. D. *de servit. præd. urb.* arboris ramos *l.* 17. D. *de serv. præd. urb.* id est, destruere, excidere.

Deponere de patrimonio suo *l.* 5. §. 2. D. *de don. int. vir. & ux.* id est, deminuere.

DEPOPULARI hereditatem *l.* 1. §. 1. D. *si is qui test. lib.* Active etiam dixit Plin. *de bell. hisp. cap.* 42. Pompeius provinciam vestro impulsu *depopulavit.*

DEPORTARE in insulam *l.* 3. §. *ult.* D. *de bon. eor.* Inde exsul dicitur deportatus *l.* 1. §. *ult.* D. *de bon. poss. cont. tab.* Deportatos autem eos accipere debemus, quibus Princeps insulas adnotavit, vel quibus deportandis scripsit. Cæterum priusquam factum præsidis princeps comprobet, nondum amisisse civitatem videntur *l.* 1. §. 3. D. *de legat.* 3.

DEPORTATIO, pœna fuit relegatione gravior: qua damnati in insulas deportabantur, & civitatis jura amittebant. Ex quo απολιδες effici, & ad peregrinitatem redigi dicuntur *l.* 17. D. *de pœn. l.* 10. §. 6. D. *de jus voc. l.* 1. §. 2. D. *de leg.* 3. Georg. Pachymer. in paraphrasi *Epist. ult.* B. Dyonisi: επι την νησον εξορια παρα Ρωμαιος κεφαλικην τιμωριαν εμιμει ο, και ου δυναται ο αρχων την νησον ονομαζειν ει μη ο βασιλευς μονος. In insulam deportatio apud Romanos est pœna, capitali similis, dicta deportatio. Neque insulam nominare licebat magistratui, sed soli principi. Subdit, D. Joannem evangelistam deportatum, id est, εις νησον εξοριστον. Vid. *Apopalyps. I.* 8. Add. *l.* 3. D. *ad leg. jul. pecul. l.* 2. §. 1. D. *de pœn.* Deportatio æterna *l.* 6. §. 1. *in fin.* C. *unde vi.* Exsilium quod est vice deportationis *l.* 14. §. 3. D. *de bon. libert.*

Deportatio autem hæc aquæ, & ignis interdictioni accessit. Quum enim antea interdicti, vel exules libere vagarentur, & sibi, quamcumque liberet, civitatem exsilii locum eligerent, ea vero res non videretur periculo carere, primus Augustus, suadente Livia, eos, quibus aqua & igni interdictum esset, catenis vinctos in insulas jussit deportari, ceu rem pluribus refert Dio Cass. *lib.* 55. *p.* 562. Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 47. *seq.* HEIN.

DEPOSCIT caussa *l.* 11. D. *de pœn.*

DEPOSITARIUS *l.* 1. §. 36. *in fin.* D. *depos.* id est, is, penes quem depositum est, ut est, in *l.* 29. D. *depos.* Tamen *Depositarius* etiam aliquando pro deponente, vel depositore accipitur *l.* 7. §. *ult.* D. *depos. l.* 24. D. *de reb. auct. jud. possid.*

DEPOSITIO pro deposito *l.* 1. *l.* 2. §. 21. *l.* 5. §. *ult.* D. *depos.* & pro repositione, ut in thesauris est vetus depositio pecuniæ *l.* 31. §. *ult.* D. *de adqu. rer. dom.*

Depositio ædificii *l.* 9. §. 2. D. *quod met. caus.* id est, demolitio.

Depositio dignitatis *l.* 8. D. *de pœn.* id est, privatio. Vid. supra art. *degradatio.*

Depositio patrimonii *in l.* 3. §. 2. D. *de ann. leg.* perperam legitur pro *positione* patrimonii. *Hein.*

Depositiones testium, id est, attestata *l.* 3. *C. si min. se maj.*

DEPOSITOR, deponens, qui deposuit *l.* 1. §. 37. D. *depos.*

DEPOSITUM est, quod custodiendum alicui datum est, ex eo, quod deponitur. Particula enim *de* auget positum, ut ostendatur totum ejus fidei commissum, quod ad custodiam rei pertinet *l.* 1. D. *depos.* Est autem proprie *depositum* Ictis res mobilis alteri gratis custodienda data. Quod si res immobilis custodienda committitur, mandatum est *leg.* 5. §. 4. D. *de præscr. verb. coll. l.* 3. *in fin.* D. *de adquir. vel omitt. poss. l.* 11. D. *de peric. & comm. rei vend.* Convenit cum verbo deponere quidem vocabulum commendare *l.* 14. D. *depos. l.* 186. D. *de verb. signif.* immobilibus tamen magis adplicatum, commendatur potius cura. Additum est *gra-*

gratis custodienda: Si enim quid pro custodia præstetur, locatio conductio erit, aut contractus innominatus.

DEPRÆDARI, *l.* 1. §. 1. D. *de alig.* De eo verbo vid. Langl. *lib.* 7. *Semestr. c.* 1.

DEPRÆDATIO *l.* 1. *C. Theod. de re mil. l.* 9. *Cod. eod. tit.*

DEPRECARI, valde precari *l.* 14. *C. de pact.* Aliquando est precari, ne quid fiat, adeoque precari, & *deprecari* opponuntur, ut apud Ovid. *lib.* 1. *de Ponto epist.* 2. Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

DEPRECATIO actorum *l.* 6. *C. Theod. de accus. & inscr.* id est, desiderium, vel libellus, preces principi oblatæ pro edendis seu exhibendis actis, uti interpretatur Jac. Gothofred. *in not ad d. l.*

Alias *deprecationis* vocabulum non querelam, vel libellum supplicem quemvis, sed veniæ, vel indulgentiæ postulationem significat. Hinc D*eprecatio* delicti *l.* 17. §. 3. D. *de Ædil. edict.* pœnæ *l.* 45. D. *de admin. & peric. tut.* Huic vocabuli notioni soli intentus Jac. Gothofredus *in Diss. de imper. mar. cap.* 1. *p.* 3. reprehendit interpretem, qui in *l.* 9. D. *de leg. Rhod. de jact.* græcum αξιωσις verterit deprecationem, quum libellus iste Eudæmonis nullam complectatur veniæ precationem. At si deprecatio quemvis libellum supplicem, seu αξιωσιν significat, ceu ipse ad Codicem Theodosianum *d. l.* 6. *de accus.* notavit, nescio cur ferenda illa versio non sit in *l.* 9. D. *de leg. Rhod.* Recte ergo Bynkersh. *ad d. l.* 9. *c.* 1. *p.* 275. versionem illam huic κρισει Gothofredi præferendam existimat. *Hein.*

DEPREHENDERE, invenire *l.* 1. §. 11. D. *ad SC. Tertull.* & passim. Et etiam adprehendere. Sic deprehendi dicuntur fugitivi *l.* 4. D. *de fugitiv.* deprehensa a domino possessio *l.* 10. D. *de condict. furt.* Aliquando est in delicto opprimere. Sic deprehendi in adulterio *l.* 4. D. *de cond. ob turp. caus.* Deprehensus fur *l.* 4. D. *ad Leg. Aquil.*

DEPREHENSIO *l.* 43. D. *de rit. nupt.* id est, deprehensio in adulterio.

DEPRESSUS locus *l.* 1. §. 1. D. *de riv.* Depressior aqua *l.* 1. §. 1. D. *ne quid in flum. publ.*

DEPRETIATUM *in l.* 22. D. *ad Leg. Aquil.* dicitur, quod pretio minutum, & vilius factum est, ut *in l.* 27. §. 17. D. *ad Leg. Aquil.* Utitur hoc verbo & Tertullianus *lib.* 4. *advers. Marcion. c.* 29. *& lib. de spectac. c.* 22. Immo & *de fuga in persequut. cap.* 10. *de anima cap.* 24. *ad nation. cap.* 10. *apolog. c.* 45. Hein. Isidorus *lib.* 10. *orig.* Depretiatus dicitur quod sit vilis, nec aliquo pretio dignus. At Glossarium: Depretiatos ελαττωθεντας vertit.

DEPRIMERE, humilius reddere, demergere. Sic deprimere locum *l.* 1. §. *ult.* D. *ut in flum. publ.* depressa navis *l.* 6. *l.* 7. D. *de leg. Rhod.*

DEPROPERARE, properare, festinare *l. un. in fin. C. de nov. op. nunc. l.* 2. §. 18. *C. de vet. jur. enucl. l.* 31. *C. de episc. aud.* Plaut. *Pœnul. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 108. Horat. *lib.* 2. *carm. od.* 7.

DEPUGNARE cum bestiis *l.* 1. §. 6. D. *de postul.*

DEPUTATI domesticorum equitum, & peditum *in Notitia Rom. Imp. Deputati Fabricæ in Novell.* 85. *cap.* 1. in qua ita est: Αλλ' ουδε τοις εν τοις αριθμοις συγκαταλεγομενοις, ους οπλοποιους, και δεπουτατους καλουσι. Sed nec illis, qui in numeros relati sunt, quos armorum artifices, & deputatos vocant. Plane Leo Imperator in libro *de bellico adparatu c.* 3. *& c.* 11. Δεπουτατους antiquis temporibus adpellatos ait, qui suis temporibus σκριβωνες dicantur, οιτινες παρακολουθουντες τη παραταξει εν τη μαχη τραυματιζομενους αναλαμβανονται, ως ιατροι, και περισωζονται. Qui sequuti aciem in prælio vulneratos inscipiunt, tamquam medici, eosque servare student.

Deputati sacræ vestis *l.* 7. *C. de palat. sacr. larg.* Deputati in vilis *l.* 3. §. 9. *D. de pen. leg.*

DERELICTUM. Pro derelicto habet, qui rem omnimodo à se rejicit *l.* 36. *D. de stipul. serv.* Vetus glossarium: Pro derelicto, το απολελειμμενον πραγμα, ο καταλειπει ο δεσποτης οικεια γνωμη, *res veluti abdicata, quam dominus ultro derelinquit.* Sane pro derelicto habetur, quod ea mente abjicit dominus, ut illud in numero rerum suarum esse nolit §. *pen. Inst. de rer. divis. & tit. D. pro derelict.* Non enim potest id videri pro derelicto habitum, quod salutis caussa interim dimissum est *l.* 21. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. poss. l.* 9. §. *ult. D. de adquir. rer. dom.* Et hinc, qui levandæ navis gratia res aliquæ projiciuntur, non hanc mentem habent, & eas pro derelicto habeant *l.* 2. §. *ult. l.* 9. *D. ad Leg. Rhod. de jact.* Denique an pro derelicto habeatur servus, quem dominus in capitali caussa non defendit, vid. *l.* 9. D. *de publ. judic.* sed & *derelictum*, & *deperditum* differunt *l.* 21. §. 1. *D. de adquir. vel amitt. posses.*

DERECTARIUS, vid. infra *directarius.*

DERIDERE sententiam *l.* 10. *D. de negot. gest.*

DERIPERE ex naufragio aliquid *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr.*

DERISORIUM legatum *l.* 7. *D. de legat.* 1.

DERIVARE aquam *l.* 29. *D. de serv. præd. rust.*

Derogare, verbum ad *rogationes*, quæ fiebant in comitiis, pertinens. Hinc derogare juri *l.* 77. §. 24. *D. de legat.* 2. *& passim*, Derogatum vero legibus quum pars primæ legis tollitur. Vid. supra *abrogare.*

DEROGATORIUM edictum *l.* 2. *D. de ventr. inspic.*

DESCENDERE dicuntur alicujus sanguine creti, ut in *l. ult.* D. *de senat.* & ipsa cognatio naturalis per fæminas descendere dicitur *l.* 4. §. 2. *D. de grad. & adfin.*

adfin. Et quidquid ab altero originem ducit, descendere ab hoc dicitur. Sic nomen Juris a justitia *descendere* dicitur *l. 1. pr. D. de just. & jur. Descendit* actio ex lege *l. 23. D. de rei vend.* condictio ex lege *l. 28. D. ad Leg. Jul. de adult.* crimen ex lege *l. 29. §. 5. D. eod. tit.* & similes multæ loquutiones.

Descendere ad quid, id est, procedere, progredi. Sic *Descendere* ad actiones *l. 1. D. de præscr. verb.* ad clausulam *l. 26. §. 9. D. ex quib. caus. maj.* ad crimen *l. 11. C. de accus.* ad definitionem *l. 69. §. ult. D. de legat.* 3. ad judicium *l. 2. D. de salv. interd.* Descendit pœna ad heredes *l. ult. §. 1. D. de administr. rer. ad civ. pert.*

DESCRIBERE bona, id est, inventarium facere, Paull. *5. Sent.* 12.

Describere corpora instrumentorum *l. 15. D. de reb. auct. jud. possid.* rationes *l. 8. D. famil. ercisc.* tabulas *l. 1. D. quemadm. tab. test. aper.* id est, exemplum sumere ex authentico. Ita *describendi* facere copiam *l. 1. §. 1. de edend. Descripto* asse, id est, de quo ita scriptum, ut exhaustus sit *l. 67. D. de hered. inst.*

DESECARE fructus *l. 12. §. 5. D. de usufr.* segetes *l. 27. §. 25. D. ad Leg. Aquil.*

DESERERE, negligere, derelinquere. Sic deserere accusationem *l. 4. D. ad SC. Turpill.* consuetudinem *l. 5. §. 5. D. de aquir. rer. dom.* excubias *l. 10. D. de re milit.* exercitum *l. 2. D. ad Leg. jul. mai.* litem *l. 11. D. judic. solv.* vadimonium Senec. *lib. 4. de benef. cap. 39.* Quid intersit inter desertum vadimonium, & desertam litem, puta jam contestatam ostendit Cujac. *ad Novell. 69.* Deserta promissio judicii sistendi caussa facta *l. 4. §. 4. D. si quis caut. jud. sist. caus.*

Deserere absolute dicitur miles, dum aufugit *l. 3. §. 9. l. 5. §. 1. D. de re milit.* Sic & Seneca *lib. 2. de ira cap.* 10. Necessaria venia est, ubi totus *deseruit* exercitus, qua lectione nullam aliam veriorem esse, multis conductis similibus exemplis ostendit Gronovius.

DESERTIO *l. 3. §. 6. l. 5. pr. & §. 9. l. 10. D. de re milit.* Desertionis peccatum subit miles, si desistat ab excubatione præsidis, vel cujusvis præpositi *l. 3. §. 6. D. eod.*

Desertio pro deserto vadimonio in *l. 5. §. 5. D. si quis caut. jud. sist.* Desertionis pœna *d. l. 5.* id est, quæ promissioni judicii sistendi caussa adjicitur, committiturque, si reus ad judicium non venerit.

Desertionis periculum in *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* est pœna, in quam incidunt, qui ab accusatione desistunt, institutumque crimen non peragunt.

DESERTOR in re militari dicitur, qui stationem suam deserit, & prolixum tempus vagatur, diuque abest *leg. 3. §. 2. l. 4. §. pen. l. 5. D. de re mil. l. 1. C. de desert. l. ult. C. quib. ex causs. serv. l. ult. C. quand. sic fin. jud.*

Desertor accusationis, qui ab accusatione desistit *l. 1. §. 1. D. ad. SC. Turpill.*

DESERTUS ager *rubr. C. de omn. agr. desert.* Deserta prædia *l. ult. §. 27. D. de numer. & hon. l. 2. C. si propt. publ.* Desertiores partes provinciæ *l. 7. §. 9. D. de interd. & releg.*

DESERVIRE *l. 4. D. de his, qui notantur infam. l. 39. §. ult. de legat. 1. l. 3. §. 7. D. de penu leg. l. 198. D. de verb. signif.* Hinc defendere posses lectionem in *l. 1. §. 2. D. de dol.* Qui per dissimulationem *deserviunt*, id est commodant, non nocent.

DESES, piger, rerum suarum incuriosus *l. 2. pr. l. 3. in fin. C. de annal. præscr.*

DESIDERARE est postulare, & petere, &, ut vulgo in usu forensi loquimur, requirere. Hinc *desiderare* improbe *l. 32. D. de rei vind.* apud judicem *l. 33. D. de judic.* libello *l. 41. §. 7. D. de leg. 1. &c.*

DESIDERIUM pro libello, postulatione, precibus. Ita Desiderium postulantium *l. 4. D. de duob. reis.* Desideria provincialia *l. 11. C. de offic. procons.* Suet. *in August. cap. 53.* Promiscuis salutationibus admittebat, & plebem, tanta comitate *desideria* excipiens ut quemdam corripuerit, quod sic libellum porrigeret, quasi elephanto stipem. Sic idem hoc vocabulo usus est Sueton. *in Aug. cap. 17.* In primis vero eo delectari videntur Plinius, & Tacitus, quorum ille in *Panegyr. cap. 79.* Videmus, ut provinciarum desideriis, ut singularum etiam civitatum precibus occurras, hic *lib. 1. Annal. cap. 26.* Tiberium olim desideria legionum frustrari solitum. Et *lib. 1. cap. 19.* Non per seditionem, & turbas desideria militum ad Cæsarem deferenda.

Desiderium, voluntas. Sic desideria morientium *l. 4. C. de nat. lib.*

Desiderium in *l. 1. C. Theod. de Scænic.* de eo usurpatur, qui extrema suffragia, id est, baptismum, vel eucharistiam in extremo vitæ suæ termino poscit. Unde & *desiderata* pro ipso sacramento accipiuntur, idque ideo, quod Catechumeni, qui toto κατηχήσεως tempore sacra synaxi, seu κοινωνίᾳ excludebantur, diem illum τῆς κοινωνίας multis votis, ac desideriis prosequerentur, quod conductis ex patribus testimoniis variis ostendit Jac. Gothofred. *in not. ad d. l. 1.*

DESIDIA, id est, negligentia *l. 26. §. ult. D. de nox. act.* Hinc junguntur culpa, seu *desidia*, ac negligentia *§. 3. Inst. quib. mod. re contr. obl.*

DESIGNARE & certum specialiter dicere junguntur in *l. 7. D. de injur.*

Designare, destinare. Pater Severinam cognati nuptiis testamento designavit *l. 101. D. de cond. & dem.*

DESIGNATOR, quem Græci βραβευτὴν adpellant, arbiter certaminum *l.* 4. D. *de his qui not. infam.* Verbo Græco usus est Suet. *in Neron. c.* 83. Donat. *in Adelph. Terent. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 7. Designatores, ait, dictos eos, qui ludis funebribus præerant, ob eam, ut existimat caussam, quod multa fierent nova, & spectanda simul, ut turba retineretur. Hor. *lib.* 1. *Epist.* 7. *v.* 6. Designatores decorat lictoribus atris. Ubi vetus interpres: D*esignatores*, inquit, dicuntur, qui ad locum Libitinæ funebria præstanda conducuntur, ut defuncti cum honore efferantur. Aliter Designatores sunt funerum mancipes, & ordinatores. Nam *designare* est ordinare. Unde & qui loca in theatris spectatoribus distribuebant, designatores dicebantur. Seneca *de benef. lib.* 6. *cap.* 38. Et ceteros, qui captandorum testamentorum artem professi sunt, non putas habere eadem, quæ *designatores*, & libitinarios vota, Tertullian. *de spectac. c.* 10. Designatorem funerum arbitrum vocat.

Frustra dubitatur, an omnes generatim βραβευταὶ recte ab Ulpiano dicti sint *designatores*, nec sine temeritate hic Jurisconsulto exprobratur ignorantia ab Alciato *in tit. C. de decur.* & ab Alexandro ab Alex. *Genial. dier. lib.* 6. *tit.* 9. Quis enim Ulpianum credat mores suorum temporum, de quibus ibi loquitur, ignorasse? Scholiastes sane Horatii utriusque generis designatores jungit, nec de funebribus designatoribus loquitur, Plaut. in *pœnuli prol. v.* 19. dum ait: Neu lictor verbum, aut virgæ mutiant: Neu designator præteriens obambulet. Addatur Jac. Nic. Loens. *Miscell. Epiphill.* 3. 25. HEIN.

DESINERE esse non videtur, quod nec incepit *l.* 96. D. *de cond. & dem.* D*esinere* tamen *pertinere usumfructum*, quod ad stipulationem attinet, qua cavet fructuarius, se restituturum rem, quum ususfructus ad eum pertinere *desinet*, accipimus, etiam si nec cœperit pertinere, quum legatus esset *l.* 1. *pr. l.* 3. §. 1. D. *usufr. quemadm. cav.*

DESISTERE dicitur accusator, qui accusationem non implet, nec in ea usque ad sententiam perseverat, aut citra abolitionem eam omittit *l.* 15. *pr.* & §. 4. D. *ad SC. Turpill.* Destitisse autem ab accusatione, ut SCo Turpilliano teneatur, accipimus eum, qui in totum animum agendi deposuit, non qui distulit accusationem *l.* 13. D. *ad SC. Turpill.* Alias, ut ab Ulpiano traditur, *destitisse* videtur, non qui distulit, sed qui liti renunciavit in totum *l.* 21. D. *de minor.* Desistere enim est de negotio abstinere, quod calumniandi animo instituerat. Plane si quis, cognita rei veritate, suum negotium deseruerit, nolens in lite improba perseverare, quam calumniæ caussa non instituerat, is destitisse non videtur *l.* 10. D. *de judic.* Ab accusatione desistere judicatur, qui cum adversario suo de compositione ejus criminis, quod intendebat, fuerit loquutus. Destitisse etiam videntur, qui animum accusationis implendæ prorsus deseruerunt *l.* C. *ad SC. Turpill.* Animo desistit ab accusatione, qui adfectum & animum agendi deposuit. Destitisse quoque videtur, qui intra præfinitum accusationis tempus reum suum non peregit *l.* 6. §. 1. D. *eod. tit.* Destitisse & is existimatur, qui post intentum crimen adulterii eamdem reduxit uxorem *l.* 40. *in fin.* D. *ad Leg. jul. de adult.* Desistere contra non videtur, qui exemtum reum non defert *l.* 12. D. *ad SC. Turpill.*

DESOLVERE pro exsolvere. Si id quod in peculium versum est, reliquorum nomine desolutum est *l.* 41. §. 9. D. *de fideicom. libert.*

DESPERARE, de viri vita *l.* 21. D. *de act. rer. am.*

DESPERATA valetudo *l.* 4. *C. de expos. infant.* Desperatum opus §. 2. *procem. Inst.* id est, difficillimum.

DESPICERE in Florentino Codice pro *dispicere* positum est in *l.* 27. §. 1. D. *ad Leg. jul. de adult.*

DESPONDERE sibi aliam uxorem *l. ult.* §. *ult.* D. *de divort. & repud.*

DESPONSATIO est mentio, & promissio futurarum nuptiarum. Vid. *sponsalia*.

DESTINARE ad certum finem seponere, constituere quid facere. Quod vero intersit inter *destinare*, & *despondere* filiam, ostendit Cujac. 16. *obs. cap.* 35.

Destinare, designare. Si actor destinare non possit, nisi ex præsentibus *l.* 3. §. 7. D. *ad exhib.*

Destinare judicio, id est ad Judicem mittere *l.* 2. *C. ubi quis de curial. vel cohort.*

DESTINATIO animi *l.* 4. D. *de concubin.* paternæ voluntatis *l.* 11. *C. de donat.*

DESTITUERE deserere. Susceptam libertatis caussam destituere, Paull. 5. *sent.* 1. §. 5. Destitui auxilio *l.* 6. *C. quom. & quand.* Destituta res *l.* 4. *C. ad SC. Turpill.*

DESTITUTUM testamentum dicitur, ex quo heres non exsistit, sive nolit hereditatem adire, sive ob mortem, vel deficientem conditionem non potuerit §. 7. *Inst. de hæred. quæ ab intest. l.* 72. D. *ad leg. Falcid.*

Singularis sensus est in illis, *Labeo refert*, *P. Cæcum*, *Nonii Asprenatis patrem*, *aversa sella a Bruto destitutum*, *quum vellet postulare l.* 1. §. 5. D. *de postul.* Sensus enim est, Brutum, aversa sella, faciem avertisse a Nonio Cæco, nec eum postulantem audire voluisse, sive quod insignia magistratus non vidisset, nec pro eo, ac decet, ea esset reveritus, sive quod, ut eleganter suspicatus est Ulr. Huberus in Prælect. *ad lib.* 3. D. *tit.* 1. §. 2. veteres cæci occursum abominarentur. *Hein.*

DESTRICTE, abscisse, vel ut vulgo loquuntur, præcise *l.* 13. D. *de procur. l.* 16. D. *de recept. qui arb. l.* 7. §. 8. D. *de minor. l.* 1. 26. D. *de quæst.*

DES-

DESTRINGERE, distrahere passim in legibus, atque etiam in *l. 3. pr.* D. *de alim. & cib. leg.* Ne a singulis heredibus minutatim alimenta petentes destringantur (quum Florentiæ legatur) *distribuantur*. HEIN.

Mediæ, infimæque latinitatis auctores eo verbo utuntur pro *coercere*, vel *castigare*. Et hinc, quum apud Caium *Inst. lib. 1. tit. 3. §. 1.* legimus: *Jus destringendi*, (vel *distringendi*) in servos dominis pro sua potestate permittitur id ab Aniani manu esse, observarunt viri docti. Et recte quidem, quia in *l.* D. *de his, qui sui vel al. jur.* ubi genuina Caii verba habentur, id verbum non occurrit. Nec minus bene observarunt, verbi hujus notionem inferioris præcipue ætatis scriptoribus maxime esse familiarem, ex quibus locum Cassiodori *lib. 2. Var. cap.* 14. adduxit Schulting. *vet. jurispr. antejust. p.* 24. Nescio tamen an non & meliore ævo ita aliquando loquuti sint. Sane eo referendus videtur locus Senecæ *Epist. 95. Torti destrictique Hein.* Imo in hac phrasi *destricti* eodem sensu ac *distracti* poni videtur.

DESTRIBUERE quod ædificatum est *l. 11. §. 1.* D. *de nov. op. nunc.*

DESUETUDO est exstinctio usus eorum, quæ in Lege sunt posita, aut legis habent vigorem. Ita in desuetudinem abire dicuntur actiones *l. 1. §. ult.* D. *de interrog. in jur. fac.* capitulum legis *l. 27. §. 4.* D. *ad Leg. Aquil.* Leges per desuetudinem abrogantur *l. 32.* D. *de legib.* Sunt autem qui *desuetudinem* ibi *contrarium usum*, non etiam solum *non usum* intelligi volunt. Sed id repugnat monitis Pomponii, Celsi, & Pauli in *l. 3. 4. 5. 6.* D. *de Legib.* Nam si jura constitui oportet, vel ut perpetuo arceantur ea, quæ ne vel semel eveniant e republica est, vel ad ea regulanda, quæ frequenter accidunt, cur respectu Legum hujus generis pro Lege haberi hodie num poterit id, quod olim ob solam casuum frequentiam constitutum est? Finge v. g. generis alicujus mercium, quas regio non producit, prohibitam esse importationem, ne per hanc nimia fiat pecuniæ exportatio. Procedentibus temporibus coepit id genus mercium in illa regione produci, & excoli ita, ut eadem bonitate, viliorique pretio, quam externæ haberi possit: Diu nemo de his cogitavit. Quid si forte quis, singulari quodam casu vel adfectu, extraneam accipit, num adplicanda illi erit Lex illa, quasi adhuc exsisteret?

DESULTOR in *l. 20. D. de præscr. verb.* ab eo dictus, auctore Isidoro *lib. 18. cap. 39.* quod quum ad finem cursus venerat, desiliebat, & de equo in equum transiliebat. Hunc scite Manilius *lib. 5. Astronom. v.* 85. Nec non (ait) alterno *desultor* sidere dorso. Quadrupedum, & stabilis poterit defigere plantas, Per quos vadit equos, ludet per terga volantum. Vid. Coel. Rhodigin. *Lect. antiq. lib. 21. cap.* 30.

Merentur præ ceteris legi, quæ de his *desultoribus* notavit Jos. Scalig. ad *Manil. p.* 353. *Desultor*, inquit, a vetere magistro redditur ζευξιππος, μεταβατης, hoc est, combinator. Desultores idcirco præmittebantur missuum nunciandorum caussa. Cassiodorus, Equi desultorii, per quos Circensium ministri missus denunciant exituros, Luciferi præsultorias velocitates imitantur. Hyginus in Mythologico: Unde etiam Romani sumunt institutum, quum *desultorem* mittunt. Unus duos equos habet, pileum in capite, ex equo in equum transilit. Recte ergo combinatores sunt *desultores*. Glossæ: combinare ζευγνυειν. Juncti enim erant equi, ab equorum alterutro in alterum corpus transmittebant. Præmissio illa combinatorum, seu *desultorum* dicebatur πρωιππια των ζευξιππων, vel τα πρωιππικα. Sed an αμιπποι junctis equis uterentur, dubito. Ælianus quid scribit, ὡς περι Ιστρον βαρβαρες μεταβαινειν απο ιππων εις αλλες ιππες, barbaros juxta Istrum ex uno equo in alium transilire: Sed illi equi possunt etiam non esse juncti. Firmicus hunc locum transferens in suum librum, ut solet, *quadrupedum* interpretatur *quadrigarum*. Aut, inquit, qui saltu quadrigas transeat. Quod si verum erat, accipiendum fuerit de genere aurigarum, qui dicebantur *Vertumni*. Propertius: Esto etiam aurigæ species Vertumnus, & ejus, Trajicit alterno qui leve pondus equo. Atqui Vertumnum non intelligit Manilius, sed potius simplicem *desultorem* equorum cui opponit equitem *singularem*. Hæc Scaliger, cujus & sequentia sunt lectu dignissima, ubi ex Homeri Iliad. o' observat, veteres & per equos conquaternatos desultasse. Hein.

DETEGERE falsam æstimationem *l. 14. C. de probat.* calumniam *l. 65. D. de condict. indeb. &c.* Detectus est retinuisse uxorem *l. 2. §. 6. D. ad Leg. jul. de adult.*

DETENTATIO, detentio in *l. 15. §. 3. D. ex quib. caus. maj. l. 5. D. de impens. in res dot. fact.*

DETENTATOR, detentor in *l. 7. pr. C. und. vi*. Detentator injustus *l. 8. §. 1. C. eod. tit.* Tametsi & justi possessores, veluti domini, & qui dominorum loco sunt *detentatores* adpellantur *l. 5. in fin. C. de divers. præd. urb. & rust.*

DETENTIO servitutis in *l. 1. D. de remiss.* ubi pro detentio *petitio* legi jubet Cujac. 1. *obs.* 16. quum nemo tertius servitutem tamquam servitutem possit. Sed minore tumultu Ulpiano opem fert Muretus *observ. jur. cap.* 14. rescribi jubens *defensio*. Qua conjectura nec elegantius quidquam, nec verius est. Vid. Bynkersh. 5. *obs. c.* 25. Hein.

DETERIOR calculus pro contraria sententia *l. 11. C. de adpell.*

Deteriorem facere caussam possessionis. Hoc quid sit, patet ex *l. 9. pr. & §. 5. D. de reb. auct. jud. possid.*

Deteriorem servum facit, qui fugam suaserit, & qui furtum, & qui mores ejus corruperit, Paull. 1. *sent.* 13. §. 5. Is quoque, ut Ulpianus in Edicti de servo corrupto interpretatione tradit, deteriorem facit, qui servo persuadet, ut injuriam faceret, vel furtum, vel fugeret, vel alienum servum ut sollicitaret, vel ut peculium intricaret, aut amator exsisteret, vel malis artibus esset deditus, vel in spectaculis nimius, vel seditiosus, vel si actori suasit verbis, sive pretio, ut rationes dominicas intercideret, adulteraret, vel etiam, ut rationem sibi commissam turbaret *l.* 1. §. *ult. D. de serv. corrupt.* vel qui luxuriosum, vel contumacem fecit, quive ut stuprum pateretur, persuasit *l.* 2. *D. eod. tit.* In Ædilitio edicto hoc, quod *deterior* factus est servus, non solum ad corpus, sed etiam ad animi vitia referendum est *l.* 25. §. 4. *D. de Ædil. edict.* Si *deterius* mancipium sive animo, sive corpore ab emtore factum, ut puta, si stupratum sit, aut sævitia emtoris fugitivum esse coeperit, vel ex quacumque caussa *deterius* factum sit *l.* 22. *D. eod. tit.*

Deterior in interdicto de fluminibus fieri dicitur statio, navigationisque iter, si usus ejus corrumpatur, ut quoquo modo corrumpatur, impediatur, difficiliorque, aut minor, aut rapacior cursus fiat, aut in totum auferatur *l.* 1. *pr.* §. 15. *D. de flumin.*

Deteriorem vero viam fieri in interdicto *de via publica* accipimus, si usus ejus ad commeandum, id est, ad eundum, agendum corrumpatur *l.* 2. §. 20. *&* §. 31. *D. ne quid in loc. publ.*

DETERIORATUM, deterius redditum *l.* 2. *D. de peric. & comm. rei vend.*

DETERMINARE caussam *l.* 6. *C. de adpell.* tempus *l.* 15. §. 7. *D. de damn. inf.* id est, definire.

DETERRERE. Ad deterrenda maleficia *l.* 31. *D. de depos.*

DETESTABILE raptus crimen *l. un. pr. v. sin autem C. de rapt. virgin.*

DETESTARI, absenti denunciare *l.* 39. §. *pen. D. de verb. signif.*

DETESTATI, pro detestabiles in *l.* 35. *C. Theod. de haret.*, nisi pro *detestati* legere malis *detecti*.

DETESTATIO, denunciatio facta cum testatione, ut est in *l.* 40. *D. eod. tit.* Detestatio etiam auctore Festo *lib.* 13. dicebatur, quum Deus testis in deteriorem partem vocabatur. Detestatio sacrorum apud Gell. *lib.* 15. *cap.* 17. Idem *lib.* 6. *cap.* 12. meminit libri a Ser. Sulpicio jurisconsulto scripti *de sacris detestandis*. Sacra nimirum privata, quæ jus pontificium perpetua esse jusserat, variis postea artibus perimebantur, inprimis mancipatione per æs & libram, itemque venditione, quæ vocabatur coemtio adhibitis senibus coemtionalibus, de qua Cic. *pro Muran. c.* 12. Denique in comitiis calatis auctoritate Pontificum, populique suffragiis, quæ ipsa erat *sacrorum detestatio*, de qua Gell. *lib.* 15. *c.* 12. HEIN.

DETEXTA vestis *l.* 23. *D. de aur. arg. vest. leg. l.* 70. §. 12. *D. de legat.* 4.

DETINERE fines publicos *l.* 5. §. *ult. D. de oper. publ.* instrumenta *l.* 1. *C. ut causs.* pecuniam *l. ult.* §. 5. *ult. D. de admin. rer. ad civ. pert.* id est, habere, possidere. *Detineri* dicitur usu via in *l.* 6. *vers. si is fundus D. quemadm. serv. amitt.* id est, jus vix ritineri.

DETORQUERE crimen in alium *l.* 13. §. 14. *D. de SCo Silan.*

DESTRACTIO *l.* 8. §. 13. *D. de hered.* deductio.

DETRAHERE aliquid, & adjicere opponuntur *l.* 1. §. 3. *D. de verb. oblig.* Detracto usufructu fundum legare *l.* 4. D. *si usufr. pet.*

DETRECTARE sæpe cum alio verbo jungitur, ut Detrectare fungi munere *l.* 9. *D. de muner.* judicatum facere *l.* 5. *C. de admin. tut.*

DETRIMENTUM ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* a detritu, quod ea quæ trita, minoris pretii. Hinc detrimentum infamiæ *l.* 1. *C. ex quib. caus. infam.* Cum alterius detrimento locupletiorem fieri *l.* 14. *D. de condict. indeb.* Pecuniæ, quæ ex detrimento solvitur, usuræ non præstantur *l.* 24. *D. ad. municipal.*

DETRUDERE in servilem conditionem *l.* 2. *C. de postlim. revers.* Detrusus episcopali loco, & nomine *l.* 14. *C. d. episc. & cler.* id est, exauctoratus.

DEVEHERE merces *l.* 1. §. *ult. D. de peric. & comm. rei vend.*

DEVENIRE dicitur ad aliquem hæreditas *l. ult. D. quib. mod. pign.*

DEVERSORIUM pro *diversorium* legitur in Codice Florentino *l.* 13. §. *ult. D. de usufr. l.* 3. *D. in quib. caus. caus. pign.* Vid. infra *diversorium*.

DEVERTERE pro *divertere* gratis *l.* 6. *D. naut. caup. stab.* Vid. *Divertere*.

DEVERTICULUM pro *diverticulum l.* 4. *C. Theod. de off. rect. prov. l.* 45. *D. de usurp. l.* 7. *D. de divers. temp. præscr.* & apud Frontin *lib.* 1. *de aquæ duct.*

DEVIARE a catholicæ religionis dogmate *l.* 13. *pr. C. Th. de pagan.* fide *l. ult. C. Theod. de apostat.*

DEVIRGINATA ancilla *l. ult. D. de offic. præs.* Petr. Arbitr. *Satyr. cap.* 25. Cur non devirginatur Panichidis nostra? Hieronym. *de monogam. c.* 25. In Ægypto primum devirginata est, & ibi fractæ sunt mammæ ejus. Non. Marcell. *in voce Virgines*: Nam & quicumque ex ephebis excesserant, devirginari dicebantur. Invenitur hoc verbum & apud Hyginum *fab.* 23. Eademque figura Græci

διακορηται, & διεπαρθενευεσθαι dicunt, ut a Julio Polluce *lib.3. onomast. segm.* 42. notatur. Lucian. *in Dialog. meretr. p.* 543. *Tom.* 2. *op.* τὴν ἐκ Πειραιῶς, τὴν ἄρτι διακεκορευμένην. Illam ex Piræo, quæ nuper devirginata fuit.

Latinitatem verbi *devirginare* defenderunt Alber. Gentil. *Diss. de latinitate veteris bibliorum versionis male accusata p.* 94. Jo: a VVouvern *Animadv. ad Petron. p.* 401. & Symbol. Ge. Erhardi *ad eumd.* Bynkersh. *obs. lib.* 1. *c.* 25. & Ducker. *de Latin. vet. Istor. p.* 324. Henr. Stephan. *de Latin. fals. susp. pag.* 190. Hein.

DEUNX *l.* 40. *D. de hered. inst.* est pars assis, quam Volus. Mæcian. *in libello de asse* explicans, in deunce uncias esse undecim, scribit. *Deunx*, inquit Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* a duodecim demta uncia.

DEVOCARE in irritum *l.* 41. *C. de liberal. caus.* ad munus *l. ult. C. de filiis f. & quemadm.*

DEVOLVI. Devolutus in Tiberim anulus *leg.* 23. *D. de præscr. verb. Devoluta* bona ad fiscum *l.* 20. *l.* 45. §. 11. *D. de jur. fisc.* Devoluti in summam egestatem *l.* 7. *D. de bon. damn. Devolvitur* gestus in tutelæ actionem *l.* 1. §. 5. *De eo, qui pro tut.* tutela in judicium *l.* 9. §. 1. *D. de admin. & per. tut.* lumen in ædes *l.* 17. §. 2. *D. de serv. præd. urb. Devolutus* in hunc orbem postumus *l.* 3. *C. de postum. hered.*

DEVOTIO pro obsequio, & cultu. *Devotio* quæ Romano debetur imperio *l. ult. C. Theod. de aur. coron.* Ac in specie pro cultu divino. Dies feriati, & *devotionum l. ult. C. Theod. de navicul.*

DEVOTUS. Principales *devoti l.* 126. *C. Th. de decurion.* Devoti in solvendis tributis *l.* 4. *C. Th. de naufr.* Dio *lib.* 53. ad A. V. C. 727. καὶ νῦν προτρεπόμενοι τὸν κρατοῦντα, λέγειν εἰώθαμεν, ὅτι σοι καθωσιώμεθα, & hodie etiam, qui Imperatorem verbis adhortantur, se ei dicunt, esse sacros. Ita male versum, reddendum hoc modo vult Jac. Gothofredus, Dicere solent, Devoti tibi sumus. Notum jam illud D. N. M. Q. E. Seneca *lib.* 3. *de benef. c.* 4. Nemo non deditum se, & *devotum* professus est, & si quod aliud humilius verbum, quo se oppignoraret, invenit.

Devotæ gentes, quæ olim Romano populo parebant *l.* 8. *C. de vectigal. & commis.*

DEUS numero singulari aliquoties a Ictis nuncupatur *l.* 32. §. 4. *D. de recept. arb. l.* 5. §. 12. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 2. *D. de just. & jur. l.* 5. *D. ad Leg. Falcid.* Sic donatum Deo immortali *l.* 4. §. 1. *D. ad Leg. jul. pecul.* Si ego detuli, ut per *Deum* jurares *l.* 3. §. *ult. D. de jurejur.* Per *Deum* jurare *l.* 33. *D. eod. tit.* Per Deum rogo *l.* 3. *D. de jur. fisc.* Signum Dei *l.* 38. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* Lex *Dei* munus *l.* 2. *D. de legib.* Inepte ergo suspicaces sunt, qui plerisque his locis singularem illum numerum in Pandectis a Triboniani manu esse, ariolantur. Quasi non & pagani unum summum Deum agnovissent, nec umquam de Divinitate aliter, quam numero plurali loquuti essent. Merito horum hominum acumen mireris, quos numquam vel Ciceronis, vel Senecæ, vel aliorum veterum opera vel per transennam inspexisse oportet. Vid. Bynkersh. *obs. lib.* 6. *c.* 2. Hein.

DEUSTA armamenta *l.* 6. *D. ad leg. Rhod.* Deustæ ædes *l.* 1. §. 9. *D. de oblig. & act.*

DEXTANS §. 5. *Inst. de hered. inst. l.* 50. §. 2. *D. eod. tit.* interprete Varrone *de ling. lat. lib.* 4. *At demto sextante*, id est, decem unciæ, vel, uti Theophilus in §. 5. *Inst. de hered. inst.* definit *Dextans*, διμοιρον ἑκτον, ὁ ποιεῖ δέκα οὐγκίας. *Duæ partes e tribus cum sexta, id est, unciæ decem.* Hein.

DEXTRA, & sinistra adire *l.* 11. *D. comm. præd.*

DIABATHRA, Græcanicarum solearum genus. Hinc *Diabathrarii l.* 1. *C. de excus. artif.* qui eos faciunt, & vendunt. Plaut. in *Aulul. act.* 3. *sc.* 5. *v.* 35. Sedentarii, sutores diabathrarii. Alias *Diabathra* est gradus pensilis, seu scala ἀπὸ τοῦ διαβαίνειν, quod est transire. Hic *anabathra* apud Juvenal. *sat.* 7. *v.* 46. *Et quæ conducto pendent anabathra tigillo.*

DIACATOCHI *l.* 1. *Cod. Theod. de fisc. debitor.* possessores, detentores. Tracta nempe significatione a genere ad speciem, diacatochi ibi negliguntur possessores fundorum patrimonialium perpetuo, ac privato jure, velut domesticorum, & avita successione quæsitorum, ut ait *l.* 2. *Cod. Inst. de omni agro deserto* salvo patrimoniali canone, ut ita opponuntur diacatochi emphyteuticariis, qui domini non efficiuntur *l.* 1. *D. si ager vectigal.* Vid. Jac. Gothofr. *comm. ad d. l.* Hinc diacatochia in *d. l.* 7. *C. Just. de omn. agr.*

DIACONES medio ævo dicebantur pro Diaconis. Papinian. *resp. tit.* 3. Presbyteris cum *Diaconibus* subscriptis. Plura exempla vid. apud Car-Du-Fresne *in Gloss. med. & inf. lat.*

DIACONI, latine ministri, correspondere dicuntur Levitis, quia sicut in sacerdote consecratio, ita Diacono ministerii dispensatio habetur *c.* 1. §. *Levitæ dist.* 21. De antiquo Diaconorum statu fusissime egerunt inter alios Lud. Thomassinus *p.* 1. *de vet. & nov. Eccles. discipl. lib.* 2. *c.* 29. *seq.* Claud. Espencæus *lib.* 1. *digress. c.* 5. Nicol. Januarius *de jur. & offic. Archid. e.* 1. *seq.* Morinus *de SS. ordinat. P. III. ex* 9. qui omnes hærent in ea opinione, illos ab apostolis esse constitutos, eorumque originem referri Act. VI. quo loco septemviri constituti leguntur, qui mensis ministrabant, quos *Diaconos* fuisse censent auctore Eusebio *lib.* 1. *hist. eccl. cap.* 1. *p. m.* 29. Quemadmodum itaque diaconi ministri erant, ita primarium eorum officium in mini-

stran-

ſtrando conſiſtebat, prout Cyprianus *epiſt.* 3. ſcribit. Diaconos poſt aſcenſum Domini in cœlos Apoſtoli ſibi conſtituerunt epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros. Huc collineat *cant.* 18. *conc.* Nicæni relatus *in c.* 14. *diſt.* 93. in quo patres expreſſe ajunt, diaconos eſſe miniſtros epiſcoporum. Officia ſua olim non expediebant niſi ex præſcitu, & conſenſu epiſcopi, & eorum poteſtas variis canonibus fuit reſtricta *cap.* 13. *ſeqq.* & 20. *diſt.* 93. Sic jus baptizandi non exercere poterant abſque epiſcopo, vel presbytero niſi prædictis fortaſſis ordinibus longius conſtitutis neceſſitas extrema compelleret *d. c.* 13. Tertullian. *de baptiſ. c.* 17. nec præſente presbytero niſi juſſi euchariſtiam erogabant *cap.* 18. *diſt.* 93. Ad eorum porro officia refertur, quod omnia referre debeant ad epiſcopum, quæ correctione indigent, inde oculi ejus dicti *c.* 6. & 12. aſſiſtant Epiſcopo ſacrificanti *c.* 59. *de conſecr. diſt.* 1. vel alia ſacra peragenti *cap.* 1. *diſt.* 25. quod oblationes inferant, & diſponant in altari, componantque menſam domini *c.* 1. *diſt.* 25. prædicent evangelium cum officio precum, recitatione nominum *c.* 1. *diſt.* 25. *c.* 23. *diſt.* 93. quod in neceſſitate munia ſacerdotalia obire queant Thomaſſin. *P. I. lib.* 3. *c.* 33. §. 7. Ceterum presbyteris venerationem, & obſervantiam debent *c.* 5. *diſt.* 93. cum etiam horum miniſtri ſunt *c.* 17. *diſt.* 93. Officia autem quæ a presbyterorum diverſa præſtanda habebant Diaconi, ea hodie nonniſi in ſolemni miſſa uſum habent juxta *c.* 59. *de conſecr. diſt.* 1. cum in miſſis communibus officia diaconorum impleant ipſi presbyteri; imo tandem in capitulis, & collegiis canonicorum eo deventum, ut ordinatio diaconorum magis in hunc fieri ſoleat finem, ut per diaconatum, tamquam gradum, ad presbyteratum deſcendatur, Eſpen. *P. I. jur. eccl. tit.* 1. *c.* 3. §. 12. Plures olim in ſingulis eccleſiis diaconi fuerunt; Concilium Chalcedonenſe teſtatur *Actione* 10. in Edeſſena Eccleſia presbyteros fuiſſe quindecim, Diaconos triginta octo, Juſtinianus ordinavit, Conſtantinopoli eſſe debere Diaconos centum, *Tit. c. de Epiſc.* Poſtea fere unice in cathedralibus fuere Diaconi. Fuit autem Diaconis inſignior aliquis præfectus, quæ Archidiaconum vocabant.

Archidiaconi quidem poteſtas, & officium perpetuo variabat pro diverſitate locorum, & temporum. Hinc quando in moderno jure Canonico de Archidiaconis reperiuntur variæ leges, caute attendendum eſt, quo ſæculo illæ conſtitutæ ſint, & pro quo loco. Officium Archidiaconi, prout olim ante ſua tempora in uſu erat, deſcribit Gregorius IX. his verbis: Ut Archidiaconus poſt Epiſcopum ſciat, ſe vicarium eſſe ejus in omnibus, & omnem curam in clero tam in urbe poſitorum, quam eorum, qui per paræcias habitare noſcuntur, ad ſe pertinere; ſive de eorum converſatione, ſive honore, & reſtauratione eccleſiarum, ſive doctrina eccleſiaſticorum, vel ceterarum rerum ſtudio, & derelinquentium rationem curam Deo redditurus eſt. Et ut de tertio in tertium annum, ſi Epiſcopus non poteſt, parœciam (Diœceſin) univerſam circumeat, & cuncta, quæ emendatione indigent, ad vicem ſui Epiſcopi corrigat, & emendet. Alia officia explicatius Archidiacono adſcribit Innocentius III. his verbis: Conſuluit nos tuæ fraternitatis devotio, quod ad officium Archidiaconi debeat pertinere, & in quibus per ipſum in cura epiſcopalis ſollicitudinis debeat ſublevari? Reſpondemus, quod Archidiaconus ſecundum ſtatuta B. Iſidori (qui ſcripſit ſæculo ſeptimo) imperat ſubdiaconis & Levitis, paræciarum ſollicitudo, & earum ordinatio ad ipſum pertinet, & audire debet jurgia ſingulorum. Archipresbyteri autem, qui a plebibus Decani nuncupantur, ejus ſe noverint juriſdictioni ſubjacere. In alia noſtra conſtitutione meminimus nos expreſſiſſe, quod inſtitutio corporalis tam ſuper beneficiis, quam etiam dignitatibus ad ipſum debeat pertinere, examinatio etiam clericorum, ſi fuerint ad ſacros ordines promovendi: & hoc idem in collationibus beneficiorum duximus obſervandum, ut qui beneficiis eccleſiaſticis præficiendi fuerint, a ſuo prius examinentur Archidiacono, & per ipſum poſtmodum Epiſcopo præſententur *c. ad hæc* 7. *de offic. Archidiac.* Idem Pontifex declarat, ad *Archidiaconum* præter examinationem, ac præſentationem ordinandorum etiam pertinere, ut in ſede ponat Abbatiſſas, & Abbates *c. ut noſtrum* 9. *eod. tit.* Immo vero, ubi conſuetudinis eſt, etiam Abbates & Monachi in Archidiaconatu ſiti ſubjiciuntur juriſdictioni Archidiaconi, ita ut teneantur ei obedire in his, quæ pertinent ad juriſdictionem, correctionem, & viſitationem, ſeu jus Archidiaconale, videlicet ut coram eo conquerentibus reſpondeant, citati ad ejus præſentiam veniant, juſtas ſententias obſervent, ejus mandata honeſta, & ſancta ſecundum Deum de correctione exceſſuum & aliis, quæ Archidiaconi ſolent, & poſſunt rationabiliter injungere, audituri, & ſalva ſua regula & Abbatis ſui debita obedientia ſervaturi *c.* 10. *eod. tit.* Ceterum Archidiaconis prohibetur, ferre excommunicationis ſententiam *c.* 5. *eod. tit.* alicui conferri curam animarum ſine licentia, & mandato Epiſcopi *c.* 4. *eod. tit.* clericis concedere dimiſſorias ad recipiendos ab alio epiſcopo ordines. Immo ordinati dependenter a talibus dimiſſoriis ſuſpenduntur ab exercitio ordinum *cap.* 8. *eod. tit.* privative decanos rurales ſine conſenſu parochorum capituli eligere, vel deponere prohibentur *c.* 7. §. *conſequenter eod. tit.* ſæpius quam ſemel in anno paroecias viſitare, niſi neceſſitas poſcat *cap.* 2. *eod. tit.* Minoris momenti officia, quæ Archidiacono adſcribuntur, ſunt, Divinum officium ordinare, videlicet Diaconum deſignare, qui in miſſa evangelium cantet, denominare eos, qui lectiones, reſponſalia, vel epi-

epistolam cantent, qui candelabra, vel thuribulum deferant, qui Levitæ Episcopo adsistant *cap.* 3. *eod. tit.* curam gerere, ut in omnibus ecclesiis cimelia fideliter asserventur *cap. 6. eod. tit.* Concilium Tridentinum de Archidiaconis decernit, ut sint Doctores in Theologia, vel Licentiati in jure Canonico *sess.* 12.*c.*12. Visitationem in ecclesiis, in quibus visitare consueverunt, assumto secum Notario per semet ipsos exerceant, & intra mensem Episcopo rationem reddere, depositiones testium, atque integra acta exibere teneantur *sess.* 24. *cap.* 20. cognitionem circa caussas matrimoniales, vel criminales, & circa concubinatum clericorum examini, & jurisdictioni episcoporum relinquant *sess.* 24. *c.* 20. *& sess.* 25. *c.* 14. D. Euseb. Amort. *Elem. jur. can. lib.* 1. *tit.* 24.

DIACONICA non Ecclesiæ propriæ erant, immo neque Ecclesiæ ipsius pars proprie, verum Ecclesiis juncta loca ad Ecclesiam, quæ alias Secretariæ dicuntur, ubi vasa, vestesque, aliæque res sacris usibus destinatæ, immo & lipsana seu reliquiæ, & fragmina asservabantur, seu reposita erant. De vasis fides a Laodicensis Synodi *can.* 21.*p.*785. 786.*Tom.*1.*Concil. Edit. Harduin.* οτι ου δει υπηρετας εχειν χωραν τω διακονικω και απτεσθαι δεσποτικων σκευων. Latina versio sic habet in codice canonum *eccl. unic. p.* 51. *Tom. I. Bibl. jur. can. Hen. Justell.* Quod non oportet ministros locum habere in secretario, & dominica vasa contingere. In *secretario*, vel ut alii codices Romanus, & Dionysii Exigui, retenta græca voce, in *diaconico*. De vestibus sacris in *Diaconico* repositis fides a Typico S. Sabæ *c.* 2. αλλασσουσι την ιερατικην στολην εν τω διακονικω, mutant sacram stolam in secretario. Ecclesiæ vero id junctum fuisse ostendit Codinus *de officiis aulæ Constantinop. c.* 14. *n.* 24. εν δε τη του εσπερινου ωρα, εν μεν ευρισκεται ο Πατριαρχης, απερχεται εις την αγιαν σοφιαν ο βασιλευς και ακουει παρ αυτου τας του μεγαλου αασιλειου ευχας πλησιον του διακονικου, circa vespertinum tempus confert se Imperator ad sanctam Sophiam, si patriarcha præsens sit, auditque ab illo magni Basilii precationes prope diaconicum. Diaconici autem mentio est in *l.* 30. *C.Theod. de hæret.* Vid. ibi Jac. Gothofr. *in Commentar.*

DIACONISSÆ *Nov.*3.*pr.* anus, quibus in carcere vinctorum, pauperum, ægrotantium cura, aliaque pietatis officia demandabantur. Eadem & baptismo tingendis feminis inserviebant, & puellas ad pietatem instituebant, ceu ex antiquitatibus sacris erudite ostendit Casp. Zieglerus *singulari commentario de Diaconis, & Diaconissis vet. Eccles.* Earum ætas quinquaginta circiter annorum definitur *Novell. 6. cap.6.* quinquaginta abcisse *l. 9. C. de episc. & cler.* At quadraginta annos sufficere, credidit Justinianus *Nov.* 123. *c.* 13. Hein.

DIACOPI, qui in aggeribus fiunt *l.* 10. *D. de extraord. crim.* Scissuras ea voce intelligi notat Alciat. *lib.* 1. prætermiss. *verb. chomata*.

DIADOTÆ, diribitores, divisores in *l.* 28.*C.Th. de erog. milit. annon.*

DIÆTA habitationem in hortis amænitatis, & voluptatis caussa exstructam significat *l.* 43. 1. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 13. §. *ult. D. de usufr. l. pen.* §. *ult. D. de dont. int. vir. & ux.* Lamprid. in Elagabal *cap.* 30. & 31. *Zaetas* adpellat more Græcorum, quia δια sæpe in ζα commutant, ut *Zabulus* pro *Diabolus* apud ecclesiasticos scriptores, veluti apud Cyprian. *Serm. de eleemosyn. & serm. de Zelo & amore* non semel, & apud Paullinum crebro. Add. Marcell. Donat. ad Lamprid. *p.* 957. Turneb. *divis.* 24. 4. Vid. infra *Zeta*.

Diæta in ædibus pro cœnaculis *l.* 13. §. 7. *D. de usufr. l.* 32. *D. de donat. l.* 13. §. 2. *D. de acceptil. l.* 1. §. 27. *D. de SC. Silan. l.* 41. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 34. *D. de usu, & usufr. leg.* Diætæ hypocaustæ *l.* 55. §. 3. *D. de legat.* 3.

DIÆTARIUS servus *l.* 12. §. 42. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 1. §. 3. *D. naut. cap. stab.* qui diætarum purgandarum curam habet. *Zetarius* scribitur apud Paull. 3. *sent. tit.* 6. §. 58. Referuntur *Diætarii* etiam inter eos, qui custodiæ caussa navibus præponuntur, junguntur que ναυφυλαξιν *in l.* 1. §. 3. *D. naut. caup. stab.*

DIARIA, diurnum victum, seu diurna cibaria significant, quorum legato neque habitationem, neque vestiarium, neque calcearium deberi, traditur, quoniam de cibo tantum testator sensit *l.* 21. *D. de alim. & cibar. legat.* Petron. *Satyr. cap.* 24. *Hodie post asellum diaria non sumo.*

Diaria aliquando etiam erogationes denotant, ut in *Novell.* 57. aliquando calendarium.

DIASTOLEÆ in *l. ult. C. de tabul. scrib.* dispunctores erant rationum, sive instrumentorum. Διαστέλλειν enim, & διαστίζειν dispugnere est, conferre scilicet accepta, & expensa, quod & æra dispungere dicitur apud Apulei, *de Deo Socrat.*

DIATRETARIUS in *l.* 1. *C. de excus. artif.* qui vitra cavat, & perforat, dictus απο του διατρηται, quod est *cavare*, vel *perforare*. Salmas. *ad hist. Aug. script. p.* 458. Sunt tamen, qui in *d. l.* 1. legendum censent *diabathrarii*, de quibus supra.

DIATRETUS calix *l.* 27. §. 29. *D. ad leg. Aquil.* De eo supra sub *calix*.

DICARE religioni *l.* 5. §. 8. *D. de don. int. vir. & ux.*

DICATIO pro devotione in *l.* 1. *C. Th. de veteran.* & passim. Vid. Salmas. in *not. ad Pollion. Galien. c.* 14.

DICERE declarare. Dixit Augustus *l.* 1. *C. de sentent. pass.*

Dicere, adseverare. Dico audiendum *l.* 10. *D. de fidejus.*

Dicere, pronunciate. Dicere pœnam sententia *l.15. C. de pœn.*

Dicere renunciare. Dicere falsum modum *rubr. D. si mens. fals. mod.*

Dicere caussam, dotem, jus, legem, mulctam, sententiam, testimonium, vindicias. Vid. suis locis. *Dictum*, id est, conventum *l. 22. D. de reb. cred.* Dicta latitudo *l. 13. §. 2. D. de serv. præd. rust.* Ceterum in venditione *Dictum* & *promissum* separantur. Et quidem dictum accipitur, quod verbotenus pronunciatum est, nudoque sermone finitur. *Promissum* & ad nudam pollicitationem, & sponsionem pertinet *l. 1. §. 1. l. 19. §. 2. D. de Ædil. edict.* Dicere enim adfirmare est *l. 18. D. eod. tit.* Ceterum quod venditor, ut commendet, *dicit*, sic habendum est, quod ad præstationem attinet, quasi neque *dictum*, neque promissum sit *l. 37. D. de dol. mal.* Cic. *de offic. lib. 3. c. 13. Sin autem dictum non omne præstandum est, quod dictum non est, id præstandum putas.* Hinc *dicere* in venditione *l. 6. §. 4. D. comm. præd. l. 21. §. 1. l. 27. l. 38. D. de act. emt.*

DICHONEUTUM æs, quod & figuratum *l. 1. C. Th. de conlat. ær.* id est, conflatum.

DICIS caussa, hoc est, perfunctorie, & simulate, & ad speciem, non vere, nec ex animo *l. 1. §. 34. D. ad SC. Silan.* Sic *dicis* caussa numerationis loco intercedere dicuntur numi *l. 4. D. commod.* Consuli de eadem formula possunt Cujac. *5. obs. 33.* Petr. Victor. *Var. Lect. lib. 1. cap. 24.* Andr. Schott. *obs. philos. lib. 5. cap. 33.* & Pet. Pith. *Advers. lib. 2. cap. 8.* Ceterum quum græco τιμῆς ἕνεκα usus sit Modestinus, facile patet, quam male Latinus interpres id reddiderit *puritatis caussa*, quum dicis caussa vertere debuisset. *Hein.*

DICTARE actionem, & judicium pro instituere, & inferre dicunt Jurisconsulti *l. 1. §. 1. D. de edend. l. 50. §. 1. D. de pecul. l. ult. D. pro dot.* & aliis locis.

Dictare etiam testator dicitur, qui testamentario excipiente suprema sua ordinat *l. 93. D. de legat. 3. l. 9. §. 1. D. de hæred. inst.* Sic & *l. 40. D. de milit. test.* & apud Juvenal. *sat. 6. dictabitur* heres.

Dictare, exigere, postulare. Dictantibus ipsis rebus *l. 2. §. 11. D. de reg. jur.*

DICTATOR in re trepida proditus est, a quo nec provocandi jus fuit, & cui etiam capitis animadversio data est. Hunc Magistratum, quoniam summam potestatem habebat, non erat fas, ultra sextum mensem retinere *l. 2. §. 18. D. de orig. jur.* Dictatoribus magistri equitum jungebantur, qui adsociati participales curiæ secundam post eos potestatem gererent, ut *d. l. 2. §. 18. l. 1. D. de offic. præf. prat.* traditur.

Dictator figurate, qui rei cuidam pro imperio intercedit, eique obsistit, & obloquitur *l. 1. C. Th. de leg. & decret.* & ibi Jac. Gothofr. *in Comm.*

DIENSES Macedoniæ populi *l. fin. D. de censib.*

DIES more Rom. a media nocte incipit, & sequente nocte finitur *l. 8. D. de feriis.* Macrob. *Saturn. lib. 1. cap. 3.* Diei autem horas ab ortu solis dinumerabant, duodecim diei, totidemque nocti tribuentes. Atque ita primam, sextam, septimam horam, quoties in libris nostris occurrit, accipe *l. 14. D. qui test. fac. poss. l. 1. D. de manumiss. l. 7. D. de usurp. & usuc. l. 5. §. ult. D. de servit. l. 25. §. 1. D. de lib. & post. l. ult. C. de transact. l. 2. D. de ann. legat.* Cujusque autem diei *major pars* est horarum diei septem, primarum utique, non supremarum *l. 2. §. ult. D. de verb. signif.* Virgilius *Aen. 9. v. 156. meliorem* diei *partem* dixit, quæ, Servio interprete, itidem est horarum septem, non a media nocte, sed solis ortu dinumerandarum. Nam hæ solæ septem horæ, ac ne eæ quidem, negotiis impendebantur a Romanis, quorum occupationes singulis horis ubi describit Martialis *lib. 4. epigr. 8.* ita fuit. In quintam varios extendit Roma labores, Sexta quies lassis, septima finis erit.

Dies pro quovis tempore, ut in *tit. de in diem addict.*

Annua bima, trima *die* dare est tribus pensionibus per triennium dare *l. 3. §. pen. D. de ann. legat.*

Dies cedere dicitur, quando incipit deberi pecunia *l. 213. D. de verb. signif.* Venisse dicimus, si adest tempus, quo peti possit *l. 214. D. de verb. signif.*

Dies certus, qui quando exstiturus sit, præscitur; a quo differt incertus, qui, quando, an exstiturus sit, nescitur, conditionis vim obtinet *l. 30. D. de legat. 1. l. 11. in fin. D. de legat. 2.*

Dies citerior, vid. suo loco.

Dies continui, utiles, justi. Vide suis locis.

Diem functi pro defunctis *l. 5. C. Theod. de sepulcr. viol. l. 17. C. Th. de prætor.*

Dies proferre, id est, prorogare, vel producere *l. 27. l. 33. D. de rec. arb.*

Dies repetita, id est, ut vulgo dicimus, antidata *l. 2. D. de fid. instr.* Vid. infra verb. *repetere*.

Dies temporalis *l. 63. D. de adpell. l. 9. C. Th. de repar. adpell.* Habetur eadem loquutio *l. 32. C. de adpell.* & ubique accipitur pro diebus peremtoriis quos hodie fatalia adpellationis vocant. Cujac. *12. obs. 4.*

Ex *die* in *diem*. Vid. *ex* & *in*.

DIFFAMARE, famam alicui differre, ut loquitur Plaut. *Trinum. Act. 3. sc. 2. v. 65. l. 5. C. de ingen. manum.* In deteriorem partem eo verbo usi sunt Tacit. *lib. 15. Annal. c. 19.* Ovid. *4. metam. 2. 336.* & Apulei *lib. 1. metam. p. 108.* Hein.

DIFFAREATIO modus sollemnis divortiorum sol-

sollemnissimus, & vetustissimus Romanorum, quo uxor, quæ per sacrificium, in quo & panis farreus adhibebantur, in manum convenerat, contrario, & admodum tristi ritu a marito divellebatur Festus *lib.* 4. voce *diffareatio*: Diffareatio, inquit, genus sacrificii, quo inter virum, & mulierem fiebat dissolutio. Dicta differeatio, quia fiebat farreo libo adhibito. Hinc Plutarch. *Quæst. Rom. p.* 276. ubi de divortio Flaminis, & Flaminicæ agit, (hos autem conjuges confarreatos esse oportebat) ritumque in eo adhibitum describit: Οἱ δὲ ἱερεῖς, inquit, παραγενόντες τῇ τοῦ γάμου διαλύσει, πολλὰ φρικώδη, καὶ ἀλλόκοτα, καὶ σκυθρωπὰ δρῶντες. At sacerdotes, qui interfuerunt, quum ejusmodi matrimonium dissolveretur, multa horrenda, inaudita, & tristia fecerunt, *Hein.*

DIFFERENTIARUM libros novem scripserat Modestinus, unde aliquot in Pandectis capita transcripta sunt. Sumitur vero vocabulum hoc regulariter pro discrimine, ut *in l.* 8. *D. de eo, quod cert. hoc. l.* 2. §. 1. *D. de nox. act. l.* 1. §. 2. *D. ad Leg. Corn. de Sicar. l.* 38. *D. de hered. pet.*

DIFFERRE pro discrepare *l.* 16. *D. de condict. indeb. l.* 55. *D. ad Leg. Aquil.*

Differre in aliud tempus rejicere. Ita *differri* quæstio dicitur in tempus pubertatis *l.* 1. *D. de carb. edict.*

DIFFICILE pro difficulter *l.* 13. *D. de offic. præsid. l.* 5. *D. de contrah. emt. l. ult. C. Th. de alim. quæ inop. l.* 1. §. 9. *D. de postul. l.* 2. §. 9. *D. de postul. l.* 2. §. 9. *D. de orig. jur.*

Difficile, id est raro *l.* 13. §. 1. *D. de ann. legat.*

DIFFICILIUS Papinianus dixit pro nullo modo, vel plane non *l.* 1. *D. de pign. l.* 8. *D. de collat. l.* 95. §. 3. *D. de solut.* & Julianus *l.* 22. §. 7. *D. rat. rem hab.* & Ulpianus *l.* 25. *pr. D. pro soc.* Hein.

Singularis est loquutio, In *difficili* esse *l.* 29. §. 15. *D. de lib. & postum.* Hanc quidam adeo non potuerunt concoquere, ut legerent *casus indifficilis* quorum κρίσιν refellit Alciat. *in fine lib.* 4. *de verb. signif.* Dionysius vero Gothofredus in *d. l.* 29. §. 15. rescribendum putat, *Ille casus indissimilis est.* Sed nec textui quadrat illa emendatio, nec est necessaria. Luculenter enim ostendit Dacker. *de latin. vet. Ictor. p.* 390. eodem modo Livium *lib.* 3. *cap.* 8. dixisse: *Exitus haud in facili est*, & *lib.* 3. *cap.* 65. *Moderatio tuendæ libertatis in difficili est*, & Celsum *lib.* 5. *de medicin. cap.* 26. *In difficili* rem esse. Nec ignotæ sunt similes loquutiones, in proclivi, in expedito, e facili, e difficili, quarum exempla peti jubet ex Jo. Frid. Gronov. *Not. ad Liv. lib.* 3. *c.* 8. & Nic. Heins. *ad Ovid. de art. am.* 3. *v.* 471. HEIN.

DIFFICULTAS *l.* 83. §. 1. *D. de hered. inst. l.* 237. §. 4. *D. de verb. b.*

DIFFICULTER *l.* 44. *D. de test. mil.*

DIFFIDENTIA. Cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia, quæ plerumque juvenes avertit, serius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus signe magno labore, & diffidentia maturius perduci potuisset §. 2. *Instit. de just. & jur.*

DIFFINDI dies ex XII. Tab. jubebatur, quum judex, vel alter ex litigantibus morbo sontico impediebatur *l.* 2. §. 3. *D. si quis caution. Diffindi* autem erat, in alium diem rejici. Unde *diffisiones* apud Gell. *lib.* 14. *c.* 4. Quum autem in plerisque & Pandectarum & Gellii editionibus sine sensu legeretur *diem diffundi*, veram & genuinam scripturam ex Florentino Codice primus restituit Angel. Politianus *Obs. & emend. syllog.* 1. *c.* 41. Ipsam vero veterem loquutionem exposuerunt Cujac. 12. *obs.* 18. & Jac. Gothofr. *ad Leg. XII. Tab.* 2. HEIN.

DIFFUNDERE proprie de vino dicebatur, quod diffundi dicebatur ex doliis in amphoras, & cados *l.* 6. *l.* 15. *D. de trit. vin. ol.* Aliud ergo est *defundere* vinum apud Paull. 3. *sent. tit.* 6. §. 62. Id enim cauponum esse, jam supra monuimus in *defundere*. HEIN.

DIFFUSUM, id est, amplum. *Diffusum* patrimonium *l.* 11. *C. de excus. Diffusa* servitus *l.* 13. §. 1. *D. de serv. præd. rust.*

DIGERIES *in l.* 4. *Cod. Theod.* de suariis, ibi: Animal, quod a possessore tradendum ob *digeriem* prius unius tantum noctis jejunitate vacuetur.

DIGESTA. Hunc titulum Justinianus a veteribus Jurisconsultis mutuatus est. Scripserat enim Alfenus *digestorum libros* 40. Julianos *libros* 90. Celsus *libros* 39. Marcellus totidem, Pomponius 5. Scævola 40. Marcianus 7. Harmenop. *lib.* 1. *c.* 1. §. 6. Ἰουστινιανὸς τὰς πολλὰς ἐκθέσεις τῶν νόμων ἐν πεντήκοντα βιβλίοις διὰ σοφῶν ἀνδρῶν στοιχειώσας συνήγαγε Δ... ΔΙΓΕΣΤΑ, ἤτοι ΠΑΝΔΕΚΤΗΝ, ὡς πάντων δέκτικα τῶν νόμων ἐκάλεσεν, Justinianus plurima peneque immensa a veteribus illis Jurisconsultis edita volumina in quinquaginta libros contulit studio, atque opera prudentum, atque in ea re exercitatorum hominum. Quæ etiam *digesta* aut *Pandectas*, quod omnis generis leges complecterentur, nominavit. Rationem utriusque nominis reddidit Imperator.

DIGITUS. Δάκτυλον ὕδατος *Digitum aquæ* invenies *in l.* 37. *D. de serv. præd. rust.*

Qui se digito truncabant, ut militiam subterfugerent, curiis addicebantur *l.* 1. *C. Th. de fil. milit. app. l.* 4. *C. Th. de tiron.* Dicebantur etiam *murci*, de quo vocabulo plura Cujac. *lib.* 15. *obs. cap.* 40. Jac. Gothofr. *in l.* 4. *Cod. Th. de fil. mil.* Menag. *amæn. jur. c.* 3. *p.* 12. HEIN.

DIGMA græca vox *in l.* 9. *C. Theod. de suar.* idem, quod speciem, indicium, probatio, vel proba, uti vocatur *in l. un. C. Th. de strator. Digma* clandestinum mittere, ut facta collatione adparere possit, sit ne fraus aliqua commissa, nec ne.

In-

Inde est, quod & ipse locus, ubi mercium suarum specimen, seu δεῖγμα producere consueverunt mercatores, hoc nomine apud Græcos adpellatur. Vid. Jac. Gothof. *comm. in d. l. 9.*

DIGNATIO nostra *in l. ult. C. Th. de priv. eor. qui in sacr. palm. mil.* & ibi Jac. Gothof.

DIGNE exhiberi *l. 31. D. de pœn.*

DIGNITAS aliquando idem ac conditio, etiam vilissima. Sic mancipium vestiendum dicitur pro *dignitate* sua *l. 15. §. 2. D. de usufr.* ordinum dignitas, familiarumque *l. 1. §. 13. D. de inspic. ventr.*

Dignitates militiæ opponuntur *in l. 13. C. de offic. rect. prov. l. 8. C. de pagan. l. ult. C. de jurisd. om. jud. Dignitatis* adpellatione officia simplicia continentur *c. si forte de eiect.*

DIGNUS qui meretur. *Dignus* emancipatione *§. 2. Inst. de adopt.* venia *l. 3. §. 7. D. de re mil.*

Dignum esse pro tanti pretii esse. Sic dignus fundus, vel servus tot aureis dicitur, qui tot aureos valet *l. 28. §. 3. l. 31. D. de don. int. vir. & ux.* Quanti dignus est fundus *l. 12. D. de in rem vers.*

Dignum, id est, conveniens *in l. 2. §. ult. D. quis ord. in bon. poss. serv. l. 17. §. 3. D. de adopt. & emancip. Dignum* suæ personæ *l. 18. §. 9. D. de jur. fisc.* Est hic græcismus, quo usi etiam Plaut. *Pœnul. Act. 2. v. 10. Trinum. act. 5. SC. 2. v. 29.* Virgil. *Aen. 12. v. 649.* Magnorum haud umquam indignus avorum. *Hein.*

DIJUDICARE inter se dicuntur, qui de re dubia conveniunt. Ut pretium servaret, donec inter vos *dijudicaretur* (in Flor. dejudicaretur) cujus oleum esset *l. 9. §. 3. D. de dol. mal.*

DILABI ædificio *l. 6. D. de divis. rer.*

DILACERARE bona, & dissipare *l. 1. D. de curat. furios.*

DILACERATIO publica *l. 3. C. Theod. ad Leg. jul. de ambit.*

DILANIARE corpus pœnis publicis *l. 1. C. de emend. serv.*

DILAPIDARE, consumere & perdere *l. 25. §. 11. D. de hæred. pet. l. 11. §. 6. D. de minor.*

DILATARE actum, & iter *l. 3. §. 13. D. de itin. actuq. priv.*

DILATORIA exceptio. Vid. *exceptio*.

DILECTUS, pro *delectus*. Ita in Pandectis Florentinis scribitur, eamque scriptionem in vetustissimis Plauti, aliorumque bonorum auctorum libris constanter reperiri, testantur Rittershus. *ad Paull. 2. sent. 20. §. 1.* & Muret. *ad Cic. Philipp. 6. c. 2.* Hein. Hinc Ad *delectum* non respondere *l. 4. §. 10. D. de re mil. l. 20. D. comm. divid.* ubi perperam *delictum* legitur. Nihil enim esse phrasin, *ad delictum non respondere*, nemo non animadvertit. Papinian. *l. 36. D. de statu lib.* Circa *dilectum* ordinis.

DILIGENS juris civilis *l. 17. D. de jur. patron.* Cornel. Nep. in *Epamin. c. 3.* Adeo veritatis diligens, ut ne joco quidem mentiretur.

Diligens custodia, id est, exactior, quam suis rebus quis adhiberet *l. 5. §. 5. D. commod.*

DILIGENTER rem inquirere *l. 9. §. 2. D. de jur. & fact. ignor.* rationes tractare *l. 8. D. de manumiss. test.*

DILIGENTIA culpæ opponitur, ut liquet ex *l. 63. D. contrah. emt.* ubi diligentiam præstare Proculus interpretatur, ut culpa absit. Diligentiam non male definieris usum virium, aliarumque rerum fini adsequendo sufficientium. Verum ex adjuncto verbo augetur, & intenditur hujus vocabuli notio. Interdum enim *exacta*, interdum ea, quam diligens paterfamilias, interdum ea, quam suis quis rebus adhibet, desideratur, ut *in l. 24. §. 5. D. solut. matrim. & l. 17. pr. D. de jur. dot.* Maritus eam *diligentiam* præstabit, quam in suis rebus exhibet. Et *in l. 25. §. 16. D. famil. ercisc.* Non tamen *diligentiam* præstare debet, qualem diligens paterfamilias. Talem igitur præstabit, qualem in suis rebus. Item *in l. 1. D. de tut. & rat. distr.* Talem diligentiam præstando, qualem in suis rebus. At *in l. 3. D. de peric. & comm. rei vend.* venditor præstare *exactiorem diligentiam* jubetur, quam suis rebus adhiberet. Sed is, qui utendum accepit, *exactissimam diligentiam* custodiendæ rei præstare compellitur, nec sufficit ei eamdem diligentiam adhibere, quam suis rebus adhibet, si alius diligentior custodire potuerit *l. 1. §. 4. D. de obl. & act. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* In rebus quoque commodandis *diligentia* præstanda est, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet *l. 18. pr. D. commod. l. 1. §. 4. D. de obl. & act. §. 2. Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Similiter qui aliena negotia gerit, exactam diligentiam rebus ejus, pro quo intervenit, præstare debet. Paull. *1. sen. 5. §. 1.* Quæ omnia qui præstat, *omnem diligentiam* præstare dicitur *l. 24. Cod. de usur.* Magistratus Reipublicæ non dolum solummodo, sed & latam negligentiam, & hoc amplius, etiam diligentiam debent *l. 6 D. de admin. rer. ad civ. pert. Diligentia* præstanda est ab eo, qui commodatum accepit *l. 5. §. 9. D. commod. Diligentia* quoque ab herede exigenda est *l. 47. §. 1. D. de legat. 1.* Custodiam venditor talem præstare debet, quam præstant hi, quibus res commodata est, ut diligentiam præstet exactiorem, quam in suis rebus adhiberet *l. 3. D. eod. tit.*

Diligentia non ambitiosa *l. 33. pr. De usur.* cui opponitur *insolentia curiosa in ead. leg.*

DILUCIDA intervalla furiosi *l. 9. C. qui testam. fac. poss.*

DILUCIDE, aperte, clare, diserte *l. 13. C. de non num. pec.*

DIMIDIATIS noctibus *l. 8. D. de fer.*

DIMINUERE. Vid. *Deminuere*.

DI-

DIMISSORIÆ litteræ, vel *Dimissorii* libelli dicuntur, vulgo *apostoli*, ab eo quod caussa ad eum, qui adpellatus est, dimittitur *l. 106. D. de verb. signif. l. un. D. de libell. dimiss.*

DIMITTERE damnatos *l. 31. D. de pœn.* id est, abire pati.

Dimittere uxorem, id est, repudiare *l. 37. §. ult. D. de minor.*

Dimittere creditores ex pecunia *l. 70. 72. D. de legat. 2. l. 38. pr. D. de legat. 3.* Paull. 2. *sent.* 13. §. 8. Dimitti autem creditores dicuntur, quum iis pecunia exsolvitur *l. 15. §. 5. D. de re jud. l. 16. D. qui pot. in pign. l. 38. pr. D. de legat. 3. l. 3. in fin. D. de separ. l. 10. §. 1. l. 15. l. 16. D. quæ in fraud. cred. l. 28. D. de pact. dot. l. 1. D. de distr. pign. l. 3. C. de his, qui in prior. cred.*

Dimitti etiam debitor dicitur, quando liberatur *l. 4. pr. D. de decret. ab ord. fac.* Dimitti debito *l. 19. D. de dol.* obligatione *l. 41. D. de oper. libert.* Dimissis legatis, id est, solutis *l. 6. pr. D. si quis omiss. causs. test.*

DINOSCITUR liber a servo *l. 5. D. de contrah. emt.* Juv. *Sat.* 10. *v.* 2. *seq.* pauci dinoscere possunt vera bona, atque illis multum diversa remota erroris nebula.

DINUMERARE passus *l. 1. D. si quis caut.*

DINUMERATIO dierum *l. 1. D. si qui caut.* temporis *l. 39. D. ex quib. causs.*

DINUMMIUM in *l. un. C. de Alexandrinæ primat.* ita a præstationis quantitate, & modo adpellatum vectigal, quod fisco, vel reip. præstatur pro mercibus, quæ importantur, & exportantur, quod ἐξαγώγιον Justinianus vocat in edicto *de Alexandrinis*. δικεράτιον Græce dixeris: quale ad reficiendos urbis muros a Leone Iconomacho, teste Cedreno *fin. Tom.* 1. a Nicephoro, si fides Constantino Manass. in *Annal. e. 93. inter script. R. B.*

DIŒCESES adpellabantur administrationes multarum provinciarum, quæ in unum coactæ per Præfectos prætorios, & eorum vicarios regebantur *l. un. C. ut omn. jud. l. 3. C. Theod. de collat. equor. l. 34. C. Th. de navicul.* Veluti sub præfectura prætoriana Orientis quinque erant *Diœceses*, Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia, quemadmodum ex *l. un. C. ut nemo ad suum patroc. l. 5. C. de temp. & repar. adpell. l. 2. C. de milit. vest. l. 1. C. de comit. l. 10. C. de numerar. l. 6. C. de fund. patrim. l. 97. C. Th. de decur.* & ex *Notit. Imp. Rom.* liquet. Quarum Diœceseon unaquæque plures provincias complectebatur. *Orientis* certe *diœceseos* quindecim erant provinciæ, *Ægyptiacæ* sex, *Asianæ* decem, *Ponticæ* totidem, *Thraciæ* sex. Præfecturæ vero prætorianæ *Illyrici* Diœceses duæ suberant, *Macedonia* & *Dacia*, quarum illa provincias sex, hæc quinque capiebat. *Ægyptiacæ* quoque Diœceseos mentio fit *l. 8. C. de hæret.*

Hanc orbis Romani descriptionem in certas *Diœceses* luculenter descripsit Philipp. Berterius *in libris πιθανῶν* insertus *Tom. IV. Thesaur. jur. civ. p. 889. seq.* Totus Orbis Rom. in *orientale*, & *occidentale* imperia dividebatur. Claudian. *de bell. Gildon. v.* 3. Conspirat gemini frænis communibus orbes. Corippus *lib.* 1. Omnia vectantes gemini commercia mundi. Orientalis Imperii quinque erant *Diœceses*, quibus præfectus prætorio orientis, duæ, quibus præfectus prætorio Illyrici vice sacra præerat. Priores Oriens, Ægyptus, Asiana, Pontica, Thracia *l. 2. C. de milit. vest. l. 1 C. ut nem. ad patrocin.* posteriores Macedonia, & Dacia. *Diœceses* orientis metropolim habent Antiochiam, quam Zosimus *lib.* 1. *c.* 27. τῆς ἑῴας πάσης μητρόπολιν, *totius orientis metropolin* vocat, Ægyptus Alexandriam τὴν πάσης Αἰγύπτου μητέρα, Paeanius *metaphr. Eutrop. lib. 2. c.* 3. Asiana Ephesum jam Paulli Apostoli ætate Asiæ metropolin, Pontica Cæsaream Cappadociæ urbem, Thracia olim Heracleam, postea Constantinopolim, Macedonia Thessalonicam μητέρα πάσης Μακεδονίης, *matrem totius Macedoniæ*, uti vocatur *Antholog. lib.* 1. *cap.* 26. *epigr.* 4. Dacia vel eamdem Thessalonicam, vel Ulpiam Trajanam, seu Zarmithegethusam, vel Sardicam. Occidentis Diœceses erant sex, Italia cujus metropolis Mediolanum, Illyricum cujus metropolis Sirmium, Africa, cujus metropolis Carthago, Galliæ, quarum caput Augusta Treverorum, Hispaniæ, quarum urbs prima Emerita, denique Britannia, in qua Eboracum eminebat. Ex his Italiam, Illyricum & Africam, antequam singularis præfectus prætorio Africæ a Justiniano constitueretur, Præfectus prætorio Italiæ, Gallias, Hispanias, & Britannias præfectus prætorio Galliarum administrabat. Singulas Diœceses sub se plures provincias habuisse, jam Brissonius notavit. Orienti recte tribuit quindecim, earum quinque constat fuisse consulares, Syriam, Palæstinam, Phœnicem, Ciliciam, & Cyprum, decem præsidiales, Palæstinam secundam, Phœnicen, Libani, Euphratensem, Syriam Salutarem, Mesopotamiam, Osrhœnam, Ciliciam secundam, Arabiam, & Isauriam. Sex Ægypti provinciæ hæ enumerantur, Ægyptus, Thebais, Lybia superior, Lybia inferior, seu Pentapolis, Arcadia, quæ omnes a Præsidibus regebantur, & Augustamnica, quæ a Correctore. Asianæ Diœceseos non decem, sed undecim fuerunt provinciæ, una proconsularis Asia, tres consulares, Pamphylia, Hellespontus, & Lydia, septem præsidiales Lycaonia, Pisidia, Phrygia prima, seu Pacatiana: Phrygia secunda, seu salutaris, Lycia, Caria, & Insulæ. Diœceseos Ponticæ duæ provinciæ parebant consularibus, Galatia, & Bithynia, una Correctori, Paphlagonia, octo Præsidibus, puta Honorias, Cappadocia prima, Cappadocia secunda, Hellenopontus, Pontus, Polemoniacus, Armenia prima seu major, Armenia secunda, seu minor, Galatia salutaris, vel se-

secunda, ut adeo & hujus Diœceseos non decem, sed undecim fuerint provinciæ. Thraciæ Diæceseos sex provinciæ fuerunt, duæ consulares, Europa & Thracia, quatuor præsidiales, Hæmimontum, Rhodope, Mœsia secunda, & Scythia. Sex Macedoniæ Diœceseos provinciarum una erat proconsularis Achaia, duæ consulares, Macedonia, & Creta, tres præsidiales, Thessalia, Epirus vetus, Epirus nova cum parte Macedoniæ salutaris, vel secundæ. Quinque Diœceseos Daciæ provinciæ sunt Dacia mediterranea consularis, Dacia ripensis, Mœsia prima, Dardania, Prævalitana cum parte Macedoniæ salutaris, præsidiales. Occidentis Diœceseon primæ Italiæ, septemdecim fuere provinciæ, octo consulares, Campania, Tuscia cum Umbria, Picenum suburbicarium, Flaminium cum Piceno annonario, Æmilia, Venetia, Liguria, & Sicilia, duæ Correctoriæ Apulia cum Calabria, & Lucania cum Brutiis, septem Præsidiales, Samnium, Valeria, Sardinia, Corsica, Raetia prima, Raetia secunda, & Alpes Cotticæ. Diœceseos Illyriæ sex referuntur provinciæ. Nam consulari paruit Pannonia secunda, Correctori Savia, Præsidibus Dalmatia, Pannonia prima, Noricum Mediterraneum, & Noricum ripense, quibus tamen septimam provinciam Valeriam addendam putarat laudatus Berterius *ibid. Diatrib. I. c. 5. p.* 821. Ad Africam pertinuere provinciæ sex Carthaginensis, seu Zeugitana, proconsularis (hunc enim unicum in occidente proconsulem reperimus) Bysacium, & Numidia, consulares Tripolis, Mauritania Cæsariensis, & Sitifensis, prædiales. Galliarum septemdecim numerabantur provinciæ, & in his sex consulares, uti Viennensis, Lugdunensis prima, & Belgica secunda, undecim præsidiales Aquitania prima, Secunda, Tertia, seu Novempopulania, Lugdunensis Secunda, Tertia, Quarta, quæ & Senonia adpellata, Maxima Sequanorum, Narbonensis prima, Narbonensis secunda, Alpes maritimæ, Alpes Pœninæ cum Graiis. Hispaniarum Diœcesis e septem conflata provinciis tres habuit consulares, Lusitaniam, Baeticam, Callæciam, & quatuor præsidiales, Tarraconensem, Carthaginensem, Tingitanam, & Insulas Baleares. Britanniæ Diœcesis in quinque provincias descripta fuit, consulares duas, Maximam Cæsariensem, & Valenlæciam, & tres Præsidiales Britanniam primam, Britanniam secundam, & Flaviam Cæsariensem. *Hein.*

Diœceses auctore Pelagio Pontifice in *can. scitote 2. caus. 6. quæst.* 3. in provincia plures comprehendunt; siquidem in ea Episcopos decem; vel undecim metropolitani coadjutores adesse oportere ait. Huc quoque facit *c. si quis Episc. 2. caus. 6. quæst.* 4. *& c. quamvis 4. de præbend. in 6.* quo definitum est, sacerdotium rescripto Pontificis assignatum alicui indiœcesi non ubique in tota provincia esse collatum.

DIŒCETÆ præfecti, curatores alicujus rei. Sic Diœcetæ piarum actionum *l.* 46. §. 1. *C. de episc. & cler.* ergasticotum *l. 5. C. de episc. aud.* Usus eodem vocabulo est Cic. *pro Rabir. c. 8. & 9.* HEIN.

Διωκοντες pro actoribus *l. 43. De judic.*

DIOMEDES. Ejus & Glauci permutatio in proverbium abiit, de qua Homerus *Iliad.* ζ. *v.* 236. Χρυσεα χαλκειων, εκατομβοια εννεαβοιων, *Aurea aeneis, centena novenariis* permutavit. Huic permutationi suam in perpurganda jurisprudentia operam comparat Justinianus, seque pro æneis aurea posteris reddidisse ait *Const. Omnem reip.* §. *ult. ad Antecessor.* Hein.

DIPHILUS servi nomen *l. ult. D. de fideic. libert. l. 50. D. de admin. & peric. tut.*

DIPLOMA, vid. infra *duploma*.

DIPTYCHA in *l. 1. C. Th. de expens. ludor.* erant quæ Magistratus officia ineuntes amicis donabant. Vid. Jac. Gothofr. *comm. ad d. l.* Est, qui diptycha a menetariis, sive editoribus ludorum ideo missa ad amicos putat, ut in his notarent amici, quæ vellent, sive quæ notare visa in spectaculis.

DIRECTARIUS (vel rectius *Derectarius*) adpellabatur, qui se furandi animo in aliena cœnacula dirigebat *l. 7. D. de extraord. crim.* Paull. 5. *sent.* 4. §. 8. Vetus Glossarium: *Directarius*, εις τας αλλοτριας ενεκεν τε κλεψαι εισερχομενος οικιας, και θυρεπανοικτης, qui in alienas ædes furandi caussa ingreditur, januarum effractor. Legi merentur, quæ de etymo, & notione hujus vocabuli adnotavit Gen. Henr. Ursinus *observ. philolog. c.* 7. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 277.

DIRECTO, id est, recto jure, ut in §. 1. *Inst. de fideic. hered.* seu directo jure, ut *l. 9. C. de testam. manum.* Sic directo agere, & *pratoria actione* opponuntur *l. 26. §. 12. D. de noxal. act.* itemque directo agere, & *de peculio l. 3. §. 4. D. commod. l. ult. D. pro soc. §. ult. Inst. quod cum eo, qui in al. pot.* nec non directo agere, & noxaliter §. 5. *Inst. de noxal. act.* denique directo agere, & *utili actione* experiri *l. 45. D. salut. matrim.*

Adversa quoque sunt *directo*, & *per fideicommissum l. 16. D. de fideic. libert. l. 2. C. quand. & quib. quart. pars* §. 1. *Inst. de codicill.* Ex *directo* & ex fideicommisso *l. 56. D. de manum. test. l. 12. §. ult. D. de fideic. libert.* Directo data libertas *l. 55. D. eod. tit.* tunc intelligitur, quum non ab alio servum manumitti rogat testator, sed veluti ex suo testamento competere vult libertatem §. 2. *Inst. de sing. reb. per fideic.* Eodem sensu directo substituere quis dicitur, id est, non per fideicommissum *l. 15. D. de vulg. & pup. subst.*

Directo aliquando αμεσως, sine medio, non interveniente alio. Et hoc sensu Scævola *directo* opponit *per successionem*. Non directo, sed per successionem ad filium hereditas patris pervenit, id est, non αμεσως, sed mediate ab extraneo, quem pater exheredato

redato filio substituerat, quique filium illum a patre exheredatum postea scripserat heredem l. 103. *D. de legat. 3.* Vid. infra *directus, a, um*.

DIRECTORIUM in *l. 3. C. Th. de can. frum. urb. Rom.* est iter rectum, recta navigatio, ut vocatur *l. 31. C. Th. de navicular.* Sic & ὁδηγὸν μονῶν, quasi dicas director viarum, mansionum, qui scilicet viam dirigit, praeparat *apud Suidam*. Gothofr. *in d. l.*

DIRECTUS, *us*. Quod si altera pars locorum adepta dominium, subterfugiendos moras adtulerit, ne possit controversia definiri ad locorum ordines, (&) *directus*, Agrimensor dirigatur ad loca &c. Ibi *directum* vocem Agrimensoriae arti propriam esse notat Jac. Gothofr. pro qua *directuram* dixit Innocentius Agrimensor ille, cujus, ut primus indicavit Sichardus, meminit Ammianus Marcellin. *lib. 19.* Innocentius inquam ille in libello de literis notis juris exponendis ipsum terminum inquit, & ipsum locum directura trifinium facit. Alii *recturam* vocant, Hygenus inquam, Aggenus, Frontinus. Et huc pertinens verbum *dirigere*. vid. infra.

DIRECTUS, a, um. Hoc epitheton Jurisconsultis frequentissimum & actionibus & donationibus, & institutionibus, & judiciis, & libertatibus datis, & substitutionibus, & generatim verbis tribuitur. *Directa* actio non uno sensu accipitur. Interdum enim *utili*, interdum *contrariae*, interdum *praetoriae* opponitur. Primo significatu *directae* dicuntur actiones, quae recta ex verbis legis, vel edicti descendunt, quum *utiles* ex aequo & bono ad propositum negotium accommodentur per interpretationem *l. 47. D. de negot. gest. l. 37. D. de obl. & act. l. 3. D. de sent. pass. l. 27. §. 10. in fin. D. de procurat.* & aliis locis.

Directa, seu *recta* judicia opponuntur contrariis *leg. 58. §. 2. D. commod.* & *directa* actio *contrariae leg. 20. D. de neg. gest.* Directae vero actiones tunc intelliguntur, quae ex negotio gesto principaliter competunt, unde & principales adpellantur *l. 17. §. 1. D. commod.* Scilicet utrinque *directa* actio aliquando competit, cum uterque eorum, inter quos negotium fuit celebratum, ex eo pariter obligatur, veluti in emtione venditione, ubi actio empti directa, & venditi etiam directa est. Aliquando ex una parte *directa*, ex altera *contraria*. Illa datur adversus eum, qui statim ex contractu obligatur, eique competit, qui nonnisi ex post facto obligationis subest. Sic *directa* competit actio *mandati* adversus mandatarium, huic vero ad indemnitatem consequendam ex post facto competit mandati *contraria*. Interdum *Directa* actio legitimam, seu legibus proditam significat. Et ita *directa* in rem actio est jure civili prodita §. 3. *Inst. de action.* ad differentiam *Publicianae*, quae a Praetore inventa, introductaque est. Sic *directa* in rem actione dominium vindicando *l. 6. C. quib. non objic.* Sic & *in l. 24. C. de rei vind.* Directa vindicatio vocatur, quae adminiculo rescissoriae actionis (praetoriae) non indiget. *Directa* actio etiam dicitur hereditatis petitio, quippe quae heredi datur ex LL. XII. Tabularum *l. 5. §. ult. C. de carbon. edict.*

Directa actio & *directum* judicium in *l. 3. l. 5. §. 13. & l. 17. D. ad exhib.* ratione praeparatoriae actionis dicitur, & principale judicium significat, cujus praeparandi caussa aliud praemittitur, veluti rei vindicationem, ad quam via sternitur per actionem ad exhibendum.

Directa actio & ea est, quae in solidum competit, ad differentiam *noxalis* §. 5. *Inst. de nox. act. l. 26. §. 4. D. eod. tit.*

Directa donatio ad differentiam ejus, quae mortis caussa constituta *l. 25. C. de donat.*

Directa institutio *precariae*, seu *fideicommissariae* opponitur *l. 19. D. de testam. milit.*

Directae libertates, quae verbis directis, seu directo datae sunt *l. 12. D. si quis omiss. caus. test. l. 11. §. ult. l. 24. §. 1. D. ad SC. Trebell.* & alibi passim. Hunc *directae* & *fideicommissariae* libertates saepe opponuntur, ut in *l. 11. l. 28. §. ult. D. si quis omiss. caus. test.* Vid supra *directo*.

Directae substitutiones separantur a fideicommissariis *l. 5. C. de impub. & al. subst. l. 26. C. de inoff. test.*

Directa verba, id est, civilia, legitima, imperativa, quibus recta hereditas, vel legatum, vel libertas relinquitur, qualia sunt haec: Heres esto, heredem facio, instituo, do, lego, praecipio, tibi habeto, sumito, vindicato, heres damnas esto dare, sinito eum habere, relinquo, liber esto *l. 2. C. commun. de legat. l. 15. C. de test.* Quibus adversabantur verba fideicommissi, seu precaria, quae inflexa sunt, & oblique, precativeque non impetrative concipiuntur. Sic *directis* verbis adimitur hereditas *l. 4. C. de his quae ut indign.* datur libertas *l. 16. C. de testam. manum.* stipulatio componitur *l. 10. C. de contrah. stipul.* substituitur *l. 7. C. de impub. & al. substit.*

DIRIGERE, ad certum finem referre. *Dirigere* actionem *l. 12. D. de procurat. l. 1. C. de exsequut. rei jud. & passim* destinationem in aliquem *l. 77. §. 10. D. de legat. 2.* intentionem *l. 77. §. 26. D. eod. tit.* pactum *l. 40. D. de pact.* petitionem adversus aliquem *l. 20. §. 8. D. famil. ercisc.* verba stipulationis *l. 5. D. ut legat. seu fideic. causs. cav.* Directum ad speciem *l. 28. D. de reg. jur.*

Dirigere fines in *l. 2. §. 1. D. fin. regund.* In Novella Theodosii & Valentiani: Agrimensor pro laborum vicissitudine, si limitem *direxerit*, volumus, ut per singulas possessionis uncias singulos aureos accipiat pro intentione, quae inter partes sopietur. Agenus *Comment. in Frontin. p. 63.* in rigore agens: Termini quoque quibusdam locis positi sunt, ut ab uno ad unum *dirigantur* per pedes a 420.

ad 380. & infra hoc si licet. Quibus ex locis adparet dirigere vocabulum etiam agrimensorium esse. *Dirigere* viam *l. 9. D. de servit.*

Dirigere, sequioris ævi scriptoribus est mittere. Quam significationem verbi sæpe in Pandectis, sæpius in codice deprehendimus. *Dirigat* acta cum refutatoriis partium, suisque litteris ad nos *l. 19. C. de adpellat. & consult.* Archigerontes & Diœcetæ *dirigantur l. 5. C. de episc. aud.* Quidquid exactum fuerit dirigatur *l. ult. C. de collat. fund. patr. & emphyt.* Judices ad aliud judicium *dirigantur leg. 4. C. de pedan. jud.* Dirigere litteras *l. 65. D. de procurat.* navigium *l. 3. Cod. de naut. fœn.* officium suum *dirigere l. 7. §. 10. D. commun. divid.* reos ad judicium *l. 7. l. 9. pr. C. de defens. civit.* rescriptum *l. 1. C. de divers. rescr.*

DIRIMERE adfinitatem *l. 43. §. ult. D. de procur.* jura *l. 9. D. de div. reg. jur.* matrimonium *l. 13. C. de instit. & subst.* societatem *l. 27. D. pro soc.* id est, divellere, dissolvere.

Dirimere controversiam *l. 2. §. 1. D. fin. reg.* cunctationem *l. 20. D. de manumiss.* aliquid judicio *l. 6. §. ult. D. de his qui not. infam.* litem *l. 3. §. 2. D. de judic.* quæstionem *l. 8. §. ult. D. fin. regund.* varietatem *l. 13. §. ult. D. de ann. leg.* id est, decidere, rescindere.

DIRIPERE aliquid ex naufragio *l. 4. §. 1. D. de incend. ruin.* Direptorum negotiorum audientia *l. ult. C. de ordin. cogn.* Direptum stillicidium *l. 20. §. 5. D. de serv. præd. urb.*

DIRUERE ædes *l. 73. D. de contr. empt.* aquæ ductum *l. 27. §. 32. D. ad Leg. Aquil.* sepulcrum *l. 2. D. de sepulcr. viol.* villam *l. 2. D. quib. mod. usufr. fin.*

DISCEDERE a marito *l. 8. D. de bon. damn.* cum bona gratia, id est, divertere *l. 32. §. 10. D. de don. int. vir. & ux.*

Discedere dicitur dominium ab aliquo *l. 10. §. ult. D. de condit. furt.*

DISCEPTARE dicitur arbiter inter litigatores *l. 11. D. de recept. arbitr.* id est arbitrari. Itemque de exceptionibus quibusdam omnino ipse debet disceptare, qui ad exhibendum actione judicat *l. 1. §. 13. D. ad exhib.*

Sed & litigatores *disceptare*, id est, contendere dicuntur. Sic disceptare civilibus actionibus de caussa *l. 2. C. si non comp. jud.*

DISCEPTATIO pro re, seu lite *l. 70. D. de jud. l. 3. C. eod. ti. & passim.*

DISCEPTATOR pro judice, seu arbitro *l. 3. §. 1. l. 17. D. de recept. arbitr. l. 7. D. fam. ercisc.* Et hunc sensum huic vocabulo tribuit Cic. *in partit. orat. c. 3.* Hinc *disceptator*, & reconciliator pacis apud Liv. *lib. 35. c. 44.* & Val. Max. *lib. 2. c. 10. ex. 4.*

DISCERE. Nota formulam Ictorum *Didici l. 1. §. 25. D. de vi arm. l. 50. D. de minor. & passim.* qua utuntur, quando sententiam suam aliorum auctoritati opponunt.

DISCESSIO fieri dicebatur, quum in diversas sententias ibant senatores. Exempla hujus loquutionis habemus apud Cic. *lib. 1. ad famil. Epist. 1. ad Attic. lib. 42. Epist. 31.* Plin. *lib. 2. Epist. 10. lib. 8. Epist. 14.* Suet. *in Tib. c. 31.* Tacit. *3. annal. 62. & lib. 14. c. 49.* Gell. *lib. 3. c. 18. & lib. 14. c. 7.*

DISCIDIUM pro divortio, & repudio *l. 8. D. de capt. & postl.* Martial. *lib. 10. Epigr. 41. v. 8.* Discidium non est hoc, Proculeia, lucrum est. Add. Suet. *in Domit. c. 3.*

Discidium pro schismate, hæresi, σχίσματα *l. 2. C. Th. de hæret.*

DISCINGERE pro distinguere, & judicare, dirimere *l. ult. C. Th. de palat. sacr. larg. l. 2. C. Th. de offic. rect. prov. l. 64. C. Th. de adpell. l. 2. l. 3. C. Th. quor. adpell.* Rufinus *histor. eccles. lib. 19. c. 2.* His omissis illa, quæ ad fidem Dei pertinent, absque ulla animorum contentione *distingite*, ubi & *distinguere* alibi legitur. Add. *l. 17. l. 18. C. Th. de agent. l. 4. C. Th. fin. regund. l. 20. C. Th. de div. off.* Vid. Savaron. in Sidon. *lib. 2. ep. 7.* & Juretum in Symmach. *lib. 10. ep. 52.*

DISCIPLINÆ nomen in quodlibet artificium cadit. Hinc in *disciplinam* se dare, Gell. *lib. 5. c. 10.* *Disciplinis*, vel arte instituere *l. 27. §. 2. D. de usufr.*

Disciplina speciatim pro clericatu. Disciplinam sæculo probabilem eligere *l. 19. C. de Episc. & cler.* Vid. Jac. Gothofr. *adnot. & Comm. ad l. 44. C. Th. eod. tit.*

Disciplina etiam nomine venit accuratus ordo domi, ac militiæ servatus. Hinc adversus publicam disciplinam plebem suscipere, & defendere, idem est, ac seditionem concitare *rubr. & l. un. C. Th. de his qui pleb. aud. contr. discipl. publ. collig.*

DISCIPULUS non modo liberalium studiorum, sed & cujusvis artis vocatur, *l. 1. C. de stud. liberal. l. 5. §. ult. D. ad Leg. Aquil.* *Discipuli* fullonis *l. 5. §. 10. D. de institor.*

DISCRETIO animalium *l. 62. D. de usufr. l. 17. §. 1. C. ad advoc. divers. jud. l. fin. pr. C. de SS. Eccl.* id est separatio.

DISCRETUS. *Discretis* surdo & muto sancimus *l. 10. C. qui test. fac. poss.* id est, iis, qui alterutro vitio laborant, non utroque simul.

Discretæ gentes, id est, distinctæ *l. 5. [illegible]. de just. & jur.*

DISCRIMEN periculum. Discrimen capitis, & fortunarum *l. 1. C. quæ res ven.* existimationis *l. 7. D. de injur.* litis *l. ult. C. de pœn. jud.* periculi pœnæ *l. 2. C. de fid. instr.* *Discrimen* suum curia novit, Formula interloquutionis in *l. 71. C. Th. de dec.* quæ sic id innuit: Curialium penuriam in periculum reliquorum recidere. Vid Jac. Goth. *comm. ad d. l.*

DISCUR-

DISCURSUS de navibus judiciariis usurpatur *l. un. in fin. C. Th. de lusor. Danub.* Vid. infra art. *judiciariæ naves.* Discursus veredorum *l. 16. C. Th. de curs.*

Discursus. Nutricibus, quarum detestabile ministerium fuisse arguetur, redemtique *discursus* pœna immineat *l. 1. C. Th. de rapt. virg.* ubi *discursus* sunt internuncia, verborumque ministeria ad virginem alliciendam.

DISCUS in *l. 19. §. 1. D. de furt. l. 21. l. 26. §. ult. D. depos.* est orbis, in quo cibus in mensa tractatur, & conciditur. Alias vocabuli notiones exposuit Cæl. Rhodig. *lib. 14. var. lect. c. 12.*

DISCUSSIO *in l. 1. C. Th. de discussor. l. 14. C. T. h. de jur. fisc.* Discussionum comitiva *l. ult. Cod. Theod. ad leg. jul. de ambit.* munus scilicet discutiendi, & inquirendi opus publicum, vel discutiendi rationes, seu impensas publicas extra ordinem commissum. Vid. *Comment.* Jac. Gothofr. *ad d. l.* & varia ibi Cassiodori, & Symmachi loca.

Discussio pecuniæ *l. 14. C. Th. de jur. fisc.* id est, per quam excepti, & expensi ratio clarescit, ut hac ipsa lege explicatur. Discussio, vel ratiocinium in *l. 1. C. de ratioc. oper. l. 6. C. de adv. div. jud.*

Discussio jugorum *l. 3. C. de discussor.*

Discussione honorum, & munerum civilium omnium perfunctus *l. 5. C. Th. de decur.* ubi Gothofredus *discussionem* honorum de eo dici, ait, qui si discutiatur, omnibus honoribus functus reperiatur. Alii, inter quos Heineccius, pro *discussione* legi malunt *decursione.*

Discussiones Justinianus *Nov. 147. c. 2.* vocant, quæ δικαίαν εισπραξιν κα᾽ εκείνων επαγουσι, σων ου πρεποντως εκ τȣ δημοσιου λαβοντων, quæ justam illorum exactionem inducunt, qui non convenienter a fisco acceperunt.

DISCUSSOR in *l. pen. C. quor. adpell. non rec. l. 21. 29. C. Th. eod. tit.* & passim. In vetustis Glossariis redditur πρακτωρ, ς ατ ωτης, alias λογοθετης. Et rationes certe fiscales, & publicas dispunxisse *discussores*, non dubium est. Meminit & Cassiodorus *lib. 4. var. c. 38.* errorque est in hoc verbo apud eumdem auctorem *lib. 9. var. cap. 10.* in qua *discursoribus* pro *discussoribus* legitur. De his legi præ cæteris meretur Car. Labbæus *in Constitutionib. novis X. Impp. Græcolatin. p. 46.*

DISCUTERE litem *l. 33. §. 2. D. de rec. arb. l. 8. C. de exsequut. rei jud.* matrimonia *l. 2. D. de don. int. vir. & ux.* periculum *l. 4. D. de naut. fœn.* sponsalia *l. 2. D. de divort.* id est, dissolvere.

DISERTUS, vel *Disertissimus*, epitheton, & elogium jurisconsultorum forensium, & advocatorum *l. 5. C. de bon. quæ lib. ult. C. de inst. & substit.* Lamprid. in *Alexand. Sever. cap. 16.* Rationem reddit Bynkersh. *7. obs. 6.* Quum enim antea distincta essent jurisconsultorum, & oratorum officia, postquam serviente jam republica paullo minus pretii statui cœpit eloquentia, jurisconsulti ipsi caussas orare, atque adeo advocati, & oratoris officia conjungere cœperunt. Eodem pertinet gloriosæ vocis munimen in *l. 14. C. de advoc. divers. jud.* nec non elogium *Disertissimi* legum oratores, & oratores maximi, & ῥητορες in *Const. ad Antecess.* §. 2. 6. & in *Const. græca de conf. pand.* §. 9. Hein.

DISJUNCTI in jure civili adpellantur, qui re, non etiam verbis conjuncti sunt, & *disjunctim* relictum, quod duobus separatim, & diversis orationibus relictum est, in hunc modum: *Titio hominem Stichum do lego, Caii Stichum do lego.* §. 8. *Inst. de legat.* Disjuncti ab ipso testatore aperte sunt sermone distincti *l. un C. de caduc. toll.*

DISJUNCTIM alias est sub disjunctione, seu alternatione, ut sub diversis conditionibus disjunctim positis *l. 51. D. de condit. & demonstr.*

DISJUNCTIVE idem quod disjunctim. Disjunctive commixti *l. 34. D. de leg. 1.*

DISJUNCTIVUM est, veluti quum dicimus, aut dies, aut nox est, quorum posito altero, necesse est alterum tolli, item sublato altero, poni alterum *l. 124. D. de verb. signif.* Hinc *disjunctivo* modo comprehensa plurium rerum dinumeratio plura legata non facit *l. 35. D. quand. dies leg. ced.* Disjunctivo modo condictiones adscriptæ *l. 18. D. de cond. & dem.*

DISPAR, impar, dissimile. Ex disparibus partibus servum habere *l. 13. §. ult. D. de instit. act.*

DISPENDIUM, & *compendium* opponuntur *l. 65. §. 6. D. pro soc. Varr. de ling. lat.* Dispendium ideo, quod in dispendendo solet minus fieri. *Dispendium* caussæ, ac fortunarum *l. 30. Cod. de adpell.* existimationis *l. ult. C. de pœn. jud.* pudoris *l. 1. C. Th. de habitu.*

Dispendium negotiatorum, id est, tributa, & collationes, quæ a negotiatoribus præstabantur *l. 10. C. Th. de Episc.*

Dispendium in l. 15. *C. Th. de susceptorib.* In aridis fructibus centesimam levandi *dispendii* caussa a possessore susceptor accipiat. Ibi autem *dispendium* est pro imminutione.

DISPENSANTUR incrementa Nili *l. 10. D. de extraord. crim.*

DISPENSATIO *c. in caussis de sent. & re jud.* est juris, seu regulæ per eum, ad quem spectat.

Dispensatio ex mente juris canonici definiri potest, quod sit provida, & gratiosa legis prohibitivæ, vel præceptivæ a legislatore, justa caussa id suadente, facta relaxatio, vel ad terminatum quoddam tempus, vel in certo, & peculiari dumtaxat casu, hoc effectu, ut contra legis rigorem aliquid licite, & valide fieri queat, vel ut, quod inutili-

ter,

ter, & contra leges factum, subsistat, salvo legis laxatæ vinculo, & vigore. Eamus per singula ut conceptus hujus termini moralis evidentior fiat. Dicimus provida & gratiosa legis relaxatio, quod prudens legislator pro re nata circa leges versari oporteat providendo, ne, neglecta publica, & communi utilitate *intempestive* legis vigorem sequatur, sed pro re nata quandoque quid ex eo remittat. Gratiosa vero hæc relaxatio est intuitu beneficii, quod in eum, vel eos confertur, intuitu cujus, vel quorum legis vigor remittitur, unde etiam passim *misericors c. un. decretal. de furtiv. ord. susc.* & ipsa dispensatio vocatur misericordia *c. un. in fin. decretal. de clerico per salt. promot.* Quamquam autem *dispensatio* frequentius se exserat circa legem prohibitivam, quandoque etiam lex præceptiva relaxanda. Sic est dispensatio cum clerico, qui prætermisso diaconatu ad superiores ordines transit *c. sollicitudo dist.* 52. quo in exemplo habes dispensationem ejus etiam, quod nullitatis vitio laborat. Peragenda quidem regulariter hæc relaxatio a Legislatore. Hinc judici subalterno haud permissa est dispensandi libertas, qui minister legum est, non arbiter. Non ergo dispensare potest, nisi quatenus legislator id concesserit, veluti determinatis negotiis, in quibus inferioris dispensatio toleratur, ut in *c. si alicujus* 59. *de elect. c. si quis presbyter & c. presbyteros & c. constitueretur dist.* 1. *c. pœnitentibus* 5. *caus.* 26. *q.* 7. Vid. Bartol. in *l. barbarius D. de offic. prætor.* ut & speciali delegatione *cap.* 2. *de eo qui fuit ordin. suscep.* Porro desideratur justa caussa in omni dispensatione, qualis semper credita fuit publicæ ecclesiæ utilitas, ut recte observat Thomassin. *P.* 1. *lib.* 3. *c.* 26. §. 5. si forsan, servato juris rigore, ecclesiæ, & religionis christianæ commodum admodum lædi potuisset. Innocent. utique III. in *c.* 5. *decretal. de restitut. in integr.* sedem Romanam ait, pro consideratione ætatum, & temporum seu gravium necessitatum dispensatione plura ordinare. Idem in *c.* 19. *de sent. & re judic.* permittit, in judicio summi pontificis ordinem juris subtiliter observandum esse, hac adjecta tamen clausula, nisi forte cum aliquid (caussa necessitatis & utilitatis inspecta) dispensatione duxerit statuendum. Huc collineat Concil. Tridentin. *sess.* 25. *de reform. c.* 18. ubi ait: Sicut publice expedit, legis vinculum quandoque relaxare, ut plenius evenientibus casibus, & necessitatibus pro communi utilitate satisfiat . . . . Quod si urgens, justaque ratio, & major quandoque utilitas postulaverint, cum aliquibus dispensandum esse, id caussa cognita, ac summa maturitate, atque gratia a quibuscumque, ad quos dispensatio pertinebit, erit præstandum, aliterque facta dispensatio subreptitia censeatur. Remittitur porro aliquid de rigore legis, vel ad certum tempus, vel in certo casu. In hoc omnino differunt *dispensationes* a *privilegiis*, quæ jus stabile personæ indulgent, quod vel ad vitam ejus durat, vel perpetuum est, prout personale, vel reale est. Ita quando alicui conceditur, ut uxoris sororem Sylviam ducere possit contra legis præceptum, ultra hunc casum dispensatio se non extendit, ut hac mortua alteram ejus sororem Annam ducere minime queat. Qui vero *privilegium* impetravit, jus novum adeptus est, secundum quod in quibuscumque obvenientibus casibus agere in posterum valide possit. Effectus porro dispensationis est duplex, ut vel licite citra violationem legis aliquid fieri possit, ut quod contra leges factum est, subsistat. Et in eo differt *dispensatio* ab *indulgentiis*. Hæ enim præsupponunt delicta commissa, quorum relaxatur pœna acceptis in solutum meritis; generaliter omnibus sitientibus, & conditiones adjectas implentibus proponuntur, denique rebus, locis, personisque aliquando in perpetuum, aliquando ad tempus proponuntur. Dispensatio vero stricte facultatem largitur, ut actus licite contra legem fieri, vel omitti queat, nec in ejus omissione, vel perpetratione peccetur, & delinquatur. Indulgentia præsupponit jam delictum commissum esse, dispensatio præcavet, ne actus contra legem fiat, quia ante ejus perpetrationem vigor legum in subjecto suspenditura Hæc actum præcedit, illa sequitur effectu. Hæc vinculo legis liberat, illa per æquipollens implementum legis efficere dicitur, dum loco *pœnarum* accipiuntur merita ex Thesauro ecclesiæ hausta. Denique differt dispensatio ab absolutione a censuris, vel excommunicatione, quæ absolutio revera est restitutionis ex capite gratiæ species, adeoque pœnam, quam quis jam sustinet, & in qua diutius subsistere debebat, finit, & laxat.

DISPENSATOR adpellatur servus, qui familiæ rationes dispensat, peculiique administrationem habet *l.* 51. *l.* 62. *D. de sol. st. & passim*. Per *dispensatores* utique olim nomina faciebant, ut adparet ex *l. ult.* §. 4. *D. de verb. oblig.* Quinctilian. *Declam.* 345. Satis sit vobis, o Divites, hoc vestras præstare fortunas, quod per *dispensatores* fœneratis. Unde Theoph. in §. 10. *Inst. mandat.* *Dispensatorem* definit οἰκέτην, ὃς εἴωθεν ἐκδανείζειν τὰ δεσποτικὰ χρήματα. servum, qui solet fœnori dare pecunias dominicas. Dispensatores vero, ut ex vetusto glossario describunt, dictos, quibus pecuniarum administratio crederetur, ipsa nominis notatio arguit, quam ab antiquo pecuniam adpendendi more, non numerandis. Varro *lib.* 4. *de ling. lat. ad finem*, Sex. Pompeius, & Isidorus deducunt.

Sed & qui principum pecunias curant, thesaurorumque administrationem gerunt, in constitutionibus *dispensatorum* nomen habent *l.* 1. *C. si advers. fisc. l.* 4. *C. de fid. instr. Tit. C. Theod. de his qui cum dispensat. contr.* Qua in re servorum ministerio primum usos Imperatores, constat. Suetonius sane

sane in *Aug. c.66.* Diomedem *dispensatorem* servum Augusti memorat. De Cæsare etiam sic Macrob. 2. *saturn.* 3. Sequuto omnium risu *dispensatorem* Cæsar vocavit, & centum sestertia græculo numerare jussit. Plinius quoque *lib. 7. cap. 39.* Armeniaci belli sub Nerone *dispensatorem* justam servitutem servisse judicat, manumissum, & quidem immenso pretio, narrans. Sed & Claudii servum, *dispensatorem*, quingenariam lancem habuisse, idem Plinius *lib. 33. c.* 11. refert.

DISPERGERE, dissolvere Justinianus *l.28. in fin. C. de nupt.* Melius est, legis Papiæ severitatem compescere, quam eam sequendo hominum matrimonia *dispergere*.

DISPERIRE, interire *l. 5. D. de oblig. & act.*

DISPERTIRE, divisionem facere *l. 71. D. de usufr.*

DISPICERE de conditione institoris *l.1. D. de inst. act.* Dispicite patres *l. 22. de hered. pet.*

DISPLICEBAT Proculo *l. 32. D. depos.* heredibus *l. 42. §. 1. D. fideic. hered.*

DISPOLIATIO quinquaginta librarum auri, id est, multa *l. 6. D. Th. de sepulcr. viol.*

DISPONERE familiam *l. 7. D. de opt. vel elect. leg.* milites *l. 1. §. 12. D. de offic. præf. urb.* quæstionem Paull. 3. *sent. 5. §. 11.* rationes *l. 1. C. de bon. proscr.* id est in ordinem redigere.

Disponere etiam dicuntur arbiter *l. 19. D. comm. divid.* prætor *l. 3. §. 4. D. liber. exhib.* testator *l. 114. §. 11. D. de legat. 1.* id est, statuere.

DISPOSITIO defuncti *l. ult. C. fam. ercisc.* extrema *l. 2. C. commun. manum.* ultima *leg. 28. C. de testam.*

Dispositiones præcipue sunt principis. Hinc *dispositionum* Comes *l. 8. C. de prox. sacr. scrin.* Comitiva *dispositionum l. 4. C. de prox. comit. disposit.*

Dispositio epistolarum, & libellorum *leg. 1. C. Th. eod. tit. Dispositiones* principales *l. ult. C. de fruct. & lit. expens. Dispositionum* scrinium *l. 3. 4. 11. C. de prox. sacr. scrin.* Vid. sub voce *comites*.

Dispositio pro provisione. Navicularios Africanos, qui idonea publicis dispositionibus, ac necessitatibus ligna convectant *l. 10. C. Th. de navicul.* Publicis *dispositionibus*, id est, provisionibus, necessitatibus. Vid. *l. 1. C. Th. de proxim.* Capitolin. *in Gordian. c. 28.* Cujus viri tanta in rep. dispositio fuit, ut & mox *cap. 29.* Tantum habuerat conditorum, ut vacillare dispositio Romana non posset. Vid. Ammian. & Marcell. *lib. 19. c. 11.* ubi de Anatolio apud eumdem *disponere* pro annonæ providere *lib. 14. c. 7.*

DISPUNGERE est conferre accepta, & data *leg. 56. D. de verb. signif.* quod caput ad *l. 15. D. de reb. auct. jud. possid.* pertinet, ut ex ipsis inscriptionibus patet. Hinc *dispungere* rationes *l. 6. §. ult. D. de statu lib.* Seneca *lib. 4. de benef. c. 31.* Apud me istæ acceptorum, expensorumque rationes *dispungentur*. *Dispunctio d. l. 15.*

DISPUTARE. Notando & disputando bene, & optima ratione decrevit *l. 18. §. 26. D. de mun. & hon.*

Disputare barbare pro *distinguere* usurpari videmus apud Caium *Inst. lib. 2. tit.* 8. §. 3. Nec *disputari* potest, si de diversis matribus nascantur. Sed si conferas Auctorem Collat. *Leg. Mos. & Rom. tit. 16. §. 2.* ubi idem Caii testimonium occurrit, illico patet, verba illa non a Caii, sed Aniani, vel alius compilatoris manu esse. *Hein.*

DISPUTATIO, controversia, seu disceptatio. Sic Disputatio fori *l. 2. §. 5. D. de orig. jur.*

Disputatio pro dissertatione, vel tractatione. Ne verbosa sit disputatio *pr. Inst. quod cum eo, qui in al. pot.*

Disputationum libros permultos scripserunt veteres Jurisconsulti. Eorum libros decem ab Ulpiano scriptos memorat Index Pandectis Florentinis præpositus, id est, publicarum disceptationum, ut patet ex *l. 11. C. de quæst.* Venuleius autem Saturninus non *disputationum*, sed *stipulationum* libros scripserat, ceu observavit Labittus *de usu Indic. Pand. c. 6. §. 5.* qui in mendo cubare ostendit inscriptionem legis 18. *D. de judic. solv.* legendumque esse ait *lib. 7. Stipulationum*. Harum enim libro 19. eum reliquisse, & ex laudato indice, & ex tribus & viginti, quæ & his libris in pandectas migrarunt, fragmentis, satis constat. HEIN.

Disputatio pro exceptione dixit Cajus *lib. 2. Inst. tit. 9. §. 11.* Neque potest ei, cui pro nostro debito cavet, de cauto, & non numerato, sicut fieri solet, aliquid *disputationis* adferre, id est, non potest ei hoc dare exceptionem non numeratæ pecuniæ. Sed quis spoponderit, hæc a Caii manu esse? HEIN.

DISQUIRERE *l. 8. C. de petit. her. lib. 5. C. ad SC. Maced.*

DISQUISITIO hujus rei judicis est *l. 3. D. ex quibus caus. maj.*

DISSENTIONES civiles *l. 21. §. ult. D. de capt. & postl.*

Dissensiones inter Ictos; quas a Labeone, & Capitone inchoatas Sabinus, & Nerva auxerunt *l. 2. §. 47. v. hi duo. de or. jur.*

DISSENSU contrario dissolvitur emtio venditio, vel locatio conductio *l. 80. D. de solut.* immo omnis nudi consensus obligatio *l. 35. D. de reg. jur.* ubi *dissensu* ponitur pro concordante recessu a priore voluntate, qua in unum & idem, negotium nempe colligandum, contrahentes consenserant.

DISSENTIRE in nomine, vel de pretio *l. 6. D. contr. de emt.* de qualitate *l. 21. §. 2. D. de act. emt. vend.*

DISSERERE breviter *l. 4. §. 3. D. de grad. & adfin.*

DISSIDIUM, pro quo in *l.* 10. §. *ult. D. ad Leg. jul. de adult.* legendum *discidium*, de quo supra.

DISSIPARE ædificium *l.* 3. §. *pen. D. de incend. ruin. naufr.* sepulcra *l.* 2. *C. Th. de sepulcr. viol.* id est, disturbare, & demoliri.

Dissipare bona *l.* 38. *D. mand.* dilapidare.

DISSOCIARI e Societate discedere *l.* 4. *D. pro soc.* *Dissociatum* matrimonium, id est, dissolutum *l.* 14. *C. de nupt. l.* 23. *C. ad Leg. jul. de adult.*

DISSOCIATA in jus diversum mancipia *l. un. C. Th. commun. divid.* id est, separata.

DISSOLUTA negligentia *l.* 29. *pr. D. mand.* quæ alias supina. Cicero dissolutum hominem in re familiari vocat negligentem, & parum circumspectum, sollicitumque patremfamilias.

DISSOLUTOR sepulcrorum *l.* 8. §. 1. *C. de repud.* Dissolutrix *l.* 8. §. 2. *C. eod. tit.*

DISSONANTES sententiæ *l.* 24. *D. de manum.* *Dissonæ* sententiæ *l.* 38. *D. de re jud.*

DISTANTIA. Inter fideicommissa, & legata sunt quædam distantiæ. Caii 2. *Inst.* 7. §. 8.

DISTERMINANTUR vicini in urbanis prædiis communibus parietibus *l.* 4. §. 10. *D. finium regund.*

DISTINGUERE caussas adpellationis *l.* 30. *C. Th. de adpell. & consult.* id est, edere, & dicere distincte.

DISTRACTIO fundi *l.* 8. §. 15. *D. de transact.* pignoris *rubr. D. & C. de distract. pign.* id est, venditio.

DISTRACTOR argenti *l.* 17. *C. de pignor. l.* 2. §. *ult. C. de constit. pecun.* id est, argentarius.

DISTRAHERE fundum *l.* 8. §. 15. *D. de transact. l.* 39. *D. de rei vind.* i. e. vendere.

Distrahere, dissolvere, seu dirimere. *Distrahere* æs alienum *l.* 5. §. 10. *D. de reb. eor. qui sub tut.* conjunctionem *l.* 38. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* matrimonium *l.* 14. *C. de nupt.* negotium §. 6. *Inst. de oblig. quæ quasi ex contr.* obligationem *l.* 5. §. 3. *D. de oblig. & act.* societatem *l.* 27. *l.* 63. §. *ult. l.* 64. 65. *D. pro soc.*

Distrahere, diripere. Qui fecerit quo magis funus diripiatur *distrahatur l.* 5. *pr. D. ad Leg. jul. de vi publ.*

Distrahere rationes *tit. D. de tut. & rat. distr.* quam phrasin Vesenbec. in *paratitl.* 11. 6. & Dionys. Gothofredus *conturbare*, *rescindere rationes* interpretantur. Aliter Bynkersh. 6. *obs.* 8. Rationes enim huic sunt patrimonium pupilli, quod & Paull. rationem pupillarem vocat *l.* 43. §. 1. *D. de administr. & peric. tut.* *Distrahere* vero accipit pro *dissipare*, adeoque rationes *distrahere* est intercipere pecuniam pupillarem, uti explicat Ulpianus *l.* 1. §. 22. *D. de tut. & rat. distr.* vel rem ex bonis pupilli auferre, ut loquitur Paullus *l.* 2. *D. eod. tit.* Sed non facile animadvertitur, cur, admisso hoc sensu phraseos, hæc actio de distrahendis, ac non potius de distractis rationibus dicta sit? *Hein.*

DISTRIBUTIO assis *l.* 13. §. 1. *D. de hered. inst.* id est, assignatio partium assis hereditarii heredibus facta.

Distributio quotidiana Pontificio jure significat id, quod præstatur his, qui horis certis intersunt divinis *cap.* 2. §. 1. *de ætat. & qualit. in Clem. c. un. de cleric. non resid. in 6. & c. licet vobis de prabend.*

Distributiones quotidianæ, quæ alias manualia beneficia, seu victualia nuncupantur, singulis diebus in ecclesiis erogantur canonicis, & aliis beneficiatis, seu clericis, qui officiis divinis in ipsis ecclesiis intersunt horis canonicis *c.* 2. §. 1. *in Clement. & c. un. de cler. non resid. in* 6. *c.* 19. *Decretal. de præbend. & dignit. c.* 32. *eod. tit.* Erant igitur hæ olim victus canonicorum quotidianus, quem alii percipere non poterant, quam præsentes, quod natura rei postulabat. Hunc in finem pistores constituebantur, qui panes ad quotidianas distributiones coquebant. In synodo Coloniensi anno 1260. cautum fuisse refert Schaten. *libro XI. annal. Paderborn. ad tit. ann.* ut pistrinum publicum constitueretur, ex quo panes quotidie distribuerentur clericis. Pistores ipsi solemni juramento obstringebantur, cujus formulam adducit Anton. Matthæi *de nobilit. lib.* 2. *c.* 48. *in f. p.* 751.

DISTRICTE edicere *l.* 15. *D. de rec. arbitr.*

DISTRICTIO *l.* 16. §. 1. *D. de rec. arb.* id est, coactio.

DISTRICTUS. Districta ferro judicum severitas *l.* 3. *C. Th. de petit.* Districtissimi defensores, id est, severissimi *l. ult. C. Th. de defensor. civit.* Vid. supra *destricte destringere*.

DISTRICTUS, US, idem quod territorium in *c.* 4. *Clem. de elect.* licet non desint, qui existiment latiorem habere significationem verbum *districtus*, quam *territorium*, ut tradit Alciat. in *l. pupillos* §. *territorium D. de verb. signif.*

DITIO Romana *l. ult. C. de infant. expos.* In *ditionem* venerant provinciæ *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* *Ditio* urbium, municipumque *l. ult. C. de vectigal.*

Ditio pro potestate dominica *l.* 2. *C. de libert. & eor. lib.*

DIU Ulpianus interpretatur *non minus decennio l.* 16. §. 3. *D. qui & a quib. man.* Sed non ubique id observatur. *Diu* non adparentibus conductoribus, id est, biennii spatio, aut eo plus *l.* 56. *D. locat.* *Diu* possidere hereditatem *l.* 6. §. 1. *D. de adquir. vel omit. hered.* id est, per longum tempus *l.* 10. *D. de petit. hered.*

DIVALE beneficium *l.* 17. *C. Th.* id est, ab Imperatore concessum. Et ita *divalis* nomine venit quicquid ab eo proficiscitur, passim in LL. nostris.

DI-

DIVERSARI. Probe in actu reip. *diversatus*, id est, versatus, exercitatusque *l. 3. C. Th. de agent. in reb.*

DIVERSORIUM pro secessu amœno *l. 4. C. Theod. de offic. rect. prov.* quo significatu & Symmachus hac voce usus est *lib. 1. epist. 1.* Non quod ejus *diversorii* satietas ceperit nos, quod, quum diutius visitur, plus amatur.

DIVERSUS, A, UM. Aliquando id, quod ab altero separatum, aliquando quod contrarium est. Sic *diversum* dicemus *l. 26. §. 4. D. de noxal. act. l. 31. D. de inoff. testam.*

Diversus (id est, contrarius) exitus *l. 12. D. de neg. gest.*

Diversa pars pro adversario *l. 71. & de judic. & passim.* Quinctil. *lib. 4. c. 2.* Actori satis est, dixisse, certam creditam pecuniam peto ex stipulatione, legatum peto ex testamento: *Diversæ* partis expositio est, cur ea non debeatur. Idem *diversam partem* dixit *lib. 5. c. 6.* ut & ejusdem nominis auctor *Declam. 370. & 236.* & Tertull. *advers. Marcion. lib. 3. c. 15.* Ovid. *lib. 1. de remed. am. v. 50. Diversis* partibus arma damus. Ita *diversæ* partis advocatus *l. 31. D. de rec. arbitr.* Add. Senec. *lib. 1. de ira c. 23.* Suet. *de clar. grammat. c. 9.* & *in Tib. c. 2.* Ex *diverso* allegatum *l. 26. D. de prob.* dictum est *l. 55. D. de administr. & per. tut.* respondebatur *l. 41. D. famil. ercisc.* i. e, ab adversa parte.

Diversorum. Operas ad persecutionem equorum, vel diversorum, neminem provincialium præbere permittimus *l. 2. C. Theod. ne damn. provinc. inflig.* Ibi pro *diversorum diversorium* reponunt, quod Jac. Gothofredo displicet, qui *diversorum* adpellatione intelligendas ait ceteras species fiscales omnes prætor equos seu animalia, ac si lex diceret, equorum & quarumcumque tandem specierum fiscalium, quæ variæ sunt, & diversæ, quomodo mercium diversarum commeatus dicitur in *cod. de littor. & itin. cust.* operam atque artificium diversorum *l. 15. de extraord.*

DIVERTERE dicitur uxor, quæ a viro, cui nupta est, discedit *l. 42. D. de judic. l. 5. §. 5. D. de dol. mal. & met. exc. l. 27. §. 30. D. ad Leg. Aquil.*

DIVES marmorum vena *l. 11. C. Th. de metallic. Dives* patrimonio *l. 3. C. de commerc.*

DIVIDERE pro partiri. Dividi non possunt servitus *l. 1. §. 21. D. si quid in fraud. patron.* stipulatione viæ, itineris, actus, aquæductus, ceterarumque servitutum *l. 72. D. de verb. oblig.* Communi *dividundo* vid. *Communi*, & *divisio*.

DIVIDUITAS pro divisione *l. 80. §. ult. D. ad Leg. falcid.* De ea voce, quæ aliorum Latinorum auctorum auctoritate destituitur, vid. Duker. *de latin. vet. Ictor. p.* 147. Hein.

DIVINATIO in *l. 15. §. 13. D. de injur.* & in *caus. 26. qu. 3. c. 1.* ubi enumerantur divinationum genera, accipitur pro scientia magica, vel fallaci prophetatione.

Sed & si de constituendo accusatore quærebatur, judiciumque super ea re reddebatur, cuinam potissimum ex duobus, pluribusve accusatio, subscriptiove in reum permitteretur, ea res, atque judicum cognitio *divinatio* olim adpellabatur, quemadmodum Quinctilian. *lib. 3. cap. 10. & lib. 7. cap. 4.* Gell. *lib. 2. cap. 4.* & Ascon. Pædian. *in Cicer. divinat.* docent. Cujusmodi adpellationis varias iidem auctores caussas adferunt. Unde & illam Ciceronis orationem, quæ vulgo Divinatio inscribitur, idem Gellius citat hoc titulo: *M. Tullius oratione de accusatore constituendo.*

DIVINITATIS auxilio, id est, Dei. *Consult. vet. Icti c. 6.*

DIVINUM adpellatur in jure civili, quod ab Impp. proficiscitur. Ita *divina* adnotatio *l. 2. C. ne quib. mun. vel præstat.* Augusta *l. ult. fin. C. de quadrag. præscr.* constitutio *l. ult. C. de legit. hered.* dispositio *l. 43. §. 2. C. de episc. & cler.* domus *l. 12. D. ad SC. Turpill.* indulgentia *l. 3. D. de const. princ.* jussio *l. 7. C. de natural.* lex *l. 42. §. 8. C. de episc. & cler.* serenitas *l. 2. §. pen. C. de off. præf. Afric.* vox *l. un. pr. C. ut omn. jud. Divinæ* aures *l. ult. C. de adquir. possess. Divini* apices *l. 43. pr. C. de Summ. trin.* Divini vultus *l. 6. Cod. Th. de indulg. crim.* ubi divinorum *vultuum adpetitor* dicitur falsæ monetæ reus, cui vultus principis adprimitur. *Divinum* beneficium *l. 7. C. de interdict. matr.* compendium, edictum *l. 7. pr. C. de summ. trin.* numen *l. 2. C. de offic. magistr. offic.* oraculum *l. ult. C. de jur. dem.* os *l. 1. §. 6. C. de vet. jur. enucl.* rescriptum *l. 19. C. de oper. publ.* verbum *l. 2. C. de mand. princ.*

DIVISIO pro partitione. Quædam res *divisionem* non admittunt, vel recipiunt, id est, *dividi non possunt*, uti est in *l. 85. D. de verb. oblig.* Talia sunt actus, aquæ ductus, iter, via *l. 1. & 2. D. eod. tit. l. 80. §. 1. D. ad Leg. falcid.* sive legatæ hæ servitutes, sive in stipulationem deductæ sint *d. l. 80. l. 25. §. 9. D. famil. ercisc.* Et hinc heredes promissoris in solidum tenentur *l. 2. §. 2. D. de verb. obl.* Nec divisionem recipiunt ea, quæ in nominibus sunt, quum ipso jure divisa sint *l. 6. fam. ercisc.* noxæ deditio servi *l. 27. §. 2. D. ad Leg. Aquil.* operis effectus *l. 85. §. 2. D. de verb. obl.* partus ancillæ *l. 31. §. 6. D. de Aedil. edict.* restitutio servitutis *l. 4. §. 5. D. si serv. vind.* servitus *l. 13. §. 1. D. de acceptil.* statuæ, nempe legatæ *l. 11. §. 44. D. de legat. 3.* Plane *divisionem* recipit legatum ususfructus *l. 80. D. ad Leg. falcid.* & cautio, amplius non agi *l. 4. §. 1. D. de verb. oblig.*

Divisiones pro erogationibus, & distributionibus; quæ singulis decurionibus, & civibus fiebant *l. 23. D.*

de ann. legat. l. 122. *pr. D. de legat.* 1. Hanc vocabuli notionem, quæ maxime ad convivia, & congiaria pertinebat, illustrat Jo. Frid. Gronov. in *Papin. Stat. c.* 13. *p.* 73. Hein.

Divisionis beneficium jus fidejussori in solidum convento competens, liberandi se ab obligatione, solutione ratæ. Si enim plures pro uno debito simpliciter fide jusserant, tenebantur in solidum *l.* 3. *C. de fidej.* adeoque & quilibet conveniri poterat. Imperator vero Hadrianus iis beneficium tribuit, ut si omnes tempore litis contestationis essent solvendo, quilibet eorum ultra ratam suam non teneretur *l.* 26. *seq. D. de fidej.* Adeoque hac ratione dividitur inter plures obligatio, quæ cuilibet incumbebat tota. VVurffell. *Jurispr. defin.* §. 719.

DIVORTIUM inter virum & uxorem fieri dicitur, *Repudium* sponsæ remitti videtur, quod & in uxoris personam non absurde cadit *l.* 191. §. 1. *D. de verb. signif.* Inter *divortium* enim, & *repudium* hoc interest, quod *repudiari* etiam futurum matrimonium potest, non recte autem sponsa *divertisse* dicitur, quod *divortium* ex eo dictum est, quod in diversas partes eant, qui discedunt *l.* 191. *D. eod. tit.* Ac proinde divortium vel a diversitate mentium dictum fuisse existimant, vel quia in diversas partes eant, qui distrahant matrimonia *d. l.* 191. *& l.* 2. *D. de divort.* Hinc *Divortium* facere dicitur vir æque Cic. *lib.* 12. *ad famil. epist.* 50. & *lib.* 13. *ad Attic. epist.* 7. ac uxor *l.* 64. *D. de don. int. vir. & ux.* Non minus enim frequenter uxores a maritis, quam hi ab illis divertebant, Juvenal. *sat.* 6. Martial. *lib.* 6. *epigr.* 7. & Senec. *lib.* 3. *de benef. cap.* 16. Sic divortium Titia a Seio fecit *l.* 34. *D. solut. matrim.* De divortio bona malaque gratia facto vide infra sub art. *gratia*. Utique jure civili vetere divortium erat, quo vinculum ipsum matrimonii solvebatur: at jure canonico non tale admittitur divortium, sed illud saltem, quo vel ad tempus, vel perpetua conjugum quoad thorum, vel etiam quoad cohabitationem fit, remanente tamen vinculo conjugii, ita ut neutri parti vivente altera liceat transire ad alias nuptias ob sacramenti caussam *c. un. de voto* in 6. *c.* 7. Decretal. *de divort.* In caussa adulterii hæc separatio perpetua est, nihilominus tamen adultera amittit dotem, & dotalitium *cap.* 4. *decretal. de donat. int. vir. & ux.* vel; ubi communio bonorum viget, partem ex statuto, vel consuetudine debitam *cap.* 10. *decretal. de consuetud.* quod ipsum adulterium caussam privationis constituat, ut defuncto eo ante sententiam divortii, & nulla interveniente reconciliatione, sententiam privationis adhuc ferri, immo post mortem adulteræ hæc exceptio heredibus opponi queat *cap.* 4. *cit.* Etsi autem divortium quoad vinculum ipsum non toleretur, in casu tamen, quo unus duorum conjugum infidelium ad fidem convertitur, si remanens in infidelitate nullo modo velit cohabitare, vel si nolit cohabitare sine blasphemia divini nominis, vel si cohabitando partem conversam ad peccatum mortale pertrahere velit, conversa ad secunda vota transire poterit, si vult. *cap. quanto* 7. *eod. tit.* Sed in casu, quo unus conjugum non solum ad hæresin, sed etiam ad infidelitatem v. gr. Judaicam, Turcicam, aut Ethnicam deficit, facto divortio neutri parti ad secundas nuptias transire permittitur a Papa, licet fateatur, ab aliquo prædecessorum aliter judicatum fuisse *cap.* 7. *cit.* Utique si post carnalem copulam aliter conjugum fit religiosus, alter non posset matrimonium contrahere, sed potest, si nulla fuit carnalis copula *cap. ex publico de convers. conjug. in decretal.*

DIURNI effractores *l. ult. D. de effract.* interdiu effracturæ crimen admittunt.

DIUTINA possessio *l.* 9. *D. de divers. tem.*

DIUTURNITAS possessionis *l.* 7. *C. de præscr. long. temp.*

DIUTURNUM, & longum silentium, id est quinquennii *l. ult. C. si maj. fact. alien.*

DIVI adpellantur Imperatores, qui post excessum consecrati, & inter Deos relati erant, eo sollemni ritu, quem Herodian *lib.* 6. *cap.* 2. describit. Post cujusmodi apotheosin aræ, templaque iis constitui, sacerdotes, ac sodales creari, & ludi fieri, omnesque divini honores decerni solebant, ut ex Tacito, Tranquillo, Spartiano, Julio Capitolino, & aliis id genus auctoribus liquet. Quod Prosper. Aquitanic. *lib. de promiss. & prædict. cap.* 7. ita exagitat: Aeterna cum dicitur, quæ temporalis est, utique nomen est blasphemiæ: quum mortales, licet reges, in ea dicantur *divi*, eisque supplices dicunt, Numini vestro, altaribus vestris, perennitati vestræ, & cetera, quæ vanitas, non veritas tradidit, atque exsecrabilia sunt. Sed & Carolus M. aut alias, qui Caroli nomine eum librum scripsit, in opere contra Synodum Græcorum Nicæn. *II. lib.* 1. *c.* 3. Priscæ, ait, gentilitatis error Christi adventu repulsus quoddam cernitur in his reliquisse vestigium, qui se fidei, & religioni Christianæ jactant retinere fastigium, qui & intra ecclesiam novas, & ineptas constitutiones audacter statuere adsectant, & se *divos*, suaque gesta *divalia* gentiliter nuncupare non formidant. Et paullo post: Sceptra Imperialia retinentes post mortem in Deos credebantur transferri, & *divi* vocabantur, & simulacra illorum *dii* nuncupabantur. Quæ nomina, adspernato vero Deo, contemta humilitate, dæmoniaca, vel humana arrogantia sibi usurpavit. Quæ ita Christianus odisse debet, sicut odit auctorem. Non minus graviter in hunc gentilitium furorem invehitur Minucius Felix *in Octav. p.* 26.

Divi fratres, qui intelliguntur M. Antoninus vulgo Philosophus, & Lucius Aelius Commodus Verus, primumque hi duo Augusti adpellati, & fastis consulatibus hic adscripti sunt, auctore Spartiano in *Ael.*

Ael. Vero cap. 7. Eutrop. *lib.* 8. *cap.* 5. Post hunc imperavit M. Antoninus Verus, haud dubie nobilissimus, quippe quum ejus origo paterna a Numa Pompilio, materna a Salentino rege penderet. Cum eo Lucius Annius Antoninus Verus, tumque primum Rom. respublica, duobus æquo jure imperium administrantibus paruit, quum usque ad eum singulos semper habuisset Augustos.

Divi principes, id est Impp. in genere *passim.* At *in l. ult. D. de reb. eor.* Divorum Principum nomine Severus, & Antoninus exaudiendi sunt.

Adduntur hic duo, notatu non indigna, primum disputare viros doctos, an & vivis Imperatoribus divinos hos honores tribuerint? Alterum, an solis Imperatoribus? Prius adfirmat Menken. Diss. *de consecrat. Aug. ex num.* §. 6. Negat contra Vignol. *de columm. Antonini cap.* 5. *p.* 74. Sane negandum non est, Romanorum veterum tantam fuisse insaniam, ut & vivis principibus numinum, & deorum nomen tribuerent, templa, arasque dedicarent, eorum imagines adorarent, per eos, eorumque salutem, vel genium jurarent. At vivos ex SCo consecratos esse, nec Menckenius dixit, & diserte negavit Tacit. *Annal. lib.* 15. *cap. ult.* Ad alterum quod attinet, non modo Augustos & Augustas, sed eorum propinquos in Deorum numerum referri consuevisse, jam probavit Ez. Spanh. *de usu & præst. numism. Diss.* 11. *p.* 328. *Tom.* 2. Quin & quos flagitioso amore deperibant principes, ceu numi *Antinoi* innumeri, veterumque de eo puero historiæ neminem dubitare patiuntur. *Hein.*

DIVULGANTUR judicia secreta *l.* 1. §. 38. *D. depositi.*

DOCERE pictorem, aut librarium *l.* 28. *D. de rei vind.*

Docere, ostendere, seu apud judicem probare *l.* 9. *C. de rei vind. l.* 1. *C. ser. amot.* & aliis locis.

DOCILIS. Dociliora sunt mancipia rudia *l.* 37. *D. de Ædil. edict.* Qui aquarum inventos ductus, & modos *docili* libratione ostendunt *l.* 3. *C. Theod. de excus. artif.*

DOCTORES *l.* 2. *Cod. de profess.* sunt viri quibus facultas docendi concessa est publice. Theologiæ *doctores*, alias Theologi a magistris grammaticam clericos docentibus separantur *in c. quia* 4. *decretal. de magistr.* ubi Innocent. III. ait: Ut facilius habeantur idonei Doctores Theologiæ & magistri, conferatur licentia docendi, seu prout nunc vocatur doctoratus, & licentiatus sine pretio: nec sub obtentu consuetudinis ab eis, qui docent, aliquid exigant, nec cuiquam, qui sit idoneus, licentia docendi denegetur. Honorius *III. cap. super specula eod. tit.* Pro majori docentium incitamento, & studentium profectu docentes in Theologica facultate, quamdiu in scholis docuerint, studentes vero solum per quinque annos de licentia generali sedis Apostolicæ percipiunt integre proventus præbendarum & beneficiorum suorum, non obstante quavis alia consuetudine, vel statuto.

Inter Christiani orbis universitates maxime a SS. Pontificibus Parisienses doctores commendantur, præcipue ab Innocentio VIII. Nicolao III. Gregorio III. Pio II. & aliis: Illis concessa fuit per universum orbem docendi facultas, aliarum universitatum magistros & doctores antecellunt, a Regibus, Conciliis & a SS. Pontificibus sæpissime sunt consulti, Privilegium nobilitatis obtinent, A jure immunes sunt a residentia beneficiorum, aut ecclesiasticarum dignitatum tempore, quo in hac universitate studia sua peragunt, Ad omnia munera civilia aut ecclesiastica, nullo præcedente examine a jure idonei reputantur; Ejus consultissimæ facultatis professores post XX. annos sunt, & adpellantur Comites, & nobilitatis stemmate cum comitis corona uti possunt. Hoc ex Bullis SS. Pontificum, & ex Archivo universitatis desumtum humanissime suppenditavit Vir clarissimus consultissimus Abbas Giron J. V. Doctor Parisiensis Protonotar. Apostol.

DOCTRINA artificum *l.* 3. *D. de solut.* puerorum *l.* 39. *D. de verb. signif. l.* 28. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.*

DOCUMENTA, quibus aliquid docetur, vel probatur. Sic Documenta apertissima *l. ult. C. de probat.* libelli *l.* 40. *C. Th. de adpell.* fidelis obsequii *l.* 8. *C. Th. de privil. eor.* In specie sunt litteræ publicæ *in cap. quoniam contr. extr. de probat.*

DODRANS, id est novem unciæ *l.* 35. *D. de hered. inst.* Varr. *lib.* 4. *de ling. lat. Dodrans* demto quadrante.

DOGMATIS hæretici infamia *l.* 1. *C. Theod. de fid. cath.* Dogma religionis catholicæ *l.* 13. *C. Th. de pagan.*

Dogma τῆς συγκλήτου βουλῆς pro Senatus consulto in rescripto græco Severi, cujus verba citantur *in l.* 2. 3. *D. ad SC. Vellei.*

DOLABRA in instrumento lanionis numeratur *l.* 18. *D. de instr. vel instr. leg.*

Est etiam instrumentum fabrile. Hinc præfectus vigilum cum hamis, & *dolabris* errare dicebatur ad diruendas, & demoliendas domos, ut ruina aliquarum incendium reprimatur *l.* 3. §. 3. *D. de offic. præf. vigil.*

DOLARE tigna *l.* 235. §. *ult. D. de verb. signif.*

DOLIARIS, *e*, a dolio. Doliare vinum *l.* 1. §. *ult. D. de peric. & comm. rei vend.* ad differentiam *amphorarii.*

DOLIARIUM, (velut Florentiæ scriptum, *Dolearium*,) si ex doliario pars vini venierit *l.* 35. §. *pen. D. de contr. emt.*

DOLIUM, vas majus, & capacius, in quo vina condebantur, unde postea in amphoras, cados, & nic-

metretas diffundebantur *l.* 15. *D. de tritic. vin. ol. l.* 38. *D. de judic. l.* 8. §. 2. *D. de legat.* 2. *l.* 27. §. 3. *D. de instr. vel instr. leg.* In horreis defossa dolia *leg.* 8. *D. de eod. tit.* humi demersa dixit Columella *lib.* 2. *cap.* 6. Dolia fictilia, vel plumbea, quibus terra adgesta est, & in his viridaria posita, eaque gratia in ædibus ita interdum illigabantur, ut ibi perpetuo essent posita *l.* 26. *D. eod. tit.* Sane apud Plin. *l.* 14. *c.* 1. ubi vulgo *foliis inclusæ* legitur, in uno MSSC. Brisson. *doliis inclusæ*, in altero vero *doliis fictilibus* inclusæ scriptum est. Dolia vinaria *l.* 27. *D. de act. emt.* qualia tamdium censentur, ut Julianus tradit, quam diu vinum habent, sine vino desinentia esse in eo numero, quoniam ad alium usum transferri possunt, veluti si frumentum his indatur *l.* 206. *D. de verb. signif.*

DOLON *in l.* 53. §. 1. *D. ad Leg. Aquil.* & apud Suet. *in Claud. cap.* 13. flagellum significat, interprete Servio *in Æneid.* 7. *v.* 664. intra cujus virgam pugio latebat, a fallendo græce dictum est, id est, ἀπὸ τῦ δόλυ, quod ligni speciem præferat, interius gladium habens. Plutarch. *in Tib.* & *Caio Gracch. p.* 829. *Tom.* 1. ξιφίδιον λῃστικὸν, ὃ δόλωνα καλοῦσι. pugionem latrocinalem, quem dolonem vocant. Hesychius: Δόλωνες, ait, ξιφίδια ἐν ξύλοις ἀποκεκρυμμένα, Dolones, pugiones intra ligna latitantes. Artemidor. *lib.* 1. *de somn. cap.* 14. Ὁρμιαὶ δὲ καὶ ἄγκιστρα, καὶ παθετῆρες, καὶ οἱ λεγόμενοι δόλωνες, δόλυς ἢ ἐνέδρας σημαίνυσι, Funiculi piscatorii, hami, catheteres, & dolones, quos vocant, dolum atque insidias significant. In libro quodam MSCo qui Fæmina Hesperica inscribitur: Huic quidam robustus ferali dolone tyrannus hirta crassi latera terebravit apri. Et alias Truces reciproco libramine penetrant dolones. Glossæ: *Dolones*, tela abscondita. Isidor. *lib.* 18. *cap.* 1. Dolones sunt vaginæ ligneæ, intra quas latet pugio sub baculi specie.

DOLOR atrocis injuriæ *l. un. C. de ingrat. libert.* justus *l.* 38. §. 8. *D. ad Leg. Jul. de adult.* maritalis *l.* 15. *D. eod. tit.* verus *l.* 30. *C. eod. tit.*

DOLOSE facere *l.* 3. *D. si mens. fals. mod.* versari *l.* 3. §. 1. *D. de minor.*

DOLOSIS artibus *l.* 6. *C. solut. matrim.*

DOLUS alius *bonus*, alius malus est. Dolum bonum veteres pro sollertia dicebant, maxime si adversus hostem, vel latronem quis machinaretur *leg.* 1. §. 3. *D. de dol. mal.* D. Augustinus *Epist.* 29. Quamquam & apud illos Romanæ linguæ disertissimos dixerit: Neque tamen illi dolus ad cavendum, aut astutia deerant, astutiam ponens in bono. Eodem modo & Basilius *in proverb.* quandam etiam esse καλὴν, καὶ ἐπαινετὴν πανυργίαν, *bonum, & laudabilem dolum tradit*. Vid. M. Ant. Muret. *Var. lect.* 18. 4. Doli mali vocabulum a XII. Tabulis manasse, docet Donat. *in Ter. Eunuch. act.* 3. *sc.* 3. his verbis: Quod autem addidit, dolo malo, aut ἀρχαϊσμὸς est, quia sic in XII. Tabulis a veteribus scriptum est, aut ἐπίθετον doli est perpetuum, aut diastole est, quia est bonus, quo a medentibus falli ægros, non tantum decipi, Lucretius postea testatur.

Dolum malum C. Aquilius Gallus, uti Cic. *de offic. lib.* 3. *cap.* 14. & *Topic. c.* 9. scribit, definiebat, quum aliud agitur, aliud simulatur. D. August. *Serm.* 22. *de Jacobo & Esauo*: Dolus ergo quid est? Quando aliud agitur, aliud simulatur. Quando itaque aliud est in intentione, aliud in factis, dolus dicitur. Quam doli definitionem Servio Sulplicio, Sex. Pædio, & Julio Paullo placuisse adparet ex *l.* 1. §. 2. D. *de dol. mal.* Paull. *lib.* 1. *sent. tit.* 8. §. 1. *l.* 7. §. 10. D. *de pact.* in qua Ulpianus: Dolus malus, ait, fit calliditate, & fallacia, &, ut ait Pædius, dolo malo pactum fit, quoties circumscribendi alterius caussa aliud agitur, & aliud agi simulatur. Iuest autem dolo & fraus. Verum Aquilliana illa *doli* definitio in Labeonis reprehensionem incurrit, quem philosophiæ studio, & ingenio suo fretum traditionibus veterum non adquievisse, Pomponius scribit. Ille ergo dolum malum definiebat, esse omnem calliditatem, fallaciam, machinationem ad circumveniendum, fallendum, decipiendum alterum adhibitam. Unde *dolus malus*, fallacia, fraus, & calliditas conjungi solent in LL. nostris. Quum vero hæc omnia notionem haud ita distinctam faciant; *Dolus* videtur definiendus, quod sit omne dictum, factumve cum proposito alterius fallendi; ac *malus dolus* dicitur, quo id intenditur, quod alteri injuria noceat. Si vero id agitur, ex quo alteri non læditur in jure suo, vel quo ipsi bene fit, tunc est *dolus bonus*.

In Edicto de servo corrupto, *dolo malo* adjecto, calliditatem notat Prætor ejus, qui persuadet. Ceterum si quis sine dolo malo deteriorem fecerit, ut lusus gratia fecerit, non tenetur *l.* 3. D. *de serv. corrupt.*

Hac Edicti *de peculio* parte, qua prætor id peculio imputat, quod *dolo malo* domini factum est, quominus in peculio esset, *dolum malum* accipere debemus, si ei ademit peculium, vel si eum intricare peculium in necem creditorum passus est. Sed & si quis, cum suspicaretur, alium secum acturum, alio peculium avertat, *dolo* non caret *l.* 21. *pr.* D. *de pecul.*

Dolus aliquando opponitur culpæ, & habetur in genere pro animi proposito agendi contra præceptum Legis. Hinc.

Doli mali in Edicto *de albo corrupto* fit mentio, quia si per imperitiam, vel rusticitatem, vel casu aliquis fecerit, non tenetur *l.* 5. D. *de jurisd.*

Aliquando tamen *doli* vox in genere & culpam, puta latam, continet *l.* 12. D. *depos.* Hinc illud ma-

magna negligentia *dolus* eſt *l. 226. D. de verb. ſignif.* & merito: nam vix abeſt a propoſito nocendi, aut delinquendi, qui uſum virium maxime communium, multarumve omittit, quibus utendum fuit.

In Edicto *de eo, per quem factum erit, quominus quis judicio ſiſtat*, Prætor coercet dolum ejus, qui impedit aliquem judicio ſiſti. Feciſſe *dolo malo* non tantum is putatur, qui ſuis manibus, vel per ſuos retinuerit, verum etiam qui alios quoque rogaverit, ut eum detinerent, vel abducerent, ne judicio ſiſtat, ſive ſcientes, ſive ignorantes, quid eſſet, quod comminiſceretur. *Dolum* quoque *malum* ſic accipimus, ſi quis venienti ad judicium aliquid renunciaverit triſte, propter quod is neceſſe habuerit, ad judicium non venire *l. 1. pr. §. 1. & §. 2. D. de eo per quem factum erit*.

Doli clauſula adpellatur pars illa ſtipulationis, qua *dolum* abeſſe, abfuturum eſſe comprehendimus *l. 22. 53. 119. 120, 135. §. ult. D. de verb. oblig.* Quæ & *clauſula de dolo malo* adpellatur *in l. 13. §. 5. D. de acceptil.* & *doli ſtipulativ.* Ceterum *in l. 30. D. de pecul. Doli* clauſula adpellatur adjectio illa, quæ actioni de peculio additur. *Et ſi quid dolo malo domini captus, fraudatuſve actor eſt l 36. in fin. D. eod. tit.* Vid. in voce *Clauſula*.

Doli mali exceptio præter ea quæ traduntur *tit. D. de dol. mal. & met. except.* locum habet in ſpecie *l. 11. §. ult. D. de bon. poſſeſ. ſec. tab. l. 22. D. de adim. legat. l. 4. 23. D. ſol. matrim. l. 154. D. de reg. jur. l. 29. D. de jur. dot.* Doli autem exceptionis duæ videntur eſſe ſpecies, Prior eſt, quæ principaliter ex ipſo contractu datur, veluti quia me dolo induxeris, ut promitterem. Et hæc *doli exceptio* eſt, quæ dicitur *ſpecialis*. Altera eſt, quæ non ab initio naſcitur ex ipſo contractu, ſed magis ex quodam facto poſtea ſubſecuto, veluti ſi pactus non petere ante Kalendas, nihilominus ante eum diem petat. Et hæc quidem doli exceptio *generalis* dicitur, convenitque cum exceptionibus in factum, nec ullam, uti prior, continet juris infamiam, eſtque favorabilior, ut ſi quis cum ea totus eſſet, per errorem ultro ſolverit, poſſit concidere.

Qui *dolo* poſſidere deſiit *l. 131. D. de reg. jur.* id eſt, deſiit facultatem habere reſtituendi, ut interpretatur ipſe Juriſconſultus *l. 1. D. quod legat.*

DOMARE equitium *l. 11. §. 4. D. de uſ. & habit.* Domiti boves *l. 8. D. de inſtr. vel inſtr. leg.* Domitum pecus *l. ult. D. de abig.*

DOMESTICA cautio pro privata, ſeu chirographo *l. 3. D. de jur. fiſc. l. 113. D. de legat. 1.*

Domeſticum teſtimonium in teſtamentis, non ex cognatione, ſed ex unione, conjunctioneque, quæ per patriam poteſtatem contingit, æſtimandum eſt §. 8. *Inſt. de teſtam. ordin.*

Domeſtici tam pedites, quam equites *in Notit. Imperii* ponuntur, & *in l. 6. C. de advoc. diverſ. jud. l. ult. C. de domeſtic. & protect.* Caſſiod. 1. *var. Domeſticæ partis* equitum, & peditum, qui noſtræ aulæ videntur jugiter excubare. Suidas *Tom. 1. p. 615.* Δομεστικοι οι των Ρομαιων ιππεις, οι κατα Ρομαιυς οικειακοι στρατιωται. Equites vel milites apud Romanos, qui vulgo domeſtici vocantur. *Domeſtici & protectores l. 1. §. 2. C. de domeſt. & protect. l. 27. C. Theod. de erog. milit. annon. l. 16. C. Theod. de mun. ſord. & extraord. Domeſticus protector* apud Marcellin. *lib. 14. cap. 20.* Socrat. *lib. 1. hiſt. eccl. cap. 13.* των δορυφορων τις, υς οικειυς καλει ο βασιλευς. Ex haſtatis quidam, quos domeſticos Imperator vocare ſolet. Et *lib. 13. c. 21.* εν τοις οικειοις τυ βασιλεως στρατευομενος. qui inter domeſticos Imperatoris militabat. Quorum verborum non adſequutus interpres, male ita vertit, *qui inter neceſſarios principis militabat*. Imperite quoque Caſſiodorus *lib. 1. hiſt. tripart. cap. 47. inter familiares Imperatoris* vertit. Idem Socrat. *lib. 4. c. 1.* Ουαλης δε εν τοις οικειοις τυ βασιλεως εστρατευε. *Valens inter domeſticos Imperatoris militabat*. De his *Domeſticis* plura Car. Du-Freſne in *gloſſar. med. & infim. lat.* Addit Heinecc. eorum alios in præſenti, ſeu in comitatu principis fuiſſe, qui vocantur *præſentiales l. 6. C. de advoc. diverſ. jud. l. 4. C. de domeſt.* aliis certis officiis deputatos publicas exſequutos eſſe juſſiones *l. 1. l. 5. C. Theod. de protector.* De his videri meretur Hadr. Valeſ. *ad Amm. Marcellin.* ibid. *p. 37.*

Domeſticorum ſchola *in l. 3. C. ubi ſenator l. un. C. Theod. de præpoſ. lab.* Cui proprium comitem præfuiſſe ſupra dictum eſt art. *Comes*. Ammian. Marcellin. *lib. 26. cap. 5.* Sociatuſque Valenti domeſticorum præfuit ſcholæ. Idem *lib. 21. cap. 8.* Mamertino largitiones curandas dedit, & Dulgalaiphum præfecit domeſticis. Flav. Vopiſc. *in Numeriano cap. 13.* Diocletianum omnes divino conſenſu, cui multa jam ſigna facta dicebantur imperii, Auguſtum adpellaverunt, domeſticos tunc regentem. Eaque eſt *domeſticatus* militia apud Gregor. Turon. *lib. 2. cap. 8.* qua voce utuntur quoque Theodoſius, & Valentinianus Impp. *Novell. un. de ſcholar. comit.*

Erat & in aula Conſtantinopolitana quidam, qui Δομεστικος μεγας vocabatur, ut ex *Notit. Græca* liquet. Guillelmus Tyrius *lib. 2. belli ſacri cap. 5. Hic a domino Nicephoro, qui tunc in ſceptris agens principabatur, plurimum honoratus, ut Megadomeſtici* dignitatis (quem nos majorem Seneſchallum adpellare conſuevimus) fungeretur officio. Luitpr. *de reb. per Europ. geſt. lib. 3. cap. 6. Phocam vero*, ait, *Domeſticum majorem, hoc eſt terreſtris ducem exercitus fecit*.

Alio ſenſu *Domeſtici* accipiendi ſunt *rubr. utriuſq. cod.*

cod. de adsessorib. domesticor. & cancellar. Vetus glossarium: Domestici sunt, ex quibus pro magna parte consilium pendet, & hi dicuntur adsessores. At opponuntur iisdem adsessores *l. un. C. si rect. prov.* Jac. Guther. *de offic. dom. Aug. lib. 2. c. 15. p. 347.*

DOMICILIUM seu *domus* aliud, aliud *origo*. Domicilium in eo loco singulos habere non ambigitur, ubi quis Larem, rerumque ac fortunarum suarum summam constituit, unde rursus non sit discessurus, si nihil avocet. Unde quum profectus est, *peregrinari* videtur *l. 7. D. de incol.* Et ita *domicilium* accipe *in l. 19. §. 1. l. 50. in fin. D. de judic. l. 1. D. de tut. & cur. dat. l. 39. in fin. de condit. & demonstr.* Domicilium autem ubi quis habere intelligatur, tractat Ulpian. *l. 27. D. ad munic.* Plane solas domus, possessio, quæ in aliena civitate comparatur, domicilium non facit *l. 17. §. 13. D. eod. tit.* Sed nec domicilium ubi quis habere intelligitur, ubi studiorum caussa habitat, nisi decem annis transactis, eo loco sibi sedes constituerit *l. 5. §. 2. D. de injur. l. 2. C. de incol.* Miles ibi domicilium habere censetur, ubi moretur, si nihil in patria possideat *l. 23. in fin. D. ad municipal.* Senatores etiam si ubicumque avocandi potestatem impetraverint, domicilium tamen in urbe retinent *l. 22. §. 6. D. eod. tit.* Mulier in *domicilium* mariti per conditionem matrimonii redit *leg. 65. D. de judic.* Enimvero, quæ deponsa est, ante contractas nuptias suum non mutat domicilium, *l. 32. D. ad municipal.* Vidua amissi mariti domicilium, quoad aliis se nuptiis non junxerit, sequitur *leg. 52. §. 1. D. eod. tit.* Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet *l. 22. §. 3. D. eod. tit.* Habere tamen & eo loci, unde arcetur, potest *l. 27. in fin. D. ad municipal.* Si quis instructus sit duobus locis æqualiter, & utrobique sit destinato animo, utrobique domicilium habere intelligitur *l. 6. §. pen. l. 25. §. 2. D. eod. tit.* Filius familias non utique ibi domicilium habet, ubi pater, (originem enim ejus, non utique domicilium sequitur) sed ubicumque domicilium collocarit *l. 3. l. 6. §. 1. D. eod. tit.* Domicilium autem non in propria tantum domo, sed in aliena quoque & conducta habere possumus *l. 5. §. 2. D. de injur.*

Domicilium ibi quis habere dicitur, ubi habet beneficium *c. dilectus filius de rescript.*

DOMINA, præter notissimam significationem, erat elogium, quo viri uxores ornabant. Sic Domina mea *l. ult. §. ult. D. de aur. arg. leg.* Domina sanctissima *l. 19. §. 1. D. de ann. legat.* Domina uxor *l. 41. D. de legat. 3.* Vid. Voss. *lib. 4. Inst. orc. 12. p. 219.*

Hæc autem adpellatio tum maxime innotuit, quum raro uxores in manum convenirent. Elegans est observatio Epicteti *Enchirid. cap. 62.* generatim uxores a viris dominas vocari consuevisse, ἀπὸ τεσσαρεσκαιδέκα ἐτῶν, *a quartodecimo anno.* Minor enim annis duodecim domum ducta, exacto demum apud maritum anno duodecimo, legitima uxor habebatur *leg. 9. D. de sponsal.* Quumque ante annum quartum decimum fieri vix posset, ut prole augeret familiam, ab eo demum tempore *domina* salutabatur, non modo a maritis, veluti in marmoribus apud Gruter. *p. 806.* & apud Reines. *Class.* 14. *Inscr.* 193. sed & ab extraneis, uti apud Cassiodor. *Var.* 10. *c.* 2. & Reines. *Class.* 14. *Inscr.* 191. Observavit hoc etiam Cujac. *lib.* 3. *cap.* 18. qui tamen perperam huc retulit *l.* 38. §. 4. *D. de legat.* 3. quum ibi Julia non *Domina*, sed *Domna*, nomine proprio vocetur, quippe uxor Severi Imp. notissima. Similem errorem Merillii *lib.* 1. *obs. cap.* 36. notavit Ægid. Menag. *Amæn. jur. civ. c.* 25. *p.* 140. *seq. Hein.* Est tamen ubi dicitur *domnula* pro *dominula*. Vid. infra art. *dominulus.*

DOMINATIO imperium *in l. 2. §. 24. D. de orig. jur.*

Dominatio pro dominica potestate in Servos *l. 64. D. de condict. indeb.*

At in *l. 78. in fin. D. de adquir. vel omitt. hered.* dominium significat. Et sic

Dominationes scribi oportet pro *donationes in l. ult. C. de censit. & peræquat.* Quod vitium scripti codices cum Theodosiano consentientes arguunt. Porro in eadem lege Tribonianus quatuor menses ad duos ab Honorio, & Theodosio tributos addidit.

DOMINICUM dicitur quidquid ad dominum pertinet. Et ita κατ' ἐξοχὴν adpellatur, quod Christi est, vel ad cultum Christianum pertinet. Sic *Dominicus* totius septimanæ primus dies *l. 5. C. Theod. de spectac.* Templa etiam Christianis erant *dominica.* Rufin. *hist. eccles. lib. 2. cap. 9.* Plura loca collegit Du-Fresne *Glossar. lat. sub voce dominicum*, quemadmodum Græcis κυριακὴ ἡμέρα est *dies solis Apoc.* 1. 17. κυριακὰ templa. *Concil. Ancyran. can. 5. & 13.* itemque κυριακοὶ οἶκοι apud auctorem vitæ S. Nili Jun. *pag.* 164. *Hein.*

Dominicum etiam dicitur, quod Imperatorum est vel principum. Hinc *dominicus* actor pro actore rei privatæ principis *l. 11. C. Theod. de jurisd. lib. 2. tit. 1. l. ult. C. Theod. de conlat. fund. patrim.* Dominicus colonus pro Colono Cæsaris *l. 7. D. ubi caus. fisc.* & sic de aliis rebus.

DOMINIUM est jus in re, quo aliquis ceteris exclusis omnia commoda, omnesque utilitates ex ea percipere, eaque disponere tam late potest, ac quid ex eo detractum esse non ostenditur. Ex hoc autem detrahi quid diversimode potest, Lege puta immediate, ut ecce Pupillus sine tutoris auctoritate res suas, maritus dotem, cujus alia dominus est, alienare non possunt; Vel facto domini, ut si

quis

quis servitutem in re sua constituerit, & tunc limitatum audit *dominium*. Sin vero ostendi non potest quidquam ex eo detractum, tunc *nec limitatum*, seu *absolutum* audit. Hucque pertinet distinctio *dominii pleni*, & *minus pleni*, quorum hujus inter plures personas effectus divisos esse, illius vero non, definit VVurffel. *jurispr. defin.* §. 618.

Dominium proinde *directum*, (quatenus ab *utili* separatur, quorum utrumque divisim *minus plenum* est) intelligitur jus de rei substantia disponendi, separatum a jure utendi fruendi, *utile* vero adpellatur jus disponendi de solo fructu rei. Id. VVurffel. *lib. cit.* §. 620.

Dominium bonitarium intelligitur, quod est jure naturæ præscripto adquirendum. *Quiritarium* contra *dominium* est, quod civibus Romanis solum competit, modisque civilibus est adquirendum. Bonitarium dominium ipsum est, quod alias φυσικον, *naturale* vocant. Et in *bonis* habere dicitur, quod in ejusmodi dominio est. *In bonis* enim habebat, quemadmodum Ulpianus 1. *fragm.* §. 16. exponit, cui res tradita erat, neque tamen mancipata, vel in jure cessa, vel tempore ad usucapionem necessario possessa erat. Ex jure vero Quiritium dominus quis fiebat mancipatione, in jure cessione, usucapione. Quas verborum differentias Justinianus sustulit *l. un. C. de nudo jure Quirit.* & *l. un. C. de usucap. transfer.* Et hinc dotalis fundi dominium penes maritum esse dicitur, quum verius sit, dotem in bonis esse mariti *l. 75. D. de jur. dot.* uxorem vero dominam esse *l. pen. C. de jur. dot. l.* 21. §. 2. *D. ad municipal.* ut & Boeth. *in Topic.* scribit.

Dominium non *proprietatis* tantum *l. 17. D. quib. mod. ususfr. amitt. l. 12. D. ad Leg. Aquil. l. 16. §. 1. D. de usu & habit. l. 7. §. 4. l. 19. §. 1. D. de dolo mal.* sed & ususfructus, & servitutis dicitur *l. 3. D. si ususfr. pet. l. 5. §. 8. D. quod vi aut cl.* Idem possessionis *dominium l. 1. C. Gregor. si sub alter. nom. rei emt. l. 2. C. Th. de bon. matern.* Quæ dominii notiones ab illo, quod supra definivimus, plane diversæ sunt.

DOMINULUS in *l. 41. §. 3. D. de legat. 3.* ab uxore per blanditias, & ὑποκοριστικως vocari maritum putat Guil. Forner. *lib. 1. Select. cap. 11.* Sed nulla ibi mentio mariti, multoque verosimilius est, P. Mævium dominulum esse filium familias, quem suum *Dominum* vocat Seneca 2. *Controv.* 9. herum minorem Plaut. *in captiv. act. 3. sc. 5. v. 50. Bacchid. act. 4. sc. 4. v.* 3. & alias sæpe νεωτερον δεσποτην Jul. Pollux *Onomast. lib. 3. cap.* 8. Ita & filia familias *Domina minor* adpellatur ab Augustino 9. *confess. cap. 8.* & Domnula a Salviano Epist. *ad Hypat. & Quiet.* Vid. Merill. 1. *obs. c.* 36. HEIN.

DOMINUS primum dicitur is, cujus in proprietate res fuerunt. Aliquando tamen & iis tribuitur *dominium*, quibus aliud jus competit, immo & personis fictis. Tunc dicitur quis domini loco esse. En exempla. Defensor, quum satisdedit, domini loco accipiendus est *l. 76. D. de procurat.* Bonæ fidei emptor, quod ad fructus attinet, loco domini pene est *l. 48. D. de adquir. rer. dom.* Domini appellatione fructuarius quoque continetur *l. 8. D. de reb. auct. jud. possid.* qui alias domino proprietatis opponitur *l. 37. D. de pecul.* Sui heredes vivo patre quodammodo domini existimantur *l. 11. D. de lib. & postum.* Ipsa hereditas, quamdiu heres non adit, *domina* locum obtinet *l. 13. §. 5. D. quod vi aut cl.* in multis juris partibus pro domino habetur *l. 61. D. de acquir. rer. dom.* Sed & legatarius, agnito legato, retro dominus fuisse intelligitur *l. 13. §. ult. D. ad Leg. Aquil.* Possessor porro hereditatis, qui petitori satisdedit, interim domini loco habetur *l. 15. §. ult. D. de quæst.* Tutor domini loco habetur *leg. 56. §. 4. D. de furt.* tunc nimirum, quum tutelam administrat, non quum pupillum spoliat *l. 7. §. 3. D. pro emt.* vice domini est *l. 157. D. de reg. jur.* quantum ad providentiam pupillorum domini loco haberi debet *l. 27. D. de administr. & per tut.* Societatis vitæ quodammodo uxorem dominam facit *l. 1. D. de act. rer. amot.*

Dominus interdum dicitur relatione facta ad procuratorem, quem constituit *leg. 1. l. 8. §. ult. l. 11. l. 15. & passim.* D. *de procurat.* Et tamen, quum, qui procuratorem constituit, proprie Dominus litis sit *l. 30. 31. D. de procur.* ipse procurator, lite contestata, dominus litis efficitur *l. 22. 23. C. de procur. l. 4. §. ult.* D. *de adpellat.* Litis enim contestatione res procuratoris fit, eamque suo quodammodo nomine exsequitur *l. 11. D. de dol. except.*

Dominus in relatione ad servum, ut in §. 2. *Inst. de his qui sui vel al. jur.*

Dominus contemplatione totius familiæ. Nam paterfamilias in domo dominium habet *l. 195. §. 2. D. de verb. signif.*

Dominus pro marito in *l. 15. D. de usu & ususfr. leg. l. 57. D. de don. int. vir. & ux.* & in antiq. Inscript. *Dominus uxori suæ optimæ tumulum fecit*. Vid. Cujac. *ad l. 15. D. de us. & ususfr. leg.* Sic & uxor maritum, a quo heres scripta fuerat dominum adpellat *l. 88. §. 2. D. de legat. 2.* Uxor emancipato filio communi consentiente *domino* donavit *l. 8. §. 1. C. de inoffic. donat.*

Porro & Principes *Domini* dici cœperunt. Id nomen apud Romanos primum sibi vindicasse Caium Caligulam, diademate capiti imposito, a Sex. Aurelio Victore *cap. 3.* traditum est. Augustus certe semper hoc nomen, ut insolens rejecit, teste Tertulliano *Apologet. cap. 34.* aliter atque Domitianus, cui hoc titulo Martialis sæpe blanditur. Postea is titulus fere ordinarius fuit. Quemadmodum enim jam Virgil. *lib. 1. Aen. v. 286.* eleganter dixerat Romanos rerum *domi-*

minos, gentemque togatam, ita postea Imperatores κατ' ἐξοχὴν dicti sunt *domini* *l.* 8. *Cod. Theod. de indulg. crim. l.* 2. *C. Th. ne prater crim. majest.* Plura exempla conduxit Juret. ad Symmac. *lib.* 10. *p.* 820.

Dominus dicitur, cujus negotia geruntur, sive a negotiorum gestore §. 1. *Inst. de obl. quæ quasq. ex contr.* sive ab eo, qui pro aliis constituit *l.* 27. *D. de constit. pec.* sive ab institutore *l.* 19. §. 1. *D. de inst. act.*

Domine, vox officiose salutantis *l.* 22. *D. ad Leg. falcid. l.* 26. *D. de constit. pec.* Obvios enim omnes, si nomen non succurreret, *dominos* salutabant. Senec. *Epist.* 104. Voss. *lib.* 4. *Inst. orat. c.* 12.

Dominus nomen proprium *in inscriptione l.* 13. *C. de furt.* Hinc dum *Dominum ex primiceriis l.* 9. *C. Theod. de palat.* πρωτονοταριον seu principem notariorum totius officii, primumque inter ceteros primicerios interpretatur Jac. Guther. de *off. dom. Aug. lib.* 3. *c.* 9. *p.* 580. *&* *c.* 24. *p.* 758. ægri somnium id videtur Jac. Gothofredo *in Comm. ad d. l.* quum Domini vox ibi nomen proprium, non adpellativum sit, ut sæpe alias Aeid. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 24. *p.* 141.

DOMITIUS *Labeo* Juventium Celsum consulit *l.* 27. *D. qui test. fac.* Sunt, qui hunc ideo pro Jurisconsulto habent, sequuti Bernard. Rutil. *in vit. ictor. c.* 60. Quasi illico jurisconsultus sit, qui consulit Jurisconsultum, vel is eo nomine possit videri, cujus *valide stulta*, Celso judice, *consultatio*. Plus enim quam ridiculum fuisset, *dubitare* non dicam Jurisconsultum, sed dupondium, *an aliquis testis jure adhibitus sit, quoniam idem & tabulas testamenti scripserit*. Quare recte id Rutilii somnium rejicit. Guil. Grot. *de vit. jurisc. lib.* 2. *c.* 4. §. 8. *seq.* Hein.

DOMITIUS *Ulpianus*. Ejus meminit æqualis Julius Paullus in *l.* 43. *D. de act. emt.* Suam ipsemet originem ita prodit. Ut est in Syria Phœnicæ splendidissima Tyriorum colonia, unde mihi origo est *l.* 1. *D. de censib.* De hujus studiosis investigationibus Athæneus *lib.* 1. *Deipnos.* Οὐλπιανος, ο Τυριος, ος δια τας συνεχεις ζητησεις, ας ανα πασαν ωραν ποιειται εν ταις αγυιαις, περιπατοις, βιβλιοπωλειοις, βαλανειοις, εσχεν ονομα τε κυριε διασημοτερον Κειτεκειτος, i. e. Ulpianus Tyrius ob adsiduas quæstiones, quas numquam non in viis, ambulacris, librariorum tabernis, balneis proponebat, illustrius quam suum proprium nomen adeptus est Κειτεκειτος. Hæc Brisson. Id vero non refert Athenæus *lib.* 1. sed incertus auctor argumenti *hujus libri p.* 2. qui & rationem hujus cognominis reddidit, quod in more illi fuerit, adpositorum nihil comedere, nisi prius de adpellatione interrogasset: Κειται, η ε κειται, και πε κειται: *exstet ne alicubi hæc adpellatio, an non, & ubi exstet?* Ita enim hunc locum legendum, interpretandumque censet Casaubon. in *animad. ad Athen. lib.* 1. *c.* 1. *p.* 3. Sed quamvis hunc Athenæi locum præter Brissonium & alii viri doctissimi, veluti Cujac. *lib.* 4. *obs. c.* 39. & Jac. Gothofr. *animad. jur. civ. c.* 8. de Ulpiano Jurisconsulto accipiant, tamen nec tempora, quibus vixisse dicitur hic Ulpianus Κειτεκειτος, conveniunt, & gravioribus studiis animum adplicuerat Ulpianus. Ictus, quam ut ei otium esset, per vias, ambulacra, balnea discurrendi, quærendique homines, quos suo illo πε κειται fatigaret. Immo nec tam casta ubique & ad optimorum auctorum exemplum composita est ejus oratio, ut eum circa singulas dictiones hæsisse, & disquisivisse credamus: κειται, η ε κειται, και πε κειται. Vid. & Jo. Alb. Fabric. *Biblioth. græc. lib.* 4. *c.* 20. *pag.* 632. HEIN.

Spartianus in *Pescenn. Nigro c.* 7. Paullum & *Ulpianum* in consilio Papiniano fuisse, & utrumque Præfectum factum esse, refert. Lamprid. in Œlagab. *c.* 16. Removit & Ulpianum jurisconsultum bonum virum. Idem Lamprid. *in Alex. c.* 15. Negotia & caussas prius a scriniorum principibus, & doctissimis jurisconsultis, & sibi fidelibus, quorum primus tunc Ulpianus fuit, tractari, ordinarique, atque ita ad se referri, præcepit. Et mox *c.* 26. Paullum, & Ulpianum magis honore habuit, quos præfectos ab Œlagabalo alii dicunt factos, alii ab ipso. Nam & consiliarius Alexandri, & Magister scrinii Ulpianus fuisse perhibetur, qui tamen ambo adsessores Papiniani fuisse dicuntur. Rursusque alibi *c.* 31. Post epistolas omnes amicos simul admisit, cum omnibus pariter est loquutus, neque umquam solum quemquam, nisi præfectum suum vidit, & quidem Ulpianum, ex adsessore semper suo, caussa justitiæ singulari. Quum autem alterum adhibuit, & Ulpianum rogari jussit. Idem *ibid. c.* 51. *Ulpianum* pro tutore habuit, primum repugnante matre, deinde gratias agente: quem sæpe a militum ira objectu purpuræ summæ defendit. Atque ideo summus imperator fuit, quod ejus consiliis præcipue rempublicam rexit. Denique *c.* 69. Jam illud insigne, quod solum intra palatium, præter Præfectum, & *Ulpianum* quidem neminem vidit. Eutropius *lib.* 8. *c.* 23. Adsessorem habuit, vel scrinii magistrum *Ulpianum* juris conditorem. Extant ipsius Alexandri Imp. de Ulpiano verba *in l.* 4. *C. de contrah. stipulat.* Secundum responsum *Domitii Ulpiani*, Præfecti annonæ, jurisconsulti, amici mei. Idem in *l.* 4. *C. de locat. Domitium Ulpianum* Præfectum Prætorio, & parentem suum adpellat. Diocletianus etiam in *l.* 11. *C. de quæstion.* Vir, ait, prudentissimus, *Domitius Ulpianus*, in publicarum disputationum libris, Eodemque elogio ornatur a Justiniano in *l.* 1. §. 3. *C. de emendat. codic.* Eumdem virum disertissimum vocat idem Justinianus in *l. ult. C. de instit. & substit.*

Nec omittenda sunt elogia Zosimi *lib.* 1. *c.* 11. quicum,

eum, juxta versionem latinam, Jurisconsultum præstantissimum, qui & rebus præsentibus recte uti, & futura callide prospicere posset, itemque quasi participem imperii vocat. Mortem quoque illius, in ipso pene Imperatoris gremio a militibus prætorianis, severitatem ejus perosis, interemti, refert idem Zosimus *ibid.* & Xiphilin. *lib.* 80. HEIN.

Atque his Jurisconsultus & φιλομαθής, ita est πολυμαθής fuit, omniumque Jurisconsultorum, (si Paullum exceperis) πολυγραφώτατος, quemadmodum ex indice Pandectis Florentinis præfixo palam fit. Scripserat enim ad Edictum Libros 83. quos Justinianus in *l.* 4. *C. de liber. prætor.* citat his verbis: Ex Libris *Ulpiani*, *quos ad Edictum prætoris fecit*. Ad Sabinum Libros 41. quos laudat Justinianus in *l. ult. C. de hered. inst. l. ult. C. de indict. viduit.* ubi libri *Sabiniani* vocantur, quorum etiam secundam editionem, seu *repetitam prælectionem* memorat *in Constit. cordi nobis* §. 3. *de emend. cod.* Lamprid. *in Elagabal. c.* 16. Sabinum, consularem virum, ad quem Libros *Ulpianus* scripsit, jussit occidi. Quamquam Sabinus ille, ad quem notas Ulpianus scripserat, non Elagabali, sed Tiberii potius temporibus vixit. Sed in Lampridio ἀναχρονισμὸν ejusmodi non semel deprehendere licet.

Notarunt hunc Lampridii errorem & Cujac. 7. *obs. c.* 4. & Is. Casaub. *ad hist. Aug. script. p.* 177. Et sane falsum est. Sabini cujusdam sibi συγχρόνου libros commentariis illustrasse Ulpianum. Libros enim illos potius ad *Massurium Sabinum* pertinere patet ex *l. ult. C. de hered. instit.* Sed fatendum tamen est, & alium sensum admittere verba Lampridii, puta, Ulpianum libros quosdam suos Fabio Sabino, insigni viro, inscripsisse, vel nuncupasse, quemadmodum Julium Paullum *receptarum sententiarum libros ad filium*, & Ser. Sulpicium *de Edictis ad Brutum*, Offilium *ad Atticum* scripsisse, novimus. Hein.

Reliquit porro Ulpianus *ad Leges*, seu *ad Legem Juliam & Papiam* libros 20. *Disputationum* libros 10. *Protribunalium*, seu *de omnibus tribunalibus* libros totidem. *De officio Proconsulis* æque libros 10. quos Herennius Modestinus citat in *l.* 6. §. 4. *D. de excusat.* & Vetus glossarium voce *atriensis*. *Pandectarum* libros 10. *Regularum* libros 7. *Fideicommissorum* libros 6. qui citantur in *l.* 1. *C. de comm. serv. manum. Opinionum* libros 6. *Digestorum* libros 48. *De Adulterii*, seu *Ad Legem Juliam ad adulter.* libros 5. *De Adpellationibus* libros 4. *De officio consulis* libros 3. *Institutionum* libros 2. *De Censibus* libros 6. *Responsorum* libros 2. *Ad Edictum Aedilium curulium* libros 2. *Ad Legem Aeliam Sentiam* libros 4. Scripserat & μονόβιβλα, seu Libros singulares *de sponsalibus*, *de officio præfecti urbis*, *de officio præfecti vigilum*, *de officio curatoris reip. de officio prætoris Tutelarii*, quem Modestinus citat in *l.* 6. §. 13. *D. de excus.* De officio consularium, Libros *Pandectarum*, *Regularum*, *Excusationum*, seu de excusationibus, quem citat Modestinus in *l.* 15. §. 16. *D. eod. tit.* Item *Notas ad Aristonem*, *ad Marcellum*, *ad Papinianum*, quæ citantur in *l.* 3. *C. de sentent. pass.* Eas rejiciunt, & explodunt Theodos. & Valentinianus in *l. un. Cod. Theod. de resp. prud.* sicut & prius constitutum fuisse testantur. Tribonianus tamen quædam ex his inseruit in *l.* 32. §. 2. *D. de negot. gest. l.* 3. *D. de administr. rer. ad civ. pertin.* Citatus *Ulpianus* ab Aemilio Macro in *l.* 6. *D. de vacat. & excus. mun.* Sane Herennium Modestinum studiosum suum Ulpianus vocat in *l.* 52. §. 20. *D. de furt.* inquiens: *Quod & Herennio Modestino, studioso meo, de Dalmatia consulenti rescripsi.*

Ceterum non est hic prætermittendum, ex libro singulari *regularum*, quem inter reliqua μονόβιβλα recenset Brissonius, decerpta esse fragmenta ista, quæ Tilius Cujacius, & novissime Ant. Schultingius ediderunt. Quamvis enim in Codice MSC. Tiliano non aliam inscriptionem præferant, quam *Tituli ex corpore Ulpiani*, vere tamen illa esse ex libro *regularum* desumta, patet ex *l.* 17. *De test.* juncto *fragm. tit.* 20. §. 3. & *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 17. §. 2. *juncto fragm. tit.* 5. 6. & *Collat. tit.* 16. §. 4. juncto *fragm. tit.* 26. §. 1. Vid. Schulting. *Jurisp. vet. antejust. pag.* 560. Observavit hoc jam Brissonius, qui hæc Ulpiani fragmenta fere semper vocat *Librum Regularum*. Hein. Vid. infra sub art. *Imperatores sub finem*.

DOMUNCULÆ *l.* 3. §. 1. *D. de sepulcr. viol.*

DOMUS ea uniuscujusque nostrum debet existimari, ubi quisque sedes, & tabulas habet, suarumque rerum fecit constitutionem *l.* 203. *D. de verb. signif.*

Ex Lege Cornelia de injuriis, si quis agat ob eam rem, quod *Domum suam vi introitam esse dicat*, Domum accipere debemus non proprietatem domus, sed domicilium. Quare sive in propria domo qui habitaverit, sive in conducto, vel gratis, sive hospitio receptus, hæc actio locum habebit *l.* 5. *pr. &* §. 2. *D. de injur.* Quum vero domus cuique sua tutissimum debeat esse refugium *l.* 18. *C. de in jus. voc. l.* 1. *C. de prat. & honor. prat.* sequitur, ut qui alterius domum vi introit, non modo de injuriis, sed & de vi teneatur *l.* 23. *D. de injur.*

In Lege Julia *de adulteriis*, qua coercetur, qui *domum suam, ut stuprum, adulteriumve fieret, sciens præbuerit*, adpellatione *domus* habitationem quoque significari, palam est *l.* 8. *D. ad Leg. jul. de adult.* Eadem Lege jus occidendi patri conceditur *domi suæ*, licet ibi filia non habitat, vel in *domo* generi. Sed *domus* & pro domicilio accipienda est ut in Lege Cornelia de injuriis *l.* 22. §. 2. *D. ad Leg. jul. de adulter.* Sed & in Edicto de aleatoribus, quando furtum do-

domi factum dicitur, domum pro habitatione, & domicilio accipi debere, certum est *l.* 1. §. 2. *D. de aleator*.

In SC. *de liberis agnoscendis*, quo domum denunciari permittitur, *domum* accipimus hospitium, si in civitate maneat, si in villa vel municipio, illic ubi Larem (in) matrimonio collocarant *l.* 1. §. 2. *D. de agnosc. & alend. lib.* Eodem modo & in edicto *de damno* infecto *domum* denunciare sic accipimus, ut etsi in aliena domo habitet, ei denuncietur *l.* 4. §. 5. *D. de damn. infect.*

Domus ab ædificiis separatur in *l.* 3. *C. Th. de collat. donat.* siquidem hæc & παρέργα ædium continent.

Domus defunctorum, id est, sepulcra *l.* 4. *C. Th. de sepulcr. viol. Domus* æterna passim in Inscriptionibus Tibull. 3. *Eleg.* 2. *v.* 23. Atque in marmorea ponere sicca *domus*.

Domus principis in jure nostro vocatur æternabilis *l.* 5. *C. Th. de loc. fund. jur. emphyt.* Augusta *l.* 2. *C. de cond. & bon. dom. Aug.* Augustissima *l.* 1. *C. eod. tit.* divina *l.* 64. 114. *C. Th. de decur. l.* 2. *C. Theod. de frum. urb. Constantinop.* & passim. dominica *Novell. Valentinian. & Marciani de indulg. relig.* regia *Novell. Theodosii & Valentiniani unica neque dom. divin.* sacra *l.* 9. *C. Th. de indulg. debit.*

Memoratur etiam *domus* judiciaria *l.* 8. *C. Th. de oper. publ.* ad rem privatam (principis) ad sacrum patrimonium pertinens *l.* 1. *l.* 2. *C. Th. de indulg. debitor.*

De declinatione notandum, occurrere *domi* pro domus *l.* 28. *D. locat.* domu pro domo *l.* 26. *D. de evict. l.* 9. §. 2. *D. de injur.* uti apud Plaut. *Mil. gloriof. act.* 2. *sc. v.* 48. domus pro domos *l.* 6. *D. de servit. leg.* domo pro domi *l.* 39. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

DONARE, nullo jure cogente dare *leg.* 83. *D. de reg. jur.* adeoque non donat, qui necessariis oneribus succurrit *l.* 21. *D. de donat. int. vir. & ux.*

Donare aliquando prodigere est, & perdere *l.* 7. *pr. D. de donat.* Aliquando differre dicuntur donare, & perdere *l.* 1. §. 16. 17. *D. si quid. in fraud. patron.*

Hinc titulus possessionis *pro donato*. Vetus Glossarium interpretatur ἀπὸ δωρεᾶς.

Donare remittere. *Donare* injuriam *l.* 17. §. 12. *D. de injur.* Eodem modo veteres dixerunt *donare iras*, *moram*, *pœnam*. Exemplis quamplurimis id probavit Jo. Frid. Gronov. 3. *obs. c.* 23. *p.* 650. Hein.

Donare pro prodere. Sic prævaricatores sunt, qui caussam adversariis suis donant *l.* 112. *De verb. signif.* Plura & hujus notionis exempla dedit Gronov. *ibid. p.* 653. HEIN.

DONARIUM pro dono, maxime Deo dedicato, *l.* 21. *C. de sacros. eccles. Donarium* etiam pro loco, ubi hæc donaria reponuntur, accipi, observat Servius *Virgil.* 2. *Æn. v.* 269. & 3. *Georg. v.* 531. Quod quum repehenderit Laur. Valla 1. *Elegantiar. c.* 6. eam notionem auctor anonymus apud Ducker. *de lat. vet. ictor. pag.* 317. & ab Apuleio *lib.* 9. *metamorph. p.* 221. & *libro Florid. p.* 350. usurpatam esse ostendit. *Hein.*

DONATIO est translatio juris in accipientem gratuito facta. *Mortis caussa* adpellatur, quum quis cogitatione mortis, ut ait Javolenus in *l.* 4. *D. de mort. caus. don.* præsenti donat. Nimirum mortis mentio, veluti, si moriar, vel cum moriar, in negotio gratuito hanc vim habet, ut donantis voluntas ambulatoria videatur usque ad mortem, nisi ubi ita donatur, ut nullo casu revocetur, ceu excipit Marcianus *l.* 27. *D. eod. tit.* Et hoc quidem ita se habet in tribus illis donationum mortis caussa generibus, quæ ponit idem Julianus in *d. l.* 2. quorum primum est, quum quis, nullo periculo mortis existente, sola mortis cogitatione, donat; alterum, quum quis, imminente mortis periculo, rem in alterum gratis confert; tertium, si quis periculo mortis imminente, dicit se velle, ut alter post mortem suam rem suam habeat. Sane in primo casu, re etiam tradita, pœnitentiæ locus est, ex qua, ut ait Ulpianus *l.* 30. *D. de mort. caus. don.* condictionem, vel utilem actionem habet qui donavit. In tribus autem illis casibus adest mortis cogitatio seu mentio, quæ mortis caussa donationis notionem determinat; sed in primo casu sola est mortis cogitatio, nullo alias imminente mortis periculo, nullaque traditione facta, in secundo mortis cogitationi accedit imminens periculum, & traditio, in tertio mortis cogitatio conjuncta est saltem cum periculo mortis imminente. Hinc non video primam, & ultimam speciem ad donationem inter vivos referri debuisse, eaque de caussa reprehendi potuisse Julianum in *d. l.* 2. Qui enim de morte cogitat, mortisve mentionem facit, cum donat, nec tamen in præsenti mortis periculo versatur, cur non creditur eo modo donare, ut *habere se velit quam eum, qui donat, magisque eum cui donat, quam heredem suum*? Hæc autem est mortis caussa donationis notio, qualem tradunt *l.* 1. *l.* 35. §. 2. *D. de mort. caus. don.* Tametsi fatendum est, hujusmodi definitione vix discerni *mortis caussa donationem* a legato, a quo tamen multis modis ipsa differt, quos vide apud Huber. *prael. ad Inst. lib.* 2. *tit.* 7. §. 3. Sane omittenda non fuit notio accipientis, qua hoc negotium ab alia mortis caussa capione differt, ceu Marcellus in *l.* 38. *D. de mort. caus. don.* docet his verbis: Inter mortis caussa donationem, & omnia, quæ mortis caussa quis ceperit, est earum rerum differentia. Nam mortis caussa donatur, quo præsens præsenti dat, at mortis caussa capi intelligitur & quod non cadit in speciem donationis.

Donatio inter vivos sua natura irrevocabilis est, quippe qua vel nulla mortis mentione facta donatur, *ut*

ut nullo casu revocetur, quæ mentio magis est caussa donandi, quam facit mortis caussa donationem, & ideo perinde haberi debet, atque alia quævis inter vivos donatio, ceu monet Marcellus *d. l. 27. D. de mort. caus. don.*

Veteri quidem jure Romano. Lege nempe Cincia, nulla penitus *donatio* valuit, nisi interveniente mancipatione, traditione. Sed jure novo *mortis caussa donatio*, re etiam non tradita, transfert dominium morte donatoris non revocantis: *Donatio inter vivos* re non tradita parit actionem ex stipulatu, vel condictionem ex *l. 35. 4. 5. C. de donat.* tamquam ex pacto, prout illa vel stipulatu, vel aliter facta est. Utrum autem hæc actio competat etiam adversus eum, quem donationis, nondum sequuto expresso vel tacito donatarii consensu, pœnituerit? De ea quæstione vid. Jo. Petr. De Ludevvig. *Diss. de different. jur. Rom. & Germ. de donat. & barbari adnexus acceptatione*; cujus quidem rationibus nondum a definitione donationis supra tradita, donationemque inter vivos etiam complectente, dimoveor.

Donatio propter nuptias sponsæ, vel uxori a sponso, vel marito in securitatem dotis facta. De ea *tit. C. de don. ant. nupt. l. 28. C. de inoff. test.* Vid. §. 3. *Inst. de donat.* qua Imp. satis dilucide exponit, quæ sit donationis propter nuptias natura. Sed notabis diversas ejus epochas, mutationesque varias. Donationes inter virum, & uxorem stante matrimonio factæ invicem, quominus valerent, obstabat unitas personæ, quæ per coemtionem, ac conferreationem inducebatur. Licebat tamen id ipsum sponsis, quos inter unitas personæ non erat. Hincque donatio sponsæ a sponso facta, sive nuptiarum mentio fieret, sive minus *ante nuptias* dicebatur. Verum has donationes ad priorem conditionem redegit Constantinus Imp. *l. f. C. de donat. ant. nupt.* Justinianus demum omnem donationem, quæ intuitu matrimonii fieret, etiam post nuptias celebrari permisit, indeque generale nomen *donationis propter nuptias* ortum. Græcis hæc donationis species dicitur ἀντίφερνα, mutua donatio, quia supponit dotem ab uxore in maritum collatam. VVurffell. *Jurispr. defin.* §. 484.

Donatio aliquando & ipsa res donata vocatur *l. 4. D. pro donat.*

DONATISTARUM fit mentio in *l. 37. 39. 40. 41. 43. 44. 46. Cod. Theod. de hæret.* De iis quidquid ex genuinis fontibus dici poterat, dixit Thom. Ittig. *Diss. de hist. donatist.* post librum *de hæres. sæc. Apostol.*

DONATIVUM, largitio, quæ ab Impp. in milites conferebatur *l. 10. D. de re milit. l. 1. C. eod. tit.*

DONEC, quousque. Sic donec nubat *l. 17. D. de ann. legat.*

Donec pro quamdiu. Donec tu extollis *l. 5. D. si serv. vind* donec in eadem caussa fuerit *l. 31. §. 3. D. de usurp. & usucap.*

Aliquando *donec* pro in perpetuum accipi in sacris litteris, observavit Isidor. Pelusiota in *Epist. ad Hermin. Comit.* Τὸ ΕΩΣ πολλάκις κεῖσθαι τῷ διηνεκῶς ἐν τῇ θεία γραφῇ εὑρίσκομεν κείμενον, i. e. *Donec* sæpe pro *in perpetuum* in scriptura sacra positum reperimus. Nimirum aliquando hæc particula omne tempus, adeoque & futurum excludit, ut *Matth. 1. v. 25.* Sed ne in profanis quidem scriptoribus deesse hujus notionis exempla ostendit Elsner *observ. sacr. in libr. Hist. N. T. Tom. 1. p. 4.* HEIN.

DONUM, munus *l. 6. D. ad Leg. jul. pecul.* Donum, munus, operas frequenter jurisconsulti translatitie ex prætoris edicto, aut ex Lege Papia sine articulo dicunt *l. ult. D. de liberal. causs. l. 53. D. de verb. signif. l. 37. D. de oper. libert.* Quo pertinet illud Quinctiliani *Declam. ult.* Huic debeo munus, operas, testamentum. Inter *donum* vero, & *munus* hoc interest, quod inter genus, & speciem. Nam genus esse *donum*, Labeo ait, munus speciem. Nam *munus* esse *donum* cum caussa, ut puta natalium, nuptiarum *leg. 194. D. de verb. signif.* Dona ergo sunt proprie, quæ nulla necessitate juris, & officii, sed sponte præstantur, quæ, si non præstentur, nulla reprehensio est, &, si præstentur, plerumque laus inest. Sed in summa in hoc ventum est, ut non quodcumque *munus*, id est, *donum* accipiatur, at quod *donum* fuerit, id munus recte dicatur *l. 214. D. eod. tit.*

DOS est, quod ab uxore, vel alio quocumque ejus intuitu marito pro sustinendis matrimonii oneribus datur, promittiturve. Dotis autem adpellatio non refertur ad ea matrimonia, quæ consistere non possunt. Neque enim *dos* sine matrimonio esse potest. Ubicumque ergo matrimonii nomen non est, nec dos est *l. 3. D. de jur. dot.* Dos matrimonio cohærens oneribus ejus, ac liberis communibus confertur *l. 16. D. de castr. pecul.* Ibi ergo dos esse debet, ubi onera matrimonii sunt *l. 56. §. ult. D. pro soc. l. 46. D. famil. ercisc.* Et nisi oneribus matrimonii serviat, dos nulla est *l. 76. D. de jur. dot.*

Dotis autem species hæ memorantur Profectitia, Adventitia, & Receptitia, ut Ulpian. *6. Regul.* §. 3. tradit. *Profectitia* adpellatur, quæ a patre, vel parente virilis sexus profecta est de bonis, vel facto ejus *l. 5. l. 81. D. de jur. dot. l. 6. C. de pact. convent. l. un. C. de rei ux. act. l. 4. C. de collatione.* Quæ & dos a patre profecta adpellatur *l. 2. §. 1. l. 10. D. sol. matr. l. 4. C. eod. tit. l. 6. D. de jur. dot.* & dos communis patris, & filiæ *l. 3. l. 22. §. 1. D. solut. matr.* *Adventitia* vero nomine ea dos significatur, quæ a quovis alio, vel ex ipsis mulieris bonis data est *l. 5. §. 11. D. de jur. dot.* De *receptitia* vid. infra hac voce.

Dos porro alia *data*, alia *dicta*, alia *promissa l. 3. C. Th. de incest. nupt.* Datur & ante nuptias, & post illas §. *pen. Inst. de donat. l. ult. C. eod. tit.* Paull. 2. *Sent. tit.* 21. §. 1. & quidem ab omnibus. *Dicere* poterat mu-

lier, nuptura, vel ejus jussu debitor mulieris, vel parens mulieris virilis sexus, etiam cognatione tantum conjunctus. *Promittere* itidem omnes poterant, Ulpianus *6. regul.* §. 1. & 2. Cai. 2. *Inst.* 9. §. 3. Data videtur dos, quæ apud auspices deposita, *Dicta*, quæ verbis sollemnibus, sed sine stipulatione, nulla nempe præcedente interrogatione constituta, quali videntur illa apud Terent. *Andr. Act.* 5. *scen.* 4. *v.* 46. *Ch.* Dos, Pamphile, est Talenta quindecim. *Pa.* Accipio. *Promissa*, quæ intercedente stipulatione constituebatur. Exemplum habes apud Plaut. *in Trinum. act.* 5. *sc.* 2. *v.* 39. Plura de hac re differunt M. Aurel. Galvan. *de usufr. c.* 15. §. 4. *seq.* Jac. Gothofr. *Comm. in C. Th. ad l. ult. de dot.* Schulting. *Jurisp. vet. p.* 154. *seq. p.* 581. Hein.

Dotis actio l. 9. §. 3. l. 48. §. *ult.* l. 78. §. 2. *D. de jur. dot.* vel de dote actio l. 21. *D. de verb. obl.* Juxta vetus glossarium græcum in duas actiones alias dispescitur. Altera, qua dos petitur, antiquitus *ex stipulatu* vocatur, quod ex stipulatione agitur, & hinc stricti juris, & ex contractu verbali nata intelligitur. Altera repetendæ dotis caussa instituta *rei uxoriæ* dicitur, quia a muliere, dotem suam repetere cupiente, movetur.

Dotes prædiorum, quas Græci ἐνθήκας dicunt l. 2. §. *ult.* l. 20. §. 1. & 3. *D. de instr. vel instrum. leg.* l. 34. §. 1. *D. de legat.* 2. l. 55. §. 2. *D. de fidejussor.* l. 67. §. *ult. D. de legat.* 3. Columella *lib.* 3. *c.* 3. Tum etiam *dotem*, id est, instrumentum raro vineis comparant. Et postea vineasque cum sua dote, id est cum pedamentis, & viminibus, binis millibus in singula jugera duco. Idem *lib.* 4. *c.* 30. Pedamina, juga, & vimina, quasi quasdam dotes vineis præparandas monet. Eoque adludens Plinius *lib.* 1. *epist. ult.* Prædium, ait, quod his dotibus commendatur. Græco autem *entheca*, & *enthecarum* verbo utuntur Imperatores l. 7. *C. Th. de bon. proscript.* Quamquam in l. 7. *C. Justin. eod. tit. apothecis* legitur. Vid. infra sub *entheca*. Nimirum non solum qualitates prædiorum nomine *dotis* veniunt, sed & omne instrumentum, quo ad fructus quærendos opus est, veluti in vineis pedamenta, & vimina, in agris aratrum, occa & similia, ceu recte observarunt Jac. Cujac. ad Papinian. l. 2. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.* Guid. Pancirol. 2. *Var. lect.* 68. & Bynkersh. 6. *obs.* 9. Nihil ergo hic vidit Jac. Duaren. *lib.* 5. *de sacr. eccles. minist. c.* 4. dum *dotes* interpretatur reditus prædiorum. Hein.

DOTALIS fundus, id est, in dotem datus. Dotalis autem fundus intelligitur, sive cum mulieris nomine quis viro dederit, sive eum, a viro sibi debitum, ipsa mulier doti promiserit, vel legatum sibi dotis caussa repudiaverit l. 12. §. 1. & §. *ult. D. de fund. dot.* Alias *Fundi dotales* pistrinorum dicuntur, qui in horum entheca sunt, qui nempe pistino sunt addicti, seu in originem adscripti corpori pistorum l. 7. *C. Th. de pistoribus*, & hinc *dotis* nomen & speciem retentant l. 3. *C. Theod. eod. tit.* quemadmodum *dotes prædiorum* dicuntur, de quibus paullo ante.

Dotale prædium accipimus, cujus dominium omnino quæsitum est, ut tunc demum ejus alienatio impediatur l. 13. §. 2. *D. de fund. dot.*

Dotales res sunt, quæ vel in dotem datæ sunt, vel ex dote comparatæ l. 22. §. *ult. D. solut. matr.* Nam quæ ex dotali pecunia comparatæ sunt, dotales esse videntur l. 54. *D. de jur. dot.*

DOTATA, & indotata mulier opponuntur l. 78. §. 2. *D. de jur. dot.*

DROMO, navigii genus, cujus fit mentio in l. *ult. C. de offic. præf. prat. Afr.* Isidor. *lib.* 19. *c.* 1. Longæ naves sunt, quos dromones vocamus, dictæ eo, quod longiores sint ceteris, cujus contrarius musculus curtum navigium. Procopius quoque navigia longa ab eo, quod celerrime excurrant, dromones adpellari sua ætate, scribit. Cursum enim δρόμον Græci vocant. Cassiodor. 5. *var.* 16. Decrevimus interim mille dromones fabricandos adsumere, qui & frumenta publica possint convehere, & diversis navibus, si necesse fuerit, obviare. Hujusmodi vero navium exercitores Dromonarii vocantur. Et ita apud Cassiod. 4. *var.* 15. & in inscriptione *c.* 31. *lib.* 2. *var.*

DUBIETAS. Nullius dubietatis exstet ambiguum l. 86. *C. Th. de decurion.*

DUBITARE. Illud omnino dubitare non convenit l. un. *C. Th. de inoff. donat.*

DUCATOR l. 29. §. 4. *D. ad Leg. Aquil.* Vetus Glossarium: Ducatores ἀγοί, ἡγεμόνες, προηγούμενοι. Alii legendum censent *Ductores*. Sed *Ducator* dixit Tertullian. *adv. Jud. c.* 13. Ducatrix, Apulei. *lib.* 2. *de Doctrin. Platon. p.* 14. Nec analogiam refragari, docuit Bynkersh. 4. *obs.* 17. Hein.

DUCATUS, *us.* l. 28. *C. Th. de præt.* l. 11. *C. Th. de domest.* l. 13. *C. Th. de prox. com. dispos.* Sedulius in *Epist. ad Rom. c.* 2. de officio Mosis agens *Ducatum* vocat.

DUCENA, uti centena, gradus dignitatis, promotionisve in schola Agentium in rebus l. *ult. C. de agent. in reb.* l. 5. *C. de princip. agent. in reb.* l. 1. *C. Th. de murileg.* l. 1. *Cod. Th. de Cæsarian.* l. 5. *C. Th. de decurion.* Hinc *Ducena* dignitas l. 3. *Cod. Theod. de cohort. prim. cornic.* principatus l. 20. *C. Th. de agent. in reb.*

DUCENARIA idem significat in l. 1. *C. de offic. magistr. offic.* eoque utitur verbo Apulei *lib.* 7. *metamorph.* At omissa hac auctoritate *ducena* legi mavult Brissonius in *d. l.* 1.

DUCENARII, qui ducenam gerunt, & ducentis scholaribus præsunt l. 2. §. *ult. C. de offic. præf. præt. Afr.* & alibi. D. Cyprian. *lib.* 1. *epist.* 4. *Neque ut ille superbierit, sublatusque fuerit mundanis dignitatibus: Ducenarius potuit quam Episcopus, vocari volens.* Me-

Meminit & hujus muneris Nicephorus *lib.6. hist.eccl. c.* 30. In Notitia quoque crebro in officio rectorum provinciarum, principem de schola agentium in rebus *ducenarium* recenseri invenimus. Vetus Glossarium : *Ducena* est dignitas ducenariorum. Et mox : *Ducenarii* sunt magistri ducentorum militum. Sed & in re militari *Ducenarius*, interprete Vegetio *lib.3. c.* 1. dicebatur, qui duas centurias, id est, ducenos milites ducebat in acie secunda. Vid. Reines. *lib.* 3. *var. lect. c.* 16. *p.* 617. & supra art. *Agentes in rebus*.

Erant & ejusdem nominis judices. Augustus etiam ad tres judicum decurias quartam adjecerat, ex inferiore censu, quæ *ducenariorum* vocabatur, judicabatque de levioribus summis, ait Suet. *Aug. c.* 32. A reliquis ergo judicibus censu differebant. Quum enim judices ex ordine equestri quadragena sestertium millia in professionem censualem deferre deberent, his ducenis dumtaxat opus erat. Turneb. 29. *advers.* 16. Perizon. *de Leg. Vocon. p.* 171. *seq.* Monimentum horum *ducenariorum* insigne in vetere Augusti numo reperire sibi visus est Jo. Car. Schott. *in Epist. ad Leibnitz.* gallice scripta, de explicatione numi cujusdam ænigmatici *August. Berol.* 1711. *in* 4. In eo enim basis columnæ conspicitur cum literis *SC. Augusti*, id est, *Ducenarii Aug.* Epigraphe vero est *L. Caninius Gallus III. vir.*

DUCERE funus, id est, facere *l.* 2. *in fin. D. de in jus voc. l.* 14. §. 2. *l.* 36. *D. de relig.* Et hoc verbum in hac significatione proprietatem suam habere Servius notat in *lib.* 4. *Georg. v.* 256. ad hunc versum. *Et tristia funera ducunt*. Cum exsequiali scilicet pompa ; ait, & *ducere* proprie funerum est. Unde Pers. *Sat.* 2. *v.* 14. *Nerio jam tertia ducitur uxor.* Ubi tamen alias bonas editiones habere, *conditur* uxor, notat Hein.

Ducere in carcerem *l.* 2. *D. de in jus voc.* Sed & *duci* simpliciter pro in carcerem duci *l.* 13. §. 2. *D. de injur.*

Duci in jus, Liv. *lib.* 2. *c.* 27. eoque sensu accipiendum est hoc verbum in titulo Edicti, *qui neque sequantur, neque ducantur*, cujus fit mentio in inscriptione *l.* 48. *D. de verb. signif.*

Duci & ferri separantur in *l. un.* §. 1. *D. si quis jus dic. non obtemp. l.* 87. *D. de evict.* Hoc enim ad ea, quæ anima carent, illud ad se moventia pertinet. Nimirum *duci* in jus ad eos etiam pertinebat, qui eo vel plaustro impositi vel obtorto collo deducebantur juxta priscum Romanorum morem.

Duci, moveri, quoad animum. Ita ductus æquitate *Collat. Leg. Mos. & R. tit.* 4. §. 8. amicitia *l.* 44. *D. de negot. gest.* calore *Coll. Leg. Mos. & R. tit.* 4. §. 3. metu *l.* 49. *D. ad Leg. Aquil.* justis rationibus *l.* 1. §. *ult. D. de abig.* scriptura *l.* 11. §. 8. *D. de interrog. in jur. fac.*

Ducere uxorem in domum *l.* 2. *D. de his quæ ut indign.* Ducere autem uxorem, ut Donat. *in Phorm. Ter. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 70. notat, proprie dicitur paterfamilias. At filius familias non tam *ducit* uxorem, quam a patre accipit, quippe quum patri committatur puella in hujusmodi conditionibus potius, quam filio.

DUCTUS aquæ *l.* 3. §. 4. *D. de aq. quotid. & æst.* Per plures ductus aqua ducitur *l.* 3. §. 5. *D. de riv.*

DUCIANI apparitores, id est, ducis, *l. un. C. Th. de quadrim. brevib.* Ita *Duciani* simpliciter dicuntur Ducum officiales, seu milites in *l.* 2. *C. de off. præf. Afr.* eodem modo *Ducianus* in *l. ult. C. Theod. de littor. & itin.*

DUCIANUM judicium, i. e. ducis *l.* 36. *C. de adpell.* quemadmodum & ducianum officium in *l.* 2. *C. Th. de venat. fer.*

DUDUM est εκ των προς τι, incertumque limitem habet, ac proinde vel paucos retro annos notat, vel plures *l.* 3. *C. Th. de incest. nupt. l.* 4. *C. Th. de matern. don. l.* 1. *C. Th. de super exact. l.* 163. *C. Th. de decur. l. C. Th. de domest. l.* 7. *in fin. C. Th. de senat.* Jac. Gothofred. *Comment. in l.* 6. *C. Th. de contr. emt.* Unde repetit Strauch. in *Lexic. partic. hac voce*. De biennio effertur in *l.* 9. juncta *l.* 5. *C. Th. de senator.*

DULCIS patria *l.* 101. *D. de legat.* 3.

Dulci officio fungi *l.* 1. *C. de his, qui sibi adscrib.* Cujac. *in African. tract.* 3. *in l.* 6. *D. ad leg. Corn. de fals.* verba sollicitat, legendumque censet, *ducis officio fungi* : eumque postea & alii sunt sequuti. At non opus est emendatione, & *dulci officio* sibi *fungi* videri parentes, dum heredes scribunt liberos, eleganter ostendit Bynkersh. 1. *obs. c.* 19. HEIN.

Dulcium nomine hæc continentur mulsum, passum, defrutum, & similes potiones : item uvæ, caricæ, ficus, palmæ *l. ult.* §. 1. *D. de tritic. vin. ol. leg.* Paull. 3. *sent.* 6. §. 77. Murrhina etiam, id est, vinum myrrhæ odore conditum, ut Plin. *lib.* 14. *cap.* 15. confirmat auctoritate Plauti *in Pseudol. act.* 2. *sc. ult.* Hinc *dulciarii* apud Lamprid. *in Elagab. c.* 1. Jul. Firm. *Mathem. lib.* 7. *mathes. c.* 11. D. Augustin. *lib.* 2. *de morib. Manich.*

DULCISSIMA filia *l.* 32. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* Dulciore nomine quam filii nepotes nostros adpellare non possumus *l.* 220. §. *ult. D. de verb. sign.* Valer. Max. *lib.* 5. *c.* 5. Cara uxor, *dulces* liberi, jucundi amici. Ac plane nihil dulcius naturam nobis liberis nostris reliquisse, scite ac eleganter dixit Cic. *ad Quirit. post. redit. c.* 1. Sic & Juvenal. *sat.* 6. *v.* 39. Dulcem heredem pro filio posuit, dum ait Tollere Cogitat heredem.

DULCITUDO usurarum pro *dulcedo* in *l.* 10. §. 10. *D. quæ in fraud. cred.* Quod vocabulum esse probum, jam Non. ex Cic. *lib.* 3. *de or. c.* 25. probavit. Add. Ducker. *de Latin. jurisc. p.* 370. Hein.

DUM limitationis, vel restrictionis nota pro dummodo *l.* 30. *D. de jur. dot. l.* 22. §. 5. *D. qui test. fac.* Dum nupta erit.

Dum, limitationis, vel restrictionis nota pro dummodo *l.* 30. *D. de jur. dot. l.* 22. §. 5. *D. qui test. fac.* Dum nupta erit.

Dum, pro quamdiu. *Dum* uxor mea cum filio erit, heres meus ei tantum dato *l.* 8. *D. de cond. & dem.* ubi Pomponius hanc particulam non omne momentum exigere monet.

Dum nupta erit, i. e. donec nupta erit *l.* 89. §. 1. *D. de verb. signif.* ubi Pompon. ait: hoc sermone primas nuptias significari. Vid. ibi Dionys. Gothof.

Dum in l. 18. §. 1. *D. de minor.* non exceptionem ut putavit Brisson. sed modum esse monet Hein. & clarius nihil est his verbis: Minor *captum se dicit dum ea, quæ pro caussa dicta sunt, non allegat.*

Dum pro verum *l.* 1. §. 22. *D. de aqua quot.*

DUMTAXAT exclusive plerumque accipitur pro *tantum*, vel solum *l.* 1. §. 1. *D. si mens. fals. mod. l.* 5. §. 2. *D. de præscr. verb.* Quum in testamento scriptum esset, ut heres in funere, aut in monimento *dumtaxat* aureos centum consumeret, non licet minus consumere. Si amplius vellet, licet: neque ob eam rem contra testamentum facere videtur. Quo in loco Alfenus exempla bina ponit, alterum, quo testator voluerit, ut in funere suo centum consumerentur, alterum, quo in monimentum *dumtaxat*, id est, in solum, centum impendi jusserit, docetque neutro casu minus erogari posse, quamvis plus possit. In *lege* porro 29. §. 10. *D. de lib. & postum.* particula *dumtaxat*, non referenda est ad verba *ex aliqua parte*, sed ad ea, quæ immediate sequuntur: *qui est in potestate*, ut hic evadat sensus, filium ex aliqua parte heredem instituendum esse, sed id in eo dumtaxat esse necessarium, qui sit in potestate: aliud vero esse dicendum de eo, qui apud hostes sit, si ibi decedat. Unde errant, qui in duabus illis legibus particulam *dumtaxat* pro *ad minimum* accipi dicunt.

Rarius cum negatione hoc vocabulum legitur: at legitur tamen *in l.* 12. §. 3. *D. de administr. & per. tut.* Tutor non rebus *dumtaxat*, sed etiam moribus pupilli præponitur.

Dumtaxat pro *scilicet* poni *in l.* 13. *C. Th. de præt. & q. & l.* 109. *Cod. Th. de decur.* censet Jac. Gothofr. *in not. ad d. l.* 13.

DUO accusativus pro *duos l.* 16. *D. de stat. hom.* Arescusa primum *duo* pepererat. Ita veteres & optimi scriptores, ceu ex instituto ostenderunt Jo. Ge. Græv. *ad Suet. Claud. c.* 14. & Gronov. *ad Liv. lib.* 35. *c.* 21. Hein.

Duorum numero contenta est pluralis eloquutio *l.* 12. *D. de testib.*

Duum vel trium *l.* 1. §. 17. *D. de vi & vi arm.*

DUOVIRALES *l.* 2. *D. de alb. scrib. l.* 2. *C. Th. quemadm. mun. civ.* qui & *Duumvirales in l.* 2. *C. Th. quemadm. mun. civ.* dicuntur, qui duumviratu functi sunt. Conf. *l.* 42. *C. Th. de decur.* Sic in inscriptione Neapolitana: *Hoc opus omne facito arbitratu duovir. & duoviralium, qui in consilio esse solent Puteolis, licet* quam male *Duoviratium* exscripserint. Pro *duumvirali* tamen *duumviralitium* dixit D. August. *in Breviculo*.

DUPLARE id est duplicare *l.* 20. *D. de liberal. caussa, & passim.*

DUPLATIO pro duplicatione *l.* 31. *D. de noxal. act.*

DUPLICARI legata dicuntur, quæ repetita sunt *l.* 1. §. 11. *ut legat. vel fideic. l.* 11. §. 18. *D. de legat.* 3.

DUPLICATIO *in l.* 2. §. 1. *D. de excep.* est adlegatio, quæ contra replicationem solet dari. Interdum enim evenit, ut replicatio, quæ prima facie justa est, inique noceat. Quod quum accidit, alia adlegatione opus est, adjuvandæ rei gratia, quæ duplicatio vocatur §. 1. *Inst. de replicat.*

DUPLICITIA interdicta, judicia. Duplex substitutio, testamentum. Vid. suis locis.

DUPLOMA, vel *diploma*. Ita dicuntur a principe emissæ litteræ *l.* 27. §. *ult. D. de Leg. Cornel. de fals.* Inprimis vero, quæ ad usurpationem cursus publici concedebantur, & sine quibus nemini ille patebat. Tertullian. *in Apologet. cap.* 25. Oh nuncios tardos, & somniculosa diplomata: Symmach. *lib.* 5. *epist.* 35. Ad hujus celebritatem voto alacri cucurrissem, nisi diplomatis sacri tarda perlatio arctasset intervallum dierum. Ex quibus patent illa verba Ulpiani *in l.* 137. §. 2. *D. de verb. obl.* Quod si duplomate usus, vel felici navigatione maturius quam quisque pervenerit Ephesum. Joannes Sarisber. *in carm. Euchetico* Polycratico præmisso *v.* 143. Accelera gressus, tanto diplomate pergens: Rich. de Buri Episcopus Dunelmensis in *Philobiblo*: Quarum facultatum itinera dispendioso compendio, damnosoque diplomate transmeantes in sacrum Mosem manus injiciunt violentas. Dicta autem creduntur diplomata a duplicatis tabellis. Eoque adlusisse dicitur Ovidius 1. *Amor.* 12. 2. 27. quum ait; Tunc ego vos duplices rebus pro nomine sensi. *Duplices* etiam *tabellas* dixit Suet. *in Aug. cap.* 26. & *bipatens pugillar.* Ausonius *Epigr.* 146. Vocabantur hæc *diplomata* etiam *Sigilla.* Lactant. *de mort. persequ. cap.* 24. itemque σιγνατα. Thesseras fuisse certo signo vel sigillo notatas conjicit Schefferus *de re vehic. c.* 18. *p.* 264. Præerant huic rei liberti Augustorum, qualis *Aurelius Symphorus Aug. Lib. a diplomatibus* apud Reines. *Inscr.* 6. *Class.* 13.

DUPLOTENUS. Paull. 11. *sent.* 17. §. 3. Res emta mancipatione, & traditione perfecta, si evincatur: auctoritatis venditor *duplotenus* obligatur. Ubi male Cujacius 21. *obs.* 15. rescribit *nullatenus*, quamvis suffragante illi codice Vesuntino. Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 291. *seq.* HEIN.

DU-

DUPLUS, *a*, *um*. Dupla *in l. 5. D. de ædil. edict. l.* 48. *D. de evict. l.* 47. *D. ad Leg. falc.* nihil aliud est, quam duplum pretii, id est, pretium quo res venit, & alterum tantum. Hinc *dupla* actio *l.* 47. *D. de Ædil. edict.* Duplam cavere *l.* 31. §. 20. *D. eod. tit. l.* 49. *D. famil. ercisc.* Duplæ cautio *l.* 72. *D. de contrah. emt. l.* 49. *D. fam. ercisc.* Duplam evictionis nomine exigere *l.* 7. §. *ult. D. de pecul.* Dupla vero promitti dicebatur, quum evictionis nomine duplum pretii venditor promittebat. Quo casu in duplum actio emtori, re evicta, dabatur *l.* 20. §. *ult. D. de liberal caus.* Duplæ stipulatio *l.* 31. §. 20. *D. de Ædil. edict.*

Aliæ in *Duplum* erant actiones, ad rem scilicet consequendam, & alterum tantum. Quomodo vero *duplum* accipiatur in actione furti, vid. *l.* 25. *l.* 50. *l.* 34. *D. de furt.* quomodo in actione de servo corrupto *l.* 10. *D. de serv. corr.* quomodo in actione, quæ adversus publicanos proponitur *l.* 5. *D. de publican.* quomodo denique in actione arborum furtim cæsarum *l.* 7. *D. arb. furt. cæs.* In Duplum Actio ex Lege XII. Tab. *l.* 1. *D. de tign. junct. l.* 23. §. 6. *D. de rei vind. l.* 6. *D. ad exhib.* §. 29. *Inst. de rer. divis.* Aliæ memorantur *in l.* 1. *l.* 5. §. 2. *D. de serv. corr. l.* 23. §. 10. *D. ad leg. Aquil. l.* 2. *C. eod. tit. l.* 18. *D. de lib. causs. l.* 51. *D. de contrah. emt.* §. 21. *Inst. de action.*

Adjective quoque sæpius usurpatur, ut *Dupli* fructus, Paull. 5. *Sent.* 9. §. 1. Dupli autem fructus hi sunt, qui dicuntur majores fructus non tantum in *l.* 6. §. 1. *D. mand.* sed etiam *in l.* 12. §. 1. *D. de distr. pign.* & ideo *in l.* 8. §. 1. *D. negot. gest.* ampliores fructus quam oportet eum, qui fundum vindicavit, consequutum dicemus, qui supra *duplum* exegerit, quia ex 12. tabulis *dupli* tantum fructus debentur ex die accepti judicii in rem, vel ad exhibendum. Et hanc legem 12. tabularum respicit etiam Ulpianus in *l.* 8. §. 5. *D. ad exhib.* dum ait, in actionem ad exhibendum venire fructus ex die accepti judicii, & secundum legem æstimari, intelligens per legem 12. Tabularum. Ergo in priscis juris formulis, ut ait *l.* 1. *C. Theod. de usur. rei judic.* id est, ex 12. tab. malæ fidei possessor in duplos fructus conveniebatur. qua ex re colligi, & malæ fidei debitorem in duplum esse damnandum. Legis 12. tab. hæc sunt verba ex castigatione Cujacii: Si vindiciam falsam tulit, rei sive litis arbitros tres dato, eorum arbitrii fructus duplioni damnum decidito. *Duplum* genus *l. ult. C. de præt. pign.* Duplom pretium *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. jul. de adult.* id est, quanti servus æstimabitur, & alterum tantum *l.* 23. *D. eod. tit.*

DUPONDIOS juris auditores primo anno vocatos, Justinianus in *Constit. Omnem reipublicæ* §. 2. *ad Antecess.* pandectis præposita scribit. Id quod procul dubio a contemtu quodam novitiorum originem habuit. Res enim vilioris pretii *dupondii* esse dicebat. Hieronym. *adv. Helvid.* Quis ero, dupondii supputabat? Vid. Cujac. 12. *obs.* 40. Hein.

DUPONDIUM, vel *Dupondius*. Ejus fit mentio *in leg.* 17. §. *ult. D. l.* 18. *D. de hered. inst.* §. 8. *Inst. eod. tit.* Volus. Mæcianus de asse: Sedecim sescunciæ *dupondium* efficiunt. Et postea: *Dupondius* hac nota S. vocantur quinque libellæ, quæ sunt quinque decimæ. Varro *lib.* 3. *de linn. lat.* inde ait dictam, quod duos asses pendebat. As autem libralis primum erat, ut Plinius auctor est. Libra autem & pondo idem significant *l.* 34. §. *ult. D. de aur. arg. leg.*

DURACINÆ uvæ *l.* 205. *D. de verb. signif.* Suet. *in Aug. cap.* 76. *a duro acino* dictæ, ut videtur Plinio *lib.* 14. *cap.* 1. qui *lib.* 15. *cap.* 12. & *duracina* persica memorat. *Hein.*

DURARE, manere, perseverare *passim* in jure nostro, sed & *durari* passive eo significatu, ut si forte duretur, non caveri *l.* 4. §. 1. *D. de damn. infect.*

Durare animum, & corpus in tormenta, id est, obdurare *l.* 18. §. 1. *D. de quæst.* Elegans hæc loquutio & veteribus familiarissima. Tacit. 1. *Annal.* 6. Ceterum in nullius umquam suorum necem *duravit.* Petron. *Satyr. cap.* 65. Cujus tam crudelis manus in hoc supplicium *duravisset*. Quinctilian. *Decl.* 289. Non omnium animos maritorum *durare* ad sanguinem. Ubi semper *durare* idem est, ac obfirmare animum ad audendum quid, a quo alioquin natura abhorret.

DURUS, a. um. *Dura* conditio *l.* 3. *D. de publican.* In *duriorem* caussam accipere fidejussorem *l.* 8. §. 7. *&* §. 8. *l.* 49. §. *ult. D. de fidejuss.*

DUUMVIRALES *in l.* 2. *C. Th. quemadm. mun. civ.* sunt duumviratu functi. Conf. *l.* 42. *C. Th. de decur.*

DUUMVIRI, magistratus municipales adpellabantur, quod eorum duo essent *l.* 6. §. 1. *D. quod cujusq. civ. nom. l. un. D. si quis jus dic. non obtemp. l.* 3. §. *ult. D. de pecul.* & passim. Vellei Paterc. *lib.* 2. *cap.* 19. de Mario: Injecto in collum loro in Minturnensium carcerem jussu *Duumviri* perductus est.

Hi *dumviri* variis nominibus usi sunt. Ordinarii dicti *Duumvirii* J. D. id est, *juri dicundo*. Neapoli, & aliis Græcæ originis Civitatibus ἄρχοντες, Gruter *p.* 1028. 5. & Reines. *Ins. p.* 21. in Africa *Suffetes*, id est, *judices* vocabantur, Reines. *Class.* 7. *inscr.* 17. Quin & Coss. & Prætorum nomen eosdem aliquando adfectasse observarunt viri doctissimi, Ez. Spanhem. *in Orb. Rom. lib.* 2. *cap.* 20. Godofr. Olear. *ad Philostrat. Herod. p.* 545. & Ev. Otto *Dissert. de Consulib. extr. Rom. c.* 1. Alibi non *Dumviri*, sed IIII. VIRI juri dicundo præe-

 rant

rant ob ambitionem, & multitudinem candidatorum ut putat Henr. Noris. *de Cenotaph. Pisan. Diss.* 1. *c.* 3. *p.* 31. Exempla sunt apud Cic. *lib.* 10. *Ad Attic. Epist.* 13. *Lib.* 13. *ad famil. Epist. ult.* & in Inscriptionibus apud Gruter, *p.* 426. 3. Præterea quidam *duumviri* annui erant *l.* 1. *C. Theod. quemadm. munic. civ. jud.* quidam Quinquennales, Reines. *Inscr. p.* 22. Alii Roma in municipia mittebantur, alii ab ipso ordine decurionum cooptabantur, quorum illi II. VIRI *ex SC.* hi ex D. D. id est, *ex decreto decurionum* dicebantur. Idem *ad Class.* 6. *Inscr.* 6. Denique *Duumvirorum* erat, curiæ præesse, referre ad decurionum ordinem, jus dicere, animadvertere in servos, aliosque vilioris conditionis homines, ut mirum non sit, iis lictores, non quidem cum fascibus, sed cum bacillis, bisellium, immo & aliquando tribunal tribui. Vid. Noris. *Cenot. Pisan. ib. p.* 32. Hein.

Erant & *Duumviri* inter minores Rom. magistratus, qui viarum extra urbem curam gerebant, quemadmodum & intra illam IIII VIRI. *viarum curandarum* solebant creari *l.* 2. §. 30. *D. de orig. jur.* Eum tamen magistratum suppressum esse, quum numerus minorum magistratuum, quorum olim 26. erant, ad vicenarium ab Augusto reduceretur, observat Dio Cass. *lib.* 54. *p.* 540. HEIN.

DUUMVIRATUS, ipsum illud duumvirorum munus, & officium *l.* 1. *D. de alb. scrib.* & aliis locis. Sic & Duumvirilitas *in l.* 1. *C. de natural. lib.*

DUX adpellatur, qui exercitui præest *l.* 2. *D. de his qui not. infam.* Dux mille hominum *l.* 1. §. *ult. D. de test. milit.* Duces belli quædam inter se paciscuntur *l.* 5. §. 1. *D. de pact.*

In posteriorum Imperatorum constitutionibus *Duces* adpellantur tam qui limitibus, quam qui provinciis, fœderatisque præerant *l.* 7. *C. ubi caus. fisc. l.* 1. *C. ad Leg. jul. repet. l.* 3. *C. Th. eod. tit.* Vetus Glossarium: Dux αὐθέντης στρατιωτῶν. Hinc Dux limitis *l.* 1. *C. Th. de lusor. Danub.* Duces militum in limitibus constituti *l. un. C. de venat. fer.* provinciarum *l.* 1. *C. Th. de comit. rei milit.* Tales utique Duces per orientem sex, per Ægyptum duos, per Ponticam unum, per Thracias duos, per Illyricum totidem, per Occidentem quamplurimos Auctor Notitiæ prodidit, qui *spectabiles* nominantur *l.* 27. *C. Th. de cohort. princ. cornicul. l.* 9. *C. Th. de re milit.* & viri clarissimi *in l.* 113. *C. Th. de decur. l.* 2. *C. Th. de venat ferar.* In Libris nostris memorantur Duces Ægypti *l.* 43. *C. Th. de adpell.* Ægyptiaci limitis *l.* 13. *C. de advoc. divers. jud.* Armeniæ *l.* 57. *C. Th. de curs. publ.* Bizacenæ provinciæ *l. ult. C. de offic. præf. prat.* limitis Euphratensis *l.* 1. *C. Th. de Comit. & Tribun.* Libyæ *l.* 16. *C. Th. de numer. act. scrin.* Mauritaniæ *l. ult. C. de præf. prat. Afr.* Mesopotamiæ *in inscr. l.* 2. *C. quæ res vend. non poss.* Numidiæ *l. ult. C. de off. præf. prat. Afr.* limitis orientalis Vopisc. *in Aurelian. cap.* 13. Osdroenæ *l.* 8. *C. Theod. de pagan. sacr. & templ.* Raetici limitis Vopisc. in *Bonoso cap.* 14. Rheni *l.* 9. *C. Theod. de re milit.* Sardiniæ *l.* 3. *Cod. Th. ad Leg. jul. repet.* limitis Scythici, Illyriciani, Thracici Vopis. *in Aurelian. cap.* 13. *Dux* & Corrector limitis Tripolitani *l.* 133. C. *Theod. de decur.* Tripolitanæ provinciæ *l. ult. C. de off. præt. Afr.*

Ducum domesticus, manipularis, minister *l.* 1. *C. ad leg. jul. repetund.* patrocinia *l.* 1. *C. Th. de patrocin. vicor.*

DYRRHACHIUM. Hujus Urbis fit mentio *in l.* 1. §. 12. *D. de exercit. act. l.* 7. *D. de censib.* Hinc Dyrrhacheni in provincia Macedonia *l. ult. D. de censib.*

E

E Pro I veteribus sæpe positum fuisse constat, quod & M. Fab. *l.* 1. *cap.* 4. docet. Unde in Pand. Flor. *intelleguntur*, *intellege* pro *intelliguntur*, *intelligi*. Similiter *neglegere*, *dejudicare*, pro *negligere*, *dijudicare*. *Delenimentum*, *deverticulum destricte*, *deminutum* pro *di*. Maxime vero ista in fine dictionum licentia utebantur prisci. Unde *noxale* pro noxali *in l.* 47. *pr. D. de evict.* defensione pro defensioni *in l.* 39. §. 1. *D. de noxal.* exceptione pro exceptioni *D. l.* 39. §. *pen.* petitioni pro petitione *l.* 8. *D. de rei vend.* ferruminationi, pro ferruminatione *l.* 25. *D. eod. tit.* adfinitati pro adfinitate *l.* 39. *D. de injur.*

E pro *de*. Sic quid *e* pecoribus nostris a bestiis ereptum, ut *l.* 8. §. *ult. D. famil. ercisc.*

E vocula plerumque exclusionis nota *cap.* 1. *de renunciat.*

EATENUS, & *quatenus* relative *l.* 2. *D. de dot. prælег. l.* 7. *D. de inst. act. l.* 11. §. 1. *de jurejur.*

EBORARIUS *l.* 1. *C. de excus. artif.* qui ex ebore opus aliquod facit.

EBOREÆ mensæ *l.* 12. §. 30. *D. de instr. vel instr. leg.* tabulæ *l.* 2. §. 4. *D. de orig. jur.* ubi in eboreis Tabulis leges XII. Tab. in rostris propositas memorat Pomponius. At ibi *roboreas* id est, ligneas legi mavult Scaliger *in animadv. ad Melch. Gutlandini Papyr.* Dionysius sane Halicarnass. *lib.* 3. *p.* 178. diserte observat, tabulas, quibus temporibus Anci Martii, & post exactos reges & ritus sacros inscripserint Romani, fuisse δρυΐνας, *roboreas*, neque tunc adhuc fuisse columnas æreas. Quare quod *lib.* 10. *p.* 681. de tabulis æneis ait, id eum per πρόληψιν, historicis familiarissimam, narrasse dixeris, quod eæ postea demum gliscentibus Romanorum opibus, στήλαις χαλκαῖς columnis æneis fuerint incisæ, ceu Cujac. & Eyn-

Eyukersh. *ad illum* §. 4. *l.* 2. *D. de orig. jur.* observarunt. At eborearum tabularum usum aliquem fuisse in legibus publice proponendis, nemo veterum observavit, neque huc pertinent Theophili verba εν ελεφαντινοις πτυχιοις in *eburneis pugillaribus* §. 12. *Inst. de testam.* Nec enim sequitur, si testamenta inscribi consueverint tabellis eboreis, ut ne etiam usum aliquem præstare potuerint in legibus sub dio & coeli aerisque injuriis proponendis, & ad posteros conservandis. Quare aut *roboreas* tabulas eborearum locum reponendas, aut potiorem Dionysii, quam Pomponii, auctoritatem esse debere, omnino censuerim. Hein.

EBUR, quod inter species vectigales numeratur *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* ex India advectum esse, testatur Virgil. 1. *Georg. v.* 57. Plin. *lib.* 8. *cap.* 3. de elephantorum dentibus. Supellectile autem ex ebore Romanos fuisse usos, docet *l.* 7. *D. de supellect. leg.* Eodem ebore numinum ora, & mensarum pedes constare, queritur Plin. *lib.* 12. *c.* 1.

ECCLESIA, uti alibi, ita & in jure modo pro coetu fidelium, modo pro ædibus eorum conventui destinatis, accipitur. Priore sensu *in l.* 3. §. 4. *seq. de C. summ. Trin.* & tunc Synonymice *venerabile concilium* dicitur *l.* 1. *C. de SS. Eccl.* vel *religionis & fidei mater perpetua l.* 14. *in fin. C. de SS. Eccl.* nec non mater omnium fidelium *l.* 16. *C. eod. ti.* Pro ædibus sumitur *in l.* 17. §. 1. *& alias passim. C. eod. tit.*

Sam. Petit *ad leg. Attic. p.* 234. vocabulum ecclesiæ, & profanæ religionis hominibus accepisse pro consilio, ac proinde verba, quæ hodie in Caii *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 1. legimus: *Cives Romani sunt, qui tribus modis, id est, testamento, aut in ecclesia, aut ante consulem fuerint manumissi*, ab ipso Cajo esse statuit. Sed nec hac notione umquam usos esse paganos, & locum illum manifesto interpolatum esse a compilatore corporis Alariciani, ostendit Schulting. *in not. ad eum locum p.* 20. HEIN.

ECCLESIASTICUS pro clerico *l.* 5. *l.* 20. *l.* 21. *C. Th. de episc. & cler.* & alibi.

ECCLESIASTICUS jungitur oeconomo ecclesiastico *leg.* 34. §. 5. *C. de episcop. aud.* Est ergo idem a εκδικος, de quo statim.

ΕΚΔΙΚΟΣ, defensor. Julian. *Nov.* 84. qui *Nov.* 67. vocat *defensorem ecclesiæ*, vel monasterii. Plin. *lib.* 10. *epist. III.* Ecdicus *Amisenorum civitatis.* Sic & Cic. *lib.* 13. *ad famil. epist.* 56. Ecdici Mylasii, ubi Corradus: *ultores, qui eos persequuntur, qui rei publicæ pecunias debent.* Manucius: *quasi quæstores quidam, rationem numariam curantes.* Sed prius verius, quum posterius esset officium oeconomorum. In libris nostris perpetuo civitatum *ecdici defensorum* nomine veniunt, ceu patet ex *Nov.* 15. defensoribus, cujus Græca inscriptio est περι των εκδικων. HEIN.

ECHINUS, piscis, cujus mentio fit *l.* 1. *pr. C. de monopol.* ubi ejus monopolium prohibetur. Erant hi pisces ex genere cancrorum. Sed aculeati, ιχθυες εν τοις οστρακοις οντες, και προβεβλημενοι τα κεντρα, *pisces, obducti testa, & aculeis communiti*, uti ab Aeliano *de animal. lib.* 9. *cap.* 47. describuntur. Unde & ob similitudinem animalis terrestris nomen acceperunt. Eos sæviente tempestate spinis lapillos tollere, ut servent æquilibrium, nec a decumanis fluctibus in terram projiciantur, vel adlidantur scopulis, idem docet Aelianus *de nat. animal. lib.* 7. *cap.* 33. qui & loco paullo ante laudato refert, si quis id animal in frusta concidat, eaque seorsum projiciat in mare, illa ultro coitionem inter se facere, & suum singula locum recognoscentia coalescere, quod ipse auctor φυσιν τινα θαυμαστην jure vocat, nisi potius sit putidum sophistæ cujusdam figmentum. Sed ad quid utiles echini, ut dignum prohibitione videretur monopolium? Respondet idem, proficere illos ad stomachum hebescentem, & omnium ciborum fastidio laborantem restituendum, evacuandam vesicam, scabiem sanare, vulnerum extergere sordes, pilum defluentem, & e suis veluti sedibus defluentem revocare, renum dolores, aquam intercutem, & elephantiasin curate. *Ibid. lib.* 14. *cap.* 4. Unde echinum in materia medica veterum fuisse, colligimus.

ECULEUS. Ejus mentio fit *l.* 6. *C. Theod. de malef. & methem. l.* 7. *C. Just. eod. tit.* Per eum intelligitur genus tormenti, vel machina quædam, quatuor fulcris, ac veluti pedibus subnixa, unde & a formæ similitudine *eculei* vel *equulei* nomen tulit. Non Marcell. *Equuleus deminutivum ab equus est:* In hujus machinæ utroque extremo trochleæ erant, per quas trajectis funibus corpus distendebatur. De hoc tormenti genere legi merentur Hieron. Magius, cujus ea de re singularis exstat liber Gotfr. Jungermanni notis illustratus, Hadr. Turneb. 4. *adversar.* 3. *lib.* 15. *cap.* 6. Ant. Gallon. *de sanct. mart. cruciat. p.* 41. Casp. Sagitar. *de cruciat. mart. cap.* 17. *p.* 313. & Ge. Eccard. *in leg. Salic. p.* 79. HEIN.

EDAX locustarum pernicies *l.* 15. *C. locat.* calamitas a locustis profecta, quando, ut ait Columella, innumerabilis ille locustarum exercitus agros depascit, Quos superingrediens exurit semina morsu.

EDERA in pandectis Florentinis scribitur pro hedera *l.* 3. §. 1. *D. arb. furt. cæs.* Ederæ *quoque*, & *harundines arbores non male dicantur*, ubi alii scripsissent *hederæ*, & *arundines*. HEIN.

EDERE, primum est copiam describendi facere vel in libello complecti, & dare, vel dictare. Is quoque *edit*, qui adversarium suum ad album perducit, & demonstrat, quod dictaturus est, vel id dicendo, quo uti velit *l.* 1. §. 1. *D. de edend. l.* 6. §. 7. *D. eod. tit.* Sic *eduntur* acta *l.* 2. *C. de edend.* actio *l.* 1. 22. 23. *D. de judic.* quando species futuræ litis demonstratur, ut est *in l.* 1. *C. de lit. contest.* Vid.

Ammian. Marcell. *lib.* 30. *cap.* 16. *Nondum se patronus post speciem litis triennium* editam *caussetur instructus.* *Edere* autem actionem & *exhibere* quomodo differat, exponit Cujac. 10. *obs.* 14. *Edere* crimina Paull. 5. *sent.* 6. §. 14. instrumenta *l.* 45. §. 5. *D. de jur. fisc.* interdictum *l.* 8. §. 4. *D. de precar.* judicium *l.* 2. *D. pro donat.* *Edere* vero, & *accipere* judicium opponuntur *l.* 15. *D. de auct. & cons. tut.* *Edere* libellum *l.* 9. §. 7. *D. de edend.* librum *l.* 46. §. 5. *D. de administ. tut.* mandatorem *l.* 2. §. 5. *D. de jur. fisc.* quod in usu fori nostri dicitur *nominare delatorem*. Edere nomen *l.* 2. *D. de off. Consul.* id est, nomen dare, ut est *in l.* 2. §. 3. *D. qui pet. tut. vel cur.* operas, pro præstare *l.* 9. 19. 20. 38. 49. 50. *D. de oper. lib.* Edere patrimonium *l.* 1. §. 7. *D. de offic. præf. urb.* professiones peculii *l.* 19. *pr. D. de pecul. leg.* rationes *l.* 10. §. 2. *D. de edend.* Aliud vero est *edere* rationes, aliud *reddere*. Nec enim is qui *edere* jussus est, reliquum reddere debet *l.* 89. §. *fin. D. de verb. signif.* Sed & *edere*, & *exhibere* rationes differunt. Cujac. 10. *obs.* 15. *Edere* sententiam litigatoribus *l.* 1. *C. de sent.*

EDERE idem ac populo spectandum quid præbere. Sic *edere* ludos *l.* 5. §. 10. *D. commod.* *Edere* munus simili significatu *in l.* 5. *D. de pollicit.* *l.* 122. *D. de legat.* 1. spectaculum *l.* 16. *D. de usu & usufr. leg.*

Edere, parere. *Edere* filium *l.* 2. §. 1. *D. ad SC. Tertull.* sobolem *l.* 10. §. 2. *D. de jur. dot.* *Editus* partus *l.* 25. *D. quand. dies legat.*

EDICERE, observante Donato *ad Ter. Andr. act.* 4. *sc.* 7. *v.* 37. proprium erat Imperatorum. Et talium Edictorum ducum bellicorum mentio fit apud Sallust. *de bello Jugurth. cap.* 44. *in excerpt. Peiresc. p.* 601. *l.* 4. §. 13. *D. de re milit.* Ast præterea & Sacerdotes, in primis Pontifices, *edicebant*, quæ ad sacra pertinebant. Liv. *lib.* 40. *cap.* 38. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 2. & 4. *Tacit.* 2. *hist.* 91. Gell. *lib.* 2. *cap.* 28. Reines. *Inscr. Class.* 4. *num.* 6. At præcipue tamen *edicere* dicebantur Magistratus. Hein.

Hinc illa *Edicit* Prætor *l.* 1. *D. de min.* Proconsul *l.* 28. *D. de test. milit.* Olim ita *edicebatur* *l.* 1. *D. quod met. caus.*

Attamen & testator *edicere* dicitur, dum quid heredi injungit *l.* 20. §. *ult. D. famil. ercisc.*

EDICTALES vocabantur studiosi juris, qui secunda juris stipendia in scholis faciebant, quod nomen iis servari voluit Iustinianus, alio tamen penso iis præscripto *in constit. omnem reip.* §. 1. & 3. *ad antecess.*

EDICTALIS bonorum possessio *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. her.* *l.* 1. §. 1. *D. si tab. test. exstab.* i. e. quæ ex prætoris edicto est.

Edictalis lex, edictum principis *l. ult. C. quod cum eo.* Edictale *programma* id vocat Cassiodor. *lib.* 1. *var. c.* 31. *lib.* 2. *cap.* 24. & *lib.* 7. *c.* 42.

EDICTUM. *Edicta*, ut Dionys. Halic. *lib.* 5. *p.* 336. scribit, Romani adpellabant τα των δικαιων και αδικων επιταγματα, *præcepta de justis, injustisque*. Nam ut scirent Cives, quod jus de quaque re quisque magistratus dicturus esset, seque præmuniret, *edicta* proponebant, quæ *jus honorarium* constituebant *l.* 2. §. 10. *D. de orig. jur.* Id quod ostendit Cic. *lib.* 2. *de fin. c.* 22.

Enim vero non Prætores tantum, sed & Aediles curules *edicta* de quibusdam caussis proponebant §. 7. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Inter quæ ædilitia edicta principatum obtinuit illud, quod refertur sub titulo *de Aedil. edict.* cujus etiam fit mentio *l.* 36. *D. de pact.* *l.* 5. *pr. D. de verb. obl.* & apud Gell. *lib.* 4. *cap.* 2. Ad quod Aedilitium edictum Caius libros 2. Ulpianus & Paullus totidem peræque scripsisse feruntur. Sed multo plura olim fuere Edicti Aedilitii capita, veluti de sumtibus in monimenta impendendis. Reines. *Class.* 2. *inscr.* 27. de pueris non castrandis *l.* 72. §. 28. *D. ad Leg. Aquil.* quam legem singulari schediasmate illustravit Ev. Otto *Steinu. ordin.* 1710. de rebus nullis in scenam præter pomum projiciendis, Macrob. 2. *saturn.* 6. Quin etiam censores *edicta* quædam proponebant. Cui rei testimonio est censorium illud edictum, quod a Suetonio *de clar. rhetor. c.* 1. & Gell. 15. *c.* 1. celebratur. De censorum *edicto*, eoque perpetuo, exstat locus insignis Cornelii Nepotis in *Catone c.* 1. Hein.

Procoss. etiam, & Præsides in provinciis hujusmodi *edicta* proponebant, ut ex Cic. *lib.* 6. *ad Att. Epist.* 1. & 1. *Verr. cap.* 45. patet. Eaque est caussa, cur in Edictorum interpretatione Proconsuli sæpe mentionem Caius facit, ut *in l.* 1. *D. de alienat. jud. mut. caus.* *l.* 26. *D. de dol. mal.* & passim. Vid. Ant. Augustin. *lib.* 1. *emendat. c.* 5.

At ceteros etiam Magistratus de rebus ad curam suam pertinentibus edixisse, certum est. Initio Reip. ipsi Reges *edicta* proscribebant, quorum fit mentio apud Liv. *lib.* 1. *cap.* 32. & 44. Dionys. Halic. *lib.* 3. *p.* 178. *lib.* 4. *p.* 216. ex quo loco recte intellecto etiam Consules postea edicta reddidisse, patet. Quemadmodum ergo ad regia edicta pertinent illa Pomponii de *manu regia* *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.* ita ad Consularia referendum, quod idem Dionys. *l.* 2. *p.* 97. observat, populum Romanum ideo cogitasse de legibus XII. Tabularum scribendis, ινα μη συμματαποτηι τα κοινα ταις των αρχοντων εξουσιαις, *ne jus commune cum magistratuum potestate mutaretur*. Alii enim magistratus, qui jus commune edictis mutare possent, tum non erant quam Consules. Multo minus de Dictatorum edictis fas est dubitare, quippe quos ab *edicendo* nomen habuisse, censent Dionys. *lib.* 5. *p.* 336. & Plutarch. *in Marcello p.* 312. quorumque *edicta* pro *numine olim observata esse*, apud Liv. *lib.* 8. *capit.* 34. legimus. Ne-

Neque desunt exempla edictorum a Tribunis pleb. propositorum apud Cic. 2. *Verr.* 41. nec non a Quæstoribus *ibid. cap.* 7. Sub Imperatoribus maximæ auctoritatis fuerunt *Edicta* Præfectorum prætorio, qualia integra exstant apud Baron. *Annal. ad an.* 418. *num.* 18. & 20. Steph. Baluz. *sub fin. notarum in Salvian. p.* 374. itemque *in Novell.* 165. & *seq.* itemque Præfectorum urbi, quorum mentio fit apud Ammian. Marcellin. *lib.* 27. *cap.* 9. *lib.* 28. *c.* 4. Immo bina integra supersunt in marmore apud Gruter. *p.* 547. 6. 7. & aliud apud Baluz. *ibid.* denique Præfectorum Augustalium Aegypti, quorum & perpetua, & repentina edicta memorat Philo in Flacc. *p.* 966. & *p.* 972. Adeo a veritate alienum est, quod plerique existimarunt, præter Prætores, Proconsules, & Aediles nullos alios magistratus Romæ jus *edicta* proponendi habuisse. HEIN.

Edictum, quod ab *urbano* prætore proponebatur, κατ' ἐξοχὴν quidem *urbanum*, vel *urbicum* dicebatur, sed ideo non est existimandum, reliquos prætores, quibus intra urbem aliqua jurisdictio erat, non edixisse. Nam & prætores peregrinos edicta proposuisse, patet ex Valer. Max. *lib.* 1. *cap.* 3. *ex* 2. Boet. *ad Cic. Topic.* & Theophil. in §. 7. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Sed & quibus prætoribus quæstiones de criminibus forte obtigerant, ii edicta proponebant monitoria, quorum meminit Cic. pro *Sextio c.* 41. Plin. *lib.* 5. *epist.* 21. Varro *de ling. lat. lib.* 5. *p.* 62.

Edictum provinciale, quod ab his, qui provincias regebant, proponebatur.

Ad utrumque *edictum urbanum* & *provinciale* Caium scripsisse ex Indice Florentino constat. Præcipue vero ad Edictum prætoris urbani, ad quod etiam ante eum Massurius Sabinus scripsit, ceu testis est Paullus in *l.* 18. *D. de op. libert.* Ad *Edictum* vero generaliter scripserant Labeo, Pomponius, Ulpianus, Paullus. Et supersunt in ipsis pandectis fragmenta commentarii, quem Furius Anthianus scripsit in edictum. Julianus autem numquam ad Edictum scripsit, quamvis ipse *Edictum perpetuum* composuerit, & in libris Digestorum ejus ordinem servarit. Vid. Heinecc. *Diss. de Juliano p.* 23.

Edicta porro quædam *perpetua*, quædam *temporaria* jurisdictionis caussa proponebantur *l.* 7. *D. de jurisd.* Nimirum illa *generalia* erant, & quam jurisdicundi rationem per annum sequuturus esset Prætor, indicabant, unde & *Leges annua* dicuntur Cic. *Verr.* 1. 42. Hæc *specialia*, & obvenientibus quibusque negotiis dabantur, ad similes caussa non extendenda. Unde uberrimus natus est iniquarum sententiarum proventus, qui occasionem dedit edicto, *Quod quisque juris in alium statuerit, ut & ipse eodem jure utatur.* Exemplum reperies apud Tacit. 2. *Annal.* 30.

Generalia autem *edicta*, quum subinde ita mutarentur, ut pro arbitrio Prætores varie populo jura annua redderent, C. Cornelius Sulla, etsi nemo repugnare ausus est, multis tamen invitis, legem tulit, ut Prætores ex Edictis suis perpetuis jus dicerent, quæ tum gratiam ambitiosis prætoribus, qui varie jus dicere adsueverant, sustulit: quemadmodum Ascon. Pædian. in *Cic. Cornel.* tradit. Lata hæc Lex Cornelia *an. ab. V. C.* 686. ejusque historiam dedit Dio Cass. *lib.* 36. *p.* 19. Sed centum annis prius simile prodierat SC. *uti prætores ex suis perpetuis edictis jus dicerent*, quod SC. servatum est in Actis diurnis P. R. vel eorum potius fragmentis, apud Piph. *Annal. Rom. Tom.* 2. *p.* 378. Reines. *Class.* 4. *inscr.* 2. & Dodvvell. *præl. Dambd. pag.* 665. HEIN.

Quamvis vero post Legem Corneliam prætori haud liceret edictum suum per annum mutare, nihil impediebat tamen, quo minus successor antecessorum edicta, inito magistratu, vel augere vel immutare posset. Unde quæ retinebat successor, *edicti tralatitii*, quæ addebat vel immutabat, *edicti* novi nomine veniebant. Cic. *Verrin.* 1. 44. Non prius ergo edictum vere *perpetuum* prodiit, quam temporibus Hadriani. Vid. sub art. *perpetuum*. Nimirum Edicta, varie dispersa, Salv. Julianus, Hadriano imperante, collegit, & in ordinem Digesta *Edicti perpetui* titulo edidit, ut Justinianus in *l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.* & *l.* 10. *C. de condit. indeb.* scribit Eutrop. *lib.* 8. *cap.* 9. *Post. eum Didius Julianus rempublicam invasit, vir nobilis, & jurisperitus, nepos Salvii Juliani, qui sub Divo Hadriano perpetuum composuit edictum.* Ad quam Edicti compositionem ipsius Hadriani, atque adeo Senatus auctoritatem accessisse, hoc addito, ut si quid in Edicto positum non inveniretur, hoc ad ejus regulas, ejusque conjecturas, & imitationem nova possit constituere principalis auctoritas, Justinianus in *d. l.* 2. *C. de vet. jur. enucl.* testatur. Hinc *Edicti perpetui* auctoritas *l.* 11. *C. de præd. min. l.* 3. *C. de edend.* juris auctoritas *l.* 10. *C. Greg. de pact.* forma constituta *l.* 1. *C. de inoff. test.* forma juris *l.* 1. *C. si tut. vel cur.* forma jurisdictionis *l.* 5. §. 1. *D. ut leg. vel fideic. causs. cav.* jurisdictionis tenor *l.* 5. *C. de his quæ vi metusve caus.* perpetua jurisdictio *l.* 1. *C. de restit. milit.* indubitatum jus *l.* 2. *C. Gregor. de pact.* jus perpetuum *l.* 5. *C. de adpell.* jurisdictionis origo *l.* 2. *C. de condit. infert.*

Quædam hujus *Edicti perpetui* capita singulare nomen habent. Sic *Edictum* de alterutro *l.* 7. *C. Th. de test. & codicill. l. un.* §. 3. *C. de rei ux. act. toll.* Carbonianum, quod solum auctoris sui nomen retinuit *tit. de Carb. edict. Edictum* de furtis *l.* 59. §. 1. *D. de manum. testam. Edictum* novum, cujus meminit *l.* 1. §. 13. *D. de ventr. in possess. mitt. Edictum* successorium *tit. D. & C. de success.*

Omnia

Omnia autem illa magistratuum Edicta in albo vel in charta, vel in alia materia proposita fuisse ostendit *l. 7. D. de jurisd.* sed interpolata in ea lege esse verba edictalia, & illa verba, *vel in charta, vel in alia materia*, non esse præteris jam alii observarunt. Vid. Cujac. 1. *obs.* 24. Vix equidem verisimile est, libera republica prætores *Edicta* sua in charta proposuisse. At postea sub Impp. mos inolevit proponendi edicta in marmoribus, ut apud Gruter. *Inscr. p.* 747. 4. in aere apud eumd. *p.* 573. 4. *l.* 4. *C. Theod. de privil. eor. qui in sacr. palat. l.* 1. *C. Th. de alim. quæ inop.* in mappis linteis, tabulisque cerussatis, de quibus Salmas. *ad Hist. August. p.* 355. Jac. Gothofr. *Comm. in C. Th. Tom.* 2. *p.* 320. Mabillon. *de re diplom. lib.* 1. *c.* 9. immo & in chartis, de quibus ipsaque eas conficiendi ratione, differit laudatus Salma *ibid. p.* 444. *seq.* Potuit ergo ipse Julianus, ex cujus Edicto perpetuo verba ab Ulpiano in *d. l. 7. D. de Jurisd.* referuntur, vetus edictum, additis his verbis, *vel in charta, vel in alia materia*, ad temporum suorum rationem accommodasse. *Hein.*

Hactenus de *edictis* a magistratibus perpetuæ jurisdictionis caussa propositis. Jam ad alias species progrediamur, eorum nempe quæ, prout res inciderent, proponebantur. Talia sunt *Edicta*, quæ proconsules, antequam provinciarum sibi decretarum fines ingrederentur, *de adventu suo mittebant, continentia commendationem aliquam sui l.* 4. §. 3. *D. de offic. proconf.*

Eos porro, qui sui copiam non facerent, magistratus *edictis* adesse jubebant, quod adparet ex *l.* 2. §. 3. *l.* 15. §. 34. *l.* 42. §. *ult. D. de jur. fisc. l.* 1. §. 2. *D. de requir. vel abs. damn. l.* 2. §. 41. *D. ad SC. Tert. l.* 2. *C. ubi in rem act. l.* 53. §. 1. *D. de re judic. l.* 20. §. 6. *in fin. D. de hered. pet. l. ult. D. ubi pupil. educ. l.* 51. *D. de decurion. l.* 7. §. *ult. D. de susp. tut. l.* 26. §. 9. *D. de fideic. libert. l.* 3. *C. de his qui accus. poss.* Et ita qui ad Edictum non respondebant citati, habebantur contumaces, quippe qui neque denunciationibus, neque Edictis præsidum obtemperassent *l.* 5. §. 1. *D. de pœn.* Ad hanc *edictorum* speciem pertinet *peremptorium*, quod inde nomen sumsit, quod perimeret disceptationem, hoc est, ultra non pateretur adversarium tergiversari *l.* 70. *D. de judic. l.* 2. *C. quomod. & quand. jud.* Hoc *unum pro omnibus* in *l.* 22. *D. de judic. l.* 1. *C. quom. & qu. jud.* seu *unum pro tribus* adpellabatur *l.* 53. §. 1. *D. de re judic.* & apud Paull. 5. *sent.* 5. §. 7. Ad quod hoc ordine veniebatur, ut primo quis peteret post absentiam adversarii *edictum primum*, mox *alterum*, per intervallum non minus decem dierum, dein *tertium*, quibus propositis, tunc *peremptorium* impetrabat. In quo comminabatur is, qui edictum dabat, etiam absente diversa parte cogniturum se, & pronunciaturum *l.* 68. 66. 70. 71. *D. de judic.* Et hinc intelligendus est *edictorum ordo* in *l.* 72. §. *ult. l.* 75. *D. eod. tit.* Nonnumquam autem *peremptorium edictum* post tot numero edicta, quæ præcesserunt, dabatur, nonnumquam post unum, vel alterum, nonnumquam statim *l.* 72. *D. de judic.* Edicta autem hujusmodi *dari* dicebantur *l.* 55. *l.* 82. *D. eod tit.* Edicta quomodo proponi debebant Vid. infra sub art. *planum* sub finem.

Hæc de Magistratuum *edictis*. Sunt & *Edicta* Imperatorum *l.* 14. *D. de condit. & dem.* seu principum *l.* 7. §. 7. *D. de pact.* §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ubi Theophilus *edictum* dici ait, omne, quod proprio motu Imperator ad subditorum honestatem, utilitatemque constituit.

Edicta porro principum quædam *admonitoria*, vel *monitoria*, quædam objurgatoria, quædam consolatoria fuisse docet Brisson. *lib.* 3. *de formul. c.* 5. *p.* 257. Et ad *monitoria* pertinent verba *l.* 39. *D. de religios.* Divi fratres Edicto monuerunt. Tacit. 1. *annl. c.* 8. Populumque edicto monuit, (Tiberius) ne, ut quondam nimiis studiis funus Divi Julii turbassent, ita Augustum in foro potius, quam in campo Martio sede destinata cremari vellent. De his edictis monitoriis Callistratus libros sex scripsit, qui in Pandectis interdum *edictorum monitoriorum*, interdum *edicti monitorii* nomine veniunt, & alias *ad edictum monitorium* inscribuntur.

EDITIO pro nativitate *l.* 2. §. 6. *D. de decurion.*

Editio pro exhibitione spectaculi *l.* 5. *D. de pollicit.*

Editio actorum *l.* 2. *C. ut lit. pend.* instrumentorum *l.* 1. §. 2. *D. de edend.* precum *l.* 20. *C. de Leg. Cornel. de fals.* rationum *l.* 4. §. 4. *D. de edend.* Vid. supra *edere*.

Editio, præstatio, ut *Editio* operarum *l.* 50. *D. de oper. lib.*

EDITITIUS judex, ut Servius ad Virgil. *eclog.* 3. *v.* 50. ait, est quem una pars eligit.

EDITUS, US pro excrementis, vel stercore. Sic *éditus* bubum, quo in quibusdam provinciis pro lignis in foco utuntur *l.* 55. §. 6. *D. de legat.* 3. Columell. *lib.* 2. *c.* 15. verbo *edere* usus est eo significatu, dum ait: Avium primum stercorum habetur, quod ex columbariis egeritur, deinde quod gallinæ, ceterique volucres *edunt*.

EDUCARE alere est in *l. ult. D. de alim. & cib. leg. l.* 1. *C. de divort. fact.*

EDUCATIO παιδοτροφία vocatur in *l.* 5. §. 2. *D. de jur. immun.*

EDUCATOR *l.* 13. *D. de manum.* Ita vocatur, qui educat tenellum, alias nutritius, τροφεύς, ut in marmore: *Nutricio suo, & matri bene merenti.* Tales educatores parentum honore digni censebantur *l.* 1. *D. de obs. par.* Unde & mater, quæ in hoc marmore nutricio jungitur, nutrix videri potest, uti apud Plaut.

Plaut. *in Menæchm. prolog. v. 19.* Ita forma simili pueri, ut mater sua. Non internosse posset, quæ mammam dabat: Neque adeo mater ipsa, quæ illos pepererat. Et in illis Virgilii *Æn. 8. v. 632.* Et lambere matrem Impavidos: ubi manifesto mater, ut Nonius observavit, est nutrix. Vid. Coler. *parerg. c. 46.* Hein.

EDULIA *l. 6. §. ult. D. de offic. proconf.* ubi, *quæ edulium excedant usum.*

EDULITAS vocabulum nihili, quod nonnulli sibi reperisse videntur in *l. 17. D. de compensat.* ubi verba Papiniani ita legunt: *Ideo accusatus, quod arctiorem annonam edulitatis tempore præbuit.* Ita sane legendam putat Duarenus *lib. 1. disput. anniversf. c. 26.* per *edulitatem* intelligens donarium, seu largitionem principis, eam significationem vocis deprehendere sibi visus apud Lamprid. *in Alexand. c. 22.* Sec uti apud Lampridium non legitur *edulitas*, sed *utilitas*, quam lectionem omnes meliores editiones præferunt, ita in *l. 17. D. de compens.* Codex Florentinus habet *edilitas*, eamque lectionem Budæus, Alciatus, & Haloander restituerant, ut mirum sit, Duarenum, solo critices odio, quo mirifice flagrabat, inductum, fruge reperta glandibus vesci maluisse. *Hein.*

EFFECTUM neutro genere pro effectu in *l. 11. C. Th. de legat.* Ita & veteres, veluti Quinctilian. *lib. 8. Inst. or. c. 3. Ex caussis effectis, & similibus.*

EFFECTUS, *us*. Effectu in libris nostris idem ac re ipsa, facto ipso, ipsa re *l. 20. D. de usu & habit.* & *passim*. Hinc opponuntur *cum effectu*, & *prima ratione l. 2. §. 3. D. de hered. vel act. vend. cum effectu*, & verbo tenus *leg. 1. §. 1. D. quod. quisq. jur.*

Cum effectu, quod frustraneum non est. Hinc cum effectu accipere *l. 5. §. 1. D. ne quis eum qui in jus vocab.* Fraus *cum effectu* accipitur *l. 1. D. de statu lib.*

EFFERRE de funere dicitur, ut in *l. 6. C. Th. de sepulcr. viol. Nov. 2. præf. §. 1.*

EFFERVESCERE. *Qui in hoc tantum latuerit, quoad iracundia domini effervesceret l. 17. §. 4. D. de Ædil. edict.* ubi pro *efferverfceret* legendum esse *defervesceret* censet Heineccius, quod ita postulet sensus. At emendatione nulla opus est, siquidem ibi *quoad*, non pro *donec*, sed pro *quamdiu* ponitur. Vid. infra art. *quoad*.

EFFICACIA. Suam *efficaciam* ostendat, quid ejus instantia exactum fuerit *l. 9. C. Th. de executor.* Ita Ulpianus *l. 33. de usur.* in Curatore Reipublicæ requirit, ut non acerbum se exactorem, nec contumeliosum præbeat, sed moderatum & cum efficacia benignum, & cum instantia humanum. Eo sensu Senec. *de brevit. vit. c. 6.* Ausus est gratiam suam interponere tam efficaciter, ut quædam judicia constet ab illo rapta.

EFFICACITAS. *Novell. Theodos. & Valentin. de locis reip.*

EFFICACITER cum effectu *l. 6. C. ad. SC. Maced. l. 34. §. 5. D. de legat. 2. l. 27. §. 6. D. de pact. l. 61. D. de hered. inst.* & alibi.

EFFICAX Magisteria in *l. 2. C. Th. de quæst. magistr. offic.* nihil aliud est, quam magisteria, seu dignitas magistri officiorum, maxime actuosa. Eo sensu quo *Herculem efficacem* dixit Hor. *epod. 3.* Jac. Gothofr. *ad dict. l.*

EFFICERE jurisconsulti plerumque pro *facere*. *Effici* pro *fieri* usurpant, ut Efficitur debitor *l. 1. D. de auct. & consens. tut. l. 9. §. 7. D. de pecul.* Sunt & alia multa exempla. *Effectui* vero partus in *l. 14. D. de stat. hom.* est nondum perfectus. Donatus *in Terent. Andr. act. 1. sc. 5. v. 35.* Non perficere, sed conari velle aliquid ad scelus *effectio* est, etiam si non potest fieri. Hein.

Efficere cum infinitivo: Efficiet præses restitui *l. 2. C. quor. bon.* Efficit epistolam mitti *l. 38. D. de dol. mal.* Reliquas figuras notissimas omitto.

Efficere pro effingere. Pictores . . . ad efficiendos sacros vultus *leg. ult. C. Th. de excus. artif.* Quinctilian. *lib. 12. cap. 10.* Phidias Diis quam hominibus *efficiendis* melior artifex traditur. Equidem in *d. l. ult.* alii pro efficiendos, *effigiandos*, alii *effingendos*, ut in *l. 17. C. Th. de pœn.* alii denique *inficiendos* legi posse observant. Vid. Jac. Gothofr. *Comm. in C. Th. ad d. l. ult.*

EFFINGERE simulacra in *l. 17. C. Theod. de pœn.*

EFFLAGITARE debitores *l. 27. C. de pign.* interdictum *l. ult. C. de interd.*

EFFLUERE dicitur aqua *l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. & æst.* tempus *l. 9. C. de postlim.*

EFFODERE oculum *l. 52. §. 1. D. ad Leg. Aquil.* ossa, id est eruore *l. 8. D. de relig.* terminos, id est, lapides finium caussa positos evellere, & ejicere *l. 1. C. de accus.* thesaurum *l. 22. D. famil. ercisc.*

EFFORMARE monetam *l. 19. D. de Leg. Corn. de fals.*

EFFRACTOR dicebatur, qui vi fores, parietesvè insularum, horreorumve effringebat, ut inde aliquid surriperet *l. 3. §. 1. D. de offic. præf. vigil. l. 26. §. 5. D. de pœn. tit. D. de effract.* Effractarium dixit Senec. *Epist. 99.* Hinc

EFFRACTURÆ crimen *l. 48. D. de bon. libert.*

EFFRENATA licentia *l. 21. C. ad Leg. Jul. de adult.*

EFFUGERE dicitur deportatus, neutraliter l. 4. §. 2. *D. de re milit.* Alias effugere infamiæ notam *l. 2. D. de obseq. par.*

EFFUNDERE. Si vinum esset effusum, vel contusis vasis, vel qua alia ex caussa *l. 1. §. 1. D. de peric. & comm. rei vend.* *Effundere* sane de rebus liqui-

quidis dicitur. Unde *dejectum*, vel *effusum* in Edicto separantur *l. 31. D. de his qui effud.* Aliquando tamen & de aridis accipitur, ut *effundere* in flumen milium, vel frumentum *l. 27. §. 19. D. ad Leg. Aquil.*

Effundere pecunias indebitas, id est, jactare, vel prodigere *l. 25. pr. D. de prob.* qua notione etiam verbum *profundere*, & nomen *profusio* accipere solemus.

Effundere oculum. Si sutor puero parum bene facienti forma calcei tam vehementer cervicem percusserit, ut ei oculus *effunderetur l. 13. §. 4. D. loc. cond.* Gronovius *ad Senec. controv. lib. 1. p. 378.* monet ibi *suffunderetur*, aut, minori adhibita vi, *offunderetur*. HEIN.

EFFUNDI rescripta dicuntur in *l. 9. C. Th. de div. rescr. l. 5. C. de ædific. priv.* quemadmodum preces *fundi*.

EFFUSE quid interpretari *l. 1. C. de annal. except.* id est, late, prolixe.

EFFUSIO falsa *l. 2. C. de fals. monet.*

EFFUSUS, tractatus, id est prolixus *l. 5. C. de necessar. serv.*

EGERE, id est, alimentis destitui *arg. l. 5. §. 23. D. de agnosc. & alend. lib.*

EGERERE terram e sulphurariis *l. 50. §. 8. D. de furt.* rudera *l. 7. §. ult. D. de damn. inf.*

EGESTAS. In egestatem devolvi *l. ult. D. de bon. damnat.*

EGREGIATUS dignitas *l. 1. C. Th. de Cæsar. l. 1. C. Th. de murileg. l. 3. C. Th. de cohortal princ. cornic. l. 5. C. Theod. de decur.* quæ leges omnes inter se sunt conjungendæ. Vid. Du-Fresne *Glossar. hac voce*.

EGREGIORUM ordo *l. 1. C. Th. de honor.*

EJERATIO *l. 12. in fin. C. de judic.* jusjurandum, quo posse nos id, quod desideratur, præstare, negamus. Festus in *ejuratio* Vid. in *ejurare*.

EJCERE. *Ejecta* (navis) est, quod græci ajunt ναυαγεῖ *l. 3. §. 6. D. de incend. Dejectam* eodem sensu accipe in *l. 7. D. de Leg. Rhod.*

Ejicere, pro parere, vel partum effundere. Si mulier ictu percussa ejecerit *leg. 17. §. 22. D. de Leg. Aquil.* Equa *ejecit l. 39. D. eod. tit.*

EJURARE bonam copiam est jurare, sibi copiam non esse æris alieni dissolvendi. Cic. *lib. 9. ad famil. epist. 16.* Tu autem, quod mihi bonam copiam ejures, nihil est. Tum enim, quum rem habebas, quæstiunculis te faciebam attentiorem. Cujus loci auctoritate fretus Brissonius restituendum hoc verbum in Varrone monuit unius litteræ ademtione ibi decurtatum. Varronis enim *lib. 6. de lat. ling.* verba sunt hæc: Liber, qui operas suas in servitute pro pecunia, quam debeat, dat, dum solveret, nexus vocatur. Hoc C. Pipillio (Pœtilio) rogante, Sulla dictatore, sublatum, ne fieret, & omnes, qui bonam copiam jurarent, ne essent nexi dissoluti. Ubi sensus non constabit, nisi *ejurarent* legas, id est, si jurejurando negarent, sibi facultatem dari, eo se ære liberandi. Festus enim *lib. 5. ejurationem* significare ait, *non posse, id quod desideratur, præstari*.

ELECTIO canonica est alicujus personæ idoneæ ad dignitatem vel fraternitatem sive societatem ecclesiasticam, servata forma canonica, facta vocatio. In *tit. de decretal. de Elect.* traduntur regulæ, quomodo instituenda sit electio præficiendorum ad dignitates ecclesiasticas primarias, videlicet, Episcopatus, Prælaturas, & Abbatias, gaudentes præeminentia cum jurisdictione. Quod autem ad alias dignitates inferiores attinet, v. g. Præposituras, Decanatus, Prioratus &c. in quibus summa in Collegio præeminentia, aut jurisdictio deest, modus eligendi potius a consuetudine, vel statuto particulari locorum, quam a regulis juris communis dependet. Tempus faciendæ electionis determinatum fuit ab Innocentio III. in Generali Concilio, ubi jussit, ut Ecclesiæ non vacent ultra tres menses, nisi justum impedimentum intercesserit. Quod si elapsis tribus mensibus, ad instituendum actum electionis liberis, non fuerit sequuta electio, jus eligendi personam e gremio idoneam, aut si in gremio non reperiatur, exteram, devolvitur ad immediatum superiorem eligentium. Quod si etiam iste per aliud trimestre utile neglexerit nominare personam idoneam, jus electivum non quidem devolvitur ad alium immediatum superiorem superioris, ipse tamen superior negligens incipit substare correctioni, & censuræ illius, ad quem pertinet supplere neglientiam Prælatorum *c. 41. de elect.* Agenda electio est post sepulturam præcessoris, & invitandi sunt omnes, qui jure suffragii gaudent, ita quidem, ut etsi citatio facta fuerit ante mortem decessoris, ea reiteranda sit post mortem illius: alias electio interpellatione interposita declaratur nulla *c. 36. eod. tit.* De eo qui remotus est a loco electionis vid. *c. 18. eod. tit.* Forma electionis est triplex, videlicet (1) per *scrutinium*, de quo suo loco. (2) Per *compromissum*, quando plus quam dimidia pars capituli consentit in unum, duos, tres, vel plures ex gremio, vel aliunde nominandos, ut ille habeatur pro electo, quem compromissarii elegerint. (3) Per inspirationem, quando Electores sine scrutinio, aut compromisso quempiam per unanimem acclamationem, seu rogationem in electum designant. Vid. *c. 42. eod. tit.* Ad hoc autem, ut electio sit canonica, non sufficit, vota pro uno esse *comparative* plura, comparatione facta ad numerum votorum, quæ alius capitularis obtinuit, sed vota electi debent esse *absolute majora* comparatione facta ad numerum Capitularium, ita ut numerus votorum excedat

cedant dimidium numerum capitularium *d. c. 42. & c. 29. & c. 42. eod. tit.* D. Euſeb. Amort. *Elem. jur. can. lib. 1. tit. 6.*

Electio unius ex pluribus optio. *Electionis* legatum. Vid. *optio.*

ELECTRINA vaſa *l. 32. §. 5. D. de aur. arg. leg. Electrini* numi apud Lamprid. *in Alex. c. 25.* ubi tamen non *electrinus, ſed electreus* legitur, pro quo *numos electri* reſcribendum exiſtimat Salmaſ. *ad Hiſt. Aug. pag. 205.* Certior eſt locus Trebellii Pollionis *in Quinto cap. 14.* ubi *electrina patera* occurrit. *Hein.*

ELECTRUM. *Electri* nomen duobus modis accipit Pauſanias *Lib. 1. Eliacor c. 12. p. 406.* Electrum quidem (ait juxta verſionem latinam) ex qua materia ſtatuam Auguſti fecerunt, in Padi fluminis arenis rarum omninò repertu eſt, idque qui nacti ſunt, non temere magni æſtimant. Eſt alioqui electrum nihil aliud, quam argento permiſtum in metallo aurum. In priore ſignificatu nomen hoc accipiendum eſt apud Chryſoſtom. *orat. 79.* quæ de divitiis inſcribitur. Poſteriore vero ſenſu *electrum* uſurpatur *in l. 7. §. 8. D. de adquir. rer. dom. l. 4. D. de legat. 1. & §. 27. Inſt. de diviſ. rer.* Plin. *lib. 34. c. 4.* Ubicumque quinta argenti portio eſt *electrum* eſt. Scrobes eæ reperiuntur in Caria. Fit & cura electrum argento addito. Servius *in lib. 8. Æn. v. 402.* Secundum Plinium tria ſunt electri genera, unum ex arboribus, quod ſuccinum dicitur, aliud quod naturaliter invehitur, tertium, quod fit de tribus partibus auri, & una argenti. Quas partes etiam, ſi nativum reſolvas, invenies. Idem Plin. *lib. 9. c. 40.* Sicut teſtudines tingere, argentum auro confundere, ut electra fiant addere æra, ut corinthia. Dyoniſ. *Cæleſt. Hierarch. c. ult.* Το μεν ηλεκτρον ως χρυσοειδες αμα, και αργυροειδες: Electrum ſimul auri ſpeciem habens, ſimul argenti. Tertullian. *adv. Hermog. c. 25.* Electrum, licet ex auro & argento fœderatum, nec argentum tamen, nec aurum adpellabo, ſed electrum, a cujus habitu quid divertit, pariter a vocatu ejus recedit adpellationis, ſicut & conditionis proprietate. B. Gregorius *in c. 38. Jobi Comm. 2.* Electrum quippe ex auri argentique metallis miſcetur, in qua permiſtione quidem clarius redditur, ſed tamen fulgore auri recuperatur. Electris autem, id eſt, ſuccinis *pinguium* epitheton tribuunt Virgil. *ecl. 8. v. 57.* & Juvenal. *Sat. 6.* Ovid. *11. metam. v. 364.* Inde fluunt lacrymæ, ſtillataque ſole rigeſcunt. De ramis electra novis, quæ lucidus amnis excipit, & nuribus mittit geſtanda latinis. Utramque etiam electri ſpeciem perſtringit Joann. Tzetzes *Hiſt. Chiliad. 6. v. 68.* Electrum quoddam eſſe, inquiens, quod attrahat paleas, δακρυον δενδρωντι, quod eſt aliud ab electro, quod ηλεκτρον χαλκιζουσαν adpellat.

ELEEMPORIA, cura olei coemendi *l. ult. §. 18. & 19. de muner. & honor.* Ελαιωναι adpellabant curatores olei emendi gratia creatos *d. l. ult. §. 5. eod. tit.*

ELEMENTA turbare artibus magicis *l. 5. C. Th. de malef. & mathem.* Sed & prima artis alicujus principia *elementa* vocantur, ut in *§. 4. Inſt. procem.*

ELENCHI *in l. 34. §. ult. D. de aur. arg. leg.* Plinius de margaritis agens *lib. 9. cap. 35.* Et procerioribus, ait, ſua gratia eſt. Elenchos adpellant, faſtigiata longitudine, alabaſtrorum figura, in pleniorem orbem deſinentes. Hos digitis ſuſpendere, aut binos, aut ternos auribus feminarum gloria eſt. Sic & Juvenal. *ſat. 6. v. 457.* Auribus extenſis magnos commiſit elenchos.

ELEPHANTUS jumenti operam præſtat *l. 3. D. ad leg. Aquil.* Elephanti, quamvis collo dorſove domentur, nec mancipi ſunt, quoniam beſtiarum numero ſunt. Ulp. *tit. 19. §. 1.*

Ελευθερια. Liberalia ſtudia hoc vocabulo adpellant græci *l. 1. pr. D. de extraord. crim.*

ELICERE aquam ex caſtellis, aut ex ipſis formis *l. 2. C. Th. de aquæd.*

Elicitæ epiſtolæ *l. 45. C. Th. de decurion. Elicere* reſcriptum Paull. *1. Sent. 12. §. 26.*

ELICES ſunt ſulci aquarii *l. 1. §. 9. D. de aqu. & aqu. pluv.* Columell. *lib. 2. de re ruſt. c. 8.* & *lib. 11. c. 2.* Latinum eſſe hoc vocabulum, & ab *eliciendo* dictum probat Menag. *Amœn. jur. civ. c. 41. p. 411.* Servius *ad Virg. 1. Georg. v. 109.*

Elices ſulci ampliores ad ſecandos agros dicti. Feſtus: Elices ſulci aquarii, per quos aqua collecta educitur a liris. Add. Salmaſ. *ad ſcript. hiſt. Aug. p. 439.* HEIN.

ELIDERE, ſummovere, repellere *l. 4. C. de ord. cogn.* Sic actio dicitur exceptione elidi *l. 3. §. 5. D. de dol. & met. except.* & viciſſim actio replicatione *l. 21. §. 1. D. de pign.* pactum prius per poſterius *l. 27. §. 2. D. de pact.* Sic in jure canonico probationes *elidi* dicuntur *c. quoniam §. ſi vero ut lit. non conteſt.*

ELIMATUM *in l. 2. §. 11. C. de vet. jur. enucl.* eſt expolitum. Ita Elimata deſideria *l. 8. C. Theod. de leg. ut & decret. legat. Elimata* gloria *Novell. de Th. Cod.*

ELIMINARE extra limen projicere. Competitorem quinquennii poſſeſſor eliminat *l. un. C. Th. de quinquenn. preſcript.*

ELOCARE vectigalia *l. 9. §. 1. D. de vectig. & public.*

ELOGIUM præter vulgarem, ac notam ſignificationem accipitur pro titulo, vel cauſſa exheredationis *in l. 14. in fin. D. de lib. & poſtum. l. 1. §. 9. D. de Carbon. edict. l. 9. C. de ſuis & legit. her.* Cic. *pro Cluent. c. 48.* Quinctil. *lib. 7. c. 5.* & *Declam. 2.* Non eſt judices, quod nullum putetis ideo ad juvenis exheredationem adjectum elogium, quia

de

de scelere constaret. B. August. *lib. de comm. vit. clericor.* Ambos exheredavit, illum cum laude, istam cum elogio, id est, vituperatione. Utitur hoc vocabulo in eumdem sensum Apulei. *Apol. p.336.* Vetus glossarium.

Elogium, vituperatio, vel exheredatio, vel titulus cujuslibet rei.

Eodem modo & legatis & heredum institutionibus quandoque *elogium* adjicitur, ut *in l. 37. §. 2. D. de legat. 3.* Mævio fideicommissum reliquisse testatorem, Scævola proponit cum hoc elogio: *Mævio de me nihil merito dari volo*. Senec. *lib. 2. controv.* 8. Testamento omnium bonorum suorum reliquit Formosam heredem, & adjecit elogium, *quia pudicam comperi*. At Quinctil. *Declam. 325.* elogium vocat verba precaria de hereditate restituenda in hæredem collata.

Hoc amplius *elogium*, ut veteres Glossæ exponunt, textum malorum gestorum, quam notoriam dicunt, item ordinem criminum, & vitiorum significat. *Onera* in usu forensi & informationes dicimus *l. 6. D. de custod. & exhib. reor. l. ult. C. Th. de navicular.* Tranquil. *in Calig. c. 37.* Custodiarum seriem recognoscens, nullius inspecto *elogio*, stans tantummodo intra porticum mediam, a calvo ad calvum duci imperavit. Tertull. *Apoc. c. 44.* Vestros enim jam contestamur actus, qui quotidie judicandis custodiis præsidetis, qui sententiis *elogia* dispungitis. Tot a nobis nocentes variis criminum elogiis recensentur.

Imprimis, qui a non competente judice adprehensi ad suum judicem remittebantur, cum *elogio* mittebantur. Modestinus *in l. 3. D. de re mil.* Desertorem auditum ad suum judicem cum elogio præses mittet. Celsus *l. 11. §. ult. D. de custod. & exhib. reor.* illud a quibusdam observari solitum, refert, ut, quum cognovisset præses provinciæ, in qua crimen admissum erat, remitteret reum cum *elogio* ad eum, qui provinciæ præerat, unde is homo esset. Similiterque mandatis comprehensum, Marcianus *in l. 6. D. eod. tit.* refert, ut Irenarchæ, quum adprehendissent latrones, interrogant de sociis, & receptatoribus, & interrogationes litteris inclusas, atque obsignatas ad cognitionem magistratus mitterent, additque: *Igitur, qui cum elogio mittuntur, ex integro audiendi sunt*.

Elogium pro testamento morientis *l. 20. C. de jur. delib. l. 33. 35. C. de inoff. test. l. 3. Cod. de postum. her. l. 2. 3. C. commun. de manumiss.* & aliis locis.

Elogium etiam pro epitaphio, quod sepulcro incisum erat usurpat Cic. *in Pison. c. 29.* & *lib. 1. Tuscul. quæst. c. 14.*

ELOQUENTISSIMUS judex *Auth. Apud. C. de fid. instr.*

ELOQUIA sacra pro divinis litteris *l. 34. §. 3. in fin. C. de episc. aud.*

ELOQUUTA quædam sunt *l. 13. §. 16. D. de his, qui not. infam.* id est, expressa.

ELOQUUTIO. Quod magis intellectu percipi, quam *eloquutione* exprimi possit *l. 12. §. 2. D. rem. rat.* Ita enim legendum potius esse, quam cum Florentina *ex loquutione* censet Heinecc. *Eloquutio* pluralis *l. 12. D. ex test.*

ELUDERE accusationem *l. 11. §. 9. D. ad leg. jul. de adult.* actionem *l. 10. §. 8. D. quæ in fraud. credit.* compromissum *l. 30. D. de recept. arbitr.* definitiones judicum *l. 4. C. eod. tit. Eluditur* actor *l. 26. D. de noxal. act.*

ELUERE notam *l. 85. C. Theod. de decur.* Ita enim non abs re ibi pro *eruere* legit Jac. Gothofr. Eluere supplicium *l. 22. C. Th. de pœn.*

ELUGERE, tempus luctus explere. *Elugere* parentes, adgnatos, cognatos *l. 23. D. de his qui not. infam.* virum *l. 10. l. 11. §. 1. D. eod. tit.*

ELUSCARE, alterum oculum effodere *l. 5. §. ult. D. ad Leg. Aquil. l. 27. D. de pign. l. 3. l. 17. D ad exhib. l. 3. D. de condict. tritic.*

EMANCIPARE, per æs & libram vendere, & tradere, eo ritu, quem ex Caio describit Boeth. *in Cic. Topic. lib.* 8. Emancipari enim, ut Festus *lib. 5.* tradit, dicebantur tam liberi, qui ex jure patrio exibant, quam ea, quæ alieni dominii fiebant, quorum utrumque mancipatione fiebat. Hinc *emancipare* agros, prædia, fundos apud Valer. Max. *lib. 8. c. 6.* Plin. *lib. 10. epist. 3.* Suet. *in Othon. c. 4.* Sic & in marmore apud Reines. *Class. 7. Inscr. 21. p. 490.* Flavius Corinthus Ti. Claudio Primogenio *Columbaria n. 4. emancipat.* ubi Heinecc. Columbarium esse locum sepulcri, in quem mortuorum certus numerus inferri poterat, post Raph: Fabrettum *Inscript. c. 1. p. 10.* observat, additque sepulcra etiam mancipatione tradi consuevisse patere ex insignibus inscriptionibus apud Gruter. *p. 1081. & p. 956.* ceu pridem ostendit Frid. Brumm. *Comm. ad Leg. Cinc. c. 14. p. 207. seq.*

Quia autem liberi e patria potestate dimitti consueverant per trinam imaginariam venditionem, quæ itidem mancipatione, hoc est ære & libra adhibitis fiebat, hinc præcipue in libris nostris *emancipari* dicuntur liberi, ut *manumitti* servi, quoties e potestate dimittebantur. Ex quo intelligitur, quod ex *l. 3. §. ult. D. de capit. minut. l. ult. C. de emancip. §. 6. Inst. quib. mod. jus patr. pot.* ait Brisson. *Emancipari* neminem posse, nisi in imaginariam servilem caussam deductum: quod tamen jure novo est sublatum *d. §. 6. Inst.* Hinc

EMANCIPATIO actus ille olim solemnis, jure novo minus solemnis, & coram competente judice factus, quo liberi e patria potestate dimittuntur. Emancipatione pater familias constitutus *l. 15. D. quand. dies legator.*

EMANERE, diu abesse, ac tandem reverti *l. 3.*

§. 4.

§. 4. *D. de re milit. l.* 17. §. 4. *D. de ædil. edict.*

EMANSIO, delictum ejus, qui diutius, quam oportebat, a castris abfuerat *l.* 4. §. 4. *& 15. D. de re milit.* Levius autem est emansionis delictum, quam desertionis, sicut levius est erronis, quam fugitivi.

EMANSOR, qui diu vagatus ad castra regreditur *l.* 3. §. 2. *D. de re milit.* alias & remansor *in l.* 4. §. 13. *& l.* 5. §. 6. *D. eod. tit.* Unde emansorem a *fugitivo* tempore discerni, ait Claudius Saturninus *in l.* 16. §. 5. *D. de pœn.*

EMBAMMA ad intingenda obsonia conditum *l.* 9. *in fin. D. de contr. emt. l.* 9. §. 1. *D. de tritic. vin. ol.* cujus generis complura fuisse, nec ad eumdem gustum facta observat. *Hein.*

EMBATEUTICUM jus *l.* 3. §. 4. *D. de reb. cor. qui sub tut. vel cur.* ubi Ulpianus: Si jus emphyteuticum, vel *embateuticum* habeat pupillus, videamus, an distrahi hoc a tutoribus possit? & magis est, non posse, quamvis jus prædii potius sit. Est autem illud jus vere simile emphyteutico, & species ejus dominii, quod hodie vocant utile, veluti in agro vectigali, superficie, & si qua alia similia jura fuerint. Quin & ususfructus ad istud jus pertinere, & quia prædio inhæret, *jus prædii* dici, quumque saltim dominio proprietatis cedi possit, ejus distractio prohiberi potuit. Hesych. Ἐμβατεῦσαι, τὸ κατ' ἐκεῖν, καὶ καρπώσασθαι χωρίον, ἢ οἰκίαν, ἢ ὅλον τὸν κλῆρον ζητῆσαι. Ἐμβατεῦσαι est possidere, fructus percipere ex agro, vel domo, vel tota quadam hæreditate, vel ex iis adquirere. Hein.

EMBATHMUS. *Novell.* 112. *c.* 3. *er.* Κελεύομεν γὰρ, τοὺς ὀρδιναρίους, ἤγουν τοὺς ἐμβάθμους, μὴ μόνον ταῖς τῶν κηρύκων φωναῖς, ἀλλ' ἔτι μὴν ταῖς ἐδίκτων προτιθεμένων, ἀποκαλυπτομένων καλεῖν εἰς τὸ δικαστήριον. i. e. Jubemus etiam ordinarios judices, *embathmos* scilicet, non solum voce præconis, sed & edictis propositis unamquamque litigantium partem absentem in judicium vocare. Videtur autem *embathmus judex* esse *cum dignitate* Βαθμὸς enim græcis *gradus* est, & Phrynicho auctore, *in Can. Apost.* pro *dignitate* accipitur.

EMBLEMA, quod scyphis phialis, speculis, absidibus, vasisque ornatus caussa adjungebatur *l.* 17. *D. de aur. arg. leg.* Dixit Ulpianus accessiones ornandæ rei caussa adhibitas *l.* 19. §. 13. *D. de aur. arg. leg.* Ad ea respexisse videri potest Paullus, quum in *l.* 23. §. 5. *D. de rei vind.* ait: *Quæcumque aliis juncta, sive adjecta accessionis loco cedunt.* Nec non Florentinus quum *in l.* 29. *D. aur. arg. leg.* Si quando, ait, alterius generis materia auro, argentove injecta sit, utra utrius materiæ sit accessio, visu atque usu rei æstimandum. Emblemata utique adplumbata fuisse, & plumbata, non item ferruminatione juncta, argumento est, quod Paullus *in l.* 32. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* ea replumbari potuisse, scribit: Usus eo vocabulo est Cic. 4. *Verrin. c.* 24. Quod ad specula attinet, in iis emblematum usum quidam negant, emandandamque putant *l.* 3. §. 1. *D. de tritic. vin. ol.* Sed sine ratione hic turbas dare criticos, ostendit Bynkersh. 6. *obs. c.* 6.

EMBOLA *in l.* 11. *C. de SS. eccles. l. ult. C. de navib. non excus.* publicarum specierum, seu annonarum transvectionem significat, quæ quotannis ex Ægypto navibus illatæ Constantinopolim deferebantur ἀπὸ τοῦ ἐμβάλλεσθαι ταῖς ναυσὶ τὸν σῖτον, ut Justinianus *in edicto* 13. *c.* 4. §. 1. *&* 2. indicat, qui ibi ἐμβολὴν vocat σιτοπεμπείαν. Eaque est *Embola* felix *in Novell. Theod. de navil. ultr.* & *Embola* simpliciter *in Novell.* 143. *c.* 2. ubi definitur annua specierum transmissio, ut in condito, & ad militares sumtus habeantur.

EMENDARE moram, id est purgare *l.* 91. §. 3. *D. de verb. oblig.*

Emendare, castigare, vel coercere, ut *l.* 7. §. 2. *D. de minor.* Hinc.

XMENDATIO pro castigatione *in rubr. C. de emendand. serv. & de emendat. propinq.* *Emendatio* publicæ disciplinæ *l.* 1. *D. de offic. præf. præt.*

EMENDICATA dignitas *l.* 153. *C. Th. de decurion.* gratia *l.* 129. *C. Th. eod. tit.*

EMENSA stipendia *l.* 4. *C. Th. de re milit.* *Emensum* tempus *l.* 16. *C. Th. de pœn.*

EMENTITA professio *l.* 14. *C. de probat.*

EMERE veteribus erat accipere, vel sumere, ut Festus *lib.* 1. 5. *&* 16. scribit. Iisdem in emtione venditione adpellationibus promiscue utebantur *l.* 19. *D. act. emt.*

Emere proprie est rem certo pretio comparare. Bene *emere* est non tam a bono auctore, quam æquo & justo pretio emere. Cic. *lib.* 1. *ad Attic. Epist.* 43. Senec. *lib.* 6. *de benef. c.* 62. Nihil venditori debet, qui bene emit.

Emere in actione, quæ sub titulo de liberali caussa proponitur, sic accipiemus, etiamsi per alium quis emerit *l.* 22. *D. de liberal. caus.* Vid. infra *emti*, *emtio*, *& emtum.*

EMERETENSES, Lusitaniæ populus, qui juris italici erat *l. ult. D. de cens.*

EMERGERE dicuntur quæ in occulto quum essent, & laterent, ex post facto adparent. Sic *emergit* æs alienum *l.* 2. *D. de cond. indeb.* improbitas morum *l.* 8. *D. de confirm. tut.* inopinata servitus *l.* 1. §. 1. *D. de act. emt. vend.* utilitas publica *l.* 5. §. *ult. D. de injur.*

EMERITUS vocatur, qui impletis stipendiis labore militiæ solvitur *l.* 1. *C. de excus. tut.* *Emeritis* stipendiis *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam.* id est, expletis, ut loquitur *l.* 3. *D. de re mil.*

Emerita adpellantur præmia, & commoda militiæ finitæ *l.* 3. §. 8. §. 12. *l.* 8. §. 7. *D. de re milit.* & apud Sueton. *in Aug. c.* 33.

EMIGRARE dicuntur, qui ante finitum conductio-

ctionis tempus habitationem derelinquunt *l. 27. §. ult. l. 28. D. locat. l. 4. l. 5. D. de damn. inf.* Hinc *emigratio* inquilinorum *d. l. 28.*

EMINENTISSIMI viri *l. 11. C. de quæstor.* Eum titulum præfecti prætorio, & magistri militum ferebant *l. 1. C. de veteran.* nec non patricii *Constit. summa reip. §. 2. de Justin. cod. confirm.* immo & præfecti urbi *l. 5. C. de arbitr.* Eminentissimæ præfecturæ *l. 6. C. de tribut.*

EMISENORUM civitas, quam coloniam, & juris Italici Imperator Alexander Severus fecit, teste Paullo *l. ult. D. de censib.*

EMISSA manus pro exposita cautione *l. 15. D. de probat.* Emissio chirographi apud Cassiodor. 4. *var. c. 32.*

EMOLUMENTA *ab emoliendo* sunt vetusta rudera *in l. 19. C. Th. de oper. publ.*

EMOLUMENTUM actionis *l. ult. §. ult. D. quæ in fraud.* bonorum *l. 21. §. 1. D. de SC. Silan.* id est, lucrum, commodum, compendium.

Εμφανιστικα, quæ clerici novelli pro introitu dant veteranis *Novell. 56. præf. & c. 1.* Add. Meurs. *in gloss.* sub voce εμφανιστικα Hein.

EMPHYTEUMA pro canone emphyteutico *l. 32. C. de episc. aud.*

EMPHYTEUSIS id est dominium utile rei immobilis incultæ sub lege eam colendi, & annuum aliquod dandi. Vid. §. 3. *Inst. de locat. cond.* De utili dominio vid. supra in *dominium.*

EMPHYTEUTA *l. 2. l. 3. pr. C. de jur. emphyt.* qui prædium emphyteusi accepit. Adpellatur etiam Emphyteuticarius *in §. 3. in fin. Inst. de locat. & in l. 1. C. de jur. emphyt.* Sed &

EMPHYTEUTICARIUS ager dicitur emphyteusi datus *rubr. D. si ager vectig. vel emphyt.* Emphyteuticaria prædia *l. 3. C. Th. ad SC. Claud.* Emphyteuticarii possessores *l. 1. C. de collat. fund.*

EMPHYTEUTICARIUS ager *l. 15. §. 1. D. qui satisd. cog. fundus l. 2. C. de municip. & colon.* idem ac emphyteuticarius.

EMPLASTRUM, quo vulnera teguntur, curanturque §. 25. *Inst. de rer. divis.* Ea in instrumento medici esse, testatur Paullus *l. 18. §. 10. D. de instr. vel inst. leg.*

EMPOLA lucra negotiationes *in l. 69. D. pro soc.* At *in d. l. 69.* non occurrit hoc vocabulum, sed *epulæ*. *Si non convenerit, ut unus reliquis nundinas, id est, epulas præstaret.* Ibi vero Rad. Fornerius *lib. 3. rer. quotid. c. 28.* & Claud. Salmas. *obs. ad jus Attic. & Rom. c. 5. p. 158. seq.* rescribunt *empolas*, idque vocabulum ducibus Suida, & Scholiasta Aristophanis exponunt το της πραγματειας κερδος, η συναγωγην του κερδου, *lucrum negotiationis, vel collectionem ipsius lucri.* Sed vix intelligitur, quomodo tunc id vocabulum possit esse interpretatio nundinarum, *nundinas, id est, empolas*, & quomodo adversus hunc socium locus sit actioni venditi, quum nihil ei vendiderit? Hinc Jac. Constantineus *lib. 2. subtil. enod. c. 21.* aliam ingressus viam per *nundinas* intelligit res ad nundinandum necessarias, per *epulas* sumtum, qui in victum a sociis ad nundinas profectis erogatus fuisset, deinde legit, ad negotium dimitteret, pro *a negotio* dimitteret, pro id est, *iis &c.* Et hanc interpretationem tam contortam ipse elegantissimam in rubrica ejus capitis vocat, quum nec *nundinarum*, nec epularum significatio ista usquam in laudatis ab eo locis occurrant. Potius sequenda videtur Heraldi conjectura, qui *c. 3. emendat. & obs.* verba ista, *id est epulas*, pro inepti hominis glossemate habet, eoque exturbato, optimum esse legis sensum, erudite docet. Et sane non erat tam obscurum nundinarum vocabulum, ut interpretatione vel græca, vel latina indigeret, nec tam plana verba *epulæ*, vel *empolæ*, ut iis additis, lector, quid nundinæ sint, facilius intelligeret. Add. Pet. Burman. *obs. in Petron. c. 56.*

Εμπονημα *l. 2. C. de jur. emphyt.* græcis est, quidquid laboris, industriæ, operæ, & studii positum est in curatione agri. Vid. & *Nov. 7. 64. & 120.* Vulgo meliorationem vocant.

EMTI actio *l. 45. D. mand.* Ex emto actione is, qui emit, utitur *l. 11. D. de act. emt. vend.* ejusve heres *l. 10. D. eod. tit.* adversus venditorem *l. 19. §. 9. D. de captiv.* ejusve heredem ad ea præstanda, quæ ex hoc contractu debentur.

EMTIO, Hoc verbo omnem alienationem complexa est Lex XII. Tab. ceu observatur *in l. 29. §. 1. D. de statu lib.* Huicque convenienter ait Varro *de re rust.* In emtionibus dominium legitimum sex fere perficiunt hereditatis aditio, mancipium, in jure cessio, usucapio, aut si quid ex præda sub corona venit, aut si ex bonis, sectioneque publice venit. Vide supra *emere.*

Quin *emtionis* nomine apud veteres conductio continebatur, & mercedem sive pensionum *pretium* adpellabant. Ideoque Aggen. 2. *de limitib. mancipibus ementibus*, id est, conducentibus *in annos singulos.* Festus: Venditiones olim dicebantur bonorum locationes. Hinc Caius ad Edictum prætoris, quod est de publicanis, ait: Veteres in emtione venditione adpellationibus promiscue utebantur: Idem est in locatione conductione *l. 19. D. de act. emt. & vend.* Vid. Cujac. 9. *obs.* 15. qui pro *idem est*, reponit *id est*, ut sensus sit, ut in emptione, & venditionem & conductionem intelligerent. Alias, si cum Florentina legamus *idem est*, sensus erit: Veteres, ut emtionis, sic locationis verbo promiscue usos, ut alios contractus significarent; eoque pertinet, quod ibi Cujacius observat, fœnus videri esse locationem & conductionem, juxta illud Horatianum, *conductis numis*, id est, sumtis fœnori *quinas mercedes exegit*, id est, usuras.

Alias

Alias *emtio* venditio proprie est contractus de rei (non modo fructuum) dominio pro pecunia numerata transferendo. Hoc enim ex mente contrahentium fit, quamquam alias qui a non domino rem venditam accepit, non dominium, sed usucapiendi conditionem adquirit *l.* 73. *D. de usu. cap.* Dictum quoque *de rei ipsius*, non modo fructuum dominio ut est in locatione conductione. Est utique emtio venditio contractus consensualis, sed hoc definitioni non adjicio, ne ea vitio abundantiæ laboret. Emtio & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit *l.* 2. *D. locat.* nuda scilicet contrahentium voluntate *l.* 1. *D. de rer. permut.*

EMTIONI porro similis est litis æstimatio *l.* 3. *D. pro emtore*. Ex secunda emtione, id est, ex litis æstimatione hominem habere *l.* 21. §. 1. *D. de evict.*

Emtiones prædiorum, & *servorum* aliquando pro instrumentis emtionum accipiuntur, ut *in l.* 102. *pr. vers. idem quæsiit D. de leg.* 3. *l.* 12. §. 45. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 2. *C. quæ res pign.*

EMTOR. In edictum Aedilium curulium, etiam si quis permutaverit, dicendum est, utrumque emtoris, & venditoris loco haberi *l.* 19. §. 5. *D. de Aedil. edict.*

Emtor bonorum l. 29. *D. de reb. auct. jud. possid. & venund. l.* 1. *C. de hered. vel. act. vend.* & apud Cic. *pro Quinct. c.* 15. *pr. Inst. de success. quæ sieb. per bon. vend.* & ibi Theophilus. Apud Valerium Probum hæ notæ, B. E. bonorum emtorem significant, & inter juris notas ponuntur. Vid. supra *bonorum emtor*.

Emtor familiæ, qui, quoties testamentum per æs & libram concedebatur, hereditatem emebat, numo sestertio in libram injecto vel saltim eam se emere adsimulabat. Meminerunt ejus Justinianus *pr. Inst. de testam.* & ibi Theophil. nec non Ulpian. 20. *fragm.* §. 2. & 3.

Pro *emtore* titulus possessionis *l.* 13. §. 1. *D. de hered. pet.* Et hinc inter possessionum genera, & caussas numeratur *l.* 3. §. 21. *D. de adquir. vel amitt. possess.* Pro emtore possidet, qui revera emit. *l.* 2. *D. pro emt.* Contra pro emtore non possidet, qui non ex voluntate venditoris nactus est possessionem *leg.* 5. *D. de adquir. possess.* Qui vero pro emtore possidet, is & usucapit pro emtore. Hinc pro emtore dominium capere *leg.* 6. §. 3. *D. de precar.* usucapere *l.* 6. *l.* 11. *D. pro emt.*

EMTUM. Inter emtum & *paratum* (quæ verba in legatis uxori relictis usu frequentabantur *l.* 29. *D. de legat.* 3. *l.* 10. *D. de aur. arg. leg. l.* 81. *in fin. D. ad Leg. falcid.*) id interesse, ait Ulpianus *l.* 47. §. 1. *D. de legat.* 3. quod in emto *paratum* insit, in parato non continuo emtum contineatur. *Paratis* omnia continentur, quæ usibus attributa, destinata, uxorique adsignata: *Emta* vero ea sola intelliguntur, quæ propter ipsam emta fecit maritus, non quæ alia ratione adquisita ei destinavit *l.* 49. §. 1. *D. eod. tit.* Vide plura de horum verborum vi *in l.* 45. *l.* 46. *l.* 47. *l.* 49. *l.* 78. §. *pen. D. de leg.* 3. Vid. *infra paratum*.

EMUNDARE se dicuntur mulieres lotæ balneo *l.* 25. *D. de aur. arg. leg.*

Εν ἔργῳ, græcis idem, ac Latinis, *in ipsa re venerea l.* 23. *D. ad Leg. jul. de adul.* Ἔργον, ut & latinum *opus*, venereum vocabulum. Hor. *epod.* 12. *v.* 16. Plura notant viri docti *ad Petron. Satyr. cap.* 81.

Εν πλάτει, id est cum quadam latitudine *l.* 3. *D. de condict. triticiar.* vel ut res alibi exprimitur, cum quodam spacio, laxamento, & temperamento temporis *l.* 105. *C. de solut. l.* 4. *D. de vacat. & excus. mur.* &, ut alias, plenius vel latius non momentis temporis omnibus ad vivum resecatis. Itaque quod *in l.* 28. *D. de probat.* ait Paullus, satis esse hoc *ἐν πλάτει teneri* hoc idem in re simili pluribus verbis ita enunciat: Quum quæritur, an memoria exstet facti operis, non diem ac consulem ad liquidum exquirendum, sed sufficere, si quis sciat factum *l.* 2. §. 8. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.*

ENATA insula vel mari, vel in fluminibus *l.* 17. *D. de legat.* 3. seges, & stipula *l.* 46. §. 3. *D. de contr. emt.*

ENAVIGARE de civitate *l.* 122. *D. de verb. signif.*

ENCAUTERIA civitatum, & provinciarum pro tabulariis publicis *l.* 9. *Cod. de agric. & censit.* quæ sumpta est *ex l.* 8. *C. Th. de censu sive adsc.*

ENCAUTUM, vel *encaustum l.* 6. *C. de diverf. rescr. l.* 4. *C. Theod. de extraord. siv. sordid. mun. l.* 1. *C. Theod. de veteran.* In quo verbo error est *in l. un.* §. 1. *C. de collegiat.* Nam ubi vulgo *in cautis brevibus* legitur, scripti codices *encautis* dilucide habent. *Encautum* autem sacrum ex muricis, seu conchilii cruore compositum fuisse, docet *d. l.* 6. *C. de divers. rescr.* Unde & *ardor cocti muricis* vocatur *in l. pen. C. eod. tit.* Et exstant hodie Imperatorum Byzantinorum chartæ, quibus ipsi encausto subscripserunt. Exemplo esse potest aurea bulla Andronici, Palæologi, cujus subscriptiones rubri coloris notat Meibom. *Tom.* 1. *scriptor. rer. germ. p.* 476. ut jam prætermittamus, quæ Montfaucon. *in Palæogr. græc. p.* 2. *seq.* observavit. De modo encausti conficiendi egerunt Cujac. *in c.* 6. *X. de fid. instrum.* Panciorol. 1. *Var. lect. cap.* 28. & *rer. memorab. deperd. tit. de encausto*. Erat hæc scripturæ Principibus tam propria, ut privatis capitale esset, *sacri encausti confectionem habere, aut quærere, aut a quocumque sperare d. l.* 6. *C. de divers. rescr.* Aliquando tamen id jus encausto utendi concessum aliis legimus. Gregoras *lib.* 4. *Pater Andronico permisit, subscribere rubris litteris.* Sed & rectoribus provin-

vinciarum concessum encautum, vel *εγκεκαυμενον l. 4. C. Th. de extr. siv. sord. mun.* immo & veteranis ad describenda privilegia sua *l. 1. C. Theod. de veter.* An vero & hæ rubræ litteræ ex murice fuerint, merito dubitatur. Vid. Car. Du-Fresne *in glossar. hac voce.* & Jac. Gothofred. *ad d. leg.*

ENDO pro *in* non modo in XII. Tab. aliisque antiquioribus legibus, tum separatim, tum in compositione verborum, sed & inter Jurisconsultos præcipue satis diu usu servatum est. In Legib. XII. Tabular. fuit *endo jacito* pro *injicito*. Lucilius apud Non. c. 1. in voce *calvitur*. *Si calvitur, endo ferto manum.*

Endo eo (in jure) *vindicit* pro eum in jure defendat. Gell. *lib. 20. c. 1. endo plorato* pro *implorato*. Festus *sub voc.* & *endoplorato*. Testamentum quoque vetustissimum, quod procinctum parum accurate vocant Justinianus, & Theophilus §. 1. *Inst. de testam. ordin.* in glossis latinogræcis dicitur *endoprocinctu*, explicaturque *εξωπλισμενοι εν πολεμω*, *procincti in bello* apud Ulpian. *fragm. tit.* §. 1. *in procinctu*. Recte. Neque enim testamentum *procinctum*, sed qui id condebant, milites *in procinctu* erant. *Hein.*

ENIM. De hujus conjunctionis variis significationibus multa hic subtiliter potius ac argute, quam erudite disputant veteres, quorum vanas magnam partem observationes collegit Strauch. *in Lexic. particular.* Sic notant, *enim* aliquando esse *quia*, uti *l. 7. §. 16. D. de pact. l. 1. §. 15. D. de tut. & rat. distr.* aliquando *autem*, ut *l. 27. §. 4. D. de pact.* quum omnibus his locis manifesto vulgari hujus particulæ notioni locus sit. Quare magis e re fuerit, notare, *enim* aliquando, tamquam præpositivam particulam, initio orationis usurpari. Auctor *de Latinitat. veter. ictor.* aqud Duker. *p.* 330. hanc in rem citat *l. 17. D. quib. modo ususfr. vel jus. amitt.* At Du kerus nihil esse in ea lege, ait, in editione Gothofredi, quod huc pertineat. Et id quidem verissimum. Edidit enim Gothofredus: *Dum enim proprietatem adquirit*, quemadmodum vulgata: *Tu enim dum proprietatem adquiris.* At Florentiæ manifesto legitur: *Enim dum proprietatem adquiris, jus omne legati ususfructus amisisti.* Et sane id non caret exemplo, quamvis veteribus *enim* initio orationis positum plerumqne sit *enimvero*. Auson. Pomp. *de usu ant. loquut. lib. 1. c. 17. p.* 92. Taumb. *ad Plaut. p.* 447. Jo. Frid. Gronov. *ad Liv. lib.* 34. *cap.* 32. Hein.

ENIMVERO pro contra ea *l. 3. §. 1. l. 52. pr. D. de verb. obl.* & passim.

ENITI, parere, seu edere partum. Enixa quinque uno fœtu *l. 7. pr. D. de reb. dub.* Est alias *niti*, ut honestis testimonii adminiculis enitentes talium dignitatum privilegia, insigniaque meruerunt *l. 25. C. Th. de decur.*

ENIXÆ voluntatis preces *l. 77. §. 23. D. de legat.* 2. Enixam tuitionem præstare *l. un. C. Th. de quin. qu. præser.*

Ενορκω, adjuro *l. 5. C. comm. de legat.*

ENORME damnum *l. 1. C. si adv. pign.* dictum *l. 1. C. de emend. propinq.*

ENORMITAS, donationis *l. 4. C. de inoff. don.*

ENTHECÆ a Græcis vocantur prædiorum dotes *l. 2. §. ult. De instr. vel inst. leg. l. ult. C. de bon. proscript. l. 68. §. ult. D. de legat.* 3. Vid. supra arr. dos.

Isidorus. Hispal. *enthecam* græco nomine sermone repositam rei copiosæ substantiam adpellari tradit: & ita quoque Glossar. MSC. Ecclesiæ Parisiensis apud Car. Du-Fresne *in glossar. h. v.* In *l. 12. C. Th. de oper. publ.* legitur *enetecha* seu *enticha*, perperam pro *entheca*, ubi Gothofred. *in not. Entheca* est *αφομοιον*, & quidquid sepositum, conditum que usus & præsidii caussa. Hinc *entheca* populi Romani pro annona publica *l. 12. C. Th. de ep. publ.* pistrinorum *entheca* pro instrumento pistrinorum *l. 7. Cod. Theod.* de pistor.

Sed & naves *enthecas* dici apud August. *ad fratr. in eremo*, & Leontium *in Joann. eleemosyn.* idem observat Jac. Gothofr. ibid.

Ενθρονιστικα, inthronistica, cathedratica, quæ ab Episcopis dantur pro introitu *Nov. 123. c. 3.* Alias ipsius introitus vocabulo venit hæc pecunia. Vid. Du-Fresne *Gloss. voce introitus*.

ENUCLEATI casus, de quibus librum singularem scripsit Herennius Modestinus. Ex eo decerptæ *l. 33. D. ex quib. causs. maj. l. 15. D. de sponsal. l. 20. D. qui & a quib. manum. l. 29. D. ad Leg. Corn. de fals. l. 19. D. de adpell.* Hein.

Eo pro ibi *in l. 7. in fin. D. de ann. leg.*

Επαρχικα, collectio edictorum præfectorum prætorio perpetuæ jurisdictionis caussa propositorum *d. 2. C. de offic. praef. prat. Or. & Illyr.* Ev. Otto *Papinian. c. 14.* Vocabantur eadem edicta etiam *formæ generales d. l. 2. non normæ generales*, quod se in quibusdam exemplaribus legisse testatur Accursius. Græcis enim sunt *τυποι*, vel *γενικοι τυποι*, id est, generales formæ, vel generalia edicta sublimissimæ sedis *l. 16. D. de judic. l. 27. C. de fidejussor.* qualis *τυπος γενικος*, & hodie exstat *Nov. 65.* Solebant vero hæc edicta in certa volumina redigi, quæ & ipsa *επαρχικα* vocabantur, Cujac. *6. obs.* 10. & sæpenumero laudantur ab Harmenopulo, ut *lib. 2. tit. 25. §. 12.* Theod. Balsamone *in Nomocan. tit. 8. c. 13.* & in ipsis *Βασιλικων* libris, ceu jam observavit Suares. *Notit. Basilic.* §. 24. In Italia tamen paullo ante Justiniani tempora desiisse præfectos prætorio talia edicta, *τυπους γενικους* proponere, patet ex insigni loco Cassiodori 11. var. 8. *Hein.*

EPHESUS inter Asiæ metropoles ponitur *l. 4. D. de offic. procons.* ubi Proconsi. necessitatem impositam fuisse *των μητροπολεων* Ephesum primam attingere, Ul-

Ulpianus tradit. Sic Ephesi dari sæpe Romani stipulabantur ut ex *l.* 137. §. 2. *&* §. 4. *D. de verb. obl.* aliisque adparet.

EPHOLIA, seu *epholæ in l.* 20. *C. Th. de pagan.* Jac. Gothofredus *in Commentar. ad d. l.* existimat dici, quasi εφ' ὅλον ἐνιαυτὸν *in totum annum*, comparata obsonia, quemadmodum Græci eadem forma dicunt εφημερα, seu εφημερια *diurna*, επιμηνια menstrua. Sed his respondent επετει, επετεσια, επετειανα anniversaria, vel annua, nusquam vero eo sensu εφολια. Nihil ergo est hoc vocabulum, & exemplo destitutum. Quin, si habuissent Græci, non video, cur magis *annuum* significare debeat, quam *menstruum*, vel *diurnum*. Eodem enim jure, quod Jac. Gothofredus subintelligit ενιαυτον, unicuique liceret intelligere. εφ' ὅλον μῆνα, εφ' ὅλον ἡμέραν. Sed satis certum est *in l.* 20. *C. Th. de pagan.* non legendum esse *epholis, & sumptibus*, sed *epulis & sumptibus*, quod & ipse initio recte suspicatus est Gotfredus. Nihil notius, quam PH librarus sæpissime pro P. & hoc pro PH poni. Hinc *triumpus* pro *triumpho*, *Calphurnia* pro *Calpurnia*, & *symphosium* pro *symposio* apud Gruter. *inscr. p.* 578. *e.* HEIN.

Επιβατηγοι, naves, ab onerariis separantur, quippe vectoribus transvehendis destinatæ *l.* §. 2. *D. de exercit. act.* Sed & ναυ επιβατας quosdam memorat Ulpianus *l.* 1. §. *ult. D. naut. caup. stab.* qui vectores, & nautæ fuisse videntur? Naves autem επιβατηγοι vel επιβατιδες dicuntur απο τω αγειν τας επιβατας; quasi *vectorum ductrices*. Ant. August. *Emendat. lib.* 4. *cap.* 6. Laz. Bays. *de re naval. p.* 87. ac proinde non opus est crisi Guil. Budæi legentis επιβαται, quasi *naves scansiles*, vel aliorum rescribentium ευφρακτας απο τω εμφραττειν, ab *obturando*. Ναυτεπιβατης dicitur vector, qui ut nauli faciat compendium, inter nautas se adscribi patitur, operasque, consentiente magistro, pro naulo impendit. Vid. Cujac. *lib.* 27. *obs. c.* 31. Peck. *in l. ult. D. naut. caup. stab. n.* 5. Hein.

Επιβολη. Ita dicebatur ager sterilis, & a cultore desertus, qui aliis cohæredum, vel similis substantiæ possessorum agris adjicitur, ne quid publico depereat. Harmenop. *in adpend. lib.* 6. *tit.* 3. §. 29. Επιβολη εστι επιδοσις α πορω κτησεως προς κλησιν εις, η συντελεστας, η ομοχωρους, η ομακινους. Επιβολη *dicitur, quum exiguum aliquod prædium vel coheredibus, vel communicipibus, vel confinibus, ac contubernalibus datur*. Vid. *l.* 10. 12. *C. de omni agr. desert. Novell.* 128. *cap.* 5. *Novell.* 146. Plura de his επιβολαις Cujac. 4. *obs.* 30. Jac. Gothofr. ad *l.* 4. *C. Theod. de loc. fund. per emphyt.* Nic. Alamann. & Eichel. *ad Procop.* ανεκδοτα *p.* 12. *&* 285. *edit. Eichel.* & Frid. Hombergk. cum Vach. *in Novellas p.* 854. Hein.

Επιδημιαι, seu καταπλους, accessus, seu adventus ad urbem *l.* 4. *D. de offic. procos.*

Επιδημητικα hospitia, seu merita, seu hospitiorum designationes *rubr. C. de metat. & epidemet.* De iis plura Tabor. *Comment. de metat. cap.* 2. *sect.* 2.

EPIGRAMMA inscriptio in alicujus notam producta *l.* 5. §. 10. *D. de injur.* Contra poetarum, qui epigrammata scripserunt, maledicentiam vide, quæ scripsit Franc. Vavassor *de Epigram. c.* 10.

Επιμεληται apud Græcos vocantur curatores bonorum reipublicæ magistratibus constituti *l.* 46. §. 1. *D. de administr. & peric. tut.*

Επιμετρον, quod susceptoribus specierum supra, & præter modum dabatur a collatoribus, ad levandum dispendium, quod inter susceptionem, & erogationem necessario eveniebat. Jac. Gothofred. *paratitl. & ad l.* 15. *C. Theod. de suscept.*

EPISCOPALIA jura *c. monachis de præbend. c. conquerente de offic. ord. c. constit. in pr. de relig. dom.* inter ea processio pentecostalis receptio, & procuratio, & alia nota *c. cum olim c. auditis de præscript.*

Episcopalium rerum raptores excommunicantur, sicut raptores bonorum ecclesiæ *c. accusatio quoque causs.* 2. *quæst.* 7. *c. similiter causs.* 16. *q.* 1.

EPISCOPATUS dicitur culmen *c. Osias in fin. dist.* 61. *c. si per ordinarium dist.* 54.

Episcopatus duo per Papam uniuntur in unum *c. postquam Causs.* 16. *qu.* 1. & onus in duos per Papam dividitur *C. præcipimus ibid.*

EPISCOPUS, qui in municipio præerat pani, ceterisque venalibus rebus, quæ civitatum populis ad quotidianum victum usui erant *l. ult.* §. 7. *D. de mun. & honor.*

Episcopum. Hoc nomine juxta etymon veniunt & ipsi presbyteri *cap. legimus* 24. *dist.* 93. Eminentiori vero significatu alias dicuntur *Episcopi*, quorum ordo quadripartitus est, id est, in Patriarchis, Archiepiscopis, Metropolitanis, atque Episcopis *c. cleros* §. 1. *dist.* 21. Igitur qui in quarto hoc ordine ponuntur Episcopi, quique trium priorum ordinum episcopis subsunt, ipsi reliquis episcopis, seu presbyteris antecellunt, & simpliciter *episcopi* solent adpellari. Presbyteri enim unum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, Episcopum nominabant *d. c. legimus* §. 1. Definiri autem Episcopus ex mente juris canonici potest, quod sit summus sacerdos, qui in diœcesi sibi adscripta jure proprio in clerum & populum imperium sacrum cum omnibus speciebus subordinata exercet, & pontificalia peragit. Aliquando dicitur, quod Episcopus habeat personam Christi, & quod est ejus vicarius *cap. mulier* 19. *caus.* 33. *quæst.* 5. & dicitur legatus Dei *cap. sicut* 11. *caus.* 7. *qu.* 1. *c.*

in novo 2. *in fin. dist.* 21. Dicuntur Episcopi Christi legati, & patres spirituales *in Clem. de pœnit. c.* 1. §. *nec super hoc* itemque sacri *in cap. multoties extra de re judic.* & sunt fratres, & coepiscopi Papæ *cap. quia in tantum extra de præbend.* Episcopus in ecclesia & in consessu presbyterorum sublimior sedeat. Intra domum vero collegam se presbyterorum esse cognoscat *cap. episcopus* 10. *Dist.* 95. In quolibet loco sedens stare presbyterum non patiatur *cap. episcopus* 9. *dist.* 95. Olim idem erat presbyter, qui & Episcopus. Et antequam studia in religione fierent, & diceretur in populis: Ego sum Pauli, ego Apollo, ego autem Cephæ, communi presbyterorum consilio Ecclesiæ gubernabantur. Postquam vero unusquisque eos, quos baptizaverat, suos putabat esse, non Christi, in toto orbe decretum est, ut unus de presbyteris electus superponeretur ceteris, ad quem omnis ecclesiæ cura pertineret, & schismatum semina tollerentur. Sicut ergo presbyteri sciunt, se ex ecclesiæ consuetudine ei, qui sibi præpositus fuerit, esse subjectos, ita Episcopi noverint, se magis consuetudine, quam dispensationis dominicæ veritate presbyteris esse majores, & in commune debere ecclesiam regere *cap.* 6. *dist.* 95. Clerici non debent Episcopo operas serviles *cap. placuit causs.* 10. *quæst.* 3. Eo die, quo Episcopus celebravit, non debet sacerdos in eodem altari celebrare *cap. ult.* de *consecr. dist.* 2. Præsente Episcopo sacerdos, nisi de ejus mandato non debet populo benedicere *c. cum ad de consecr. dist.* 1.

Episcopus est præordinator in cunctis *cap. perlectis dist.* 23. Sine licentia Episcopi nullus presbyter in ejus diœcesi potest missam cantare, baptizare, vel similia facere *cap. cunctis causs.* 16. *quæst.* 1. & *cap. multis* nec potest ecclesiam, monasterium, vel oratorium ædificare *cap. quidam causs.* 18. *quæst.* 2. & *cap. seq.* & habet jurisdictionem in monasteriis religiosorum *cap.* 1. *ibid.* & in sua diœcesi ejus subjacent potestati *d. cap. quidam* ista tamen potestas quoad multos ordines, & religiosos est relicta privilegiis exemtionum summorum Pontificum.

Solus *Episcopus* honorem dare potest sacerdoti, solus vero auferre non potest *cap. episcopus dist.* 67. *c. felix causs.* 15. *qu.* 7. *& cap. seq.* Episcopi singuli in suis diœces. etiam sine conscientia Metropolitani possunt consecrare virgines, & ecclesias, ordinare clericos, erigere altaria in ecclesia consecrata, & chrisma conficere, baptizatos confirmare, reconciliare solemniter pœnitentes, litteras commendatitias clericis dare secundum Ray. no. *cap. quamvis dist.* 18. *cap. nullus presbyter dist.* 1. *de consacr. c. extraneo dist.* 71. *c. duæ sunt causs.* 19. *quæst.* 2. & anathematizare cum solemnitate *c. debent causs.* 11. *q.* 3. dividere unam ecclesiam in duas, & duas unire, & unam alii subjicere *cap. sicut unire de excessu prœl.* & vid in Cle. *de reb. eccl. non alien.* §. *ult.* & novas ecclesias erigere, & hoc quidem ex caussa facere possunt, non aliter, & requisitis his, quorum interest, & qui ex hoc lædi possent, etiam aliquando consensu eorum non accedente, ut ex *d. c. sicut unire*, *cap. ad audientiam causs.* 10. *qu.* 2. *cap. ult. causs.* 12. *quæst.* 2. & de unione, & divisione ecclesiarum facienda per episcopum, vide etiam in opere Dn. Oldra. *in lib. quæstion. disputatarum quæst.* 80. 85. & 208. Et possunt episcopalem synodum celebrare *cap. quando dist.* 38. & recedentes ab heresi reconciliare *tit. de hæret.* & canonem latæ sententiæ quoad suam diœcesim concedere *c. nullus causs.* 3. *q.* 3.

Episcopus potest ecclesiam parochialem facere collegiatam, & disponere, ut clerici licet seculares, vivant in communi, & sub uno tecto dormiant, & sic fuit obtentum in diœcesi Claromontensi per text. *in cap. quoniam de vita & honest. cler.* ut ibi refert Abb. Joann. Bapt. Castel.

Quam late pateat Episcopi jus, quod habet excommunicandi vid. *cap. si autem causs.* 9. *qu.* 3. & Papæ litterarum falsarium cujusque ordinis usque ad mandatum Pontificis incarcerandi *cap. in memoriam dist.* 19.

Episcopus licet possit in multis dispensare, ut est *in cap. dilectos de temper. ord.* & *in cap. si clericis* §. *de adult. tit. de judic.* & possit absolvere a juramento, & votis, & fidelitatibus, ut *cap.* 1. *de vot.* & *c.* quemadmodum. *de jurejur.* & *no. in cap. debitores eo tit.* & *cap. authoritatem Causs.* 15. *q.* 6. non tamen potest in integrum restituere quoad honores, nec quoad similia, nec infamiam remittere, quia nullo jure hoc cavetur. *not.* Hostiens. *in cap.* 1. *de re judic.* Sed licet Episcopus non possit dispensare super infamiam principaliter, potest tamen accessorie ad casum sibi permissum, ut super adulterio, & aliis minoribus criminibus, ut not. Abb. *in d.* §. *de adult. not. glo. in cap. item hi qui Causs.* XV. *qu.* 8. Abb. *in d.* 1. *de re jud.* IV. *Col.* Episcopus potest dispensare in omni crimine, nisi ipsi expresse prohibeatur a jure *cap. presbyter. dist.* 81. *cap.* 1. *in fin. dist.* 6. *de pœn.* & *cap. nuper circa fin. de sent. excom.* In quibus non potest dispensare, vide plene, & copiose per Inno. *cap. dilectos de temp. or.*

Episcopus non potest restituere depositum, sive degradatum, sed solus Papa *cap.* 2. & 3. *dist.* 50. quia nec præses provinciæ potest restituere in integrum, quem damnavit *l.* 1. *in fin. D. de qu. l.* 1. §. 10. *D. de postul.*

Episcopus clericum alterius diœc. nec recipere, nec ordinare potest sine consensu, & litteris sui Episcopi *tot. dist.* 71. & *cap. null. de temp. ord.*

An Episcopus possit compellere aliquem clericum

ad recipiendum ordinem, vel dignitatem *no. dist.* 74. per totum.

Episcopi in parochialibus ecclesiis debent presbyteros constituere *c. sane causs.* 16. *qu.* 2. *& cap. nullus qu.* 7.

Episcopus habet jurisdictionem ordinariam immediatam in tota sua dioecesi, licet sit ibi aliquis *prælatus* specialis, & sic concurrit cum quolibet prælato inferiori in jurisdictione exercenda, proinde non est gradus inter Episcopum, & Prælatos inferiores ipsi subditos, & sic est locus præventioni, ut *cap. pastoralis de offic. ord.* & ibi Abb. Vid. Barbos. in *cap. Apostolicæ de donat.* & potest in quolibet suæ dioec. loco non exempto pro tribunali sedere, caussas audire, & quæ ad ejus jurisdictionem pertinent, libere exercere *cap. cum episc. de offic. ord. lib.* 6. Ubi jurisdictionem habet temporalem, debet eam committere judici sæculari. Episcopus non potest indicere laico purgationem, nisi in crimine canonico, ita Inno. *cap. vos inter de pœn.* & illud dicitur ecclesiasticum, quod ecclesia servat suæ jurisdictioni, seu cognitioni, quod in sacris committitur. Jo. Bapt. Cast.

Episcopus in multis debet requirere consilium Clericorum suorum, scilicet in ordinatione clericorum *cap. episcopus. dist.* 23. & in caussarum definitione *c. si quis episc. causs.* 15. *qu.* 7. *c. si quid. dist.* 86. & in rerum ecclesiasticarum alienatione *cap. sine exceptione causs.* 12. *qu.* 2. *c. legimus dist.* 93. *& cap. alienationes causs.* 12. *qu.* 2. & in ecclesiasticarum rerum dispensatione *cap. Episcopus eccles. causs.* 12. *qu.* 1. & de hoc vid. in Sum. Gof. & Hostiens. *de his, quæ fiunt a præl. sine consens. cap.*

Episcopi auctoritate inferiores prælati possunt ad alias ecclesias transire *c. episcopus de loco causs.* 7. *qu.* 1.

Officiales Papæ de jurisdictione Episcopi non possunt se intromittere, nisi ex speciali commissione *c. pervenit Causs. XI. qu.* 1.

Episcopi accusati caussam Archiepiscopus cum suffragan. perquirere possunt, sed sine Papa determinare non possunt *cap. accusat. causs.* 2. *qu.* 6. Et cum multa discussione contra Episcopum debet proferri judicium *cap. accusatio causs.* 12. *quæst.* 7. Judices 12. quilibet Episcopus accusatus, si necesse fuerit, eligat, a quibus ejus caussa judicetur. Nec prius audiatur, aut excommunicetur, vel judicetur quam ipsi per se eligantur, & regulariter vocato ad suorum primo conventum Episcoporum, per eos ejus caussa juste audiatur, & rationabiliter discernatur. Finis vero ejus caussæ ad sedem Apostolicam deferatur, ut ibidem determinetur *cap.* 1. *causs.* 3. *qu.* 8. Inconsulto Romano Pontifice nemo potest Episcopum deponere *cap. accusatus* 5. *causs.* 3. *quæst.* 6. Episcopi etiam superioris nullam sententiam excommunicationis incurrunt, nisi de eis fiat expressa mentio *cap. quia periculosum de sent. excomm. lib.* 6.

Episcopus clericum alterius dioeces. nec recipere, nec non ordinare potest sine consensu, & litteris hujus Episcopi 71. *dist. per tot. & c. cum nullus de tem. ord. lib.* 6.

Nulli *Episcopo* sine licentia summi Pontificis licet suam ecclesiam derelinquere, vel ad aliam transire *cap. non oportet Causs. XII. qu.* 1. Exigente necessitate, vel utilitate suadente de licentia Papæ de sede ad sedem mutari possunt Episcopi *c. mutationes causs.* 8. *qu.* 1. Episcopus aliquando ad propriam instantiam absolvitur ab Episcopatu *c. ecce causs.* 8. *qu.* 1. *c. qualiter, & c. quamvis* Inconsulto Papa Episcopus non debet ire ad bellum *c. quo ausu causs.* 27. *qu.* 7.

Domus *Episcopi* debet esse circa ecclesiam, ut aptior sit contemplationi *c. episcopus dist.* 12.

Episcopus non potest successorem sibi in testamento instituere *c. petiisti causs.* 7. *qu.* 1. Sed de rebus propriis, vel acquisitis potest Episcopus testamentum facere, de aliis non, quia cedunt ecclesiæ *c. episcopus causs.* 12. *qu.* 2.

In primitiva Ecclesia Episcopi propter paupertatem recipiebant alteram partem oblationum *c. antiquos causs.* 10. *qu.* 1. postea tertiam partem *c. de his ibid.* postea quartam *c. quatuor causs.* 12. *qu.* 2. modo de oblationibus nihil debent recipere, sed aliis contenti esse *c. placuit. causs.* 10. *qu.* 4.

EPISTALMA in *l.* 3. *C. de quadrien. præscr.* id est missus, commissio principis per mandati subscriptionem. Quidam ibi ἐπίταγμα legunt.

EPISTOLA (in Pandectis Florentinis constanter *Epistula*, & litteræ, idem valent, ut adparet ex conjunctione *l.* 2. *D. de obl. & act. l.* 1. §. *ult. D. de contrah. emt. Epistola* utrum sit ejus, qui misit, an ejus, ad quem missa est, de eo vide *l.* 14. §. 17. *D. de furt.*

Epistolæ porro in libris nostris plerumque chirographorum, & cautionum vicem obtinent. Ejus enim rei gratia olim frequentissime emittebantur, multaque adeo per epistolas nomina fiebant. Patet hoc ex *l.* 14. 26. §. 1. *l.* 28. *D. depos. l.* 47. §. 1. *D. de pact.* & aliis. Hujusmodi autem epistolas qui scribunt, eas emittere, aut exponere dicuntur. Sed & aliæ conventiones *epistolis* conficiebantur. Sic *epistola* donationis *l.* 77. §. 26. *D. de legat.* 2.

Præcipueque codicilli *epistolarum* nomine sæpissime veniunt. Sic *epistola* fideicommissaria *l.* 37. §. 3. *l.* 75. *D. de legat.* 3. Add. *l.* 2. *l.* 37. §. 4. *C. Theod. de Testam. l.* 75. *D. ad SC. Trebell. l.* 38. *D. de cond. & dem.* Ex ea vero ratione codicilli recte dicebantur *epistolæ*, quia fere per modum epistolarum concipiebantur, præmissa formula epistolica, *Lucius Titius hæredi suo salutem*, vel τοῖς κληρονόμοις μου χαίρειν *l.* 56. *D. de fideic. libert. l.* 37. §. 2. *D. de*

legat. 3. *l.* 30. §. 1. *D. de adim. vel transf. leg.* & alias passim, uti ostendit ipse Brissonius de formul. *lib.* 6. *c.* 106. Synonyma autem veteribus erant codicilli, & epistolæ, veluti Ciceroni *lib.* 6. *ad famil. epist.* 18. *lib.* 4. *epist.* 12. Sueton. *in Calig. c.* 55. nisi quod proprie codicillorum nomine venisse epistolas, ad præsentes scriptas, observavit Just. Lips. *Inst. epistol. c.* 2. Hein.

Epistolas quædam sua opera inscripserunt Jurisconsulti. Sic earum *libros* 8. Proculeius scripserat, Javolenus *libros* 14. Pomponius *libros* 20. ut index Pandectis Florentinis præmissus testatur. Neratii etiam *librum* 4. epistolarum citat Ulpianus in *l.* 12. §. 35. *&* §. 43. *D. de instr. vel instr. leg.* Epistola ejusdem ad Aristotenem citatur *l.* 19. §. 2. *D. locat. cond.*

Epistolæ Principum eædem cum litteris, & rescriptis, ut adparet ex *l.* 5. §. 1. *D. de jur. immunit. l.* 9. §. 5. *D. de jur. & fact. ignor. l.* 1. §. *ult. D. de offic. quæst.* Quodcumque Imperator per epistolam, vel subscriptionem statuit *l.* 1. *D. de constit. princ.* §. 6. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* ubi Theophilus *epistolam* definit ἀντιγραφὴν βασιλέως πρὸς ἄρχοντας ἀναφορὰν περί τινος ἀμφιβόλου πράγματος γενομένην. *rescriptum principis*, *ad relationem magistratus alicujus*, *de re quapiam dubia emissum*: Inter Severi *epistolas* maxime celebratur illa ad Fabium Cilonem Præfectum urbi missa, quæ laudatur *l.* 1. *D. de offic. præf. urb. l.* 8. §. 5. *D. de pœn. l.* 6. *D. de interd. & releg.* eaque est, de qua sentit Ulpianus *l.* 1. § 3. *D. de leg.* 3. Hinc

EPISTOLARE rescriptum *l. un. C. Theod. si cert. pet. de chirogr.*

EPISTOLARES principis *l.* 32. *l.* 35. *C. de adpell. l.* 7. *C. Theod. de palatin. largit.* Hi in sacro auditorio acta excipiebant, ut adparet ex *l.* 36. *C. eod. tit.* Habebant enim Imperatores scrinium sacrarum epistolarum, ut ex *l.* 3. *C. de temp. adpell.* & aliis quæ infra dicemus, liquebit.

Epistolares chartæ *l.* 3. §. 10. *C. de pen. leg.* quæ penoris nomine etiam continentur.

EPISTOMIA, Vid. infra *epitomia*.

EPITIMIA in *l.* 21. §. 2. *D. de tut. & cur. dat.* pro quo perperam ἐπιθυμίαν legunt, interpretanturque *voluntatem* testatoris, ubi contra legendum, *manente* ἐπιτιμίᾳ, id est, *integra existimatione*, uti loquitur Ulpianus *l.* 3. §. *ult. D. de suspect. tut.* Suidas *Tom.* I. *p.* 837. Ἐπιτιμία, εὐπορία, ἢ ἡ μὴ ἀτιμία. Κεφάλιος ῥήτωρ, ὁσάκις αὐτὸν κινδυνεύοντα περὶ τῆς ἐπιτιμίας, ἢ τῆς πατρίδος, ἢ τοῦ βίου παντὸς διεσώσατο. Ἐπιτιμία est rerum copia, vel dicitur de eo, cujus existimatio salva est, vel cui nulla infamiæ nota inusta est. Cephaleus orator: Quoties eum de bona existimatione, vel de patris, vel de tota vita periclitantem servavit? Præter Alciatum id vidit Ferrandus Adduens. *Explicat. lib.* 1. *p.* 535. *Tom.* 2. *Thesaur. jur.* Hein.

EPITONIA in *l.* 17. §. 8 *D. de act. emt.* ubi adhuc corrupte *epistomia*. Quo errore etiamnum laborant Frontini *de Aquæductib.* libri, & Senecæ *Epistol.* 86. Sunt vero *epitomia* non rotæ mechanicæ, quæ funibus intenduntur ad exprimendam aquam, uti suspicatus est Scaliger *ad Varron. lib.* 3. *de rust. c.* 5. sed rostra, aliaque qualiacumque fistularum capita, quibus effluens aqua in arctum cogitur, stringuiturque, uti ostendit Bynkersh. *lib.* 5. *obs. c.* 9. Hein.

EPULARI. Quod ad epulandum in ministerio habuit, id est, ad esum, & potum *l.* 19. *D. de aur. arg. leg.*

EPULAS sociis præstare *l.* 69. *D. pro soc.* ubi embolas legendum supra dictum est art. *empola*.

EPULUM facere municipibus *l.* 17. *D. de cond. & dem.* Ad epulim relictum civitatibus *l.* 122. *D. de legat.* 1. De talibus epulis municipibus legatis disserunt Brisson. *de Formul. lib.* 7. *c.* 55. & Guil. Forner. *Selection. lib.* 2. *c.* 21. Vivi etiam ob varias caussas epulas, & cœnas dederunt, ceu patet ex variis exemplis apud Gruter. *insc. p.* 174. 8. Reines. *Class.* 1. *inscr.* 99. *Class.* 6. *inscr.* 22. *&* 32. *Class.* 4. *inscr.* 7. Hein.

EQUA. Equis pro *equabus* dixit Ulpianus *l.* 2. *D. de extraord. dignit.* & Modestinus *l.* 49. *D. de usur.* Sed hanc declinationem nec Varronem, nec Plinium adspernari docet Voss. *lib.* 2. *de analog. c.* 4. Gein.

EQUESTRIS dignitas *rubr. C. de equestr. dignit.* militia *l.* 43. *D. de milit. testam.*

EQUINUM pecus *l.* 2. *C. Theod. quib. equor. us.*

EQUITARE in equo *l. ult. D. ad leg. Aquil.*

EQUITES Romani ex indigenis, & civibus Romanis, vel peregrinis eliguntur *l.* 1. *C. de equestr. dignit.* secundum gradum post clarissimatus dignitatem obtinent *d. l.* 1. *C. eod. tit.* Vid. art. *agentes in rebus*.

EQUITIUM armentum equorum *l.* 1. §. *ult. D. de rei vind. l.* 12. §. 4. *D. de us. & habit. l.* 70. *D. de usufr. l.* 39. *de usur. l.* 19. §. *ult. D. de instr. vel instr. leg.*

EQUUS. Equi agminales *l. ult. D. de mun. & hon.* canonici militares diœceseos Africanæ *l.* 3. *C. Theod. de equor. collat.* circenses *l.* 1. *D. de mun. & hon.* curatoricii *l.* 29. *Cod. Theod. de annon. & trib.* qui curatoricio nomine flagitantur *l.* 2. *C. Th. de eq. coll.* quorum meminit Cassiodorus *lib.* 4. *var. c.* 47. id est, ad continuos cursus constituti, ut loquitur idem Cassiodor. *lib.* 1. *c.* 29. curules *rubr. C. Th. de equ. curul.* Græci *l.* 2. *C. Th. eod. tit.* In his præstantissimi Asturcones Macedonici, qui cur *Asturcones*, vel *Asturici* adpellati sint, disquirit Jo. Frid. Gronov. 2. *obs.* 10. Equi Hermogeniani, vel palmati *l. un. C. Th. de equ. curul. l. un. C. Th. & Justin. de greg. domin.* Non tamen idem *Hermogeniani & palmati*, seu *palmatiani*. Illi nomen tulerunt ab Hermogene Pontico circa annum 358. defuncto, qui

qui quum in Ponto, ubi *divinos equos gigni*, dixit vetus Geographus a Jac. Gothofredo editus *c.* 20. prædia haberet, in iisque numerosos aleret greges equorum, ad cursum publicum, & circi voluptates vel maxime idoneorum, eorum fœtum equorum Hermogenianorum nomine venire, vidit. *Palmati*, vel *Palmatiani* nomen tulerunt a Palmatio Cæsariensi, πανυ πλουσιω, admodum divite, cui villa Andanilis prope Tyana in Cappadocia magnum generosissimorum equorum proventum dedit, teste Hesychio Illustrio *c.* I. De utrisque ex instituto Reines. *ad inscr. p.* 71. Laudantur porro *equi Hispanini* sanguinis *l.* I. *C. Th. de eq. curul.* Hi, uti hodie maximi fiunt, ita jam olim celebrati sunt, maxime vero Enfrasiani, *quorum laudem longinqua penetrasse*, scribit Symmach. *lib.* 4. *epist.* 63. *&* 64. & *laudiciani*, quorum illi ab *Eufrasio*, hi a *Laudicio*, Hispaniæ præsidibus, dicti videntur laudato Reinesio *p.* 71. *Equi* publici, quos equites Romani merebant, quosque legitimos adpellat Ovid. 3. *Fast. v.* 130. Equo publico honorari, Ulpian. *tit.* 7. §. 1. transvehi *l.* I. *D. de in jus voc.* De sollemni *transvectione* equorum singulari dissertatione egit Jo. Erard. Kapp. Equo vero publico donari, Caio est idem, ac equestris ordinis fieri in *l.* 43. *D. de don. int. vir. & ux.* Add. Cujac. 21. *obs.* 9. Marqu. Freher. *Verosimil. lib.* 2. *c.* 18.

ERADERE titulus inscripto monimento Paull. I. *sent.* 21. §. 8.

ERADICATIO differt ab excommunicatione *c. notandum in fin. causs.* 24. *qu.* 3. *& c. quorumdam de elect. lib.* 6. per Archidiac. super verbo *nervo*, ubi dicit, quod eradieatio est sine spe restitutionis perpetua exterminatio. Excommunicatio vero est disciplina non eradicans *cap.* I. *de sent. excomm. lib.* I. Sinite utraque crescere, ne volentes forte eradicare zizaniam, eradicetis & triticum *Matth.* 13. *& c. nolite Causs. XI. qu.* 3. *& causs.* 23. *qu.* I. *in pr. & c. quantus causs.* 9. *qu.* 4. *& c. quidam ibid. & c. notandum causs.* 23. *qu.* 3.

ERCISCERE *familiam* verbum antiquum, & decemvirale, quod ex XII. Tabulis in usum venit, hæreditatem dividere significat. Nam, ut Caius scribit, Familiæ *erciscundæ* actio proficiscitur ex Lege XII. Tabularum *l.* I. *D. fam. ercisc.* Cic. *lib.* I. *de orat. c.* 56. *Nec, si parvi navigii, & magni, est in gubernando eadem scientia, idcirco, qui erctum cieri oporteat, nescit illum erciscundæ familiæ caussam agere non possit*. Quo adludens Apuleius *lib.* 6. *de asino aur. p.* 186. Sic nos, ait, diversa tradentes, & in caussa finali de proprietate soli, immo vix *erciscundæ* contendentes. Idem *lib.* 9. *pr.* 229. Nec *erciscundæ* familiæ arbiter. Cujusmodi arbiter alias dividendæ hæreditatis, alias familiæ dividendæ caussa arbiter dicitur. Vid. supra art. *arbiter.* Festus, *Erctum*, patrimonium nondum divisum. Servius in *lib.* 8. *Æn. v.* 642. Ut est in jure *ercto*, *non cito*, *id est*, patrimonio, vel hæreditate nondum divisa. Nimirum ut *arcere* Festo est continere, unde & arcus in ædificii dictus est, quia se ipsum continet, ita, quia parsimonia quidquid ad perdendum, dilapidandumque ducit, strenue arcet, sed & eadem, quidquid rei familiaris nascitur, studiose coerceret, atque continet, fit inde *erectum*, *familia*, bonorum universitas, hæreditas. Est autem ab *erceo*, *ercitum*, *& erctum*, ut a *paco*, *pacitum*, *& pactum*. Ab his vocibus *erctum*, vel *herctum*, & *citum* descendit illa *erciscere*, quod non est simpliciter *dividere*, sed *inter hæredes*, *& consortes dividere*. Quamvis enim, ut eruditissimo Vossio in Etymologico dudum est observatum, a solo *herceo*, potuisset fieri *hercisco*, ut ab *apio*, *apiscor*, a *fruor*, *fruiscor*, verius tamen est, illud *cisco* esse a *cio*, ut ab *scio*, *scisco*, ab *hic*, *hisco*, adeoque *ercisco*, vel *hercisco* esse *herctum cio*, sive *cisco*. Nec adeo quidquam incommodi latet in ista loquutione *familiæ erciscundæ actio* vel *judicium*, cum significet illud juris remedium, quo imploratur judex, ut familiam, sive omnia hominis bona, ut herctum, comparsum, nunc vero inter plures consortes dividendum, servata æqualitatis ratione, reapse dividat; ut adeo Tribonianus Salmasio in Exercit. Plin. gd Solin. *p. m.* 891. absque caussa vapulet, qui scriptum fuisse in veteribus libris familiæ *ercticiscundæ*, illud autem a Triboniano in *familiæ erciscundæ* contractum, corruptumque esse contendit, a Jac. Gothofredo notatus, & Festi in voce *erctum*, *citumque* auctoritate confutatus. Vid. Gebaver. *diss. de Hercto cito ob inæqualit. in melius reform.* §. I. *& seq.*

ERMODICIUM desertionem inchoatæ litis accipimus *l.* 7. §. *ult. D. de minor. l.* 13. *D. jud. solv. l.* 13. §. 3. 4. *C. de judic. Novell.* 64. Verbum απο της ερημου δικης compositum est, quod *desertam litem* significat, qua loquendi figura utuntur Papinianus *leg.* 31. §. 2. *D. de negot. gest.* & Paullus *l.* 54. *D. de re judic. l.* 11. *D. judic. solv.* Ερημην autem δικην Hesychius, & Græci interpretes exponunt μονομερη αγωγην οταν μη απαντησας ο δικαζομενος καταδικασθη. Hujusmodi enim judicia tantum uno ex litigatoribus constant, ut in specie *l. ult. D. ad SC. Trebell.*

EREPTITIA hæreditas, vel legatum *ereptitium*, quæ tamquam indignis auferunt. Ea olim populo adquirebantur, postea fisco *l. un.* §. 12. *C. de caduc. toll. l.* 9. §. 2. *D. de his, quæ ut indign.* Aliquando tamen ereptitia in hæreditate subsistunt. Ulp. *fragm. tit.* 19. §. 17. De iis ex instituto egit Heinecc. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. Popp. lib.* 3. *c.* 7.

ERGA aliquando pro adversum, vel contra, ut in *l.* 7. *C. de reb. cred.*

ERGASIOTANORUM mentio est in *l.* 5. *C. de episcop. aud.* Hotomannus legit *ergasticorum*, id

T 4 est,

est, *fabrorum*, qui publicis operibus præsint, vel curatores operum publicorum. Alii *ergasiotarum* malunt cum Leunclavio: Alciatus ἐργασίας ταμειων reponit, interpretaturque annonæ principalis dispensatores *lib. 3. dispunct. c.* 18. Dionys. Gothofredus *in not. ad d. l. 5. litt.* 1. rescribendum censet *ergositonarum*, id est, præsides, qui frumentum Alexandriæ comparabant. Σιτώνης enim est, qui frumento comparando præest *l. ult.* §. 5. *D. de mun. & honor.* Inde ἐργοσιτῶναι, qui frumentariis illis, seu frumenti curatoribus præpositi erant. Quam conjuncturam probabilem fatetur Car. Du-Fresne in *glossar.* sub voce *ergatecus*. Cujacius tamen *lib.* 13. *obs. c.* 2. retinet lectionem vulgatam, neque aliam Accursius substituit, in eo tamen falsus, quod per eos damnatos ad metalla intelligit, reprehendente Alciato *in dispunct. l. c.* Brissonius legit *ergasiotariorum*, & ita dictos censet artifices, & operarios Alexandriæ quosvis, præunte Jac. Gothofredo *in Comm. in l.* 1. *C. Th. de Alexandr. pleb. primat.* Nam ἐργασιώτας artifices vocant ab ἐργαστηριώτης, *ergasiotarius*, ut a græco λινυφὸς linifarius *l.* 16. *C. Th. de muril.* a græco παράβολος, *parabolarius*. Firmico *mathes.* 8. Quocumque vero modo refigas vocabulum *ergasictani*, sive *ergasiotarii*, fuere corporati civitatis Alexandrinæ, ceu luculenter docuit Cujac. 23. *obs.* 3. Hinc Dioecetæ *Ergasiotanorum* sunt curatores corporatorum Alexandrinorum. Διοικητὰς enim dictos esse curatores ex *Novell.* 128. *c.* 16. probavit Pet. Burg. *in electis. c.* 3.

ERGASTERIUM taberna mercimoniis deputata *l.* 2. *C. de meeat. & epidemet. l.* 42. *C. Theod. de oper. publ. Nov.* 18. & 59. *l.* 2. *C. de epist. & cler.* Ergasterio itaque præesse, & adhærere mercatores dicuntur *l.* 26. *C. de usur. l.* 1. *C. de negotiat. l.* 12. *C. de cohortal.*

Sed & quævis officinæ opifica ἐργαστήριον nomine venire videntur *l.* 1. §. 4. *D. de via in publ.*

ERGASTULUM, & pistrinum junguntur *l.* 15. *C. Th. de accus. & inscr.*

ERGO. Alias illationis, sed in *l.* 3. §. 47. *v. ergo Sabino. D. de orig. jur.* digressionis nota.

Ἐργολάβος, operis conductor, vel redemptor *l.* 1. *C. de municipal.* Vid. Ferrand. Adduens. *Explic. lib.* 2. *p.* 573. Hein.

Ξυλίνου *l.* 70. §. 9. *D. de legat.* 3. est lana de ligno, quam lanæ legaro contineri, ait Ulpianus. Colligebatur hæc lana ex planta lanigera, quæ ξυλο itemque γναφαλιον & *gossypium* dicebatur. Plin. *lib.* 19. *c.* 1. De hoc lanæ, immo & lini genere, cujus uberrimus proventus apud Arabas, Ægyptios, & Indos fuit, copiosissime egit Claud. Salmas. *Exercit. Plin. Tom.* 2. *p.* 997. *seq.* Hein.

ERIPERE. Ereptus ab hominibus princeps, id est, mortuus *l.* 56. *D. de legat.* 2.

Eripi quandoque dicitur, quod aufertur quasi ab indigno, aut alias fisco vindicatur. Sic *eripi* dicitur hæreditas paterna hæredi filii, qui patris sui testamentum aboleverit *l.* 26. *D. ad Leg. Cornel. de fals. eripi* quadrans, & ad fiscum transferri *l.* 49. *D. de jur. fisc. eripi* tertia pars bonorum convictis Paull. 5. *Sent.* 26. §. 3.

ERODERE: Erosa pecunia in *l.* 102. *pr. D. de solut.* legit Forcatul. in *Necyom. Dial.* 6. Sed probum est *arosa*. Vid. supra hac voce.

EROGARE impendere, distribuere *l.* 312. §. *ult. D. de legat.* 1. Interdum est præstare, ut *l.* 32. §. 6. *D. de administr. & peric. tut.* Aliquando dare, largiri, ut *erogare* per codicillos *l.* 4. *D. de Leg. Cornel. de fals.*

EROGATIO pro impensa, sumptu *l.* 9. §. 2. *De reb. auct. jud. possid.*

Erogatio annonæ militaris, id est distributio *rubr. tit. C. de erog. milit. ann.*

Erogatio, præstatio, ut erogatio annua *l.* 10. *D. de ann. leg.*

EROGATOR, qui erogationem militaris annonæ singulis militibus admetitur *l.* 16. *pr. C. de erog. milit. annon.*

EROS servi nomen *l.* 13. §. *ult. De fideic. libert. l.* 112. §. 1. *D. de verb. obl. l.* 3. *C. sol. matrim.* Si plures sint ejusdem nominis servi, puta plures Erotes *l.* 5. §. *ult. D. de rei vind.* Add. Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 179. *seq.*

ERRO a fugitivo differt *l.* 1. *l.* 4. §. 3. *D. de Ædil. edict.* Eum definiebat Labeo pusillum fugitivum, & ex diverso fugitivum magnum erronem esse. Sed proprie, ait Ulpianus, *erronem* sic definimus, qui non quidem fugit, sed frequenter sine caussa vagatur, & temporibus in res nugatorias consumtis serius domum redit *l.* 17. §. 14. *D. de Ædil. edict.* Cui definitioni congruit locus Horatii 2. *Serm. sat.* 7. *v.* 112. *seq.* Non horam tecum esse potes, non otia recte ponere, teque ipsum vitas fugitivus, ut erro. *Erronem* autem non secundum propositionem mentis solum, sed cum aliquo facto oportet intelligi *l.* 225. *D. de verb. signif.*

Et ita *erronis* nomen in Edicto Ædilium Curulium, & Ædiliciis stipulationibus accipitur. Ex eo enim edicto *erronem* non esse servum, promittebatur *l.* 1. *D. de Ædil. edict. l.* 16. §. *ult. l.* 32. *D. de evict. l.* 31. §. 3. *D. de donat. int. vir. & ux.* At in edicto de fugitivis *fugitivus*, & *erro* promiscue accipiuntur *l.* 1. §. 5. *D. de fugitiv.*

Sunt etiam *erronibus* similes *emansores* milites, de quibus Menander in *l.* 4. §. 13. *D. de re milit.* Levius delictum emansoris habetur, ut *erronis* in servis, desertionis gravius, ut in fugitivis. Quin & *errones* aliquando vocantur, Plin. *lib.* 2. *epist.* 10. Nisi retrahes in corpus quandoque, ut errones.

ERROR, & ignorantia tantumdem valent, erroremque facti, & *ignorantiam* promiscue jurisconsulti dicunt,

dicunt, ut adparet ex *l.* 8. *D. de jur. & fact. ignor.* conjuncta cum *l.* 2. 4.9. §. 2. *D. eod. tit.* quamquam alias *error* sit judicantis, ignorantia nescientis. Error autem juris est, qui versatur circa dispositionem legum, veluti si scias pupillum esse, putes tamen, pupillis licere res suas sine tutoris auctoritate administrare *l.* 2. §. 15. *D. de procur.* Error facti versatur circa id, quod evenit. Ita *in facto* errat, qui nescit, decessisse eum, cujus bonorum possessio defertur, aut qui forte expositus, quorum parentum sit, ignorat, vel serviat alicui, putans se servum esse, vel si sciat quidem, alii debitam esse bonorum possessionem, nesciat autem, ei tempus præterisse bonorum possessionem. Item qui nescit esse tabulas *l.* 1. *D. de jur. & fact. ignor.* Alienim autem facti error tolerabilis est *l. ult. D. pro soc.*

Error intolerabilis quis dicatur, Vid. *c. per tuas & c. solet de sent. excomm.*

ERUBESCERE. Erubescat testator *l.* 28. *C. de testam.*

ERUDIRE puerum *l.* 27. *D. de rei vind.*

ERUERE veritatem *l.* 7. *D. de test.* i. e. detegere. Alias *eruere* est exigere, ut in *l.* 2. *C. Theod. de usur.* Addatur Jo-Frid. Gronov. *lib.* 3. *obs. c.* 24. *p.* 667.

Eruere notam. Vid. supra *eluere*.

ERUMPERE dicuntur clausi servi *leg.* 3. §. 6. *D. ad CC. Silan.*

Erumpere vincula, id est, effringere *d. l.* 3. §. 6. Virgil. *Æn. lib.* 1. *v.* 579. Et fortis Achates Et pater Æneas jamdudum erumpere nubem-Ardebant. Duker. *de latin. vet. ictor. p.* 357. Hein.

ERUPTIO factiosa in *l.* 6. *in fin. C. Theod. de haret.* de congregatione hæreticorum publica usurpatur.

ERYCIUS *Clarus*. Mentio fit hujus nominis *l.* 3. *D. de offi. præfid. vigil.* apud Spartian. *in Severo c.* 13. Dion. *lib.* 72. *p.* 828. & Gell. *lib.* 6. *c.* 6. quibus omnibus locis unum, eumdemque intelligi, existimat Menag. *Amœn. jur. c.* 31. *p.* 148. Quod tamen vix credibile est. Gellius enim, qui ex rationibus Henr. Dodvvelli *in diss. de ætate peripli maris Euxini* §. 10. primis Marci Aurelii Antonini annis mortuus est, Erycium illum suum, se adolescente, quum ad Grammaticos itaret, Præfectum urbi fuisse, restatur. Jam si vel quinquagenarium saltim decessisse Gellium, & ad plenam pubertatem grammaticorum scholas frequentasse, fingamus, Erycii præfectura urbana incidet in tempora Hadriani. Marcus enim Imp. imperare cœpit anno Christi 161. Si ergo sequente decessit Gellius & quidem quinquagenarius saltim, ejus natales inciderunt in annum Christi 112. plena pubertas in annum Christi 130. adeoque ante illum annum præfectum urbi fuisse oportet Erycium. Ponamus id biennio ante contigisse, id est anno 128. & Erycium tum quadraginta saltim annos natum fuisse, (prius enim quemquam ad hunc honorem adspirasse vix verosimile est,) natum istum fuisse opportet anno Christi 88. Domitiani annum 14. Jam si ad Severi vel saltim ad extrema Commodi tempora, id est ann. 192. vixisset, obiisset annos natus 96. Quod vix probabile est. Fuere tum plures Erycii Clari. Nam anno Christi 119. ex Kal. Jul. inter Coss. suffectos fuit M. Erucius Clarus anno 146. Sex. Erucius Clarum iterum Cos. in fastis celebratur. *Hein.*

ESCA. Propter escam paratur aquaminarium *l.* 10. §. 12. *D. de aur. arg. leg.*

ESCALE argentum *l.* 8. *D. de suppell.* quod propter escam paratur. Vid. supra in art. *argentum escarium*.

ESCULENTUM, & *potulentum* opponuntur *leg.* 10. *D. de offic. præsid.* Esculentorum autem legato non solum ea continentur, quæ esse, sed & ea, per quæ esse solemus *l.* 3. *pr. D. de penu legat.* Esculenta penus *l.* 3. §. 1. *D. de pen. leg.*

ESSE. Verbum *est* non solum præsens, sed & præteritum tempus significat *l.* 123. *D. de verb. signif.* Quod in quibusdam loquutionibus, quæ exempli caussa ibi subjiciuntur, procedit. Alias certe articulum *est* præsentis temporis in se demonstrationem tantum continere traditur *l.* 34. *D. de aur. arg. leg.* Plane hæc verba *fit*, *fiat*, quibus in interdictis prætor utitur, utrumque tempus complectuntur *leg.* 2. §. 31. *D. ne quid in loc. publ. l.* 1. *D. de flum. l.* 1. §. *pen. & ult. D. de cloac.* Ita & *erit* non solum futurum, sed & quandoque præteritum tempus demonstrat *leg.* 123. *D. de verb. signif.* ubi addendus Hug. Grot. *in flor. spars.*

Est pro licet *Est* capere *l.* 11. §. 2. *D. ad SC. Trebell.*

Esse pro edere *l.* 3. §. 1. *D. de pen. leg.* quod & de pecoribus dicitur, ut in *l.* 11. §. 4. *D. de act. emt. vend.*

ET, syllaba, conjunctionem facit *l.* 65. *D. de hered. inst. l.* 142. *D. de verb. signif.* *Et* generaliter *autem l.* 16 §. 2. *D. ad SC. Trebell.*

Et post *non tam* pro *quam* positum. Non tam sollemne est annum, quod maritus uxori pendit, & quod uxor marito præstat *l.* 43. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.*

Et, ejusque synonyma inter duo substantiva posita aliquando alter utri tribuunt vim adjectivi, uti apud Lucan. 6. *pharsal. v.* 698. Primus chalybem, frænosque momordit, id est frænos chalybeos, & apud Virgil. 2. *Georg. v.* 192. Qualem pateris libamus, & auro. Ubi Servius, id est, *pateris aureis*. ἓν διὰ δυοῖν, ut molemque & montes? quæ verba habentur 1. *Æn. v.* 65. pro *molem montium*, vel *montosam*. Atque ita nonnulli interpretantur verba *l.* 3. *D. de just. & jur.* Vim atque injuriam propulsare, id est, *vim injustam*. Vid. Bynkersh. 5. *obs. c.* 2. Hein.

Et si pro *si & l.* 10. *pr. D. de fidejuss.*

Εταιρα

Εταιρια sodalitium. Caius in *l. alt. D. de colleg.* Sodales sunt qui ejusdem *collegii sunt, quam Græci* εταιριαν *adpellant.* Quod vocabulum latinum facit Plin. *lib.* 10. *epist.* 97. Quod ipsum, inquiens, facere desiisse post edictum meum, quo secundum mandata tua *hetaerias* esse vetueram. Ejusdem *lib.* 10. *epist.* 43. Trajanus Plinio scribens: Quodcumque, ait, nomen ex quacumque caussa dederimus his, qui in idem contracti fuerint, *hetaeriæ*, quamvis breves fient.

ETIAM nunc *l.* 3. §. 6. *D. arb. furt. cæs.* id est, adhuc, huc usque. Veteres *etiam* sine addito hoc sensu utuntur. Terent. *Andr. act.* 1. *sc.* 1. *v.* 89. *Nihil suspicans etiam mali.* Ubi Donatus *etiam, adhuc.* Ita loquitur idem Comicus *Hecyr. act.* 1. *sc.* 2. *v.* 197. & *Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 19. & Plaut. tum in *Amph. act.* 2. *sc.* 1. *v.* 21. tum in *Mostell. act.* 2. *sc.* 3. *v.* 43.

EVACUATA obligatio l. 8. *C. de solut.* id est, sublata.

EVADERE aufugere. Evadit captus a barbaris *l.* 5. §. 6. *D. de re milit.* Est etiam effugere, ut evadere potestatem hostium *l.* 26. *D. de captiv.* custodiam *l.* 3. *D. de adquir. rer. dom.* pœnam Plin. *lib.* 10. *Epist.* 66. actionem *leg.* 1. §. 1. *D. de act. emt.* litis æstimationem *l.* 7. *D. de nox. act.* pœnam stipulationis *l.* 70. §. 1. *D. de legat.* 1.

EVAGARE dicitur ignis *l.* 27. §. 9. *l.* 30. §. *pen. D. ad Leg. Aquil.*

EVALUIT sententia, id est, prævaluit *l.* 6. §. 2. *si serv. vind.*

EVANESCERE dicuntur actio *l.* 31. §. *ult. D. de reb. cred.* æstimatio litis *l.* 13. §. 14. *D. de hæred. pet.* & alia passim.

EVANGELIIS sacris propositis *l. ult. C. de vend. rer. civit. l.* 14. *C. de judic.*

EUCHARISTIA proprie gratiarum actio est. At panis, & calicis sacramentum interpretatur Gregorius *caus.* 1. *quæst.* 1. *can. multi* 84. §. 3. his verbis: Cujus panis & calicis sacramentum græce ευχαριστια dicitur, latine bona gratia, quod Tertulliani testimonio comprobatur in *lib. de coron. milit.* Eucharistia, inquit, sacramentum, & tempore victum, & omnibus mandatum a Domino, etiam antelucanis cœtibus, nec aliorum manu, quam præsidentium sumimus, quod & Justinus Martyr *Apolog.* 2. *pro Christian. ad Antonin. Pium* probat. Vid. & *c. omnis* 12. *de pœnit. & remiss.*

EUCHETÆ *l.* 5. *C. de hæret. & manich.* hæretici quidam, quorum dogma nefarium in Syria propagatum fuit. Horum fuit hæresis, posse humanam virtutem ac scientiam non ad Dei modo similitudinem pervenire, sed perfectionem quoque, ac æqualitatem, adeo ut sit mox αναμαρτητος, id est, ut sit dicam, impeccabilis, quoniam ne cogitatione quidem, aut inscitia, ubi perfectionis fastigium contigerit, queat delinquere. Atque sic dictos volunt απο της ευχης, id est, ab orationis assiduitate, quod incredibiliter, inquit Augustinus, perpetuo facerent. Vid. Niceph. *hist. eccl. lib.* 11. *c.* 14.

EVECTIO dicebatur cursus publicus, ejusque exhibitio, & concessio *l.* 1. *C. de numerar. l.* 3. 4. 6. 9. *l. pen. & ult. C. de curs. publ. l.* 2. *C. de comment.* Itaque mendose in *l.* 12. *C. de curios. evictionibus* pro *evectionibus* antea legebatur. B. Augustin. *Epist.* 55. *Zenobius magister memoriæ factus est, & misit mihi evectionem cum annonis.* Sulpic. Sever. *lib.* 2. *hist. sacr. c.* 42. Hilarius quartum jam exsilii annum in Phrygia agens, inter reliquos Episcopos per vicarium ac præsidem data *evectionis* copia, adesse compellitur. Symmach. *lib.* 7. *epist.* 105. *de impetratis evectionibus in adminiculum prætoriæ functionis.* Cassiodor. *var.* 11. *c.* 9. *Quando & evectiones publicas accepisti.* *Evectio* autem numerum veredorum continebat, ut adparet ex *l.* 14. *C. Theod. de curs. publ.* Hinc *evectionis* datæ formam, & licentiam non excedere oportebat *d. l.* 14. Nullum vero privatum evectione uti constituunt Impp. *l.* 44. *C. Th. de curs. publ.* ejusque faciendæ copiam sibi præfecti prætorio reservabant *l.* 40. *C. Th. eod. tit.* Unde eam denegari videmus Magistris militum *l.* 56. *C. Th. eod. tia.* Duci Armeniæ *l.* 57. *C. Th. eod. tit.* vicariis *l.* 61. *Cod. Th. eod. tit.* Comitibus Aegyptiaci limitis *l.* 52. *C. Th. eod. tit.* Præterea Impp. evectionum faciendarum arbitrium in publicis tantum caussis usurpari jubent *l.* 19. *C. Th. de curs. publ.* Evectionem utique copiam (aiunt Impp. in *l.* 6. *C. de curs. publ.*) senatui, quum proficiscendi ad nos necessitas fuerit, serenitas nostra largita est.

EVELLERE. Præteritum evellerit pro evulserit habes in *l.* 9. §. 2. *D. quod. vi aut. cl.* uti alibi *accederat, decederit, fluerat, intellegerit,* & similia, de quibus Bynkesh. 8. *Obs. c.* 2. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 467. & jam olim Scaliger *de causs. lat. ling. lib.* 1. & Voss. *de Analog. lib.* 3. *c.* 26.

EVEMERIA, ancillæ nomen *l.* 10. *D. de manumiss.*

EVENIRE. Si quid sibi *eveniret*, elegans loquutio, pro si quid humanitus contingeret, si moreretur. Suet. in Jul. c. 87.

EVENTUS actionum *l.* 7. *D. si serv. vind.* id est exitus, ut loquitur *l.* 10. §. 14. *D. quæ in fraud. patron.*

EVERRICULUM, quod græce σαγηνη dicitur *l.* 13. §. 7. *D. de injur.* Non. marcellus scribit, genus esse retis piscatorii, a *verrendo* dictum, quod quidquid piscium nactum fuerit, evertat, vel quod trahatur, citatque hæc Tullii 6. *Verrin. c.* 24. Quod ullum, judices, hujusmodi everriculum in ulla provincia fuit? Varro *lib.* 3. *de re rust. c. ult.* Quum neque everriculo illi in litus educere possent vivam saginam, plebeiæ cœnæ pisces. Apulei. in *Apolog.*

p. 294.

p. 294. Eum memoriæ prodiderunt, quum animadvertiſſet proximo Metapontum, in littore Italiæ, everriculum trahi, fortunam jactus emiſſe Servius in *lib.* 1. *Aen. v.* 63. Verrere ait eſſe trahere a reti, quod verriculum dicitur. Contra Eutyches *lib.* 1. *de diſcern. conjug.* apud Purſchium. Nonio conſentiens, everticulum verbale eſſe nomen, ab *everrendo* deductum tradit. Scitum ſane illud Ciceronis, qui *formulam de dolo malo* a C. Aquilio proditam, everriculum malitiæ adpellat *lib.* 3. *de Nat. Deor. c.* 30.

EVERSOR a Caio *lib.* 1. *Inſt. tit.* 6. §. 1. vocatur prodigus, qui nec finem, nec modum expenſarum facit, bonaque dilapidat, ac diſperdit. Sane D. Auguſtinus *in libris confeſſionum* irriſores eodem nomine adpellatos tradit. Sed &

EVERSORES pro adminiſtratoribus res fiſci diſſipantibus dicuntur in *l.* 2. *C. de palat. ſacr. larg. l.* 1. *C. Th. de ſuſcept.* Iidem *interverſores* vocantur in *l.* 8. *C. de jur. fiſc.* Hein.

E veſtigio, confeſtim, ſtatim *l.* 35. *D. de negot. geſt.* Cæſar *lib.* 2. *de bello civil. c.* 25. ſe in hoſtium habiturum loco pronunciavit, qui non *e veſtigia* ad caſtra Corneliana vela direxiſſet. Idem *veſtigio temporis* dixit *ibid. c.* 26. Hein.

EVICTIO, evindicatio rei per ſententiam judicis. Sic evictio prædiorum *l.* 69. *D. ad SC. Trebell.*

Evictionis actio *l.* 48. §. *ult. D. de adquir. poſſ.* ſeu actio de evictione *l.* 51. §. 2. *l.* 56. §. 1. *l.* 62. §. *ult. D. de evict.* eſt qua perſequimur indemnitatem rei a nobis evictæ adverſus venditorem. Hinc *evictionum* actiones tot ſunt, quot & ſpecies rerum, quæ emtione comprehenſæ ſunt *l.* 22. *D. eod. tit.* Evictionis enim nomine, vel ex conſuetudine regionis caveri oportet *l.* 7. *D. eod. tit.* vel ſecundum id quod inter partes convenerit *l.* 4. *l.* 37. *D. eod. tit.* Plerumque per ſtipulationem ſimplæ, aut duplæ cavetur, hoc eſt, ut evicta re ſimplum, vel duplum venditor emtori reſtituat. Quod ut intelligatur, illud ſcire oportet, olim moris fuiſſe, ut ſi res non Quiritium, ſed gentium jure abalienaretur, is, qui eam adquirebat, duplam, aut ſimplam ſtipularetur ſibi ab auctore dari, ſi ea ſibi judicio adimeretur, quemadmodum Varro *lib.* 2. *de re ruſt. c.* 10. ſignificat. Cum autem *mancipio* res venierat, tum judicii periculum præſtabat is, qui eam vendiderat. Itaque Varronis locus intelligendus eſt, cum ait, ſi mancipio non *datur*, id eſt, *ſi res non adquiratur per jus Quiritium*, hoc eſt per mancipationem, & nexum: nam ſi mancipio res erat data, aut uſucapta, aut in jure ceſſa, numquam evinci poterat, id eſt, judicio a poſſeſſore auferri.

EVICTUS ſervus in libertatem, vel in libertate *l.* 46. §. 2. *& ult. D. de evict.* in ſervitutem *l.* 45. §. 1. *D. de act. emt.* id eſt, vindicatus.

Evictum etiam dici, cui res evicta eſt *l.* 15. *D. de dol. & met. except.* obſervat Briſſon. Eo loco Florentiæ quidem ita legitur: Fidejuſſor evictionis nomine condemnatus in prædium, quod *evictus* eſt, & omnia præſtare paratus eſt. Sed non fidejuſſor ſane eſt is, cui res evincitur, ſed poſſeſſor. Præterea cæcus ſit, oportet, qui non videat, eſſe hoc παρόραμα librarii, legendumque potius *evictum*.

EVIDENS dicitur, quod palam adparet, aut quod clarum, apertum, manifeſtum eſt, & de quo liquido, & indubitate conſtat. Proinde evidens ademtio oſtenditur *l.* 14. *D. de legat.* 2. idem eſt, manifeſtis argumentis oſtenditur, teſtatorem ademiſſe.

EVINCERE eſt rem a poſſeſsore dominii, vel hypothecæ jure avocare per judicem, ſeu per judicium auferre, ut loquitur Pomponius in *l.* 22. §. *ult. D. de evict.*

Nec vero proprietas tantum, ſed & ſervus *evinci* dicitur *l.* 48. *D. eod. tit.* & uſusfructus *l.* 15. §. *ult. l.* 43. *D. eod. tit.*

Quin & *evincere* rem non dominus modo, ſed & creditor dicitur *l.* 65. D. *de evict. l.* 2. *C. ſi antiqu.* nec jure dominii tantum, ſed & hypothecæ, vel ſervitutis jure *evinci* dicitur. Pomponius: Duplæ, inquit, ſtipulatio *evictionem* non unam continet, ſi quis dominium rei petierit, & evicerit, ſed etſi Serviana experiatur *l.* 34. §. *ult.* D. *de evict.* Et (ut ibidem ſcribit) non intereſt, quo genere judicii evincatur, ut habere non liceat. Add. *l.* 69. *D. l.* 98. *D. de ſolut.* ubi de creditore evincente.

Evinci autem dicuntur non modo res ipſa, quæ poſſidetur, ſed & dominium, ut in *l.* 34. §. *ult. D. de evict.* proprietas *l.* 49. *D. eod. tit.* poſſeſſio *l.* 15. §. *ult. D. qui ſatiſd. cog. l.* 59. §. 4. *D. mand.* non ſolum immobiles res, ſed & mobiles, ut ſervus *l.* 45. §. 1. *D. de act. emt.* vitulus *l.* 43. *D. de evict.* Vid. *evictus*.

EVISCERARE, inteſtina eximere, ceu notavit Servius ad illud Virgil. Aeneid. *lib.* 11. *v.* 723. de accipitre: *Compreſſumque tenet, pedibuſque eviſcerat uncis.* At Diocletianus, & Maximianus Impp. id verbum uſurparunt metaphorice pro diſſipatione bonorum. Si mater tua patrimonium ſuum ita profuſa liberalitate in fratrem tuum, *eviſceratis* opibus ſuis exhauſit *l.* 7. *C. de inoffic. donat.* HEIN.

EVITARE. Non evitabit quominus *l.* 1. §. *ult. D. de agnoſc. lib.*

EUNOMIANI memorantur *l.* 5. *C. de hæret. l.* 6. *l.* 11. *l.* 13. *l.* 23. *l.* 27. *l.* 31. *l.* 32. *l.* 36. *l.* 59. *C. Th. eod. tit. l.* 7. *C. Th. ne ſanct. baptiſm. iter.* De eorum erroribus videndi Hieronym. *adv. Vigilantium* D. Auguſt. *de hæreſ. c.* 54. Philaſtr. *in catal. hæreſ. c.* 68. Sozom. *lib.* 6. *hiſt. eccl. c.* 16. 27. Socrat. *lib.* 1. *hiſt. eccl. c.* 28. *& lib.* 4. *cap.* 7.

Ipſius autem Eunomii exſtat ἔκθεσις edita primum ab Henr. Valeſio in *Not. ad Socrat. lib.* 5. *c.* 10. deinde

a Steph.

a Steph. Baluz. in *Collect. Concil. Tom.* 1. *p.* 89. denique a Jo. Alb. Fabricio *Biblioth. græc. lib.* 4. *c.* 23. *pag.* 253. *Vol.* 8. edita, ubi *p.* 262. *& seq.* ex codice Lindebrogii manu descripto primus publici juris fecit ejusdem apologiam, quam refutavit Basilius magnus. Et exstant sane hujus libri 5. quos ἀντιρρητικὸν τοῦ ἀπολογητικοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Εὐνομίου inscripsit, *Tomo* 2. *oper. Basil. M. p.* 1. Meminit ejusdem Basilii operis Philostorg. *lib.* 8. *Hist. eccles. c.* 12. Vid. supra art. *Aetiani*.

EUNUCHUS *l.* 1. 2. *C. de eunuch. l.* 5. *C. qui test. fac. poss. Novell.* 142. Hoc nomine proprie vocantur castrati, seu quibus virilitas exsecta est, quos Lucanus *lib.* 10. *v.* 133. hoc ambitu verborum designat: Nec non infelix ferro mollita juventus, atque exsecta virum. Verum latius eunuchorum adpellatio porrigitur, ut ad omnes spadonum species pertineat. Constant. Harmenop. *lib.* 2. *epist. cap.* 8. *n.* 2. eunuchorum quosdam *spadones*, alios *Thlibias*; alios *castratos* dici ait. Et *spadones* quidem addit esse quosdam, qui ob vitium, aut frigus, quo tenentur genitalia membra, impediuntur, quominus prolem possint suscipere. *Thlibias* quibus a nutrice, vel a matre forsan extriti elisique sunt testes, *castratos* denique, quibus exsecta virilia. Vulgatum est illud D. Matthæi *c.* 19. *v.* 12. Eunuchos esse, ita ex utero materno genitos, alios ab hominibus exsectos. Eusebius utique *lib.* 7. *hist. eccl.* 32. Dorotheum memorat natura ab ipso matris utero *eunuchum*. Unde Imperator tamquam miraculo obstupefactus eum in familiaritatem suam adscivit. De eunuchis porro vide elegantem Cyrilli locum apud Suidam in verbo σπαδῶν *Tomo* 3. *p.* 358.

Hinc illa *Eunuchum* sacri cubiculi ministerio adhæsurum *l.* 4. *C. de præpos. sacr. cubic.* Nam ex Eunuchis, auctore Evagr. *l b.* 4. *hist. eccl. c.* 22. ut plurimum eligebantur ministri imperialis cubiculi. Zosimus *lib.* 2. *c.* 55. eos adpellat εὐνούχους τοὺς περὶ τὴν αὐλὴν, *eunuchos aulicos*, & alibi *lib.* 5. *c.* 3. τοὺς περὶ τὴν βασιλικὴν θεραπείαν εὐνούχους, eunuchos, qui in Imperatoris sunt ministerio. Et hoc habitu naturæ fuit Eutropius ille, quo consule omnia monstra cessisse, scite Claudianus ait, quem in Cyprum insulam relegatum, ejusque facultates in fiscum redactas testatur *l.* 17. *Cod. Theod. de pæn.* Hujus facta accuratius descripsit Zosimus *lib.* 5. *c.* 18. *seq.* Ceterum non a corporis mutilatione, sed ab officio nomen habuisse *eunuchos*, jam olim observaverat Dan. Heins. *Introduct. in doctrin. Hesiodi. c.* 6. *p.* 134. *edit. Clerici*. Qui enim pueris comites, & qui matronarum cubiculis, seu gynecæis præficiebantur εὐνοῦχοι dicebantur ἀπὸ τοῦ ἔχειν τὴν εὐνὴν, quod *lectorum* essent *custodes*. Eam observationem magis firmarunt Vossius *in Etymol. sub voce eunuchus*, & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *pag.* 282.

EVOCARE prætor dicitur, quos jubet ad judicium venire *l.* 1. *D. de fer. Evocantur* rei in jus *l.* 1. *D. de accus.* & quidem non solum a Magistratu, verum etiam ab actore *l.* 3. *C. de procurat.* Evocantur testes *l.* 1. §. *ult. D. de testib.*

Sed & qui ad aliud agendum adesse jubebantur, dicebantur *evocari*, veluti quos princeps evocaverat *l.* 24. *D. de judic. Evocari* ad honorem, & munus *l.* 1. *C. de temp. adpell. l.* 7. *C. de adpell.* ad tutelam *l.* 1. *C. qui ætate*.

Evocare sacra *l.* 9. §. 1. *D. de rer. divis.* uti *Evocare* tutelares Deos apud Macrob. *lib.* 3. *saturnal. c.* 9. De illo superstitiosissimo ritu, quidquid dici potuit, dixit Jo. Guill. Bergerus in *diss. de evocatione Deorum & urbibus obsessis* & Henr. Coccei. *in diss. de evocatione sacror. ad. d. l.* 9. *de rer. divis.*

EVOCATORIA securitas *l.* 3. *C. Th. & Justin. de decur. & silentiar.* est privilegium concessum decurionibus, & silentiariis, ut post expiratam militiam sine *evocatoria*, ad comitatum principis, quandocumque placuerit, venire liceret. Quod aliis privatis regulariter non licebat, nisi accepta *evocatoria*, cujus mentio fit a Symmacho *lib.* 4. *epist.* 5. *& lib.* 6. *epist.* 35. 36. Sidon. Apollinar. *lib.* 8. *epist.* 12. Vid. Jac. Gothofr. in *l. ult. C. Th.* & Car. Du-Fresne *gloss. hac voce*.

EVOLARE metaphorice pro confugere. *Evolare* in ordines indebitos desertis propriis adparitionis obsequiis *l.* 15. *C. Th. de divers. off.*

EVOLUTO anni spatio *l.* 25. *C. Th. de annon.* si gemino lapsu caussa fuerit evoluta *l. un. C. Th. de annon.* si gemino lapsu caussa fuerit evoluta *l. un. C. Th. de secund. laps.*

EURAMATICA vel potius *Heurematica*. Horum librum singularem scripserat Modestinus, ut adparet ex Indice Florentino, & supersunt textus decem, quos singulari cura illustrarunt Jo. Schilterus in *Herennio Modestino*, & Henr. Brenkmannus *in Diatrib. de Eurematicis Lugd. Bat.* 1711. ubi *c.* 12. & alia veterum jurisconsultorum εὑρήματα, seu *cautiones*, quas & *cautelas* vocant, recenset, simulque docet *cap.* 1. §. 3. esse εὑρήματα remedia, quibus jurisconsulti nimium juris rigorem, inventis verborum fraudibus, ad æquitatem naturalem inflexerint, reduxerintque. Sed de universa jurisprudentiæ εὑρηματικῇ copiosius egit Heinecc. in præfatione, quam Samuelis Stryckii *Cautelis contractuum* permisit.

Εὕρετρον in *l.* 34. §. 9. *D. de furt.* præmium inventionis rei perditæ, & amissæ. Id quomodo promitti consueverit, luculenter patet ex loco Petron. *satyr. c.* 97. Hein.

EUTROPII eunuchi fit mentio *l.* 17. *C. Th. de pœn.* Vid. supra voce *eunuchus*.

EUTYCHEUM Alexandriæ in *l.* 1. *C. Theod. de Alexand. pleb. primat.* quid sit, parum constat, & fa-

fatetur ipse Cujac. 13. *ob.* 3. non intellexisse legis illius inscriptionem, nisi a Pithoeo fuisset edoctus, Eutycheum fuisse curiam, seu prætorium præfecti Augustalis, quod probat etiam Car. Du-Fresne *in glossar.* & olim Jac. Gothofredus, qui tamen mutata deinde sententia *eutycheum* templum Alexandriæ fuisse conjicit, quasi felicitatis, bonique eventus templum.

EUTYCHIA ancillæ nomen *l.* 44. *l.* 59. *D. de manumiss. testam. l.* 20. *C. Th. de prob.* Liberæ quoque mulieris nomen est *in l.* 2. *C. Th. de donat. ant. nupt.*

EUTYCHIANA *l.* 16. *D. qui pot. in pign.* nomen proprium, ut & *Eutychianus l.* 39. *D. de adopt.*

EUTYCHIANI dicti ab Eutyche Constantinopolitano Abbate, qui Christum post humanam assumtionem negavit existere in duabus naturis, sed solam in eo divinam asseruit esse naturam *c.* 39. §. 64. *Causs.* 24. *q.* 3.

Ex pro *a* vel *ab*. Ex coactis ab illo damnum datum *l.* 2. §. 12. *D. de vi. bon. rapt.* ex fideicommissario coactus, id est, a fideicommissario *l.* 38. §. *ult. D. de vulg. & pupill. substit.*

Ex pro *de*. Ex interdicto interloqui, vel crimine *l.* 32. *D. de pœn.* Ex re familiari facta nunciatio *l.* 7. §. 14. *D. de pact.* id est, de re familiari, nam statim sequitur *si de re publica*.

Ex nota temporis, a quo quid cœpit. *Ex* die legatum *l.* 45. §. 1. *D. de legat.* 2. *Ex* quo, pro ex qua die *l.* 20. 28. 37. §. *ult. D. de admin. & per tut.*

Ex conditione pro sub conditione *l.* 15. §. 4. *D. de test. milit.*

Ex continenti pro in continenti. Vid. art. *ex continenti*. supra.

Ex incendio *l.* 3. §. 1. *D. ad Leg. jul. de vi publ.* Quod quemadmodum accipiendum exponit Ulpianus *l.* 1. §. 2. *D. de incend. ruin. naufr.* nempe propter incendium. Nam

Ex ponitur etiam pro *ob*, *secundum*, *ex caussa*, immo & *per*. Ita Ex adjudicatione possidere *l.* 17. *D. de usurp. & usuc.* Ex culpa id est, ob culpam, seu culpæ nomine *l.* 42. *de administr. & peric. tut.*

Hæc vocula *ex* in recentiorum Imperatorum constitutionibus, qui magistratibus dignitate, potestateve, qua defuncti sunt, designantur. Ut ecce: Ex rationalibus, qui rationalis fuerat *l.* 26. *C. Th. de decur.* Ex agente in rebus apud Ammian. Marcellin. *lib.* 28. *c.* 1. & 3. Ex archiatris *l.* 12. *Cod. Theod. de medic. & profess.* Exauctoritas *l.* 35 *C. Theod. de curs. publ.* Ex comite cujuslibet ordinis *l.* 26. *C. Theod. de decur.* Ex consulibus *in l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *Cod. Th. de domest. & protect.* Ex consuli, vel Ex consule consularis vir *l.* 1. *C. Th. de* [illegible] *& trib.* *Exconsulem* autem Isidorus *c.* 13. consularem interpretatur, qui consulatu abierit. Excubicularius *l.* 13. *C. de excus. mun.* *excubiculariis l.* 29. *C. Th. de extraord. siv. sord. mun.* Ex cura palatii, Ammian. Marcellin. *lib.* 22. *c.* 3. Excurator in rescripto Imp. Constantini, quod a D. Augustino refertur *epist.* 68. & apud eumdem *lib.* 3. *contra Cresc. grammatic.* Ex domesticis *l.* 153. *C. Th. de decurion.* Ex duce apud Ammian. Marcell. *lib.* 22. *cap.* 11. Ex ducibus *l.* 1. *C. Th. de decur. & silent.* Ex magistris equitum, & peditum *l.* 3. *C. Th. de metat.*

Ex magistro judiciorum *l.* 25. *C. Th. de decur.* officiorum *l.* 1. *C. de sileutiar.* Expatricius *l.* 3. *C. ubi senator.* Ex perfectissimis *l.* 25. *C. Th. de decur.* Experfectissimum fastigium *l.* 3. *Cod. Th. de metat.* Expræfectus prætorio §. 1. *Const. de nov. cod. fac.* Ex præfectis *l.* 2. *C. Th. de præf. præt.* Ex præpositis *l.* 1. *C. Th. de testim. extribun. & protect.*

Ex præsidibus *l.* 26. *C. Th. de decurion.* Ex primario *Novell. Valent. de episc. jud.* Ex primipilariis *l.* 29. *C. Th. de cohortal. princ. cornic.* Ex principe *l.* 4. *C. de princ. agent. in reb.* Ex proconsule *l.* 15. *C. Th. de præt. & qu.* Ex protector vel ex protectoribus *l.* 8. *C. Th. de veteran. l. C. Th. de testim. extribun. & prot.* Ex proximo *l.* 11. *C. Th. de prox. comit. dispos.* Ex proximis *l. un. C. Th. de magistr. sacr. scrin.*

Ex rationalibus *l.* 26. *C. Th. de decur.* Extribuni *rubr. C. Th. de extrib. & protect.*

Ex vicario apud Ammian. Marcell. *lib.* 28. *cap.* 1. Ex vicariis apud Sulpic. Sever. *lib.* 3. *de vita B. Martini. Dial.* 2.

Ex commodo pro commode *l.* 4. *D. de vacat. & excus. mun.*

Ex sæpe usurpatur pro *ad*, vel *in*, quoties jurisconsulti in aliorum Ictorum libros notas scripsisse dicuntur. Sic ex Sabino *l.* 4. §. *ult. D. de in diem. addict. l.* 10. §. 2. *de testam. tut.* id est, ad Sabinum, ut est *in l.* 21. §. 2. *D. de furt.* Quibus verbis notæ, quas Pomponius in Sabinum scripserat, significantur. Eodem modo Javolenus *Ex Cassio*, nec non ex *Plautio*, item Julianus *ex Minicio* citantur, id est, notæ Javoleni ad Cassium, & Plautium, item Juliani ad Minicium designantur.

Exve pro *vel ex*. Exve feminini sexus *l.* 56. §. *ult. D. de verb. signif.* *Exve* liberis *l.* 10. *D. de senator.*

EXACERBARE crimen *l.* 7. §. *ult. D. ad leg. jul. majest.* supplicia *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.* id est exasperare, ut *l.* 42. *D. eod. tit.*

EXACTA diligentia §. 2. *Inst. quib. mod. re contr. obl.* Vid. voce *diligentia*.

EXACTIO, actus exigendi quid. Sic exactio annonaria *l.* 12. *C. Th. de appell.* Exactionem celebrare *l.* 56. *C. Th. de exseq. & exact.* committere *l.* 41. §. 10. *eod. tit.* dare *l.* 5. *D. de divort.* facere *l.* 3. *Cod. de novat.* habere *l.* 21. §. *ult. D. de pact.* *Exactioni* præpositus procurator *l. ult. D. qui pot. in pign.*

EXAC-

EXACTOR *l. 3. C. Th. de collat. transl. postul.* Exactorum, & compulsorum direptio *l. 1. C. Theod. de jur. fisc. l. 1. C. Th. de exact.*

EXÆDIFICARE naves *l. 38. C. Th. de navicular.*

EXÆQUATIO censuum *l. 8. C. Th. de cens. & adscript.*

EXAGGERARE iter *l. 3. §. 14. D. de itin. act. priv.* id est, aggeribus munire. *Exaggerare*, metaphorice extollere *l. 3. §. 1. Q. de decur.*

EXAGITARE, pecus *§. ult. Inst. de Leg. Aquil.*

EXAGIUM, trutina. *Novell. Theod. de pret. solid.* Sub exagio pecora vendere in Edicto Turcii Aproniani, quod exstat in marmore apud Gruter. *p. 747. 6.* Quum enim antea mos esset, ut caro micando veniret, eaque emendi, vendundique ratio aleam contineret, hic præfectus urbi edixit, ut illa venditio intercedente exagio, seu trutina fieret. De re ipsa sub articulo *micare* monebimus. *Hein.*

EXAMEN apium *l. 5. §. 4. D. de adquir. rer. dom.*

EXAMINARI non debet per Episcopum Prælatus, si est notus, quia præsumitur idoneus, nisi contrarium probetur, ut *cap. fin. de præsumt.* Sed si est ignotus, tunc secus *cap. in Lateranens. tit. de præbend.* & hoc verum circa bonitatem intrinsecam, seu respectu morum. Quoad bonitatem extrinsecam, seu accidentalem, ut est scientia, tunc tenetur Episcopus eum examinare, quia respectu curæ animarum non dicitur idoneus, nisi prius probetur, & periculosum est committere suspecto curam animarum *c. cum. sit tit. de ætat. & qual. & no. in c. si forte de elect. lib. 6.* no. Abb. *in Lateran. in II. col.* Joan. Bapt. Castel.

EXARARE terminos *l. 4. §. 4. D. fin. regund.* viam *l. ult. D. de via publ.*

EXARDESCERE bellum dicitur *l. 12.* D. *de c. & postl.* itemque inimicitia *l. 8. D. de confirm. tut.* *Exarsæ* incendio res *l. 11. C. de his qui accus. non poss.*

EXARESCERE dicuntur alveus fluminis *l. 56. D. de adquir. rer. dom.* arbores *l. 18. D. si serv. vind.*

EXARMARE. Si quid navis exarmaverit *l. 2. §. 1. D. ad Leg. Rhod.* id est, exarmata sit. Ita enim *exarmatum* dicitur navigium apud M. Senec. *declam. lib. 3.* & exarmata navis apud L. Sen. *in consol. ad Helv. cap. ult.*

Alio sensu hoc verbum usurpatur *in Novell. 134. cap. 15.* Græcus textus ibi habet ἐξαρμαζειν, quod est *consonantia dissolvere*, atque ibi accipitur de abscissione manus, vel pedis, vel alterius membri. Unde colligas, non *exarmare* ibi legendum esse, sed *exartuare*. *Deartuare* dixit Plaut. *in cap. tiv. act. 3. sc. 4. v. 119. & Act. 5. v. 14.* Hein.

EXASPERARE pœnam *l. ult. §. ult. D. de interd. & releg.*

EXAUCTORARE *militia removere* interpretatur Menander *in l. 29. D. de lib. causs.* Nam qui militiæ se dant, sacramento quodammodo auctorari videntur. At Ulpianus *in l. 2. §. 2. D. de his qui not. inf. exauctorare* explicat *insignia militaria detrahere*. Sic intellige. *l. 4. §. 8. l. 7. D. de re milit.* & Plin. *lib. 6. epist. 31.* Petr. Faber *lib. 1. semestr. cap. 17.* non omnem, sed eam tantum exauctorationem ignominiosam fuisse, docet, quando vel insignia militaria simul detrahebantur, vel expresse addebatur, illam ignominiæ caussa fieri, vel ipsum delictum, ob quod exauctoratio fiebat, simul exprimebatur. Add. Lips. *ad Tacit. Annal. lib. 1. p. 36.* Ceterum qui hic, quas viri docti turbas dederint, scire avet, ei legenda, quæ plena manu feruntur apud Ducker. *de Lat. vet. ictor. p. 269. seq. p. 587. seq.*

EXAUCTORITAS pro exauctoratione *in l. 35. C. Th. de curs. publ.*

EXAUDIRE decretum prætoris, id est, audire *l. 1. D. de postul.*

Exaudire, pro intelligere, accipere *l. 8. D. de supell. leg. l. 120. D. de verb. obl. l. 99. §. ult. D. eod. tit.*

EXCANDESCERE *l. 19. D. de off. præsid.*

EXCAVARE, Excavavit locum aquarum concursus *l. 2. §. 7. D. de aqu. vel aqu. pluv.*

EXCEDERE ætatem *l. 13. §. 8. D. ad Leg. jul. de adult.* locis interdictis *l. 4. D. de pœn.* provinciam *l. 32. D. ex quib. causs. major.* de utero *l. 15. D. de stat. hom.* id est, egredi.

Excedere præterire, effluere. Quum annus excessit *l. 5. D. de in rem vers.*

Excedere, superare, ultra esse. Hinc id, quod excedit, & quod concurrit, opponuntur *l. 53. D. de legat. 2.* Excedit potestas judicis, id est, ulterius porrigitur *l. 28. D. commun. divid.*

Excedere porro dicuntur, qui urbe, vel regione aliqua submoventur, seu solum vertunt *l. 7. §. 17. D. de interd. & releg.* & apud Virgil. *11. Æn. v. 540.* Seu in ἀποχωρησις. Martial. *lib. 2. epigr. 22.* Sueton. *in Vitell. l. 13.* Tacit. *2. Annal. 83.* Ac plane qui relegabantur, *excedere* intra certos dies jubebantur, ut docet Brisson. *lib. 5. de form. c. 220.* Sic excedere in exsilium *l. 4. C. ex quib. caus. infam. irrog. l. 4. D. de pœn.*

Excedere res dicitur de dominio alicujus *l. 4. C. de priv.*

Excedere vita *l. 51. D. de Leg. Aquil. l. 3. C. de inoff. test.* Cic. *1. offic. 43.*

EXCELLERE moribus, & facundia *l. 5. C. Th. de med. & profess.*

EXCELSUS, *a*, *um*. *Excelso* titulo Tribonianus ornatur §. 4. *præf. Inst.* §. 3. *Inst. de libert.* & §. *ult. Inst. de fideic. hered.*

Excelsa sedes pro præfectura prætoriana *l. un. C. Th. de comit. qui illustr. l. 3. C. Th. de indict. l. ult. C. Th. de muner. l. ult. C. Th. de indulg.*

EXCEPTIO. Hoc vocabulum olim adeo late patuit, ut tam defensio rei, quam actoris post libellum allegatio defensioni rei contraria notaretur, unde etiam quandoque replicationem significaverit *l.* 1. §. 1. *l.* 22. §. 1. *D. l.* 21. *C. de except.* Demum vero ad defensionem rei contra petitionem actoris restrictum fuit. Hunc respicit Ulpianus scribens: Exceptio dicta est, quasi quædam exclusio, quæ interponi actioni cujuscumque rei solet, ad ex ludendum id, quod in intentionem, condemnationemve deductum est *l.* 2. *D. de except.* Rursus quæ rei dicitur exceptio, vel generaliter dicitur tam ea, qua ipso jure, quam ea, qua ob æquitatem actoris intentio eliditur *d. l.* 2. § 1. *l.* 15. *D. de except.* Alias accipitur strictius pro actionis jure stricto competentis ob æquitatem elisio *pr. Inst. de except. l.* 2. *pr. D. eod. tit. l.* 12. *D. de dol. mal.* & *met. except.* Ita ut exceptiones proprie non dicantur, quibus ipso jure actio excluditur, uti solutionis, compensationis. Et ita notionem exceptionis restringere Paullus videtur, dum in *l.* 22. *D. de except.* ait, est conditio, quæ modo eximit reum condemnatione, modo minuit condemnationem. Sed hodie in foro *exceptionis* quoque nomine id venit, quo actio ipso jure eliditur, & exceptio facti adpellatur a Doctoribus.

Exceptionum aliæ sunt *perpetuæ*, & *peremptoriæ*, quæ semper agentibus obstant, & semper rem, de qua agitur, perimunt §. 9. *Inst. de except.* aliæ *temporariæ*, & *dilatoriæ*, quæ ad tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt §. 10. *Inst. eod. tit.* Tales sunt exceptiones præscriptionis fori, suspecti judicis, feriarum, libelli obscuri, ante diem petitionis. Alio quidem sensu quædam exceptiones dicuntur *perpetuæ*, quia nullo tempore iis præscribitur, quamvis actiones ex eadem caussa temporales sint, veluti exceptio doli, quæ perpetua est, quum actio doli sit annalis. Et tales ordinariæ sunt omnes, quia reus non potest prius excipere, quam actione conveniatur *l.* 5. §. *ult. D. de dol. mal.* & *met. exc.* *Temporariæ* contra hoc sensu sunt, quæ certo tempore exspirant, quales sunt, quæ per modum actionis proponi possunt, ut exceptio non numeratæ peniæ, & non numeratæ dotis, itemque querela inofficiosi testamenti.

Exceptio annua in *l.* 30. §. 5. *D. de pecul.* adpellatur, quæ Domino competit post annum a manumissione, alienationeve servi *l.* 12. *pr.* & §. *ult. D. quand. act. de pecul.*

Exceptio civilis, quæ ex jure civili, *prætoria* quæ ex prætorio jure descendit §. 7. *Inst. de except.* Sic *civiles* sunt exceptio SC. Macedoniani, Velleiani, non numeratæ pecuniæ, præscriptionis *prætoriæ*, exceptiones doli mali, pacti, jurisjurandi, quod metus caussa.

Exceptio intentionis a DD. dicitur peremptoria in continenti liquida litis ingressum finiens. Harum olim tres numerabantur, jurisjurandi nimirum, rei judicatæ, atque transactionis. Hodie huc referas omnes, quæ statim probari possunt. VVurffell. *jurispr. defin.* §. 688.

Exceptio restitutæ hereditatis *l.* 27. §. 7. *D. ad SC. Trebell.* id est, eadem quæ SC. Trebelliani dicitur in *l.* 1. §. 8. *D. quand. de pecul. act. annal. l.* 28. *D. de judic.*

Exceptio, designatio ejus, quod non simul venditur. Ita Papinianus *exceptionem* vocat clausulam: Quod sacri aut religiosi, aut publici est, ejus nihil venit *l.* 72 §. *ult. D. de contr. emt.*

EXCEPTOR, qui dictata excipit in *l.* 19. §. 9. *D. locat.* Utitur hoc verbo & Jul. Firmic. 3. *Mathes.* 6. & 12. D. Augustin. *epist.* 152. B. Gregor. *in prolog.* 11. *homil. de divers. lect. Evang.* Quia, ait, sicut a me diversis temporibus dictatæ sunt, ita quoque sunt ab exceptoribus in codicibus adfixæ.

EXCEPTORES in scriniorum officiis ponuntur *leg.* 5. *l.* 12. *C. de prox. sacr. scrin. l.* 5. 7. *ult. C. de palat. sacr. larg. l. ult. C. de re milit. l. ult. de castrens. pecul. l.* 5. *C. de numerar.* Exceptor publicus in *l.* 15. *C. Th. de decur.* & *in Nov. Theod.* & *Valent. de trib. fiscal.* 23.

Exceptores militiæ palatinæ *l.* 22. *C. Th. de palat. sacr. larg. l.* 17. *C. Th. de divers. offic. adparit.* quos loco suo, & ordine ed commentarios accedere constituunt Impp. in *l.* 2. *C. Theod. de numer. act. scrin.*

EXCESSUS pro digressione in *l.* 28. §. 2. *D. de hered. inst.* Vid. Alciat. 2. *parerg.* 34. & *Comment. ad l.* 13. *C. de pact.*

Excessus pro obitu *l.* 32. *D. de don. int. vir.* & *ux. l.* 23. *C. de procur.* Quo nomine Imperatorum qui inter Deos relati erant, obitus plerumque designatur. Sic Romuli *excessum* dixit Cic. 1. *de Legib.* 1. Add. Tacit. *inscript.* & 1. *Annal.* 14. Suet. *in Tib. c.* 23. & *c.* 70.

Excessus. In jure canonico invaluit distinctio inter crimina, & excessus. Illa (1) concernunt facta illicita, sub gravioribus pœnis a legibus prohibita, publicam rem turbantia; hi vero neglectum regularum mores efformantium, & officia, maxime clericalia, determinantium, unde vel in excessu, vel in defectu peccatur. (2) Illa a quibuscumque committi possunt, laicis & clericis, hi primario ab his, quibus certus & determinatus modus vivendi præscriptus. Qua de caussa quod ad excessus clericales refertur, vitiumque habet, in laicis crimine caret, qui-

quibus tales regulæ non sunt præscriptæ. Sic aleatores non delinquunt, nisi sint clerici, quibus alea vetita *cap.* 11. *de excess. præl.* (3) Illa semper pœnis proprie dictis vindicanda, hi, nisi in delictum, a lege notatum vergant, meris censuris castigari dicuntur, quæ tamen pedetentim in proprie dictas pœnas devenerunt. (4) Denique crimina, & delicta turbant, & lædunt salutem, & pacem civilem ab omnibus vitanda, legibus civilibus prohibita, *excessus* vero hoc jure primario transgressionem officii, vel morum, regulis determinatorum, designant maxime intuitu eorum, qui juxta certas regulas, moribus externis & decoro præscriptas vivere, & secundum illas officium suum exacte peragere debent, quorsum imprimis pertinent, quorum mores vel efformandi sunt, ut scholares, vel qui clericorum numero censentur, qui regulis monasticis, & canonicis ab antiquo subjecti sunt. Quocirca etiam in Academiis excessus, & delicta distinguuntur, quod hæc criminaliter plectantur, hoc est, per processum criminalem, quem non desiderant excessus in moribus, levius sine strepitu forensi castigandi.

EXCIDERE, antepenultima correpta, interdum est cadere. Excidit anulus *l.* 23. *D. de præscr. verb.* tabula *l.* 5. *D. de his, qui deject.* Vas ita excidit, ut non inveniatur *l.* 1. §. 13. *D. de adqu. possess.*

Excidere antepenultima producta aliquando est spadonem facere, ut in *l.* 4. §. *ult. D. ad Leg. Corn. de sicar.*

EXCIPERE, exceptione uti, exceptionem objicere, vel opponere *l.* 12. *D. qui pot. in pign. l.* 8. §. 9. *D. quib. mod. pign.* & passim.

Excipere etiam is dicitur, qui negat *l.* 1. *D. de except. l.* 9. *l.* 18. §. 3. *D. de prob.*

Excipere, alias suscipere significat. Excipere actionem *l.* 13. *D. quib. mod. ususfr. l.* 20. *D. de judic. l.* 13. *D. de nox. act.* & alias passim, id est, suscipere, ut loquitur *l.* 21. §. *ult. D. de pecul.* Excipere conditionem *l. ult. D. de condict. furt.* litem *l.* 10. *D. de except.*

Excipere lumina *l.* 4. *D. de serv. præd. urb.* stillicidia *l.* 17. *D. eod. tit.* id est pati.

Excipere pœnam *l.* 38. §. 8. *D. ad leg. jul. de adult.* sententiam publicam *l.* 17. *C. Theod. de bon. proscr.* stilum proscriptionis *l.* 15. *Cod. Th. eod. tit.* id est, sustinere.

Excipere verba, id est, accipere interpretari *l.* 7. *D. de dolo.*

Excipere interdum est in venditione, locatione, aut traditione aliquid recipere, seu retinere, & ut vulgo loquimur, sibi retinere, & reservare, cavere, ne id venditione comprehendatur *l.* 32. *D. de ususfr. l.* 6. §. *ult. D. comm. divid. l.* 73. *D. de contr. emt. l.* 19. §. 3. *D. locat.* Sic *excipere* ne servus manumittatur *l.* 6. *D. de serv. export.* In primis elegans est loquutio: *At si venditor, qui manus injectionem excepit, ipse prostituit* in *l.* 29. §. 1. *D. de in jus voc.* Solebant enim qui alienabant, sibi interdum reservare jus in rem alienatam, perinde ac si emtor eam fiduciario tantum jure accepisset, certis casibus propria auctoritate repetendi. Quem in modum stipulatus *manus injectionem sibi excepisse* dicebatur. Vid. Jo. Frid. Gronov. *Not. ad Senec. Consol. Marc. c.* 10. *p.* 59. & infra art. *manus injectio.*

Excipere, excludere, removere. Excepta omni concussione, id est, exclusa *l. ult. C. Th. de frum. urb. Constantinop.*

Excipere etiam quid dicitur venditor, qui sibi in vendendo cavet, ne de aliquo jure, vitiove rei venditæ teneatur. Si *excipit* venditor de morbo *l.* 1. §. 9. *l.* 4. §. 3. *de Ædil. edict.* Sic Horat. 2. *Serm. sat.* 3. Mentem nisi litigiosus *Excipere* dominus. *Excipere* libertatis caussam in venditione *l.* 69. *D. de evict.* Excipere vim *l.* 30. §. 3. *D. locat.*

Excipere, eximere aliquid a regula *l.* 10. *D. de novat. l.* 20. *D. de evict.* *Exceptæ* personæ in *l.* 5. §. *ult. l.* 26. *D. de legat. præst. l.* 2. *D. de conjung. cum emanc. lib.* intelligi ibi debent liberi, parentes, uxor, nurus *l.* 1. *l.* 8. §. 1. & §. 3. *D. de legat. præst.* Verum in *l.* 7. §. 1. *D. de Leg. jul. repetund.* exceptos accipe, quos Lex illa Julia repetundarum excipit, a quibus licet accipere, puta sobrinos, propioreve gradu cognatos, itemque uxorem, ut docet *l.* 1. *D. eod. tit.*

EXCITARE. Excitari dicitur accusatio *l.* 26. *D. ad Leg. jul. de adult.* crimen sopitum *l.* 29. §. 5. *D. eod. tit.* At *excitata* desidia in *l.* 29. §. 5. *D. eod. tit.* videtur esse cognita, explorata & perspecta.

EXCLAMARE in Ecclesia *rubr. C. de his qui ad eccl. confug. vel ibi exclam.*

EXCLUDERE, repellere, submovere *l.* 14. *D. de bon. libert.* & passim.

EXCLUSORIA exceptio, vel replicatio *l.* 2. §. 1. *D. de except.*

EXCOGITARE. Quod pro pupillis excogitatum est, id est, introductum l. 3. *D. de Carb. edict.*

EXCOMMUNICATIO major ex mente juris canonici est separatio ab ecclesia seu corpore Christi inflicta. In concil. Colon. 1. *de anno* 1536. *P. XIII. cap.* 5. apud Harduin. *Tom.* 9. *concil. p.* 2028. ea pœna esse dicitur, qua nulla major est in ecclesia, & quod anathema sit æternæ mortis damnatio, quod jam olim in Meldensi Concilio *cap.* 56. & a Gratiano in *cap.* 41. *Causs. qu.* 3. relato, traditum est. In Concilio Narbonensi *de anno* 1609. *cap.* 44. apud Harduin. *tom.* 9. *p.* 50. malum malorum esse dicitur excommunicatio, cujus rationes in *concil. Toletano de anno* 1590. *P.* 5. *c.* 1. Apud eumdem *tom.* 10. *p.* 1815. traduntur. Grave profecto aiunt patres, & incomparabile damnum

num est, extra communionem sanctorum esse, Dei optimi maximi gratia, spirituali ejusdem protectione, Christi meritis, & demum ecclesiæ suffragiis, & sacramentorum usu privari. Hæc omnia facit excommunicatio, quæ pœnarum omnium graviffima, formidabilissimaque, ut Christianis minime contemnenda, sed potius summo cum tremore pertimescenda. Ita illi.

Excommunicatio ob quædam delicta, incurritur a delinquente ipso jure, veluti ab eo, qui clericum percutit, quod ex *cap. 29. C. 17. quæst. 4.* tractum, & probatum; adeo ut etiam non denunciatus statim vitandus sit a quolibet *cap. 14. decretal. de sent. excomm.* Idem quoque dicendum de violatoribus immunitatis ecclesiasticæ *cap. 49. eod. tit.* & de his, qui cum illis scienter communicant *cap. 18. & 29. eod. tit.* Et hæc excommunicatio dicitur *a jure*, ut distinguatur ab ea, quæ *ab homine* dicitur. Rursus excommunicatio *a jure* distinguitur in *de facto*, & *ferendæ* sententia: hæc lata sententia declaratur, illa ipso facto incurritur.

Excommunicatio quæ dicitur *ab homine*, solet adhiberi ad homines per eam cogendos ad pœnitentiam externam præmissa trina monitione *cap. 15. de sent. excomm.* Qui eam spernunt, qui pœnitentiam subterfugiunt, ut incorrigibiles, ab ecclesia demum separandi *cap. 14. eod. tit.* Ob contumaciam quamcumque aliam contra eos, qui Episcopis, vel Pontifici obedire recusant, exercetur. Duas has species recenset Pontifex *in cap. 23. de verb. signif.* quarum prima est excommunicatio pro contumacia, quia scilicet citatus stare noluit, altera pro offensa, quia jussus noluit maleficium emendare, mediante satisfactione imposita.

Excommunicationis verbo *major*, & minor continetur *cap. pen. de sent. excom.* Aliquando minor tantum *c. cum non ab homine de jud.*

Accedit *excommunicatio* minor, etiam parochis concessa, in denegatione sacramentorum consistens *cap. pen. eod. tit. cap. 10. de cler. excomm. depos. vel interd. ministr.* quæ ortum traxit a necessitate, semel in anno parocho proprio confitendi peccata, & absolutionem petendi. Hanc ergo denegare potuit ex caussa, & sic etiam usum eucharistiæ *c. 12. de pœn. & remis.* quo respectu parochus dicitur habere forum pœnitentiale, & tantum judex competens esse respectu sacramentorum.

Differt *excommunicatio* ab *interdicto* quod censura est, qua mediante sacrificium inducitur ob contumaciam, vel delictum in ecclesiis commissum. Estque vel *locale*, si regnum, civitas, vel ecclesia subjicitur interdicto, vel *personale*, si immediate ad personas dirigitur, vel mixtum, si ad locum, & personas directum; ut hæc nec alibi possint divinis interesse *cap. 16. de sent. excomm. in 6.* Cujusmodi censuræ rigorem levavit Bonifacius VIII. *in c. 4. eod. tit. in 6.* ut tempore interdicti quædam sacra licite ministrari queant *cap. 43. cap. 55. de sent. excomm.* & ordines religiosi plurimi per privilegium excepti sint ab observantia interdictorum. Tale privilegium monasterium Cluniacense a Pio IV. habuit, ut nullius Episcopi interdicto subjici queat, de quo loquitur *cap. 26. de privileg.* Alioquin contra interdictum ministrantes fiunt irregulares.

Formam sollemnem excommunicationis, & absolutionis *no. c. debet causs. 11. q. 3.*

EXCOLERE ædificium *l. 44. D. de usufr.* fundum *l. 53. D. de rei vind.*

EXCRESCERE dicuntur aqua imbre *l. 1. D. de aqu. & aqu. pluv.* fructus *l. 27. §. 16. D. de flumin.* præstatio *l. 2. D. de oper. libert.*

EXCUBARE. Qui pro pace excubant *l. 13. D. de accus. l. 17. D. ad Leg. jul. majest.*

EXCUBATIO *l. 3. §. 6. D. de re milit.*

EXCUBIAS agere *l. 1. D. de offic. præf. vigil.* Excubiis sollertibus, vel sollicitis observare *l. 13. C. Th. de pœn. l. 1. Cod. Th. de Alex. pleb. primat.*

EXCULPERE. Vid. *exsculpere*.

EXCURARE pro adcurare, præbere *l. 5. Cod. Theod. de curios.*

EXCURIARE pro excusare *in l. 11. D. de decur.* legendum putavit Cujac. *26. obs. 38.* sed nulla urgente necessitate. Vid. infra *excusare*.

EXCURRERE. Et quod excurrit, idem est, ac aliquot præterea *l. 26. §. ult. D. depos.*

EXCURSIONES breves, & longiquæ *l. 13. §. ult. D. de ann. legat.* id est, profectiones.

EXCURSUS statuti temporis *l. 2. C. si major. fact.*

EXCUSARE, quasi *excaussare*, uti hoc vocabulum scribitur in quibusdam codicibus *leg. 55. D. de Ædil. edict.* idem est ac caussam adferre, vel adlegare, ob quam quis obligatus non sit, vel imputari quid illi non debeat. Pet. Faber. Semestr. *lib. 3. c. 23. p. 557.*

Advocatum fisci in omnibus officiis necessitas excusat *l. 5. §. 13. D. de his quæ ut indign.* Excusare se a cura adolescentium *l. 11. §. 2. D. de min.* Excusatum damnum *l. 2. §. ult. de peric. & commod. rei vend.*

Non prætermittenda hic singularis, & propria jurisconsulti hujus verbi notio, quod nimirum aliquando idem sit, ac prohibere, arcere. Ulpianus *l. 1. §. 3. D. de postul. In quo edicto Prætor aut pueritiam, aut casum excusavit.* Quod paullo post ipse interpretatur: *Pueritiam, dum minorem annis septemdecim prohibet postulare.* Callistratus quoque *in l. 11. D. de decurion.* quod prius *prohibitionem* dixerat, paullo post vocat *excusationem*, ubi frustra *excuriare* rescribit Cujac. *27. obs. 38.* Pet. vero Faber. *3. semestr. 23.* mavult *excipere*. Nam non adeo inso-

insolita est illa verbi notio, quam & Sueton. in *Aug. cap.* 35. referat, *Augustum quosdam ad excusandi verecundiam compulisse*. Molliori ergo vocabulo prohibitionem exprimebant jurisconsulti, cui quum simile verbum in lingua sua non reperirent Græci, e latino sermone verbum ἐξκουσατεύειν formare non dubitarent. Vid. Bynkersh. 4. *obs.* 11. Quamvis vero hæc notio jurisconsultis fere sit propria, boni tamen auctores eodem verbo pereleganter utuntur, quoties Deum propitatum votis malum aliquod aiunt prohibiturum. *Auctor elegiæ in mortem Drusi. Eventura precor, Deus excusare priora dum volet, a Druso, cetera læta dabit.* Unde porro factum, ut *excusare* sit expiare, delere nefas, liberare a pœna. Locis veterum Plinii, Claudiani, Latini, Pacati, eleganter id probavit Jo. Frid. Gronov. 2. *obs.* 10. *p.* 313. Hein.

EXCUSATIO, adlegatio caussæ *l. 6. §. ult. l.* 44. *D. de excus.* Tales *excusationes* absentium *l.* 13. *D. de publ. jud.* ætatis *l.* 37. *D. de min.* munerum *rubr. D. de vacat. & excus. mun.* tutelæ *l. 6. §.* 15. *D. de excus.* παραίτησις τῆς ἐπιτροπῆς dicitur a Modestino *l.* 1. *D. eod. tit.*

EXCUSSATUS pro excusso, vel eo cujus facultates excussæ sunt *in l.* 46. *§.* 6. *D. de administr. & per tut.* Alii tamen ibi legunt *excussus*. Immo in ipso codice Florentino non est *excussatus*, sed *excusatus* sine sensu. Ceterum non ignotum veteribus frequentativum *succussare*, & inde derivatum *succussator* Hein.

EXCUSSIONIS, seu *ordinis* beneficium jus fidejussori convento a creditore competens, remittendi hunc ad debitorem, ut hic primum excutiatur. Nimirum fidejussor obligationem debitoris in se recipit absque novatione ita, ut debitor non liberetur, sed uterque eorum obligatus sit in solidum, proindeque creditori liberum sit in jus vocare, quem horum velit *l.* 3. *Cod. de fidejuss.* Verum hæc durissima fidejussorum erat conditio, qua commotus Imp. Justinianus *Nov.* 4. *c.* 1. iis tribuit hoc beneficium, ut non nisi excusso debitore teneretur fidejussor, atque ita hic conventus exciperet de non servato ordine, & debitore prius conveniendo.

EXCUSSUS temporibus *l. 7. C. Th. de repar. adpell.* id est temporibus evolutus, ut habet *l. 1. C. Th. eod. tit.*

EXCUTERE, quassando elicere *l.* 32. *§.* 13. *D. de furt. l. 7. D. de adquir. rer. dom.*

Excutere an quis sit solvendo. *Excussus* bonis *l.* 1. *C. de revoc. iis quæ in fraud.* Excutitur possessor hereditatis prior *l.* 2. *D. si quis omiss.* reus *l.* 2. *Cod. quo quisq. ord. conven.*

Excutere, scrutari, disquirere. Ita *excutere* rationes *l.* 59. *§. ult. D. de manum. test.* verba SCi *l.* 2. *§.* 1. *ad SC. Vellei.* veritatem *l.* 10. *§.* 3. *de auct.*

EXECRABILE *execrare*. Vid. infra *exsecrabile*, *exsecrare*.

EXEDRA *l.* 5. *§.* 2. *D. de his qui effud. vel dejec.* Jul. Pollux 1. *Onomast.* 8. ἐξέδρας adpellari tradit, ἐν αἷς συγκάθηνται, *quod ibi consideratur*. Sunt loca, seu dietæ non deambulandi gratia prope porticus ædificata, sed consessus caussa, multorumque hominum capacia, qui coire, docere, disputare, audire cupiebant. Vid. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 2. Plin. *lib.* 10. *epist.* 95. In *exedra* utique Crassum, posito lectulo, recubuisse, Cicero *l.* 3. *de orat. c.* 5. scribit.

EXEMPLARIBUS duobus facere testamentum *l.* 1. *§.* 5. *D. de bon. possess. sec tab.*

EXEMPLARIUM. In duobus exemplariis scriptum testamentum *l.* 10. *D. testam. quemadm. aper.* Exemplarii caussa scriptæ binæ tabulæ *l.* 47. *D. de legat.* 2. Eadem forma usi & Arnob. *lib.* 6. *p.* 198. Hier. *ad Helvid. c.* 8.

EXEMPLO, ad similitudinem. Ut exemplo actionis arbitrariæ *l.* 16. *§.* 1. *D. de pec. const.* institutionis *l.* 61. *D. de legat.* 2. vi bonorum raptorum Paull. 5. *Sent.* 6. *§.* 5.

Ad *exemplum*, eadem significatione, *ad similitudinem*, ut loquitur *l. ult. C. de inoff. donat.* Ea autem formula, æque ac superiore, utiles potissimum actiones, & quæ e Prætore adcommodabantur, significari, demonstrarique solent, quamvis & alia, quæ alteri rei quacumque ratione similia sunt, *ad* alterius *exemplum* invecta, redactaque dicantur. Sic ex empto utili actione agi potest *ad exemplum* institoriæ actionis *l.* 13. *§.* 25. *D. de act. emt.* Secundum *exemplum* SCorum inductum *l.* 67. *D. de judic.*

Exemplum pro consequentiis ponitur. Ut cum dicitur, ad exemplum constituti singulares non trahi *l.* 1. *D. de constit. princ.* Sine *exemplo* aliquando subvenit princeps *l.* 1. *§. fin. D. eod. tit.* id est, extra ordinem, ut non trahatur ad exemplum.

Hinc quæcumque alios ad peccandum invitare posse videbantur, dicebantur *exemplo* gravia *l.* 10. *C. de distr. pign.* *exempli* iniqui *l.* 47. *D. de judic.* mali *l.* 38. *§.* 5. *D. de pæn.* pessimi *l.* 45. *D. de legat.* 2. perniciosa *l.* 7. *D. de probat.* turpissimi *l.* 11. *§.* 3. *D. ad Leg. Jul. de adult.* Hoc remisi *exemplum*, ait Trajanus *in l.* 1. *D. de interd.*

Porro & pœnam, quæ deterrendorum aliorum caussa reo infligebatur, *exemplum* vocatam observamus. Terent. Eun. *Act.* 6. *sc.* 4. *v.* 24. Quæ futura in eum *exempla dicunt indigna*? & *v.* 26. *Quid ais? in quem exempla fient*? Et huc pertinent loquutiones: Ad *exemplum* hoc pertinet *l.* 3. *§.* 1. *D. alim. & cib. leg.* In *exemplum* coercere *l.* 9. *D. de reb. eor.* vindicare *l.* 6. *§. ult. D. de cust. & exhib. reor.* Propter *exemplum* capite puniendus *l.* 6. *§.* 3. *D. de re milit.* ut *exemplo* deterriti minus delinquant *l.* 6. *§.* 1. *D. de pœn.* ut *exemplo* aliis ad deterrenda maleficia sit *l.* 41. *D. depos.*

Exem-

Exemplum interdum adpellatur, id quod ex authentico descriptum est, quod & *indicem* Paullus, vulgus nostrum *copiam*, & *duplicatam* vocat. Proinde authentico ita *exemplum* opponitur *l.* 4. §. *ult. famil. ercisc. l. ult. D. test. quemadm. aper.* Josephus ἀντίγραφα vocat *lib.* 14. *cap.* 17. Non ex *indice*, & exemplo alicujus scripturæ, sed ex authentico conveniendus est *l.* 1. *D. de fid. instr.* Paull. 5. *Sent.* 12. §. 11.

Unum testamentum pluribus exemplis consignare *l.* 24. *D. qui test. fac. poss.* Sic *exempla* actorum *l.* 45. *l.* 6. *de jur. fisc. exemplum* facti *l.* 15. *C. de transact.* instrumentorum *l.* 11. *D. de edend.* libelli *l.* 6. *D. ad Leg. jul. de vi publ.* relationis *l.* 6. *D. de adpell. recip.* tabularum *l.* 4. §. *ult. D. fam. ercisc.*

Aliquando *eyemplum* vocatur prima scripturæ alicujus lineamenta. Sic *exemplum* testamenti (non confecti, sed conficiendi) ne codicilli quidem, vel fideicommissi vim habet *l.* 11. *D. de legat.* 3.

Exemplum pro argumento. Sic pluribus tabulis eodem *exemplo* scriptis *l. ult. D. de his, quæ in test. del.* Suet. *in Tib. c. ult.* Testamentum duplex ante biennium fecerat alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem *exemplo*.

EXEMPTILES lapides *l.* 25. §. 11. *D. de aur. arg. leg.* id est, ut ibidem hæc loquutio exponitur, gemmæ, quæ solutæ sunt.

EXEMPTIO est, qua persona, vel conventualis ecclesia canonicorum sæcularium, vel regularium monachorum, vel monialium ab ordinarii jurisdictione liberatur, vel etiam immediate subest Papæ. Exemptionum autem duo genera sunt, *Universalis*, quæ cum universitate juris ad Papam spectant, ita ut Metropolitano, vel Diœcesano nihil juris maneat in eadem. *Particularis*, quæ pro parte ceteris casibus ab eorum jurisdictione eximit. Vid. *cum persona* ubi interpretes, *de privil. lib.* 6. Exemptio fieri non potest nisi per Papam *c. luminoso causs.* 16. *qu.* 2.

Exemptio cretæ *l.* 16. *D. de præscr. verb. Exemptio* ejus, qui in jus vocatus est *l.* 4. §. *ult. l.* 5. §. 2. *D. ne quis eum qui in jus voc.*

EXEQUI. Vid. infra *exsequi*.

EXEQUIÆ. Vid. *exsequiæ*.

EXERCERE argentariam *l.* 4. §. *ult. D. de edend.* artem ludicram *l.* 42. *D. de rit. nup.* & sic porro de aliis artibus, vel professionibus passim.

Alias *exercere* interdum est intendere, instituere, veluti quum dicimus, *Exercere* accusationem *l.* 18. *C. de his qui accus. non poss.* actionem *l.* 32. *D. de admin. & per. tut.* adpellationem *l.* 10. *C. de adpell.* caussas adpellationis *l.* 4. *C. mand.* caussam principalem *l.* 30. *D. de jurejur.* consilium *l.* 2. *D. de off. ejus cui mand. jurisd.* consilium *l.* 7. *C. de Leg. jul. de adult.* exceptionem *l.* 29. *D. mand.* excusationis caussas *l.* 45. *D. de excus.* hereditatis petitionem *l.* 20. *D. de inoff. test.* incendia civiliter, id est, accusationes incendiariorum *l.* 28. §. 12. *D. de pœn.* præscriptionem *l.* 12. *D. de except.* provocationem *l.* 2. §. 3. *D. de judic.*

Exercere cognitionem *l.* 1. *D. si ingenuus* jus suum *l.* 17. §. 11. *D. de Ædil. edict.* litem *l.* 39. §. 9. *D. de recept. arb.* id est, persequi.

Exercere beneficium *l.* 8. *D. de collat. bonor.* damnum *l.* 49. *D. de admin. & per. tut.*

Exercere agros *l.* 19. *C. Th. de lustr. collat.* i. e. colere.

Exercere feras *l.* 62. §. 1. *D. de usufr.* homines qui agros colunt *l.* 8. *D. de instr. vel instr. leg.* id est, agitare. Si exercentur operibus milites *l.* 12. §. 1. *D. de re milit.*

EXERCITATIO litis l. 8. §. 3. *de fidejuss.*

EXERCITIO artis *Collat. Leg. Mos. & R. tit.* 15. §. 2. judicii *l.* 15. *D. ut legator.* navium *l.* 1. §. 20. *D. de exercit. act.* noxæ *l.* 220. *D. de verb. signif.*

EXERCITOR navis, cauponæ, stabuli *l.* 5. §. *ult. D. de oblig. & act. l.* 3. §. 3. *l.* 6. §. *ult. l. ult.* §. 3. *D. naut. caup. stab.* Adpellatur autem *exercitor navis*, ad quem obventiones omnes, & reditus navis perveniunt, sive is dominus navis sit, sive a domino per aversionem conduxerit *l.* 1. §. 15. *D. de exercit. act. l.* 1. *D. de furt. adv. naut.* vel, ut Justinianus definit, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet §. 1. *Inst. quod cum eo.* Κατ' ἐξοχὴν tamen ita vocantur domini navium. *Domini navium Carthaginensium ex Africa.* Reines. Instr. *Class.* 3. 21. Add. *l.* 1. 2. *C. Th. de navib. non excus.*

EXERCITATORIA actio, quæ ex omni contractu, cum magistro navis inito, datur ei, qui cum magistro navis, de negotio, cui ille præpositus erat, contraxit. Ea utique locum habet, quum quis servum suum magistrum navis præposuerit §. 2. *Inst. quod cum eo, qui in al. pot.* & adversus patrem, si filius familias ejus voluntate navem exerceat *l.* 1. §. 10. *seq. D. de exercit. act.*

EXERCITUS. Exercitum dicimus non unam cohortem, neque unam alam, sed numeros multos militum. Exercitui enim præesse dicimus eum, qui legionem, vel legiones cum suis auxiliis ab Imperatore commissis administrat *l.* 2. §. 1. *D. de his, qui not. infam.*

EXERERE. Vid. infra *exserere*.

EXHAUSTA pars hereditatis *l.* 32. *l.* 78. *D. ad Leg. falcid.* id est, absumta. *Exhaustum* spacium *l.* 1. *C. Th. de repar. adpell.* i. e. elapsum. Ita exhaustam noctem dixit Tacit. 4. *hist.* 29. & exhaustum annum Lucan. *lib.* 5. *v.* 44.

EXHEREDARE est excludere expressis verbis ab hereditate eum, cui alias portio legitima debetur *l.* 8. *l.* 11. *D. de lib. & post. l.* 13. *D. de injust. nupt.* Certæ enim erant personæ, quæ vel instituendæ, vel *exheredandæ*, quas nempe in testamento præterire testator non poterat. Non omnes quidem, quibus portio

tio legitima debita esset, exheredare necesse erat, ut subsisteret testamentum. Sic frater & soror præteriti non infirmant testamentum, nisi cum persona indigna est instituta *l. 27. C. de inoff. test. Novell. 115. c. 3. 4.*

Ceterum soli heredes *exheredantur*, qui ipso jure heredes essent. Extranei inepte *exheredari* dicuntur, ad quos absque eo hereditas pervenura non esset *l. 132. D. de verb. obl.* Quo pertinet illud Quinctiliani *lib. 3. c. 7. Supervacuum enim fuisse prohiberi patris bonis abdicatum, si esset numero alienorum.* Add. *l. ult. D. de bon. damnat.*

Alias extranei tum demum *exheredari* dicuntur, quum prius scripti in certum casum hereditate excluduntur, ut *in l. 27. D. ad Leg. falcid. l. 17. §. 2. D. de test. milit. l. 41. §. 8. D. de Leg. 3. l. 44. D. de hered. inst.* & in formula creationis apud Ulpian. *tit. 22. fragm. §. 27.*

At medio ævo tam fuit laxa, & vaga hujus verbi notio, ut *exheredari*, vel *exhereditari* dicerentur, quicumque non modo sperata hereditate exciderentur, sed & bonis possessis spoliarentur. Capitular. *lib. 6. §. 282.* Auctor *hist. Landgrav. Thuring. ad an. 1287. Albertus* Landgravius *dolens de malis, sibi a filiis illatis, volensque eos exheredare*, (id est, terris divenditis, dissipatisque eos spe successionis privare,) *vocavit filium suum Apets.* Immo & qui se ipsos, sive liberalitate, sive profusione, bonis exuebant, sese *exhereditare* dicuntur, Salvian. *de avarit. lib. 3. p. 100. edit. Baluz. Si illi tunc ob Deum donantes omnia sua, etiam seipsos* exhereditavere *viventes.* Denique & res aliquando *exhereditari* feruntur, partim quæ familia exeunt, veluti in Constitutione Leduini Abbatis S. Vedasti apud Martene *Collect. Tom. 1. p. 382.* partim, quarum nullus heres vel possessor est, Ludevvig. *Reliquiar. Tom. 5. p. 619.* Observarunt hoc jam Petr. Pithoeus *in Gloss. ad libros Capitular. p. 720. Tom. 2. Capitular. Baluz.* & Monachi Benedictini *in nov. edit.* Car. Du-Fresne *Glossar. Tom. 2. p. 244.* Hein.

Aliud porro in Libris juris civilis est *exheredare nominatim*, aliud inter ceteros. Vid. infra sub *inter.* Ita *nominatim exheredandi* sunt liberi cujuscumque sexus, sive nati, sive postumi *§. 5. Inst. de lib. exher.* Attamen a patre milite præteriti pro exheredatis habentur *l. 47. §. ult. D. de bon. libert.* Ut adeo valeat hic exheredatio, quam etiam *tacitam* dixeris, dum alia proprie exheredatio non est, nisi quæ fit verbis expressis. Hinc illud: Si patronus, testamento jure militari facto, filium silentio exheredaverit *l. 12. D. eod. tit.*

Exheredare ab omnibus heredibus, & ab omni gradu est repetere exheredationem, quoties alius instituitur heres, vel substituitur. Et ita exheredare oportebat *l. 3. §. 2. 3. 6. D. de lib. & postum.* Sic *exheredatus* si primo, vel secundo gradu *l. 3. §. ult. l. 13. 14. D. eod. tit.* ab herede instituto *l. 5. D. de injust. rupt.* a primis heredibus *l. 14. D. de lib. & post.* ab unius persona *l. 3. §. 2. D. eod. tit.* cum scilicet exheredatio non adjicitur institutioni aliarum personarum, item a substituto *l. 8. D. eod. tit. l. 14. §. 1. l. 19. D. de injust. rupt.*

EXHEREDATIO, non notæ gratia, sed alio consilio adjecta *l. 47. D. de bon. libert.* Add. *l. 18. D. de lib. & post.* quæ dici solet *exheredatio bona mente facta.*

EXHERES esse jussus *l. 19. D. de lib. & post.* i. e. exheredatus, seu exheres scriptus, ut est *in l. 5. D. si tab. test. null. exst.*

EXHIBERE est sistere quem, & præsentiam corporis facere *l. 22. D. de verb. signif. l. 4. D. qui satisd. cog. l. ult. D. in jus voc. ut eant. l. 1. pr. D. si ex nox. caus.* Quod ad *actionem ad exhibendum* attinet, exhibere est facere in publico potestatem: ut ei, qui agit, experiundi sit copia *l. 2. C. ad exhib.* vel, ut ait Ulpianus, in eadem caussa præstare, in qua fuit, quum judicium acciperetur, ut quis copiam rei habens, possit exsequi, actione, quam destinavit, in nullo casu, quam intendit, læsa *l. 9. §. 5. eod. tit.* adeoque is *exhibet*, qui præstat ejus rei, qua de agitur, præsentiam *l. ult. D. de verb. signif. l. 4. D. qui satisd. cog.* Sed & in interdictis, de *tabulis exhibendis* est materiæ ipsius deprehendendæ copiam facere *l. 3. §. 8. D. de tabul. exhib.* Similiterque in interdicto *de libero homine exhibendo*, exhibere est in publicum producere, & videndi, tangendique hominis facultatem præbere *l. 3. §. 8. D. de lib. hom. exhib.*

Exhibere alias est præstare. Sic *exhibentur* angariæ *leg. 1. Cod. sumt. ini. mun.* actiones *l. 57. D. de legat. 1.* fideicommissum *l. 63. D. ad SC. Trebell.* fides *l. 47. D. de bon. libert.* honor *l. 4. §. 16. D. de dol. except.* & alia passim.

Exhibere nomina testium, id est, edere *leg. 59. D. de recept. arb.*

Exhibere pro alere, & educare *in l. 10. §. ult. D. de alim. & cib. leg.* Ita *exhibere* familiam *l. 10. §. 7. D. de in rem vers.* filiam *l. 5. pr. §. 5. de agnosc. & al. lib.* servos *l. 20. §. ult. D. de in rem vers.* filiam *l. 5. pr. §. 5. de agnosc. & al. lib.* servos *l. 20. §. ult. D. de in rem vers.* Justin 9. *dist. c. 10.* Quæ cum patrimoniis ditet Scythas, sed vix alimentis exhibeat. Idem *lib. 11. c. 10.* Misere vitam *exhibentem*. Lactant. *de mort. persequut. c. 7. & 11.* ubi Grævius & Ducker. *de Latin. vet. ictor. p. 436.* Non ergo barbarum est, sed antiquitatem eruditam redolet illud Vet. Vulg. *Act. 28. v. 7.* Qui nos suscipiens triduo benigne *exhibuit*. HEIN.

Exhiberi, pro evocari, & ad majus judicium deduci *rubr. C. quand. imp. inter. pupill. vel vind. l. 6. C. de profess. & med.*

EXHIBITIO, productio, qua in judicio quis sistitur, vel alicujus rei experiendæ fit copia. Ita *exhibitio*

bitio accusati *l. 9. C. de quæst.* tabularum *l. 1. §. 7. D. de testam. quemadm. aper.*

Exhibitio, præstatio. Ita pro præstatione fideicommissi accipitur in *l. 10. D. quæ in fraud. cred. Exhibitio* cursus publici *l. 14, C. de curs. publ. Exhibitionis* onus *l. 3. l. 5. C. de advoc. divers. jud.* ubi fortassis exhibendarum angariarum munus significat *l. 7. C. sumt. injunct.*

Exhibitio thermarum, id est, editio *l. un. C. Th. de mancip. therm. arb.*

Exhibitio pro alimentis & victu *l. 3. §. 1. D. ubi pupill. educ. l. 26. §. ult. D. quand. dies legat.* & apud Tertullian. de *Idololat. c. 6. & 8. & de coron. milit. c. 8. & de Monogam. c. 8. & 16.*

EXHIBITORIA interdicta sunt, per quæ jubetur exhiberi, veluti eum, cujus de libertate agitur, aut libertum, cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt §. 1. *Inst. de interd.*

EXHORTARI *l. 20. D. de his qui not. infam.*

EXIGERE, postulare. *Exigit* bona fides *l. 21. 23. D. locat.* favor libertatis *l. 17. D. de manum. test.* necessitatis *l. 12. C. Th. de curs. publ.* Exigit Papinianus *l. 32. §. 19. de don. int. vir. & ux.* Sed & *exigi* dicitur, quod est vel officii, vel necessitatis, ut *exigitur* bona fides *l. 3. l. 51. D. depos.* labor continuus *l. 18. D. de Aedil. edict.*

Exigere quid dicimur, quum aliquem ad id faciendum, præstandumve nobis compellimus. Sic *exigere* illicite *l. 9. §. 5. D. de publican.* indebitum *l. 20. §. 18. D. de hered. pet.* operas impositas *l. 95. D. de legat. 1.* pecuniam fœneratam *l. 20. mandat.* Et ita *exigere* cum effectu accipimus. *Exigere* enim (quantum ad debitum pertinet) est, quod sibi debetur per judicem, aut sine judice poscere, & auferre, ad ejus solutionem, præstationemve debitorem urgere, & compellere, denique suum ab invito vel cessante debitore consequi. Igitur, qui interpellato cum instantia debitore, ad suum perveniunt, *exegisse* dicuntur, *Exactumque* accipimus, quod non ultro, sed vel interveniente judice, aut alias urgente creditore, solutum est, ac præstitum. Idcirco illa *non exegerat*, sed debitor ultro pecuniam *obtulerat*, opponuntur in *l. 11. §. 13. D. de legat. 3.*

Exigere etiam precarium, & fideicommissarium verbum est, ut *l. 118. D. de legat. 1. Exigo*, id est, rogo, ut des.

Exigere aliquem est eum adigere. Sic *exigere* argentarium rationes reddere *l. 18. D. de edend. Exigere* debitorem *l. 85. D. de liberat. leg. l. 5. §. ult. D. de præscr.* reum *l. 2. D. si quis caut. in jud. sist.*

Exigere pro expellere, &, ut Non. Marcell. ait, *excludere*, & *profligare*.

Sic *exigere* in exilium *l. 8. D. ad Leg. Cornel. de sicar.* patria: Nævius in Donat. citante Nonio, *Exa-*

bis regibus l. 2. §. 3. & §. 16. D. de orig. jur. & Cic. *lib. 1. de orat. c. 9.*

Exigere, quando de tempore dicitur, idem est ac implere, & hinc *exactum*, ut Nonius Marcell. interpretatur, significat transcursum, vel præteritum. *Exacto* nondum vicesimo & quinto anno *l. 6. C. de interdict. matrim. Exactus* dies *l. 6. fin. D. de naut. fœn. l. 139. D. de verb. signif. l. 1. C. de test. mil.*

Exigi pro censeri, haberi, dici videtur in *l. ult. C. Th. de rapt. & matrim. sanctimon. Neque enim exigi convenit proditorem*, idem ac si dicas, neque enim proditorem oportet censeri, vel pro proditore habendus non est.

Exigi pro celebrari. Editiones in his (locis) debent *exigi*, quas delegit antiquitas *l. 1. C. Th. de spectac.*

EXIGUIOR aqua *l. 1. §. 15. D. de flum. Exiguiores* numi in *l. 75. D. de legat. 5.* sunt viliores, quemadmodum in *l. 14. §. 1. D. de legat. 1. l. 36. §. 6. D. eod. tit. Exiguius* legatum *l. 14. D. de legat. 1.* Probum vero ac latinum esse hoc comparativum, Columellæ auctoritate *lib. de arbor. c. 28.* probavit Ducker. *de Latin. vet. ictor. p. 388.*

EXIGUITAS fructuum in *l. 15. §. 5. D. locat.* est vilitas, uti apud Spartian. *in Alex. sev. c. 19. Exiguæ vestes* sunt viles, vel minoris pretii, & apud Hor. *lib. 3. carm. ad 6. Torques exiguæ*, viliores, Bynkersh. *2. obs. 13.* Unde male vestes exiguas humiles interpretatur Salmas. *in Hist. Aug. script. p. 140.* HEIN.

EXILIUM, ait Marcianus, triplex est, aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum, aut insulæ vinculum, id est, relegatio in insulam *l. 3. D. de interd. & releg.* Paullus tamen in *l. 2. §. 1. D. de publ. judic. exilium* interpretatur aquæ & ignis interdictionem, per quam eximitur caput de civitate, ceteras vero pœnas non *exilia*, sed *relegationes* proprie dici, ait. Ac plane Cicero *lib. 2. Rhetor. ad Herenn. c. 28. omnes*, quibus aqua & igne interdictum sit, *exules* esse scribit. Quin etiam Ovid. 2. *Trist. v. 137.* Augusti clementiam laudat, quod edicto suo excedere patria, & in Pontum secedere jussus, non *exul*, sed *relegatus* dictus esset. Igitur vitandæ obscuritatis caussa Ulpianus in *l. 14. §. 3. D. de bon. libert.* dixit *exsilium, quod sit vice deportationis, ubi civitas amittitur*. Unde & *exilii* nomen de deportatione *l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. & ux.* Attamen dicitur.

Exilium vel perpetuum, vel temporarium *l. 4. §. 3. D. de re milit. l. 13. D. ex quib. causs. in possess. l. 4. D. de interd. & rel. l. 1. D. de jur. patron.* Ad perpetuum pertinet *exilium deportationis* in *l. 5. C. de sacros. Eccles. l. 1. C. Th. ad Leg. jul. de ambit. l. 2. C. Th. de his qui cum dispens. contr.* Ad temporarium pertinet, quo quis dicitur *in exilium* relegatus in *l. 73. §. 10. D. de jur. dot.*

EXIMERE est quoquo modo auferre, ut puta, si quis non rapuerit quem, sed moram fecerit, quo minus in jus veniret, ut actionis dies exiret, vel res tempore amitteretur, videbitur exemisse, quamvis corpus non exemerit *l.* 4. *D. ne quis eum, qui in jus voc.* & tam generaliter in eo titulo eximendi verbum accipitur, ut & apud Quinctilian. *Declam.* 259. Sic & vi exemptus is, quocum agebatur, intelligitur *l.* 55. *D. de pecul.*

Eximi praeterea dicitur actio, quando desiit quis agere posse *l.* 1. *l.* 26. §. 5. *D. ex quib. caus. major.*

Eximere ancillam in *l.* 7. *D. qui sine manumiss.* id est, manu injecta abducere.

Eximi de reis quis dicitur, abolitione interveniente, vel accusatore desistente *l.* 11. *D. de accus. l.* 12. *D. ad SC. Turpill.*

Eximendae cretae, vel lapidis jus *l.* 5. *D. de servit. praed. rust.*

EXIMIUS labor *l.* 34. *D. de donat.* usus *l.* 3. §. *ult. D. de supell. leg.*

EXINANIRE patrimonium *l.* 87. §. 3. *D. de legat.* 2. *l.* 3. *C. de inoff. donat.* id est, exhaurire facultates. Et ita D. Ambros. 1. *de offic. c.* 4. exinanitum patrimonium dixit.

EXINDE pro ex eo tempore *l.* 3. *pr. D. de usur. l.* 4. §. 2. *D. famil. ercisc.*

Exinde pro ex ea re *l.* 35. *C. de Episc. & cler. l.* 14. §. 2. *C. de SS. Eccles.* item ex eo loco *l.* 4. *C. de his qui ad eccles. confug.*

EXIRE de potestate *l.* 1. §. 4. *D. de suis & legit.* i. e. dimitti, vel liberari, pro quo exire etiam absolute ponitur *l.* 8. *D. de his, qui sui vel al. jur.*

Exire dicitur de familia fundus *l.* 67. §. 5. *l.* 77. §. 11. *l.* 88. §. 6. *D. de legat.* 2. id est, eximi.

Exire dicitur annus *l.* 35. §. 1. *D. locat.* id est, praeterire.

EXISTERE, vid. *exsistere*.

EXISTIMARE generatim pro credere, arbitrari, opinari. Eo autem vocabulo opiniones, sententiasque suas exprimunt Celsus, Marcellus, Javolenus, Papinianus *l.* 6. *D. de collat. donat.*

Existimat praeses provinciae *l.* 12. *Cod. de transact.* id est, aestimat.

EXISTIMATIO, opinio, sententia, vel arbitrium, veluti quando dicitur, plus in re esse, quam in existimatione *l.* 2. §. 15. *D. pro empt. Existimatione* deceptus *l.* 36. §. *ult. D. de usurp. & usuc.* Terent. in *proleg. Heauton. v.* 25. Arbitrium vestrum, vestra existimatio valebit.

Alias *existimatio* est dignitatis illaesae status legibus, ac moribus comprobatus *l.* 5. *D. de extraord. cogn. l.* 3. *D. de testib. l.* 17. §. *ult. D. de testam.*

EXITIUM. In exitium reipublicae contenditur *l.* 21. *D. de capt. & postl.*

EXITUS pro egressu in *l.* 1. §. 9. *D. de cloac.* in qua exitum habere cloaca privata in publicam, dicitur.

Exitus pro eventu, veluti quum legimus, utrum *exitus* spectari debeat, an consilium *l.* 3. §. 1. *D. de jur. fisc. Exitus* fortunae *l.* 34. §. *si quis autem C. de donat.* judiciorum *l.* 1. *D. de al. jud. mut. caus.*

Exitus mariti *l.* 11. §. 3. D. *de his qui not. infam.* id est, mors.

EXOLESCERE dicuntur injuria *l.* 14. §. 2. D. *quod met. caus.* leges *l.* 2. §. 1. D. *de orig. jur.*

EXONERATIO mercedis *l.* 15. §. 6. D. *locat.*

EXORATUS *l.* 3. D. *de obseq. par. & patron.* Si pater *exoratus* injuriam remiserit *l.* 5. §. *ult.* D. *ad Leg. jul. de vi publ.*

EXORCISARE. D. Augustinus *in libro de beata vita*, de spiritu immundo agens: Vel ille, ait, qui extrinsecus invadit acumen, sensusque conturbat, & quemdam hominibus infert furorem. Cui excludendo qui praesunt, manum imponere, vel *exorcisare* dicuntur, hoc est, per divina eum adjurando expellere. Cui muneri in Ecclesia qui praeerant, clerici *exorcistae* vocabantur *l.* 6. *C. de episc. & cler. l.* 121. *C. Th. de decurion.* Add. D. Cyprian. *lib.* 4. *epist.* 7. Isidor. *lib.* 8. *Exorcistae*, ait, ex graeco in latinum adjurantes vocantur. Invocant enim super catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Jesu, adjurantes per eum, ut egrediatur ab eis. Verbum autem *exorcisare* vulgare, & impostorum verbum esse, ait Ulpianus *l.* 1. D. *de extraord. cognit.* Et haec odio Christianorum scripsisse Ulpianum, non abs re conjiciunt viri docti. Quamvis enim vir bonus fuerit, quo eum elogio ornat Lamprid. *in Elagabal. c.* 16. alieniore tamen a Christiana religione animo videtur fuisse. Vid. Lectium *in or. de Ulpiano* & Fabrott. *enarrat. in Cujac. paratitl. C. de Episc. & cler.* & Gothofr. *in not. ad l.* 1. D. *de extraord. cognit.* & qui plura ea de re dixit Em. Merill. 5. *obs.* 22. Hein.

EXORCISTAE officium vid. in *c. perfectis & c.* 1. *dist.* 25.

EXORDIUM capit inventarium, id est, incipit *l.* 22. *C. de jur. delib.*

EXORITUR lex Julia, hoc est, exsurgit, prodita est §. 8. *Inst. de publ. jud.*

EXORS, vid. *exsors*.

Ἐξῶσται in *l.* 11. *C. de aedif. privat.* legendum esse dudum monuit Cujacius in *not. ad tit. Inst. de act.* & *lib.* 1. *obs. c.* 30. Sunt vero ἐξῶσται nihil aliud, quam projectiones, & moeniana, de quibus infra in *moeniana*.

EXPAVESCERE. Expavescendum *l.* 29. §. 8. D. *de lib. & postum.*

EXPEDIRE, interesse, conducere, vel e re esse in *l.* 5. §. 14. D. *de reb. eor. l.* 9. D. *de curat. furios. l.* 14. D. *pro soc. l.* 11. D. *judic. solv.*

Expedire pro explicare. Sic *expedire* difficile erit *l.* 19. §. *ult.* D. *de castr. pecul.*

Ex-

Expedire, quando de numis, pecunia, nominibus dicitur, idem eſt, ac colligere *l.* 12. §. *ult. D. de religioſ. l.* 5. §. 9. *D. de reb. eor. qui ſub tut.* Non. Marcellus.

Expedire colligere M. Tullius ad Cæſarem juniorem lib. 1. *Ex ceteris autem generibus tunc pecunia expedietur. Expedire* nomina Cic. *lib.* 16. *ad Attic. epiſt.* 6. Quo in genere loquendi potius eſt elegans ille jocus in Valerium Catonem, ſummum grammaticum, qui creditori ſatisfacere non poterat, æriſque alieni diſſolvendi copiam non habebat, in quem Bibaculus, ut Suet. in *lib. de illuſtr. grammat. c.* 11. refert, luſit his verbis: Mirati ſumus unicum magiſtrum, ſummum grammaticum, optimum poetam, omnes ſolvere poſſe quæſtiones, unum difficile expedire nomen. Ita & *expedire* pupillo alimenta *l. ult. D. ubi pupil. educ.*

Expedire aliquando eſt eximere, vel liberare. Expedivit ſe aper luctando *leg.* 55. *D. de adquir. rer. dom.* Hor. 1. *Carm. od.* 27. Vix illigatum te triformi Pegaſus expediet chimæræ. Et *lib.* 3. *od.* 24. Non animum metu. Non mortis laqueis expedies caput. Ita *expedire* damnum corporis truncatione digitorum *l.* 5. *C. Th. de tiron.*

EXPEDITE locare partem ſuam, id eſt, ſeparatim ab aliorum partibus *l.* 9. §. 2. *D. commun. divid.* Expeditius, explicatius *l.* 19. §. 3. *D. ad SC. Vellei.*

EXPEDITIO proprie eſt ſtatus exercitus in adparatu bellico. Sic miles in expeditione occupatur *l.* 1. *C. de teſt. mil. l.* 17. *C. eod. tit. l. ult. C. de reſtit. milit. l. ult. C. quib. non objic. & pr. Inſt. de milit. teſt.* Expeditionis tempus *l.* 2. *Cod. quib. non objic. l.* 21. *C. de curſ. publ.* Expeditionum communium comes *l. ult. D. de aur. arg. leg.* Milites in expeditione degentes *l.* 14. *C. de teſt. mil.*

Expeditio itineris faciendi, id eſt, confectio, abſolutio *l.* 6. §. 2. *C. de adpell.*

EXPEDITIONALIS annona in *l.* 4. 5. *C. Th. de erog. milit. annon.* quæ expeditionis tantum tempore militibus præbebatur, ut bucellatum, & acetum. De eo plura Jac. Gothofr. in *Comm. ad l.* 6. *C. Th. eod. tit.*

Expeditionalis portus, *l.* 2. *C. Th. de naufr. l.* 35. *C. Th. de navicul.* id eſt, portus ubi milites in expeditionem tranſmarinam ituri navibus imponebantur, indeque ſumpta annona movebant. Gothofred. *ad. d. l.* 35. *C. Th. de navicul.* eadem denominandi ratione, qua ſervi expeditionales dicti, quibus in expeditionibus uti conſueverant domini. Lex Burgund. *tit.* 10. §. 1.

EXPEDITUS, *a*, *um*. Expedita cauſſa *l.* 3. §. 1. *v. Divus etiam Hadr.* negligentia *l.* 6. *D. de jur. & fact. ignor.* id eſt, aperta, ac manifeſta.

Expedita quæſtio, facilis *l.* 32. §. 14. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 13. §. 1. *D. de manum. teſt.*

Expedita quantitas *l.* 9. *D. judic. ſolv.* ſolutio *l.* 54. §. *ult. D. de verb. oblig.* quæ eſt in promptu.

EXPELLERE patronum, id eſt, repellere, ſeu excludere *l.* 6. *D. de bon. libert.*

Expellere domo uxorem *l.* 14. *D. rer. amot.* i. e. repudiare.

EXPENDERE aliquid ex dote, id eſt, impendere, & erogare *l.* 21. *D. ſolut. matrim.*

Expendere adfectioni, id eſt, expenſum ferre *l.* 13. *C. de negot. geſt.* Vid. *expenſum*.

EXPENSÆ in *l.* 22. *C. Th. de annon. & trib.* pro annona militari.

EXPENSARE idem, quod expendere in *l.* 41. §. 10. *D. de fideic. lib.* Plaut. *Pſeud. act.* 2. *ſc.* 2. 32.

EXPENSILATIO apud Gell. *lib.* 14. *c.* 2. Hæc quid fuerit, perſpicue expoſuit Claud. Salmaſ. *de mod. uſur. c.* 11. *p.* 473. cujus verba hic legere operæ pretium fuerit: Quod ad expenſilationem attinet, & menſæ rationes, quæ inter ſolemnes pecuniæ datæ, numeratæque probationes ibi a Gellio recenſentur, genera fuere credendæ pecuniæ, neque teſtibus interpoſitis, neque interveniente ulla ſcriptura chirographaria, aut ſyngrapharia. Qui pecuniam, quam ibant creditum, ex arca ſua non numerabant, ſed per argentarium, ſive trapezitam, *ex menſa* eam *dare* dicebantur, *vel ex menſæ ſcriptura*. Trapezita, qui eorum nomine eam numerabat, in rationes ſuas referebat, ſe nomine τȣ δεινος τω δειν tantam pecuniam numeraſſe. Qui ſic pecuniam crediderat, ſi debitor eam inficiaretur ſibi datam numeratamve, *rationibus menſæ* id factum docebat. Alia ratio credendi fuit per *expenſilationem*. Qui pecuniam quam mutuo dabant, domo numerabant & ex arca ſua, nomen illius, cui eam dederant, in tabulis ſuis perſcribebant, & ſummam debiti. Tabulæ illæ, etſi domeſticæ, in judicio prolatæ fidem tunc faciebant, ad debitum probandum. *Expenſilatio* dicebatur, quia creditor in tabulis ſuis ſcribebat nomen debitoris, cui expenſam illam crediti ſummam ferebat, quam dediſſet mutuam. Quum debitum illud receperat, tum acceptum in iiſdem tabulis ferebat, inde *expenſi* & *accepti* illæ tabulæ dicebantur. Hinc in optimis gloſſis expenſum δανειον exponitur. Et huc pertinent ſequentia.

EXPENSUM rationibus præſcribere *l.* 111. *D. de cond. & dem.* At *expenſam* pecuniam alieni facere *l.* 59. *D. de adminiſtr. & per tut.* eſt profiteri ſe accepiſſe. Ita *expenſam* pecuniam ferre in *l.* 12. §. 5. *D. qui pot. in pign.* & apud Cic. *pro Q. Roſcio Comœd. c.* 3. & *in Verr. lib.* 1. *c.* 36. & 49. ad quem locum Aſcon. Pæd. *Expenſum ferre*, ait, *eſt ſcribere*, *ſe pecuniam accepiſſe*, quod quomodo factum olim fuerit Donatus in Terent. *Phorm. act.* 5. *ſc.* 7. *v.* 30. explicat; *Expenſam* ferre ſummam liberalitati meæ in Epiſt. Domitiani, quæ ſubjicitur *Epiſt.* 66. *lib.* 10. apud Plin. Et Hirt. *de bell. Alex. c.* 49. Pecuniæ locupletibus imperabantur, quas Longinus ſibi expenſas ferre non ſolum patiebatur, ſed etiam cogebat. Valer. Max. *lib.* 8. *c.* 2. Trecenta millia numum ab Otacilia Laterenſi,

cum qua commercium libidinis habuerat, expensa sibi ferri passus est. *Expensum* fertur hereditati *l.25.§.16. D. de hered.pet. Expensum* ferre facilitati *l.3. §.2. D. ut in possess. legat.* fructibus *l. 22. §. 4. D. ad SC. Trebell.* negligentiæ *l. 24. D. quæ in fraud. cred. id est*, adscribere. Dicitur etiam *expenso* ferre in *l.10.D. de supell. legat.*

EXPERIENTIA curandi *l.43. C.Th. de Episc. & cler.*

EXPERIRI præter vulgatam significationem est, ut Donatus in Ter. *Adelph. Act. 3. sc. 2.* interpretatur, apud judices agere *l. 42. D. de reg. jur. l. 2. l. 21. D. solut. matrim.*

Sic *experiri* actione *l.5. D. de exc. rei jud. l.10. D. de sepulcr. viol.* & alibi passim, de constituta pecunia *l. 1. §.9. D. de pecun. const.* crimen *l.3. C. de expil. hered.* ex edicto *l.19. §.5. D. de Ædil. edict.* cum emtore *l.27. §. 7. l. 47. §. 3. D. de pecul.* interdicto *l. 1. §.3. l. 7. l.18. §. ult. D. de vi & vi arm.* per interdictum *l. 2. §. ult. D. de accus.* ad judicem *l.1. D. apud eum a quo adpell.* judicio *l. 43. §. 10. D. de rit. nupt.* judicium *l.25. pr. D. fam. ercisc. l.12. D. de quæstion.* jus Liv. *lib. 40. c.29.* Tacit. 3. *Annal.* 36. jure *l. 1. D. furt. adv. naut.* ex locato *l. 13. §. 30. D. de act. emt.* lege *l.9. §.1. D. de dol.* ex noxa *l.13. D. de judic.* præjudicio *l.30. D. de reb. auct. jud. possid.* ex stipulatu *l. 18. D de her. vel act. vend.*

EXPERS culpæ *l. ult. D. de admin. & per tut.* damni *l. 1. C. de tut. il ustr. pers.* litterarum *l.6. C. de decur.* munerum *l. 6. Cod. de episc. & cler.* negotiorum *l. 6. §. ult. D. de excus.* rerum forensium *l. 25. §. 1. D. de probat.*

EXPETI vocibus totius populi *l. 49. C. Th. de decur.* Alias *expeti* est adorari in *l. 38. C.Th. de hæret.*

EXPIARE condignis cruciatibus nefas *l. 1. C.Th. de crim. peculat.*

EXPILATÆ hereditatis crimen *l. 3. D. de susp. tut.* seu *compilatæ*, ut est in *l. 33. D. de negot. gest.* quod proprio hoc nomine ideo notatum est, quod in furti adpellationem non caderet, nec furtum in hereditate jacente fieri intelligeretur *l. 2. §. 1. D. expil. hered l. 17. C. de furt.*

EXPILATIO qualitate, & atrocitate criminis a furto discernitur *l. 16. §.6. D. de pœn.* Ita Glossis MSC. quæ Palæmonem auctorem præferunt: *Expilatores* alienæ hæreditatis subreptores definiuntur. *Expilatio* utique hereditatis furtum improbius adpellatur *l. 12. C. ex quib. caus. infam. Expilator* atrocior fur est *l. 1. §. 1. D. de effract. & expil.*

EXPLANARE caussas *l. 25. §. ult. D. de probat.* id, quod quis obscurius in testamento, vel nuncupat, vel scribit *l. 21. §. 1. D. qui test. fac. poss.*

EXPLERE annos viginti *l. 4. D. de serv. export.*

EXPLERI conditio dicitur, quæ impletur, & existit *l. 18. l. 25. l. 112. §. 1. D. de cond. & dem. l.65. §. 1. ad SC. Trebell. l. 24. l.28. D. de statu lib.*

EXPLICARE, interpretari *l. 11. D. depos.*

Explicare adpellationem *l. 24. §. ult. D. de adpell.* id est, exsequi, seu reddere caussas adpellationis, ut est in *l. 18. D. eod. tit.*

Explicare cœptum *l. 21. C. Th. de oper. publ.* iter *l. 7. D. ad SC. Trebell.* id est, perficere.

Explicare munus *l. 77. C. Th. de præt. & quæst.* necessitatem *l. 1. C. Th. de protostas.* id est, munere fungi.

Explicare judicium *l. 6. §. 1. D. de Carbon. edict.* negotia *l. 21. §. 2. D. de negot. gest.* id est, agere, peragere.

Explicare pecuniam, id est, conficere, extricare negotium pecuniarium *l.31. D. de re jud.* Ita explicare rationes *l.69. D. de legat. 1.*

Explicare se, id est, evitare periculum *l. 29. §.3. D. ad Leg. Aquil.*

Explicare pro præstare, exsequi *l. 5. C. Th. de pact. & transact.*

Explicare dimitti, vel absolvi. Explicari sacris, id est, e familia, vel potestate dimitti *l. 7. C. Th. de decur.*

EXPLICITUS est articulus do ut des *l. 5. §. 1. D. de præscr. verb.* Hæc verba glossema redolent, & e margine in textum migrasse videntur. Tamen *explicitum* librum dixit Martial. *lib. 11. epigr. 108.* & *explicitum* opus *lib. 14. epigr. ad Lectorem*. Sed & Quibus explicitis, id est absolutis, est in *l. 14. §. ult. D. de adquir. vel amitt. possess. Explicitum* templum, id est, perfectum *l. 17. D. de alim. vel cibar. legat. Explicito* tractatu *l. 1. D. ad SC. Trebell.*

Pro eo verbo *explicitum* sub finem librorum MSC. frequenter legitur *explicit.* e.g. explicit liber secundus, incipit secundus, vel explicit feliciter. Car. Du-Fresne *in gloss. med. & inf. lat. hac voce*, quamvis idem observet, in codicibus quibusdam elegantioribus, ac vetustioribus pro eo occurrere *explicitum*, ex quo, ultima syllaba mutilata, natum videtur illud *explicit.* Utut vero de latinitate vocis merito dubiteat Laur. Valla *lib. 3. Elegant. cap. 41.* & viri docti alii, satis antiquum tamen esse ejus usum patet ex loco Hieronymi *Epist. 138. ad Marcellam*: Solemus completis opusculis, ad distinctionem rei alterius sequentis medium interponere *explicite*, aut *feliciter*, aut aliquid istiusmodi. Addunt locum *Apulei* Platonici Medaurensis metamorphoseon *lib.11. explicit*. Unde Elmenhorstius in notis, nugas agere putat eos, qui hoc verbum, tamquam novitium, & adulterinum fastidiose rejiciunt. Sed quis spondeat, hæc ab Apuleii, ac non potius librarii manu esse? Sane merito elegantiæ studiosiores fastidiunt vocabulum, quod nec analogia, nec veterum auctoritate defenditur. *Hein.*

EXPLODERE rejicere in *l. ult. C. de legib. l.7. C. de petit. hered. l. 2. C. de consort. ejusd. lit.*

EXPLORARE est inquirere, investigare, excutere, examinare, passim in Legibus nostris Non. Marcel-

cellus: Explorare, inquit, est intentius observare, item verum inquirere.

EXPLORATOR qui secreta nunciat hostibus *l. 6. §. 4. D. de re milit. l. 38. D. de pœn.* Festus: Explorator a speculatore hoc distat, quod speculator hostilia silencio perspicit, Explorator pacata clamore cognoscit. Exploratorum autem munus describitur apud Procop. *lib.* 1. *de bell. Pers.* hoc modo juxta Latinam interpretationem: Hi exploratores regii urbes, vicos, aliaque loca, & plerosque agros, & viarum intervalla, situsque inspiciebant, & quibus rebus unusquisque locus abundaret, vel careret, iis nempe, quæ ad commeatum pertinent, & an multitudini sufficere possent, explorabant. Horum enim munus erat, accurate inquirere, quisnam esset status, & quænam consilia contra Romanos a Persis agitarentur, eaque quum cognovissent, ad Imperatorem referre.

EXPLORATUM est *l. 3. D. de natal. restit. l.* 12. *D. solut. matrim.* id est, certum, cognitum. *Explorati* juris est, certi *l. 52. §. 5. D. pro soc.*

EXPONERE emittere interdum significat. Sic exponere cautionem pro cavere *leg. 25. §. ult. D. de pec. constit.* judicatum solvi *l. 8. §. 5. D. de procur.* satisdationem §. 3. *Inst. de satisd.*

Exponere filiam, vel filium *l. 16. C. de nupt. l. 29. de manum. test.* id est, abjicere, ut loquitur Justinianus *l. ult. C. de infant. expos.* Exponi enim dicebantur liberi, quos parentes, quum tolli, & educari nollent, abjiciebant, sortique, ac fortunæ committebant *l. 2. l. ult. C. eod. tit.* Hinc *expositus*, qui quorum parentum sit, ignorat *l. 1. §. 1. D. de jur. & fact. ign.*

Exponere merces *l. ult. D. de Leg. Rhod.* onus *l. ult. §. 8. D. de publican.* id est, exonerare.

Exponere, enarrare, proponere. Sic exposita meta *l. 45. D. ad SC. Trebell.* Stipulatio *exposita* a Gallo Aquilio *l. 18. D. de acceptil.*

EXPORTARE aurum, & argentum de domo *l. 1. §. 5. D. de quæst.*

EXPOSCERE. Exposcit bona fides *l. 13. D. comm. præd.* ratio *l. 79. D. de solut.*

EXPOSITIO personarum *l. 11. §. 17. D. de grad. & adfin.* criminum *l. 20. C. de his qui accus.* id est, enarratio.

EXPOSITUM, ait Nonius, subjectum. Sic multorum insidiis expositum minorum ætatum consilium *l. 1. D. de minor.* id est, suppositum, atque objectum, ut in simili ait *l. 2. §. 1. D. ad SC. Vellei.*

EXPOSTULARE. Expostulat ratio *l. 36. §. ult. D. de hered.* id est exigit; quod verbum eodem significatu occurrit in *l. 4. D. de pœn.* & apud Tacit. 1. *Annal.* 28.

Expostulare verecunde *l. 1. §. 8. D. de offic. præf. urb.* id est, objurgare, exprobrare.

EXPRESSIM in *l. 4. C. de præscr. trig. vel quadr. an. l. 98. §. 5. D. de solut.* & alias, pro aperte, manifeste, disertis verbis.

EXPRIMERE est palam, & aperte significare, declarare, demonstrare, ut expressit testator *leg. 66. 68. D. de legat. 3.* & alias.

Exprimere, alias elicere, & extorquere significat. Favor libertatis exprimit sententias benigniores *l. 32. §. ult. D. ad Leg. Falcid.* Exprimitur veritas tormentis *l. 1. §. 33. D. de quæst.*

EXPROMI justæ animadversionis supplicium præcipimus *l. 44. C. Th. de hæret.*

EXPROMISSOR adpellatur, qui alienam in se obligationem novatione, vel delegatione suscipit *l. 4. §. 3. D. de re jud.* Expromissor itaque omnem alterius obligationem in se recipit, ita ut alter a nexu plane dimittatur. Unde est, quod expromissor nonnumquam *reus* dicatur *l. 5. §. 7. D. de jur. dot.* Add. *l. 9. §. 3. D. de pign. act.* junct. *l. 93. D. de contr. emt.* §. 41. *Inst. de rer. divis.* Sane *rei*, quos ob pactionem libertatis servi dominis dabant, hoc eodem *expromissoris* nomine veniebant. Nam quem Ulpianus in *l. 7. §. 8. D. de dol. mal.* pactionis pro libertate *reum* dixit, eumdem postea ipse expromissorem vocat. Caius in *l. 13. D. ad SC. Vellei.* Si ancilla ob pactionem libertatis, expromissore dato, post manumissionem id ipsum suscipiat.

EXPROMITTERE est pro alio, vel pro se promittere *l. 37. §. 4. D. de oper. libert.* Semper ergo expromittere est, novandi animo se obligare. Cujac. *in Comment. ad tit. C. ne fidejuss. vel mand. dot. dent.* Et hinc *expromittere*, & *solvere* inter se comparantur *l. 22. D. ad SC. Vellei. l. 45. §. 4. D. mand.* Et ita

Expromittere quoque dicitur filius familias, vel servus, qui creditam sibi, dum in aliena potestate fuit, pecuniam, paterfamilias factus, soluturum se promisit. Si is, cui, cum in potestate patris esset, mutua pecunia data fuerit, paterfamilias factus, novatione facta, eam pecuniam expromisit *l. ult. D. de SC. Maced.* Si quis servo pecuniam creditam, deinde is liber factus, eam expromiserit *l. 19. §. 4. D. de donat.*

Quin etiam domino servum *expromittere* legimus, licet naturaliter tantum obligari possit, ut in *l. 11. D. de pecul.* Si pro libertate quid domino expromisit servus: Et rursus ibidem: Si quid servus pro domino expromiserat. Denique in *l. 56. D. eod. tit.* Quod servus meus pro debitore meo expromisit.

EXPUNGERE proprium rationum verbum, est punctis circumducere, delere, tollere, & velut jam confectam rem eximere a codice Plaut. in *Cistel. Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 40. Nunc quod reliquum restat, volo persolvere: Ut expungatur nomen, ne quid debeam. Vid. Salmas. *de usur. cap. 6. p.* 147. Expunctæ rationes

nes *l.* 13. *D. de diverſ. temp. præſcr.* id eſt, diſpunctæ, & examinatæ. Expunctum rationibus *l.* 27. *D. de inſtr. vel inſtr. leg.*

Sed & *expungi* dicebantur milites mortui, vel miſſi, quando illorum nomina ex albo militum eradebantur, horum addita littera Θ ſolebant ſignari, ceu pluribus oſtendit Lipſ. *de mil. vet. Lib.* 1. *diſſ.* 2. Et huc pertinet illud *expungi* ſtipendiis *l.* 15. *D. de re milit.* Cornut. in illa Perſ. *ſat.* 2. *v.* 12. *ſequ. Pupillumve utinam, quum proximus heres Impello, expungam, Tractum*, inquit, *a militibus, qui expuncti dicuntur, dum foras a militia emittuntur.* At proprie illud verbum apud Perſium Theod. Marcilius *in not. p.* 50. deſumptum putat amore teſtatorum, aliquid ex tabulis, quod antea ſcripſerant, expungentium, uti ille in *l.* 1. §. 1. *D. de his quæ in teſt. del. Lituras, inductiones ſuperinductione ipſe feci.* Hein.

EXQUIRERE pecuniam *l.* 12. *D. ad Leg. jul. pecul.* pretium rei *l.* 10. §. 1. *D. commod.*

EXQUISITIO, inveſtigatio *l.* 9. §. *ult. C. de ſecund. nupt.*

Exquiſitis exitiis, ſuppliciiſque plectatur *l.* 1. *Cod. Th. de offic. omn. jud.* exquiſitis pœnis *l.* 131. *C. ad Leg. jul. de adult.* Exquiſitis remediis proſpicere *l. ult. C. Th. de navicul.*

EXQUISITUM aliquando arceſſitum quid denotat, veluti colorem, fucum, levemque obtentum. Quo ſenſu *exquiſita* ars dicitur in *l.* 15. *C. Th. de pœn.* cauſſa *l.* 1. *C. Th. de repud.* defenſio *l.* 4. *C. Th. de apoſtat.* & *exquiſiti* cuniculi *l.* 2. *C. Th. de contr. emt.*

EXROGARE. Vid. ſupra in *abrogare*.

EXCULPERE aliquid de fortunis provinciarum *l.* 3. *C. Th. de annon. & trib.* Sportulæ prætextu *exſculpere l.* 9. *C. Th. de cohortal.* hoc eſt, ſubtrahere.

Exſculpi quoque dicitur mulcta litigatoribus *l.* 44. *C. Th. de apell.* id eſt exigi.

Exſcalpi jubemus ſtatutum mulctæ modum *l.* 65. *C. Th. eod. tit.* id eſt, explodi.

EXSECARE. Exſectus filius matris mortuæ *l.* 132. §. *ult. D. de verb. ſignif.* Exſecto ventre editus *l.* 12. *D. de lib. & poſt.*

EXSECRABILE delictum *l.* 4. *C. ſi ſerv. export.* Exſecrabiles nunciatores *l.* 4. *C. Th. de petit.*

EXSECRANDUS, eodem ſignificatu paſſim.

EXSECRARI lites *l.* 4. §. 1. *D. de alien. jud. mut. cauſ.*

EXSEQUI pro explere. Sic exſequitur magiſtratus jure poteſtatis decretum ſuum, nonnumquam manu militari *l.* 3. *D. ne vis fiat ei.*

Exſequi mandatum *l.* 20. §. 10. *D. mand.* nuptias *l.* 2. *C. de ſponſal.* id eſt peragere.

Exſequi rem judicatam in *l.* 3. *l.* 4. *C. de exſequut. rei jud.* eſt ad effectum perducere, ut *l.* 5. ſeu ad emolumentum perducere, ut *l.* 2. *C. eod. tit.* Eadem notione hoc verbum paſſive uſurpavit Ulpianus *l.* 2. *D. de re jud.* Perraro, ait, intra ſtatutum tempus ſententiæ exſequuntur.

Exſequi, in judicio perſequi. Sic exſequi accuſationem *leg.* 2. *D. ad Leg. jul. de adult.* cauſſas *l.* 2. *l.* 18. *D. de jur. fiſc.* injuriam *l.* 11. *D. de accuſ.* jus fiſco *l.* 6. *C. de privil. fiſc.* mortem patris *l.* 1. *l.* 2. *l.* 4. *D. de accuſ.* operis novi nunciationem *l.* 7. §. 14. *D. de pact.* petitionem *l.* 4. *de pact. conv.* pretium ex vendito agendo *l.* 39. §. 2. *D. de legat.* 1. rem ſuam *l.* 4. *D. de accuſ.* ſuſpicionem, quam de morte ſua habuit defunctus *l.* 2. *C. de calumn.*

Exſequi delictum, id eſt, perſequi, Magiſtratus dicitur, ut in *l.* 2. *D. de his qui ſui, vel al. jur.* item querelas in *l.* 9. *D. de jur. patron.*

Exſequi pro tractare: Sic exſequemur ſpecies ſub hoc titulo *l.* 1. §. 10. *D. de poſtul.*

Exſequi pro explicare, vel expedire aliquid. Exſequetur Irenarcha, quod ſcripſerit *l.* 6. *D. de cuſtod. & exhib. reor.* Exſequi juriſdictionem alienam *l.* 3. *D. de offic. ejus cui mand. juriſd.*

Exſequi, conſequi. Secundam domus partem hoſpes exſequatur, id eſt, conſequatur *l.* 5. *C. Th. de metat.*

EXSEQUIÆ funeris *l.* 91. *D. de cond. & dem.* Dolor in exſequii ſecretum amat *l.* 5. *C. Th. de ſepulcr. viol.*

EXSEQUUTIO, perſecutio. Sic exſequutio adpellationis *leg.* 29. §. 1. *D. de adpell.* criminum *l.* 1. *D. de incend. ruin. naufr.* delictorum *l.* 1. §. 1 *s D. de privat. delict.* judicati *l.* 1. §. 1. *D. de compenſ.* legis Fabiæ, id eſt, accuſatio *l.* 3. *D. de hom. lib. exhib.* pecuniæ creditæ *l.* 8. *D. de eo quod cert. loc.* pœnarum *l.* 37. *D. de minor.* rei judicatæ *rubr. C. de exſequ. rei jud.* ſtipulationis *l.* 66. *D. de verb. obl.*

Exſequutio militaris in *l.* 5. *C. de juriſd. omn. jud.* adpellari videtur ad Impp. quæ manu militari fit, ut in *l.* 3. *D. ne vis fiat ei, qui in poſſ. & l.* 63. *D. de rei vind.*

Exſequutio pro animadverſione. Sic Cui exſequutio criminis, ſive delicti competit *l.* 131. §. *ult. D. de verb. ſignif.* Ad exſequutionem Præſidis pertinent crimina *l.* 8. *D. de extraord. crim.* Unde publicam exſequutionem habere dicuntur crimina, quæ publice coerceri ſolent, & quorum nomine publica judicia conſtituta ſunt, ut adparet ex collatione *l.* 200. *D. de verb. ſignif.* cum *l.* 11. *fin. D. de evict. & l.* 7. §. 1. *D. de injur.* Graviorem exſequutionem adhibere *l.* 5. *Cod. ſi adv. libert.* Nulla exſequutio eſt *l.* 15. *D. eod. tit.*

EXSEQUUTOR definitur, qui poſt ſententiam inter partes audita omni, & excuſſa lite probatam rei judicatæ vigorem ad effectum producere videtur *l.* 8. *C. de exſequut rei jud.* Vetus Gloſſarium: Exſequutor eſt, per quem judex exſequitur ſententiam.

tiam, & rem judicatam mancipat effectu. Sic *exsequutor* a prætore in negotio meo datus *l.* 3. §. 8. *D. de negot. gest.* junct. *l.* 49. *D. fam. ercisc.* & ita *exsequutores* accipe apud Paul*l.* 5. *Sent.* 35. §. 8.

Exsequutores litium etiam dicti viatores, vel adparitores judicum *rubr. C. de spertul. & sumt.* §. 24. *Inst. de action.* Sane in postremorum Imperatorum constitutionibus *Exsequutorum* adpellatione non solum hi, qui res judicatas ad effectum perducebant, pignora in caussa judicati capiebant, continentur, sed & hi, qui reos conveniebant, eosque in judicium jussu judicum vocabant. Vid. *l.* 15. *C. de testib. l.* 3. *C. de præscr. trig. an. l.* 25. §. 1. *C. de Episc. & cler. l.* 7. *C. quæ res pign.* Quo nomine & certas eos sportulas accepisse, patet ex §. 14. *Inst. de act. l.* 7. *in fin. C. de advoc. div. jud. l. ult. C. de princ. agent. in reb. l.* 12. *l. ult. C. de privil. scholar.*

Passim etiam fit mentio *exsequutorum* negotii, vel negotiorum *l. ult. C. eod. tit. l. ult. D. de testib.* quibus mandata est caussæ examinatio, quique imminent, & statuta ab arbitris effectui mancipant *l. ult. C. de judic.* per quem licentia est judici actorem requirere *l.* 11. §. 1. *C. de judic.* qui omnibus modis dispositiones judicum adimplent.

Exsequutores de schola agentium in rebus *leg.* 12. §. 1. *Cod. de prox. sacr. scrin.* Missi exsequutores *l. ult. C. de bon. vac.* Ceterum Græcis *exsequutores* ἐκβιβασταὶ & πληρωταὶ της ὑποθέσεως vocantur.

EXSERERE auctoritatem in contumaces *l.* 16. *C. Theod. de exact.* competentem vindictam *l.* 2. *C. Th. de pagan.* versutias *l.* 27. *C. Th. quor. adp.* id est, exercere, explicare.

EXSICCATUS alveus *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.*

EXISTERE dicuntur casus *l.* 19. *D. de reb. cred.* conditio *l.* 91. §. 1. *D. de legat.* 1. *& passim.* dies *l.* 71. *D. de condict. indeb.* id est, evenire, impleri, venire.

Exsistere alias significat adparere, vel, ut Ascon. Prædian. in 1. *Verr.* 15. interpretatur, *emergere*, *exoriri*, *exsurgere*. Sic exsistere dicuntur accusator *l.* 7. §. 1. *D. de accus.* defensor *l.* 7. *D. de tut. & rat. distr.* emptor *l.* 6. *D. de in diem addict.* fidejussor *l.* 11. *D. de duob. reis* mandator *l.* 58. §. 1. *D. mandat.* procurator *l.* 8. §. 2. *D. quib. mod. pign.* tutor *l.* 19. *D. de testam. tut.*

Exsistere heredem *l.* 67. *D. de rit. nupt.* id est, esse, exstare. Exstitit Mevius, qui dicebat *l.* 8. §. *ult. D. quib. mod. pign.* id est, fuit.

EXSOLVERE æs alienum *l.* 41. §. 1. *D. de fideic.* fideicommissum *l.* 11. §. 18. *D. de legat.* 3. & alia debita passim.

Exsolvere implere. Exsoluta caussa mandati *l.* 46. *D. mandat.*

Exsolvere mora *l.* 17. *D. de peric. & comm.* rei *vend.* pœnis Plin. *lib.* 10. *epist.* 49. id est, liberare.

EXSOLUTIO æris alieni *l.* 54. §. 2. *D. legat.* 3. In *exsolutione* est fundus *l.* 44. §. 5. *D. de obl. & act.*

EXSORS, immunis. *Exsortes* collatione juniorum *l.* 13. *C. Th. de agent. in reb.* pœnarum *l.* 1. *C. Th. de quæst.* quæstionis volumus esse exsortem *d. l.* 1. *C. Th. eod. tit.* a tironum præbitione *l.* 20. *C. de palat. sacr. larg.*

EXSPECTARE. Homicidia quod fecit semper exspectet *l.* 3. *C. de episc. aud.* Eodem modo Petron. *Satyr. cap.* 125. Dii, Deæque, quam male est extra legem viventibus, quidquid meruerunt, semper exspectant. *Expectat* poena reos *l.* 1. *C. de his qui latr. l.* 1. *C. Th. eod. tit.*

Exspectare pro spectare, respicere ad quid, ut *l.* 26. §. *D. de adquir. rer. dom.* In quibus propria qualitas *exspectaretur*.

Exspectare, pro timere *l.* 32. *C. Th. de navicular.* Seneca *epist.* 105. Conscientia aliud agere non patitur, ac subinde respicere ad se cogit. Dat pœnas, quas expectat. Quisquis autem metuit, exspectat.

EXSPECTATIONE *doli abjecta*. Collat. Leg. Mos. & R. *tit.* 16. §. 3. sed nemo non videt, nullius sensus ibi esse vocabulum. Quid enim est *abjicere exspectationem* doli? Legendum esse *objecta doli exceptione*, jam pridem viderunt viri docti, quamvis ne ea quidem admissa emendatione satis intelligatur, quid sibi velint verba proxime antecedentia, & consequentia. Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antej. p.* 406. Hein.

EXSPIRARE, spiritum emittere, seu mori *l.* 22. *D. ad SC. Silan.*

EXPIRAT caussa criminis *l.* 1. §. *ult. D. de requ. vel. absc.* judicium *l.* 19. *D. sol. matrim.* obligatio *l.* 58. *D. de verb. obl.* id est, vim amittit, & sine effectu esse incipit.

EXSTARE & consumptum, seu exstinctum esse opponuntur *l.* 1. §. *ult. D. de reb. cred.* l. 8. *D.* nec non *exstare*, & in rerum natura non esse, vel desinere esse, alienatum consumtum, vel suppositum esse, ut in *l. ult. C. de secund. nupt.*

EXSTATURUS & heres *l.* 8. *D. quib. ex caus. in possess. eat. l.* 4. *D. de reb. auct. jud. poss. l.* 6. §. 5. *D. de adquir. vel omit. her.* pro exstiturus. Nec analogia huic formæ repugnat, nec veterum auctoritas. Eodem enim modo loquuti sunt Livius, Quinctilianus, ipseque Tullius, ceu docuit Voss. *de analog. lib.* 3. *c.* 20. Hein.

EXSTIMARE, pro existimare *l.* 2. *C. Th. de malef.*

EXSTINGUERE ignem *l.* 27. §. 9. *D. ad Leg. Aquil.* incendia *l.* 1. *D. de off. præf. vigil.*

Exstinguere porro negare. Sic *Exstinguere* veneno

no *l.* 1. *C. de malef.* & ita *Exstingui* pro mori ponitur in *l.* 32. *D. de legat.* 2. *l.* 1. §. 43. *D. de aqu. quotid.*

Exstingui id est, perimi, consumi, intercidere etiam dicuntur actio *l.* 41. §. *ult. l.* 43. §. *ul.*. *l.* 46. *l.* 71. *D. de furt.* beneficium *l.* 13. *D. solut. matrim.* caussa *l.* 28. §. *ult. D. quand. dies legat.* condictio *l.* 58. *D. de solut.* conditio *l.* 96. §. *ult. D. de legat.* 1. constantia debiti *l.* 11. §. 12. *D. de legat.* 3. crimen *l.* 1. *l.* 3. *D. si pend. appell.* donatio *l.* 32. §. 10. *D. de don. int. vir. & ux.* electio *l.* 3. §. 3. *D. de eo quod cert. loc.* fideicommissum *l.* 11. §. 13. *l.* 21. *D. de legat.* 3. institutio *l.* 38. §. 2. *D. de hered.* jus *l.* 1. §. 41. *D. de aqu. quot.* legatum *l.* 53. *D. de cond. & dem.* libertas *l.* 14. §. 19. *de fideic. libert.* mandatum *l.* 12. §. 16. *D. mand.* mora *l.* 91. §. 3. *D. de verb. obl.* nunciatio *l.* 8. §. 1. D. *de nov. op. nunc.* obligatio *l.* 140. D. *de verb. obl.* optio *l.* 10. D. *de opt. leg.* petitio *l. ult. C. de contr. jud.* pignus *l.* 8. §. 12. D. *quib. mod. pign.* pœna *l.* 6. D. *de publ. jud.* quæstio *l.* 1. D. *ne de stat. defunct.* res *l.* 9. D. *de jur. fisc.* servitus *l.* 27. D. *de serv. præd. rust.* stipulatio *l.* 2. D. *de verb. obl.* tutela Ulp. *Reg. tit.* 11. §. 7. venditio *l.* 10. §. 4. D. *de jur. dot.* ususfructus *l.* 3. §. *ult.* D. *usufr.*

EXSTIRPARE, arbores *l.* 7. §. 3. D. *de dol. mal.*

EXSTITARE pro *exstare* Florentiæ legitur *l.* 1. §. 5. D. *de postul. Exstitat.* exemplum ejus. Sed legendum procul dubio *exstat.* Hein.

EXSTRUCTIO ædificii *l.* 14. D. *de don. int. vir. & ux.* monimenti *l.* 11. §. *ult.* D. *ad Leg. Falcid.* murorum *l.* 6. *C. de oper. publ.* operum *l.* 4. D. *de admin. rer. ad civ. pert.*

EXSTRUERE ædificare passim, ut in *l.* 1. §. 20. D. *de quæst.* professionem *exstruat.* legitur pro instruat.

EXSURGERE in majorem indignationem *l.* 146. *C. Th. de decur.*

EXTA, intestina animalium. *Extorum* præsagia *l.* 2. *C. de pagan.*

EXTENSUS ad malam mansionem *l.* 7. D. *depos.*

EXTENUARE æs alienum *l.* 5. §. 9. D. *de reb. eor.* debitum *l.* 3. *C. commod.* facultates *l.* 5. §. 19. D. *de jur. immun.* legatum *l.* 1. D. *de adim. leg.* rem judicatam *l.* 7. D. *de transact.*

EXTER heres in *l.* 69. §. 1. & §. *ult.* D. *de legat.* 2. & *l.* 114. §. 15. D. *de legat.* 1. intelligitur, qui ex nomine familiæ testatoris non est. *Extero* restituere, id est, non exceptæ personæ in *l.* 3. §. 4. D. *de legat. præst.* Ab *extero*, id est, non domino *l.* 67. D. *de adqu. vel omitt. her. Extero*, id est, non tutori dato *l.* 19. D. *de test. tut. Exteri*, id est, non conjuges *l.* 52. §. *ult.* D. *de don. int. vir. & ux. Exteri* alii a servis, & libertis *l.* 12. §. 3. D. *de adm. & peric. tut. Exteri* heredes *l.* 6. D. *de serv. leg.* id est, alii a libertis *l.* 18. §. 3. D. *de alim. vel cib. leg. Exteri* homines, id est, qui non sunt ejusdem corporis, vel collegii *l.* 17. §. 2. D. *de excus. Exterum* professorem *l.* 1. §. 3. D. *si pars hered. pet.* id est, extraneum, & non coheredem. *Exterus* religionis judæorum, id est, alienus ab eorum religione *l.* 9. D. *de judæis.*

EXTERGERE columnas, pavimenta, podia spongiis *l.* 12. §. 22. *C. de instr. vel instr. leg.*

EXTERMINATUS genitali solo *l.* 1. *C. Th. de fals. mon.* id est, expulsus.

EXTOLLERE, altius tollere in *l.* 5. D. *si serv. vind.*

EXTOLLERE potestatem fascium extra metas propriæ civitatis *l.* 174. *C. Th. de decur.*

EXTORQUERE, ab invito auferre. *Extorquere* illicite l. 8. D. *de calumn.* Legatum heredi extorquendum *l.* 4. D. *de Leg. Corn. de fals.* Turpia lucra heredibus extorquenda *l.* 5. D. *de calumn.*

EXTORRIS plerumque pro exsule, vel relegato accipitur *l.* 6. *Cod. Th. de cust. reor.* quasi extra torrem, seu limitem ejectus, ut exsul, qui extra solum. *Torrem* enim veteres limitem, seu terminum dixerunt, Jac. Gothofr. in *Comm. ad d. l.* 6. Qui enim ex civitate pelluntur, *extorres*, ab humanis cœtibus segregantur *l.* 31. 32. *C. Th. de hæret.*

Extorris metaphorice pro excluso. *Extorres* sint ab omnibus, quibus inhiaverunt, bonis, *l.* 27. *C. Th. de episc.*

EXTRA, præter. *Extra* heredem *l.* 3. §. 8. D. *ad exhib.* ea mancipia *l.* 12. §. 27. D. *de instr. vel instr. leg.* ea ministeria *l.* 12. §. 31. D. *eod. tit.*

Extra, adverbium. *Extra quam si*, erat inter alias clausulas solemnis, qua circumscribi, & concipi solebant exceptiones, ut *l.* 1. §. 16. D. *de flumin.* Vid. Brisson. de formul. *lib.* 5. *c.* 77. *p.* 381. ubi similes formulas ex Cic. *lib.* 6. *ad Attic. Epist.* 1. *de invent. lib.* 1. *c.* 33. & *lib.* 2. *c.* 20. adfert.

Extra ordinem agere dicitur, qui de privatis delictis accusationem criminaliter intendit *l. ult.* D. *de privat. delict.* cogi dicitur tutor pignoribus captis, vel mulctæ dictione *l.* 1. *pr.* D. *de administr. & per tut. Extra* ordinem de criminibus cognoscit, qui extra antiquum ordinem, moribus legibusque publicorum præscriptum, cognoscit *l.* 13. D. *de pœn. Extra* ordinem damnandus *l.* 3. D. *de cust. & exhib. reor. l.* 43. D. *de injur.* Ubi *extra ordinem* damnari dicitur, qui per calumniam actionem injuriarum instituerit: nam jure legitimo calumnia dumtaxat in publicis judiciis vindicatur *l.* 1. §. 2. D. *ad SC. Turpill. Extra* ordinem exsequi decreta sua, sententiasve dicuntur prætores, quum adparitorum, ministrorumque suorum, vel, si res postulet, militum manu exsequuntur arg. *l.* 1. §. 2. D. *si ventr. nom. mul. l.* 3. D. *ne vis fiat ei, qui in possess. l.* 50. D. *de evict.* quod civiliter & ordine per arbitros, judicesque datos expeditur *l.* 15. D. *de re judic. l. ult.* D. *de judic. Extra* ordinem fieri in *l. ult.* §. *ult.* D. *quod met. caus.* dicitur, quod

per

per adparitoris jussionem, cognitione non habita, extorquetur. Nam recte, atque ordine per judicem id fit. *Extra* ordinem jus dicitur, prætore, præsideve cognoscente *l.* 1. §. 1. *D. de extr. cogn. l.* 2. *D. ex quib. cauf. major. l. ult. C. de fent. qua fin. cert. quant.* Quales caussæ in quibus ipsi magistratus, judice pedaneo non dato, cognoscebant, recensentur *l.* 2. *D. fer.* Alias qui Romæ vel quasi magistratus, vel *extra* ordinem jus dicunt *l.* 7. *D. de offic. procons.* hi erant, qui magistratus legitimi, vel ordinarii non erant, sed utilitatis caussa extra ordinem constituebantur *l.* 2. §. 33. *D. de orig. jur. Extra* ordinem stellionatus nomine plecti *l.* 36. *pr. D. de pignorat. act.* id est, coercitatione extraordinaria, qualem habet Stellionatus *l.* 2. *D. Stellion.* Scilicet extra ordinem pœna est, quæ non a Lege, sed a judice definita est; quemadmodum dicuntur extra ordinem æstimatione judicis puniendi in *l.* 3. *C. de his qui accuf. non pofs.*

EXTRAHERE præter notissimam significationem est *protrahere*. Sic *extracta* in longius cognitio Plin. *lib.* 3. *epist.* 9. *Extractum* judicium in id tempus *l.* 8. D. *ad exhib. Extrahere* negotium *l.* 6. D. *de carb. edict. Extracta* res per adpellationem *l.* 42. §. *ult.* D. *de bon. lib.*

EXTRANEUS postumus apud Justin. §. 56. *Inst. de legat.* & *alienus* idem valent, extraneusque accipitur, qui suus testatori heres non est, vel inter suos non est nasciturus. Et ita Theophil. *in pr. Inst. De bon. posses.* αλλοτριος, ait, ποστȣμος, ο μη τικτομενος μοι σȣς. *Extraneus postumus, id est, non mihi natus suus heres.*

Extranei, qui non ejusdem provinciæ, aut civitatis *l.* 3, D. *de offic. præsid.*

Extranei alii ab adfinibus in *l.* 84. D. *de jur. dot.* alii a cognatis in *l.* 19. *Cod. de jur. delib.* Et hinc *extraneus* intelligitur etiam pater adoptivus post emancipationem *l.* 55. §. *ult.* D. *de rit. nupt.* immo omnis, qui non est ex necessariis personis *l.* 60. D. *de pact. l.* 6. D. *de lib. causf. l.* 28. §. 8. D. *de pœn.* Aliquando extranei dicuntur non coheredes *l.* 1. §. 3. D. *si pars hered. pet.* Aliquando omnes præter conjuges *l.* 24. D. *de don. int. vir. & ux.* ac proinde *jure extranei*, & *jure mariti* opponuntur *l.* 13. §. 4. D. *ad Leg. jul. de adult.* & hoc sensu extraneæ mulieres in *l.* 44. *C. Th. de Episc. quæ est. l.* 19. *C. Just. eod. tit.* dicuntur, quas Græci συνεισακτȣς, vel επεισακτȣς, alii αγαπητας vocabant, quæ neque uxores, neque concubinæ, sed tertii generis, quas nec sobolis, nec libidinis, sed pietatis studio, domi habebant clerici. J. C. de Maurize *Elect. jur. canon. lib.* 1. *tit.* 41. Cujac. 2. *obs.* 29. Iis opposita multarum synodorum ac conciliorum decreta, veluti *Ancyrani can.* 19. & *Nicæni can.* 3. ubi Episcopis, Presbyteris, ac Diaconis interdicitur consuetudine συνεισακτȣ mulieris, nisi sit mater, soror, aut amita, aut persona talis, ut omnem suspicionem effugiat. Quem canonem firmat Justinianus *Novell.* 113. *c.* 29. *Novell.* 137. *c.* 1. Addendi *Synod. Tolet.* 4. *can.* 42. & 43. *Carthag.* 1. *c.* 3. *Ilerdens. c.* 15. *Hispalens.* 1. *c.* 3. *Brachar.* 3. *c.* 5. De iis mulieribus frequenter scriptores ecclesiastici. Vid. Euseb. *lib.* 7. *hist. eccl. c.* 24. Epiphan. *hæres.* 63. 67. 78. At nemo eas elegantius, quam hoc epigrammate descripsit Gregor. Nazianzenus:

Τȣσδε συνεισακτȣς, ως δη φασκȣσιν απαντες,
Ουκ οιδ' ειτε γαμω δωσομεν, ειτ' αγαμȣς,
Θησομεν, ειτε μεσην τι φυλαξομεν, ȣ γαρ εγωγε
Καν με λεγητε κακως, πραγμα επαινεσομαι.
Extraneas mulieres, uti vocant omnes,
Nescio utrum nuptis demus, an innuptas
Ponamus, an medium quid servandum sit. Non ego
Si mihi vel maledixeritis, rem laudaverim. *Hein.*

Aliquando *extraneus* dicitur alius a creditore l. 55. *D. ad Leg. Aquil.*

Aliquando omnes non domestici sunt *extranei l.* 1. *D. de SC. Silan.* Sed & *extraneum* aliquando relatione facta ad dominum accipere debemus, ut *l.* 31. §. 2. *D. de Aedil. edict. l.* 24. *D. locat.* Itaque *extraneus*, & dominus opponuntur *l.* 16. §. 3. *D. de pæn.* nec non *extraneus* & dominus proprietatis *l.* 3. §. 5. *D. de itin. actuq. priv. Extraneus* creditor servi, si non dominus crediderit *l.* 1. *D. de tributor.* Similiter extranei respectu dominorum dicuntur *l.* 27. §. 11. *D. ad Leg. jul. de adult. l.* 41. *l.* 51. *de pec.*

Porro passim memorantur *extranei* oppositi fidejussoribus, ut *extraneus* defensor *l.* 5. §. 4. *D. judic. solv. extraneus* emptor ad differentiam fidejussoris *l.* 50. §. 1. *D. mand.*

Noti quoque *extranei* heredes in *l.* 33. *D. de excusat. l.* 64. *D. de rit. nupt. l.* 2. §. 15. *D. de hered. vel act. vend. l.* 38. §. 3. *D. de legat.* 3. quales intelliguntur quicumque testatoris juri subjecti non sunt §. 3. *Inst. de hered. qual. & dif.* Unde non Caii ipsius, sed interpolatoris manus esse suspicari licet verba hæc *lib.* 2. *Inst. tit.* 3. §. 6. extraneos heredes definientis, qui nullo propinquitatis gradu testatori junguntur, sed eos pro arbitrio quisque heredes scribit. Nam & emancipati pro *extraneis* habentur, licet naturali vinculo contineantur. *Hein.*

Extraneus homo alius a liberto in *l.* 8. *D. de obs. par. & patr. præst.*

Obtinuit etiam, ut omnes præter patrem, & maritum extranei dicantur *l.* 4. *D. ad Leg. jul. de adult. l.* 4. *D. de confirm. tut.* Et ita in quæstione dotium *extranei* sunt omnes, citra parentem virilis sexus in potestate habentem mulierem dotandam *l. un. v. extraneum C. de rei ux. act. toll.*

Extranei porro, qui non sunt in potestate *l.* 10. §. *ult. D. de leg. Cornel. de fals.* Sed & sociis opponi *extraneos* animadvertimus *l.* 3. *C. comm. divid.*

Extranei etiam opponuntur tutoribus *l.* 6. *D. de*

auct. & conf. tut. vel cur. l. 54. D. de admin. & per tut.

Denique extraneus eſt, qui non eſt venditor *l. 10. D. commun. prædior.*

EXTRAORDINARIÆ actiones, ſalarii nomine *l. 52. §. 2. D. de act. emt.* Quo nomine nuncupantur & eæ actiones utiles, quæ ex cauſſa interdicti hodie redduntur *§. ult. Inſt. de Interd.* Qua de cauſſa *rubrica de interdictis* ſic a Triboniano in Pandectis concepta eſt: *De interdictis, ſive de extraordinariis actionibus, quæ pro his competunt.*

Extraordinarium auxilium. Hoc nomine venit etiam reſtitutio in integrum *leg. 16. D. de minor.* quod tota penderet ex prætoris cognitione *l. 24. in fin. D. eod. tit.* Nam

Extraordinariæ cognitiones dicebantur, quas prætores, præſideſve præter uſitatam officii ſui conſuetudinem ſuſcipiebant *l. 1. & paſſim D. de extraord. cognit. l. 2. D. ex quib. cauſ. maj. l. 1. §. 18. D. de exercit. act. l. 12. pr. D. de religioſ.*

Extraordinarium commodum *l. 239. §. 3. D. de verb. ſignif.*

Extraordinaria crimina a privatis ſeparantur *l. 3. D. ad SC. Turpill.* Sic autem adpellantur crimina, de quibus quæſtio lege nulla conſtituta eſt. Proinde nec certa aut legitima pœna vindicantur, ſed arbitrio judicis coercentur *l. 1. C. ubi de crim. ag.* qualia ſunt abigeatus, ſepulcri violati, ſtellionatus, expilatio hereditatis, effractura, & alia de quibus libro Pandectarum 47. agitur. Sed & omnia admiſſa, quæ nullam legitimam habent defenſionem, coercitionemve *extra ordinem* coercentur, pro æſtimatione judicis pœna impoſita *leg. 8. §. 2. D. de religioſ. l. 3. §. 6. v. qui adverſus D. de poſtul. l. 4. D. de cuſtod. & exhib. reor. l. 11. in fin. D. de accuſ. l. 1. §. 8. D. de his, qui effud. vel dej. l. 3. C. de his, qui accuſ. non poſſ.* Vetus Gloſſarium Græcum: Ἐξω των τεταγμενων, η παρα τε δικαςε υποθεσεις τιμωριας. *Extraordinaria* crimina, vel quibus a judice pœna ſtatuitur. Et huc pertinet *extraordinaria* exſequutio in *l. 3. §. 1. D. ne vis fiat ei l. ult. C. de crim. ſtellion.*

Extraordinariæ Indictiones *l. ult. C. de muner. patrim. l. 11. C. Th. de extraord. & ſordid. mun.* quæ extra ordinem imperantur *l. 6. D. de var. mun.* quæ non a Lege SC. vel conſtitutionibus principum, ſed ex improviſo per magiſtratus injunguntur *l. 8. §. 3. D. de vocat. mun.*

Extraordinaria judicia, in quibus conceptiones formularum non obſervantur *l. 47. D. de negot. geſt.* Et hæc ſola hodie in uſu eſſe, ordinariis ſublatis, Juſtinianus tradit in *§. un. Inſt. de ſucceſſ. ſubl. quæ per bon. vend. fieb. & §. ult. Inſt. de interd.*

Extraordinaria pœna in *§. 10. Inſt. de injur.* cujus arbitrium officio judicis permittitur *l. ult. C. de injur. l. 43. l. ult. D. eod. tit.*

Extraordinariæ perſequutiones, quarum cognitio ad ipſum Prætorem pertinebat, veluti de fideicommiſſis *l. 178. §. 2. D. de verb. ſignif.* Non enim per formulam fideicommiſſa jure ordinario, ſed apud prætorem petebantur, ut Ulpianus *Regul. tit. 24. §. 12.* ſcribit. Quod & indicat *l. 83. §. ult. D. de hered. inſt. l. 4. D. quib. ad libert. procl. l. 68. §. 6. D. de legat. 3. l. 29. D. de uſu & uſufr. leg. l. 41. D. de bon. libert. l. 43. D. de act. emt. l. 2. §. 32. D. de orig. jur. l. 2. C. qui pot. in pign. l. 2. Cod. ſi adv. libert.*

Extraordinarium remedium *l. 12. D. ut in poſſeſ. legat.* quod non ex edicto prætoris, ſed proprio ac ſpeciali ejus decreto proficiſcitur.

EXTRARIUS, *a, um* pro extraneo in *l. 39. §. 1. D. ad Leg. jul. de adult. l. 55. D. ad SC. Trebell. l. 43. §. ult. D. de damn. infect. l. 17. D. de quæſt. l. 78. §. 3. D. de legat. 2. l. 28. §. 1. D. de excuſ. l. 36. D. de bon. libert. l. 50. D. de manum. teſtam. l. ult. D. locat.* Quinctilian. *Declam. 325.*

EXTREMA ſuffragia in *l. 1. C. Th. de ſcenic.* ſunt ſacramenta, quæ in extremo poſitis indulgebantur Jac. Gothof. *in not. ibid.*

Extrema voluntas, id eſt, ſuprema *l. 2. C. quand. nupt.* unctio, vid. *unctio.*

EXTREMO adverbialiter pro ultimum. *Extremo* mortuus *l. 83. §. ult. D. de legat. 3.* Huic adverbii formæ non modo analogia adſiſtit, quæ non minus dici patitur *extremo*, quam poſtremo, ſed & auctoritas ipſius Ciceronis, cujus hoc fragmentum ex Piſoniana ſervavit Aſconius: *Prius enim Gallus, dein Gallicanus, extremo ſemi Placentinus haberi captus eſt.* Vid. Ducker. *de lat. vet. ICtor. p. 417.* Hein.

EXTRICATÆ margaritæ *l. 27. §. 30. D. ad Leg. Aquil.* id eſt, perpurgatæ, & mundatæ.

EXTRINSECUS. Ipſius rei perſequutionem extrinſecus habet *§. ult. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* id eſt, extra, & præter actionem furti.

EXUBERARE dicitur debitum *l. 6. C. de ſolut.* fides *l. 3. C. pro ſoc.* fructus quantitas *l. 27. §. ult. D. ad SC. Trebell.*

EXVEHENDAS merces conducere *l. 5. D. ad exhib.*

EXUERE ſe actionibus *l. 2. D. de ſent. paſſ.* crimine *l. 19. de his, qui accuſ. non poſſ.* Exui delictis *l. 2. §. ult. D. de capit. minut.* Ita quoque Chryſoſtomus *homil. 2. in epiſt. ad Rom.* τυ τε εγκληµα αποδυσαµενος της ραθυµιας, exuens crimen deſidiæ. Joſephus *2. αλωσ. cap. 8.* αποδυσατι τας προς βασιλεις αιτιας, exuens culpam apud Reges, &c. *Exui* facultatibus *l. 3. §. 3. D. de admin. & per tut.*

EXUL, ait Quinctilianus *Declam. 336.* dictus, *quaſi ex ſolo patris expulſus.* Non. Marcell. *Exules dicuntur extra ſolum.*

EXULARE in exilio agere *l. 2. §. 4. D. de orig. jur. l. 7. §. ult. D. de cap. min.*

EXU-

EXUSTIONIBUS flammarum mancipari *l. 2. C. de fals. monet.*

EYDO servus *l. 60. D. de manum. testam.*

F

FABA, non arista, sed siliqua continetur, & numeratur in frugibus *l. 77. D. de verb. signif.*

FABER opifex passim in legibus. Dubia lectio *leg. 235. §. ult. D. de verb. signif.* ubi Florentiæ: *Fabros ignarios dicimus non eos dumtaxat, qui ligna dolarent, sed omnes, qui ædificarent*, ut nescias, L an T exciderit e vocabulo *ignarius*. Tignariorum certe fabrorum meminit Cic. *de clar. or. c. 73.*

Fabri etiam inter opifices castrenses recensentur *l. ult. D. de jur. immun.* & apud Veget. *lib. 2. de re milit. c. 11.* quibus qui præerat, *præfectus Fabrorum* vocabatur, ut vel ex una Cæsaris ad *Oppium Epistola*, quæ Epistolis Ciceronis *ad Attic. lib. 3. Epist. 8.* inserta est, abunde comprobatur. Vegetius, illo, quem modo citavi, loco, postquam de fabris carpentariis, balistariis, structoribus, aliisque id genus, quos unaquæque legio habebat, opificibus disseruit, subjicit: *Horum erat judex proprius, præfectus Fabrorum*: etsi *Fabrum non Fabrorum* in usu fuisse Cic. *in Oratore c. 46.* testatur.

FABIA Lex *de plagiariis*, quæ propter notam litterarum B. & V. fraternitatem sæpe in *Faviam* transiit. Hanc quidem male *Flaviæ* nomine nuncupant, quo vitio recentiora Codicis Justinianei exemplaria quædam emendatorum beneficio laborant, non in inscriptione modo *rubricæ ad Leg. Fab. de plagiar.* sed & in contextu *l. 1. 2. 3. 4. 5. 9. C. eod. tit.* Pertinet autem lex hæc ad eos, qui liberos homines vel servos alienos scientes dolo malo supprimunt. Proinde in *l. 51. D. pro soc.* Ulpianus socium, si plagium fecit, vel suppressit, *Fabia* teneri, pronunciat. Unde & Legis Fabiæ crimen *suppressi mancipii* crimen vocatur *l. 3. D. ad Leg. Fab. de plagiar.* Hac lege etiam tenetur, qui liberum hominem sciens vendit, donat, vel in donum dat, item, qui ex earum qua caussa, sciens esse liberum, acceperit, in eadem caussa habetur *l. 1. l. 4. D. ad Leg. Fab.* Quæ præter hæc eadem Lege cauta fuerint, exponit *l. 6. §. ult. D. eod. tit.*

FABIANA, vel, ut sæpe scribitur, *Faviana* actio. Ea patronus utitur ad revocanda, quæ in fraudem ejus a libero alienata sunt *l. 38. C. de usur. l. 16. D. de jur. patron. l. 2. D. si a parente quis manumiss. l. 1. §. 6. & seq. l. 2. l. 3. §. 2. D. si quid in fraud. patron.* Hæc. *Fabiana formula* vocatur a Paullo *3. Sent. §. 1.* & *Fabianum* judicium *l. 1. §. 16. & §. 22. D. si quid in fraud. patron.* Ejusdem rei gratia comparata est *actio Calvisiana*. Et hinc eæ actiones sub alternatione plerumque in eadem caussa nominantur *l. 2. D. si a parent. quis manum. l. 1. §. 11. l. ult. D. si quid in fraud. patron.* Sed inter eas hæc una differentia intercedit, quod *Fabiana* locum habet, ubi libertus testamento facto decessit, *Calvisiana*, ubi intestatus mortuus est, quemadmodum colligitur ex *l. 3. §. 2. 3. D. si quid in fraud. patron. & l. 2. C. eod. tit.* Alienationes autem, in fraudem patronorum factæ, illis actionibus usque ad debitam portionem revocantur.

FABIUS. *Cilo* præfectus urbi *l. 1. D. de offic. præf. urb. l. 5. D. de interd. & releg.* De eo etiam supra in *Cilo* quædam dicta sunt. Hunc inter eos, quos Severus Imp. ditavit, numerat Sex. Aurel. *Epit. Cæs. cap. 20.* Ac plane eum Severus *amicum suum* vocat in *l. ult. D. de offic. præf. vigil.* Gessit autem consulatum cum Libone, ut ex Cassiodori *Catalogo Consulum* patet, & ex subscriptione *l. 1. C. si cert. pet. l. 2. Cod. de excus. tut.* Et his Coss. ludos sæculares editos Romæ esse, refert Censorin. *de die natal. cap. 17.* Quamquam, quo anno Commodus cæsus est, consulem eum fuisse designatum, docet Lamprid. *in Commod. cap. 20.* De hoc *Cilone* hæc Spartian. in *Antonin. Caracal. c. 4.* scribit: *In summum discrimen etiam Cilo, iterum præfectus, & Consul venit, ob hoc, quod concordiam inter fratres suaserat.* Bis fuit consul, suffectus primum anno Christi 193. cum Flavio Claudio Sulpiciano, Pertinacis socero, postea ordinarius cum Libone anno 204. Ejus nomen integrum præfert inscriptio apud Gruter *p. 406. L. Fabio M. F. Galer. Septimino Ciloni præf. Urb. C. V. Cos. II.* quamvis Boissardus *Part. 5. antiq. p. 72.* eamdem proferens inscriptionem pro *L. Fabio*, *M. Fabio* scripserit.

FABRICA, confectio cujuscumque operis. Hinc Romanæ civitatis *fabrica* apud Cassiod. *lib. 5. Var. cap. 21.* itemque *Romuleæ fabricæ lib. 7. cap. 6.* opera publica significant, atque ita publicas, & privatas fabricas accipe ejusdem *lib. 7. Epist. 17.* Sic *Fabricam* horreorum, vel stabulorum *l. 12. C. de oper. publ.* id est, exstructiones *l. 13. Cod. Th. de præt. & quæst. publ. Fabrica* formæ, id est, aquæductus *l. 1. C. Th. & Justin. de aquæd.* insulæ *l. 3. §. 7. D. de eo quod cert. loc. Fabricæ* optio *l. ult. D. de jur. immun.* publicæ fabricæ gratia *l. 30. Cod. Th. de oper. publ.*

Fabricæ etiam speciatim sunt armorum officinæ, ut ostendit Justinianus *Novell. 85. cap. 1.* his verbis latine e græco versis: *Placuit, ne privatus quis arma fabricet, sed illi solum arma conficiant, qui in publicas armorum officinas*, ἢ τὰς λεγομένας φαβρίκας *easque, quæ fabricæ dicuntur, assumpti sunt.* Fabricæ autem in Imperio Romano præcipuæ erant in Illyrico quinque, in Italia sex, in Galliis octo,

etant-

erantque sub dispositione magistri officiorum, quemadmodum Notitia docet. Veteres quoque in Legionibus *Fabricas* scutarias, loricarias, arcuatias habuisse, in quibus sagittæ, missilia, cassides, omniaque armorum genera fabricarentur, Veget. *lib.* 2. *de milit. c.* 11. tradit. Ceterum publicæ illæ fabricæ, in quibus armis faciendis Fabricenses insudabant, sacræ vocantur *l.* 6. *C. de fabricens.* iisque & servos publicos deputatos fuisse, ostendit *l. ult. Cod. de furt.*

Fabrica ecclesiæ *cap. futuram causs.* 12. *qu.* 1. *c. fabrica de consecr. dist.* 1. & not. per Archidiac. *extra de relig. & ven. sanct. cap. uno, super verbo fabrica lib.* 6. *& cap. ult. de his, quæ fiunt a major. part. cap.*

FABRICENSES *tit. Cod. Just. & Th. de fabricens.* hi sunt, qui in sacris fabricis operantur, & arma cudunt, qui *armorum factores*, & *artifices* vocantur a Cassiodoro 7. *Var.* 19. & *fabri armorum lib.* 7. *cap.* 18. quorum æque, ac tironum brachiis stigmata inusta fuisse, docet *l.* 3. *C. de fabric.* Fabricensium corpus *Nov. Th. & Valentin. de bon. fabricens.*

FABRILES operæ, quæ sint Vid. infra in *Operæ*.

Fabrilem exercitum pro fabrorum corporibus, & collegiis, dixit Cassiod. *lib.* 7. *Var. c.* 5.

FABULA a *fando* dicta in genere designat narrationem, quæ potest esse vel *ficta*, ut fabulæ Æsopi, quo sensu Paullus *l.* 3. *D. si pars hered. pet.* vocabulo utitur, vel vera, ut apud Sueton. *Domitian. cap.* 15. Eodem modo & græcum μυθος, non modo fictum, sed & omnem sermonem designat, idemque est ac λογος, quemadmodum μυθιζειν, *dicere*, *loqui*. Nimirum veteres, quamvis permultas circumferri fictas narratiunculas animadverterent, omnibus tamen veri quid omnino inesse credebant, quippe historiis poetarum ingenio interpolatis. Palæphat. *de incredibil. in præf. p.* 8. *edit. Tho. Gale.* hæc ait latine versa: *Equidem sentio, talia minime esse posse, quæ narrantur: hoc autem collegi, quod, si minus facta essent, non item narrarentur. Facta autem quædam poetæ, & fabulatores ad incredibilia, & miranda magis deflexerunt, ut homines obstupescerent.* Hinc permultas fabularum veterum origines, latitantesque sub illo spatio veras historias feliciter in lucem protraxerunt Sam. Bochart. *in Phaleg.* reliquisque operibus, & Jo. Cleric. tum in *Not. ad Hesiod.* tum in *Bibliotheca universali & selecta*, non æque ubique feliciter Dan. Huetius *in Demonstr. Evang.*

In jure nostro Fabula modo pro ficta narratiuncula accipitur, ut *l.* 1. *C. Th. de rapt. virg.* Fabulis nutricum, & pravis suasionibus sæpe deluduntur parentum custodiæ modo.

Quilibet sermones inutiles *fabulæ* vocantur. Non iteratis fabulis sæpe recreata actio *l.* 1. §. 1. *C. de annal. except.* Eodem sensu accipiendus Justinianus dum §. 3. *Inst. proœm.* conscriptarum suis auspiciis institutionum hanc reddit rationem, ut cupida legum juventus *prima legum cunabula non ab antiquis fabulis*, sed ab Imperiali splendore adpeteret. Vid. Ulr. Huber. *Digress. lib.* 1. *c.* 4.

FACERE accipientis *l. ult. D. de condict. caus. dat. l.* 55. *de condit. & dem. l.* 2. *D. de mort. caus. don.* id est, facere, ut, accipiens habeat.

Facere damnum, quod alias est dare *l.* 51. *D. de reg. jur.* aliquando tamen est pati *l.* 56. *D. de legat.* 1.

Facere vitium. Vid. infra *vitium*.

Facere, pro morari. Servus fugerat, & annum in fuga *fecerat*, id est, moratus fuerat *l.* 14. §. 1. *D. de statut.* Facere diem *l.* 11. §. 5. *D. ad Leg. jul. de adult.* Senec. *Epist.* 66. *Quamvis autem paucissimos una fecissemus dies.* Ubi frustra textum sollicitant Muretus & alii, quum phrasim latinam nec inelegentem esse jam pridem ostenderit Jo. Frid. Gronov. *ad locum illum Senecæ.* Vetus inscriptio apud Reines. *Class.* 20. 216. *Venerosa quæ vixit annos* 30. *& mens.* 2. *cum marito fecit annos* 13. *m.* 5. *& d.* 28. ubi & similia produxit laudatus Reines. *in Commentar.*

Facere pro exercere. Sic *facere* argentariam *l.* 24. §. 1. *D. de edend.* artem *l.* 37. *D. de oper. libert.* medicinam *l.* 26. *D. eod. tit.*

Facere alias significat solvere, præstare: Facere ergo posse, vel non posse intelligitur, qui solidum solvere potest, vel non potest *l.* 21. §. *ult. D. rer. amot. l.* 23. *l.* 81. *D. pro soc. l.* 3. *D. de pecun. constit. l.* 8. *l.* 6. *D. de condict. indeb. l.* 24. §. 1. *& passim. D. eod. tit. l.* 35. *D. de negot. gest.* In quantum vero *facere potest*, *& in solidum conveniri* opponuntur *l.* 33. *D. de don.*

Facere admittere, vel perpetrare, veluti *facere* adulterium *l.* 12. *D. ad Leg. jul. de adult.* facinus *l.* 27. §. *ult. D. ad Leg. jul. de vi publ.* furtum *l.* 7. *l.* 18. *D. ad Leg. jul. peculat.* & alia *passim*.

Facere totum, elegans loquutio, qua quem omnia posse, vel rei cardinem in aliquo verti, indicatur. Ulpianus *l.* 35. §. 3. *D. de hered. inst. Facit. quidem totum voluntas defuncti.* Ita & auctor de bello Hispan. *cap.* 28. loquitur: Ita hoc opinione fretus totum se *facere* posse existimabat. Vid. Ducker. *de Latia. vet. Ictor. p.* 353. HEIN.

Facere, parere Legi. *Facere* jussus, ut centum habeam, centum cogendus est dare *l.* 73. *D. de legat.* 1. His enim verbis idem fere significatur, quod in *l.* 121. *D. de reg. jur.* Qui non *facit*, quod *facere* debet, videtur facere adversus ea, quia non *facit*, id est, quia legi non paret.

Facere sub custodia est efficere, ut quis sub custodia sit, vel in custodiam mittere *l.* 2. §. *ult. D.* de

de custod. & exhib. reor. ubi vid. Cujac. *in Papiniano*.

Facito & *Fac*, inter quæ id discrimen observat Cujacius in *l.* 32. *D. de usufr. leg.* ut qui dixit *fac*, properat, enixumque desiderium indicet, qui *facito*, etiam morari alterum aliquantum sinat.

FACIES domus *l.* 3. *C. de ædif. privat.* locorum *l. ult. D. de term. mot.* patrimonii *l.* 55. §. *ult. D. de admin. & per. tut.* id est status adparens. Prima facie *l.* 10. *D. de alim. & cib. leg.* id est, prima fronte.

Facies, vultus in numis expressus. Et ita *faciei habitus* accipi debet in *l.* 1. *C. Th. si quis solid. circul.*

FACILIS pronus. Facillimus quisque ad jusjurandum decurrit *l.* 3. *pr. D. de jurejur.*

FACINOROSI homines *l.* 3. *D. de jurisd.*

FACINUS, crimen, delictum, maleficium, & scelus significat *l.* 20. *D. de obl. & act.* Facinoris atrocitas *l.* 1. §. 43. *D. de vi & vi arm.*

FACTIO testamenti, id est, confectio. Vid. infra sub voce *testamentum*.

Factio, grex ludionum. *Factio* enim, ut ait Festus Pomp. *& factiosus honesta vocabula erant. Unde adhuc factiones histrionum, & quadrigariorum dicuntur.* Sane in Circensibus honesto vocabulo aurigarum, agitatorumque in contrarias partes divisi greges *factiones* adpellabantur *l.* 1. *C. Th. de equ. curul.* Erant autem hæc pannorum coloribus, verbi gratia *Prasino* & *Veneto* distinctæ *factiones*. Suet. *in Domit. c.* 7. *Duas circensibus Græcorum factiones aurati, purpureique panni ad quatuor pristinas addidit*. Unde colligitur, non duas tantum, sed quatuor, & eo plures factiones aurigarum Romæ fuisse, contra quam plerique sentiunt. Quod & Xiphilinus *in Nerone p.* 717. *seq.* notat: Idem Sueton. *in Vitell. c.* 14. *Quosdam & de plebe, ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerunt, interemit*. Sic & *Venetam factionem* interpretabimur in inscriptione, quæ Danii exstat in Hispania, & *factionem Prasinorum* apud Gruter. *Inscript. p.* 337. & 338. & apud Suet. *in Calig. cap.* 55, At hæ *Prasinorum*, ac *Venetorum* factiones demum distracta in partes plebe tantam consequutæ sunt potentiam, ut ipsi imperio essent formidabiles. Auctor est Victor Tununens. *Prasinorum, Venetorumque turbas adversus Anastasium Imp. unitas*, inter mille injurias, atque mala, *incendium misisse in urbem, combustamque esse civitatem* ἀπὸ τῆς χαλκῆς *usque ad Constantini forum, supra longitudinem plateæ columnarum* 94. Quod malum eo tempore non modo Constantinopoli, sed per omnes urbes grassatum esse, refert Cedrenus *in Justino p.* 299. Et notum est, quum Justinianus & Theodora Venetiis favere dicerentur, parum abfuisse, quin a Prasinorum factione everterentur. Rem fusius enarrant Procop. *in Anecdot. p.* 27. *seq.* quamvis suo more injurius in Justinianum, quem omnium earum seditionum veluti flabellum fuisse contendit, quum jam ab aliquot sæculis adflixissent rempublicam, & jam eo usque increvisset malum, ut ei impar esset legum severitas. *Hein.*

Quum ergo tot turbas illi agitatores darent, non mirum est, *factionis* vocabulo, observante Festo, demum *seditiones, & arma* dici cœpisse. Non. Marcell. *Factio* dicitur malorum consensus, & conspiratio. Hoc sensu reperimus *factionem* cruentam *l.* 6. §. 9. *D. de injust. rupt. irrit.* factionum duces *l.* 16. *D. de adpell. Factio* Palmyrena *c.* 4. *C. de ingen. manumiss.* id est, motus, seu rebellio Palmyrenorum in Syria gentis, quam adversus Imperatores arma movisse, vel exemplo Zenobiæ ab Aureliano victæ, & in triumpho ductæ, liquet. De ea Zosim. *lib.* 1. *c.* 58. *seq.* Vopisc. *in Aureliano c.* 31. 33. *& seq.* Trebell. Pollio *de trig. tyrann. cap.* 30.

FACTIONARIUS, qui præerat factionibus agitatorum *leg. ult. C. Th. de equ. cur.*

FACTIOSUS. Factiosa familia *l.* 13. §. 2. *D. de publican.*

FACTITARE *l.* 7. §. 8. *D. quib. ex caus. in possess. eat.*

FACTOR, qui scelus admittit *l.* 6. §. 2. *D. de re mil. l.* 7. *D. de custod. reor.* Factores sceleris *l.* 1. §. 17. D. *de SC. Silan.* Proprium jurisconsultis hac notione vocabulum. *Malefactor* tamen dixit Plaut. in Bacchid. *Act.* 3. *sc.* 5. *v.* 11.

FACTUM idem quod actum, idque juri plerumque opponitur *l.* 170. D. *de verb. obl.* Hinc illa: Ea res *facti*, non juris est *l.* 1. §. 1. D. *de adquir. poss. Facti* magis, quam juris sunt solutio, venditio traditio *l.* 7. §. *ult.* D. *de curat. furios.* Legatum in annos, vel menses singulos, vel habitationis in *facto* potius, quam in jure consistit *l.* 16. D. *de cap. minut.* In stipulationibus jus continetur, in pactis factum versatur *l.* 27. §. 2. D. *de pact.* id est, in illis magis id spectatur, quod ex apicibus juris est, quam id, quod reipsa actum est, in pactis magis id, in quod paciscentes convenerunt. Ita quum dicimus, servum debere, vel servo deberi, *factum* magis demonstramus, quam ad jus civile referimus obligationem *l.* 41. D. *de pecul.* In stipulatione *habere licere*, non *factum* sed jus vertitur: De *facto* an de jure controversia fuerit *l. ult.* D. *de jurejur.* Alibi (puta in confessoria) de jure, alibi de *facto*, ut in interdicto de itinere, quæritur *l.* 2. §. *ult.* D. *si serv. vind.* Facti est possessio *l.* 8. §. 5. D. *si is, qui testam. lib. l.* 1. §. 1. D. *de adquir. poss.*

In *Factum* actiones quædam vocantur, e. g. actio, quæ datur patrono adversus libertum, a quo contra edictum prætoris in jus vocatus sit *l.* 25. §. 1. D. *de oblig. & act.* Ac plane quas actiones præ-

tor ex sua jurisdictione introduxit, ut loquitur Justinianus in §. 12. *Inst. de act.* generali in *factum* actionum nomine adpellantur *l.* 3. §. 1. D. *naut. caup. & stab. l.* 3. D. *de eo, per quem fact. l.* 13. *l.* 14. D. *de lib. caus.* Aliæ ejusdem nominis, ubi vulgaria, atque usitata actionum nomina deficiunt, adcommodantur. Cessantibus enim judiciis proditis, & vulgaribus actionibus, quum proprium nomen invenire non possumus, descendimus ad actiones, quæ *in factum* adpellantur *l.* 1. D. *de præscr. verb.* Qui actionum non plenus numerus esset, ideoque plerumque in *factum* actiones desiderantur, sed & actiones, quæ legibus proditæ sunt, si lex justa, ac necessaria sit, supplet, prætor in eo, quod legi deest, quod facit in Lege Aquilia reddendo actiones *in factum*, adcommodandas legi Aquiliæ *l.* 11. D. *eod. tit.* Glossarium vetus græcum, juxta latinam interpretationem. Quum numero plures sint *in factum actiones*, eæ quatenus variis factis adcommodantur, varia habeant judicia. Ait enim Papinianus: Cessantibus enim judiciis ... Aliæ vero earum prætoriæ sunt, proditæ, sic ubi speciem aliquam neglexit Lex Aquilia, veluti si neque corpore, sed alio modo nocitum, ut si quis misericordia motus vinctum solverit, & aliis multis casibus. Atque ita interdum fit, ut quamvis *ad exhibendum* agi non possit, *in factum* tamen actio datur, ut ait *l.* 4. §. 14. D. *ad exhib.* similiterque in *l.* 9. §. 4. D. *eod. tit. l.* 23. §. 5. D. *de rei vind.* Exemplum dabit *l.* 63. D. *de legat.* 1. Itemque deficiente vindicatione *in factum* actione petitori extra ordinem subvenitur *l.* 6. D. *de rescind. vend.* In quibus præterea caussis *in factum* actiones habeant locum, discet lector ex *l.* 55. D. *de adquir. rer. dom. l.* 15. §. 34. *l.* 18. §. 15. D. *de damn. inf. l.* 11. §. 17. & §. 12. D. *de Ædil. edict. l.* 52. D. *de rei vind. l.* 8. §. 1. D. *de procur. l.* 3. D. *ne vis fiat ei l.* 50. §. *ult. l.* 66. §. 4. D. *de furt. l.* 10. D. *quæ in fraud. cred. l.* 5. D. *de obseq. par. l.* 13. D. *de obl. & act. l.* 9. §. *ult.* D. *quod fals. tut. l.* 63. *l.* 77. §. 2. D. *de legat.* 2. *l.* 5. *C. de revoc. iis, quæ in fraud.* Nec rei persequutoriæ, sed & pœnales sunt *in factum* actiones *l.* 12. D. *de in jus voc. l.* 25. D. *de Leg. Cornel. de fals.* Interdum & loco actionis de dolo *in factum* actio redditur *l.* 1. *C. de jur. dot. l.* 3. *C. an serv. ex suo fact. l.* 5. *C. de dol.* Liberis enim vel libertis adversus parentes, patronosve actionem de dolo, quum sit famosa, non dari, sed *in factum* verbis temperandam actionem, ut bonæ fidei mentio fiat, ait Ulpianus *l.* 11. *in fin.* D. *de dol.* Interdictum quoque unde vi, quia atrocitatem facinoris in se habet, nec liberto in patronum, nec in parentes liberis dandum esse, idem ait, meliusque erit, *in factum* his actionem competere *l.* 1. §. 3. D. *de vi & vi arm.* Exemplo in factum actionis etiam *exceptio in factum* a prætore datur, seu in factum comparata, ut loquitur *l.* 4. §. 32. D. *de dol. except.* vel *in factum* data *l.* 1. §. 4. D. *de superfic. in factum* composita §. 1. *Inst. de except.* Cujusmodi exceptionis exempla habes in *l.* 14. §. 13. *D. quod met. caus. l.* 27. *D. de pecun. constit. l.* 14. D. *de except. l.* 1. §. 4. *D. de except. rei vend. l.* 9. *C. de non num. pec.* Sane ex omnibus *in factum* exceptionibus doli oriri exceptionem, dicit Jurisconsultus *l.* 2. §. 5. *D. de dol. mal. except.* Interdum etiam in locum exceptionis doli hæc exceptio sufficitur. Nam adversus parentes, patronosque neque doli exceptio neque alia quidem, quæ patroni, parentisve opinionem apud bonos sugillet, competere potest. *In factum* tamen erit excipiendum *l.* 4. §. 16. *D. de dol. mal. except.* Ut porro reo exceptio, ita actori *replicatio in factum* nonnumquam indulgetur *l.* 14. *D. de fidejussor. l.* 28. *Cod. de transact.* quæ *in factum* concepta replicatio adpellatur *l.* 15. *D. ad Leg. falcid.*

Facti & *juris* quæstiones invicem opponuntur, non secus ac apud rhetores *scripti*, & *voluntatis* controversiæ. Hinc illa *facti*, non *juris* quæstio *l.* 17. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 94. *D. de verb. obl. l.* 16. *D. de stat. hom. l.* 122. *D. de verb. signif.* *Facti* porro quæstio est, ubi dubium est, quid quis voluerit, intellexerit, senserit, quidve actum sit *l.* 8. §. 13. & §. 16. *D. quib. mod. pign. l.* 41. *pr. D. de verb. obl. l.* 13. *D. de mort. caus. don.* Omnisque adeo voluntatis quæstio *facti* est *l.* 52. *D. pro soc. l.* 15. §. *ult. D. de hered inst. l.* 13. *D. qui pot. in pign. l.* 94. *D. de verb. obl.* *Facti* quæstionem accipe, ubi disceptatur, factum quid sit, an non, ut accidit in controversiis, quæ in statu conjecturali versantur.

Facti caussa non continetur postliminio *l.* 52. *D. ex quib. caus. major.*

Facta vel caussarum merita *l. un. C. Th. de offic. jud. civ.*

Facti vel *in facto* quid esse aliquando dicitur, ut a *dando* separetur: Et ita accipitur his verbis: Ex omnibus, quæ *facti* sunt, pars decedere debet *l.* 1. §. 9. *D. ad Leg. falcid.* Quod *in facto* est, veluti Alexandriam venire spondes *l.* 46. §. 1. *D. de verb. oblig.* *In facto* stipulatio ista, per te non fieri, neque per heredem tuum, quo minus mihi jure agere liceat *l.* 2. §. 5. *D. de verb. oblig.*

Factum generale est constitutio principis generalis, veluti edictum, vel sanctio pragmatica *l. ult. C. Th. de relat.* Nam ipsum Græcum πραγματικος τυπος, *sanctio pragmatica*, facti notionem involvit. *Hein.*

Factum argentum. Vid. supra voce *argentum*.

FACULTAS pro potentia. Pro facultate patrimonii *l.* 12. §. 3. *D. ne lib. & post.*

Facultas personæ dicitur, quia quis jure quid facere,

re, vel non facere potest. Sic *facultas* accusandi l. 4. *D. ad Leg. jul. de adult.* abstinendi *l. ult. D. de success. edict.*

Facultates pro bonis *l.* 14. *D. de muner.* & passim.

FACUNDIA, eloquentia *l.* 7. *C. de profess. & med. l.* 1. §. 10. *D. de extraord. cognit.*

FALCIDIA Lex plebiscitum est, quum eam Falcidius, Tribunus plebis Augusti temporibus rogaverit, ut Eusebius *in Chron. n.* 1970. *C. Falcidius* Tribunus plebis legem tulit, ne quis plus testamento legaret, quam ut quarta pars heredibus superesset. Quod confirmat Isidorus *lib. 5. etymol. c. 5.* Dio-Cassius *lib.* 48. *p.* 347. ubi non Caius, sed Publicus Falcidius memoratur. Et ita hanc Legem ipsum jus nostrum describit: Falcidia lege cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem totorum bonorum, id est, ut sive unus heres institutus esset, sive plures apud eum, eosve pars quarta remaneret §. 1. *Inst. l.* 1. *D. ad Leg. falcid.* Ulp. *reg. tit.* 24. §. 32.

Ceterum *Falcidia* non solum pro quadrante, qui ab herede, a quo supra dodrantem legatum est, retineretur, & sed & pro ea portione usurpatur, quam hereditatem restituere rogatus heres ex CS. Trebelliano retinet *l.* 1. §. 19. *l.* 58. §. 3. *ad SC. Trebell.* Ideoque & *Falcidiæ* commodum ea portio adpellatur *l.* 2. *in fin. si quis aliqu. test.* & quarta, quæ per Legem *Falcidiam*, vel jure *Falcidiæ* retinetur *l.* 51. *l.* 55. §. 1. *D. ad SC. Trebell.*

Quin etiam legitima portio, seu liberis debita *Falcidia* adpellatur *l.* 8. §. 11. *D. de inoff. test. l.* 31. *C. eod. tit. l.* 5. §. 3. *C. ad Leg. jul. majest.* & apud Julianum antecessorem *Nov.* 5. *cap.* 5. *Novel.* 18. *c.* 10. & 23. *Nov.* 29. *c.* 1. *Nov.* 66. Vid. sub *art. quarta.*

FALLACIA pro dolo, fraude, & calliditate *l.* 1. §. 1. *D. de dol. mal. l.* 7. §. 9. *D. de pact.* & alibi passim.

FALLAX mendacium emphatice *l.* 2. *C. si minor se major.*

FALSARE corrumpere, supponere. Falsare pondera, & mensuras *l.* 32. *D. eod. tit.*

FALSARIUS, qui quid corrumpit, falsumque pro vero obtrudit *l.* 1. §. 5. *D. de Leg. Cornel. de fals. l.* 24. *C. de prob.*

FALSUS, *a*, *um*. *Falsus* procurator interdum est is, qui se falso procuratorem adseverat, quique mala mente, & intercipiendi animo procuratorem se simulat *l.* 43. §. *D. de furt. l.* 19. *C. eod. tit.* Alias *falsus* procurator dicitur, qui procurator non est, sed ultro se negotiis alienis sine mandato offert *l.* 12. *D. de solut. l.* 1. §. 13. *D. de vi & vi arm. l.* 3. §. *ult. l.* 12. *D. rat. rem. hab. l.* 1. §. *ult. D. quod juss. l.* 24. *C. de procu.*

Falsum, quod ad Legis Corneliæ pœnam attinet, committitur, si quis chirographum alienum imitetur, aut libellum, vel rationes intercidat, vel describat, non etiam, si alias in computatione, vel ratione mentiatur *l.* 23. *D. de Leg. Cornel. de fals.* *Falsum* autem ea lege id solum coercetur, quod in testamentis admittitur. Eamdem tamen pœna etiam vindicantur cetera falsa ex SC. Principumque constitutionibus. Nam & qui in rationibus, tabulis, cerisve, instrumentis, vel alia qua re sine consignatione falsum fecerint, perinde atque falsarii puniuntur. Et hoc *quasi falsum* dicitur *in l.* 1. §. *ult. D. de Leg. Cornel. de fals.*

Falsum, ait Justinianus Imperator *Nov.* 73. *de instruend. caus. in princ. nihil est aliud, quam immutatio.* Crimen falsi sine dolo non committitur *l. nec exemplum* 20. *eod. ad leg. Corn. de fals.* Unde qui falsum dicit, verum esse putans, falsi crimine non tenetur, cum non tam fallat, quam fallatur ipse *c.* cum homines cum *cap. seq.* 22. *q.* 1. Falsi crimen variis modis committitur, & multis comprobatur exemplis *tot. tit. Decret. de crim. fals. ff. & C. ad leg. Cornel. de fals.* 1. committitur dicto, ut in teste, qui falsum deponit, aut verum supprimit *c.* 1. *extra de crim. fals. l.* 1. *ff. ad leg. Corn. de fals.* & uterque reus est *c.* 1. & *c. quisquis* 11. *q.* 3. & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia & ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. Vel scripto, ut si quis testamentum, aut instrumentum aliud falsum scribat, signet, recitet, celet, subjiciat §. *item lex Cornelia de falsis. Inst. de pub. jud. l.* 1. §. *qui in rationibus l.* 2. & *l. quid sit falsum* 23. *l. si quis legatum. ff. de eod.* 2. facto, ut si quis falsam monetam percutiat *l. qui falsa* 19. *ff. eod.* & *l.* 2. 3. 4. & *seq. C. de fals. monet. l.* 3. *C. de vet. numismat. collat.* Si in aurum quid vitii addat, si argenteos nummos adulterinos conflet *l. Cornelia* 9. *ff. ad l. Corn. de fals.*

Tria enim ad justitiam cussæ monetæ requiruntur *Glos. in c. quanto de jurejur.* Legitima authoritas, quæ solis Principibus competit, Materiæ bonitas, & justum pondus: Falsi crimen committit monetam cudens tali potestate non prœditus *l.* 2. §. 3. *C. de fals. monet.* Qui pondere iniquo, vel materia adulterina falsam monetam cudit *c. quatuor de jurejur. l.* 3. *c. de Veter. numismat. collat.* 3. Qui de justo monetæ pondere detrahit abscindendo, vel radendo *l. quicunque ff. ad l. Corn. de fals.* Qui materiæ adulterinæ nummos tingunt, vel colorant, ut veri appareant *l. cit.* Qui falsas monetas pro veris scienter expendunt, licet ab aliis decepti sint *l. lege Cornelia ff. eod.* vel *usu*, ut si pondera, aut mensuras publice probatas corrumpant *l. penult. ff. eod.* *si* signum adulterinum faciant, sculpant, exprimant *d. loc. instit.* si duobus eamdem rem in solidum vendant. *l. qui duobus* 21. *ff. eod. si* quis falsis literis utatur. *c. ad falsarior* 7. *extra de crim. falsi* si falsas leges alleget. *l. fin. ff. eod. tit.* si falsum nomen, aut cognomen sibi usurpet. *l. fals.* 13. *l. eos* 27. *ff. eod.* si insignia Episcopi, aut Doctoris portet, cum non sit. Batt. *in l. eos* 27. *ff. eod.*

ff. eod. ad leg. Corn. de falf. si nomen mutet *in l. un. C. de mutat. nominis.* vel si titulum nobilitatis sibi assumit, cum sit ignobilis. *Tiraquel. de nobilit. c.* 13. 2ᵃia apud Bald. *consil.* 106. *in fin. Card. Tuscus. concl.* 50. *Verbo falsi pœna.*

Hujus criminis pœna *l. 1. ff. ad legem Cornel. de falsis*, & ex jure canonico *in cap. ad falsariorum* 7. *extra de crim. falsi cap. penult. extra eod.* & in Bulla cœnæ Domini §. 6. *& in cap. cum non ab homine* 10. *extra de sua & c. si Episcopus dist.* 50. Falsi pœnæ crimen publicum est, & de falso condemnatus infamis efficitur *l. infamem ff. de publicis jud.* Hujur criminis pœna præscribitur, & tollitur per 40. annorum spatium *l. querela c. de fals. Marsilius in rubric. ff. de fals. n.* 17. falsa demonstratio in legatis dispositionem non vitiat, si de corpore constat *l. si quis ff. de Legat.* 1. falsa demonstrato certæ quantitati adjecta dispositorum non vitiat, neque legatum in dicta quantitate *l. si non designata. c. de falsa causa adjecta legat.* idem in libello *l. demonstratio falsa. ff. de condict. & demonstr.* Plures caussæ in libello narratæ, si quælibet ad concludendum sufficiens est, etiamsi omnes falsæ sint, & una sola vera, quæ ad concludendum sufficiat, libellus sustinetur.

FALX *fœnaria* aut *messoria l. 8. pr. D. de instr. vel instr. leg.* De priore accipiendum falcis nomen *l.* 31. *D. de verb. signif. Falces* putatoriæ *d. l.* 8. §. 1. id est, quæ putandis arboribus deserviunt Pallad. *lib.* 1. *de re rust. c.* 35. *& c. ult.*

FAMA, rumor *l.* 3. §. 2. *D. de test.* Aliis pro existimatione sumitur *l.* 23. *D. quæ in fraud. cred.* & passim.

FAMES. Si quis hominem fame necaverit *l.* 9. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.*

Fames multa habet privilegia, nam famis tempore, ut necessitati communi provideatur, omnes vendere grana compelluntur justo tamen pretio. *Bart. in l. un. c. ut nemini liceat lib.* 10. & superior famis tempore potest mittere ad horrea divitum, & compellere, ut etiam viliori pretio vendant. *jam in lege nec emere. C. de jure delib.* omnesque pecunias conferre tenentur pro emptione, & omnes compelluntur *l. 1. c. ut nemini liceat, & in Auth. ut judic. quoquo suffrag. §. itaque Deo.* Hoc fit propter publicam utilitatem, & nulla major, quod fame liberentur homines. *Utilitas publica* (ait Imperator *in l. 3. c.* Primip.) *præferenda est privatorum contractibus*, crudelior est enim mors propter famem, quam propter bellum, imo pro fame ne quis pereat, licitum est furari, tunc omnia bona communia sunt, exceptiones pro utilitate publica ex utroque jure desumptas eleganter affert *Clapmarius lib.* 4. *c.* 16. *de jure Dominationis.*

FAMOSUS, mediæ significationis vocabulum, at quod tamen frequentius in deteriorem partem accipitur, & tunc hominem infamem, vel aliquid ignominiosum significat *l.* 14. *D. de his, qui not. infam.* Sic *famosa* actio, quæ infamiam importat *l.* 73. *D. de procur.* & aliis locis. *Famosum* carmen, quod in alterius injuriam conscribitur, proponitur, cantatur, quod pudorem ejus lædit *l.* 21. *D. de testib. l.* 18. *D. qui test. fac. poss.* Famosus libellus, qui alicujus famam sugillat, honoremque vellicat maledictis, liber ad infamiam alicujus pertinens *l.* 16. *D. de pœn.* §. 1. *Inst. de injur. Famosum* porro absolute pro libello famoso dici, patet ex *l. 7. C. Th. de famos. libell. Famosa* mulier *l.* 2. §. 4. *D. ad SC. Tertull.* Famosam apud Ulpian. 13. *regul.* 1. accipe, quæ palam quæstum corpore fecerit, & a lenone, lenave manumissa sit, quæ ignominiosa vocatur *l.* 48. §. 1. *D. de rit. nupt.*

FAMILIA. Id nomen proprie quidem & specifice de famulorum coetu usurpatum fuit, postea vero per synecdochen latius diffusa est significatio, ita ut non tantum ad personas liberas in familia nostra deprehensas *l.* 12. §. 2. *D. de public. & vectig.* sed & ad res nostras produceretur. Unde Ulpianus *in l.* 195. §. 1. *D. de verb. sign.* Familiæ adpellatio, ait, varie accepta est. Nam & in res, & in personas deducitur. In res, ut puta in Lege XII. Tab. his verbis: *Adgnatus proximus familiam habeto.* Hoc sensu dicitur *familia erciscundæ* actio, quæ competit coheredibus in dividenda hereditate §. 20. *Inst. de actio.* Vid. supra sub voce *ercifcere.* Item *Familiæ emtor*, qui imaginaria venditione a testatore hereditatem emebat, ut docet Ulpianus 20. *Reg.* 8. & Justinianus §. 1. *Inst. de test. ord.* Quinctil. *Declam.* 308. Non dixerim ego testamentum, cui libripens, & emtor familiæ, & cetera jura necessaria deerunt. Suet. *in Neron. c.* 4. Ex hoc Dos mitius nascitur, quem emtorem familiæ, pecuniæque in testamento Augusti fuisse mox vulgo notatum est. Ita & *familiæ mancipationem* apud eumdem Ulpian. 20. *Reg.* §. 9. *& Tit.* 28. §. 6. accipimus. Si familiam quis rogatus sit restituere, id est, bona, vel hereditatem *l.* 14. §. *ult. conjuncta l.* 16. *D. ad SC. Treb.* Nec aliter intelligenda sunt hæc verba Terent. *Heautont. Act.* 5. *sc.* 1. Decem dierum vix mihi erit *familia.* Ubi Calphurnius: *Familia*, ait, hoc loco pro re familiari ponitur. Unde judicium familiæ erciscundæ.

Ad personas autem refertur *familiæ* significatio, ita quum de patrono & liberto loquitur Lex XII. Tab. *Ex ea familia*, inquit, *in eam familiam.* Et hic de singularibus personis legem loqui constat *d. l.* 195. §. 1. *D. de verb. sign.*

Familiæ adpellatio refertur & ad corporis cujusdam significationem, quod aut *jure proprio* ipsorum aut *communi* universæ *cognationis* continetur. Jure *proprio familiam* dicimus plures personas, quæ sunt sub unius potestate, aut natura, aut jure subjectæ, ut puta patrem familias, matrem familias,

filium familias, filiam familias, quique deinceps eorum vicem sequuntur, ut puta nepotes, neptes, & deinceps. *Communi jure* familiam dicimus omnium adgnatorum *l.* 105. §. 2. D. *eod. tit.*

Sic *familiæ* adpellatione liberi continentur *l.* 40. §. *ult.* D. *de verb. signif.* etiam adoptivi. Hinc *familia* adoptiva, & naturalis patris *l.* 1. §. 4. D. *und. cogn. l.* 3. §. 9. D. *de bon. poss. cont. tab. l.* 1. §. 14. D. *de collat. bon. l.* 8. *l.* 10. §. 7. D. *de in jus voc.* Feminarum liberi in *familia* earum non sunt, quoniam, qui nascuntur, patris, non matris familiam sequuntur *l.* 196. D. *de verb. signif.* Et hoc est, quod in *l.* 195. *in fin.* D. *eod. tit.* dicitur, mulierem suæ familiæ caput, & finem esse. Plane quum fideicommissum *familiæ* relinquitur, ad ejus petitionem admittuntur, qui ex nomine defuncti fuerunt eo tempore, quo moreretur, quo in numero & liberi, & filii quoque emancipati habentur *l.* 32. *in fin. l.* 66. §. *ult. l.* 77. §. 27. D. *de legat.* 2. *l.* 14. §. 15. D. *de legat.* 1. Quin ad hujusmodi fideicommissum, ubi nulla specialis certarum personarum mentio facta est, non solum propinquos, sed & iis deficientibus, generum, & nurum invitati, constituit Justinianus *l. ult. Cod. de verb. signif.* Immo & *Nov.* 118. *cap.* 2. ubi hujus constitutionis mentionem facit Imp. quamvis Vetus interpres rerum, verborumque ignarus τὰς νύμφας verterit *sponsas*, quum ibi & plerisque aliis locis *nurus* significetur, quod post Cujac. 28. *obs.* c. 2. notat Hein.

Porro *familiam communi jure* dicimus omnium adgnatorum, (quamvis communi potestatis vinculo non contineantur.) Nam etsi patrefamilias mortuo singuli singulas *familias* habent, tamen omnes, qui sub unius potestate fuerunt, recte ejus *familiæ* adpellabantur, qui ex eadem domo, & gente proditi sunt *d. l.* 195. §. 2. D. *de verb. signif.* Adpellatur enim *familia* plurium personarum, quæ ab ejusdem ultimi genitoris sanguine proficiscuntur, sicuti dicimus *familiam* Juliam, quasi de fonte quodam memoriæ *d. l.* 195. §. *pen.* Sic & familia *Porcia* intelligenda *l.* 2. §. 381. D. *de orig. jur.* Atque ita ex una gente plures familiæ prodire possunt. Suet. *in Nerv. cap.* 1. Ex Gente Domitia duæ *familiæ* claruerunt, *Calvinorum* & *Ahenobarborum*.

Servientium quoque solemus adpellare *familias*, ut in Edicto Prætoris de *familia publicanorum*. Sed ibi non omnes servi, sed corpus servorum quoddam demonstratur, hujus rei caussa paratum, hoc est, vectigalis caussa. Alia autem parte omnes servi continentur, ut *de hominibus coactis*, *& vi bonorum raptorum*, idem in *redhibitoria*, si deterior res reddatur emptoris opera, aut familiæ ejus: Et in interdicto *unde vi familiæ* adpellatio omnes servos comprehendit *l.* 195. §. 3. D. *de verb. signif.* Familiæ ergo nomen tam liberos, quam servos complectitur. Atque adeo paterfamilias non minus servilis, quam liberalis familiæ intuitu adpellatur. Paterfamilias enim est, qui in domo dominium habet. Unde pater familias nihil aliud, quam principem familiæ significat. Cajus *l.* 196. D. *de verb. sign.* Familiæ adpellatione & ipse princeps familiæ continetur. Ulpian. *reg. tit.* 4. §. 1. Sui juris sunt familiarum suarum principes, id est, paterfamiliæ, itemque materfamiliæ. Qua in re veterum clementiam, & humanitatem laudat Senec. *Epist.* 47. his verbis: Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam majores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem *familiæ* adpellaverunt, servos (quod etiam in minimis adhuc durat) *familiares*. Quæ verba suppresso nomine ab eo mutuatus est Macrobius 1. *Saturn.* 11. Hinc festivus ille Martialis in Quirinalem jocus, qui ex ancillis vernas omnes susceperat: Pater familias, ait, vere est Quirinalis. Festus: *Familiæ* antea in liberis hominibus dicebantur, quarum dux & princeps generis vocabatur pater, & mater familiæ. Unde familiæ nobilium, Pompiliorum, Valeriorum, Corneliorum. Et familiares ex eadem familia. Postea hoc nomine etiam famuli adpellari coeperunt, permutata I cum V littera. Proinde illis edicti Aedilitii verbis: *Si quid post venditionem, traditionemque deterius emptoris opera, familiæve ejus factum esse dicetur*, quæ habentur *l.* 1. D. *de Aedil. edict. familiæ* adpellatione contanentur omnes, qui in servitio sunt, etiam liberi homines, qui ei bona fide serviunt, vel alieni. Accipe eos quoque, qui in potestate ejus sunt *l.* 25. §. 1. D. *eod. tit.* Similiter in actione *vi bonorum raptorum*, quæ familiæ nomine competit, familiæ adpellatio servos continet, hoc est, eos, qui in ministerio sunt, etiam si liberi esse proponantur, vel alieni, bona fide nobis servientes *leg.* 2. §. 14. D. *de vi bon. rapt.* In edicto porro *de publicanis*, in quo est *Quod publicanus*, *familiave publicanorum* vi ademerit *l.* 1. D. *de publican.* familiæ nomen non tantum ad servos publicanorum referemus, verum etiam ad eos, qui in numero familiarum sunt publicani. Sive igitur liberi sint, sive servi alieni, qui publicanis in hoc vectigali ministrabant, eo edicto continebantur. Proinde & si servus publicani rapuit, non tamen in ea familia constitutus, quæ publico vectigali ministrat, hoc edictum cessabit *d. l.* 1. §. 5. D. *de publican. l.* 195. §. 3. D. *de verb. sign.* Alia ejusdem edicti parte, cujus verba sunt: *Quod familiæ publicanorum furtum fecisse dicetur*, familiæ adpellatione, ait Ulpianus, servilem familiam contineri, sciendum est. Sed & si bona fide publicano aliquis servus servit, æque continebitur, fortassis & mala fide. Ergo & si liber homo serviat, hoc edictum locum habebit *l.* 12. §. 2. D. *de publ. & vectig.* Ita *familias publicanorum* accipe apud Hirtium, aut Oppium *de bell. Alex. cap.* 70. quæ nimirum publicanis operum in

in vectigalibus exigendis dabant. In Interdicto *unde vi*, cujus verba sunt hæc, *Unde tu illum vi dejecisti, aut familia tua dejecit l. 1. pr. D. de vi & vi arm.* familiæ adpellatio servos continet, & eos quoque, quos loco servorum habemus *d. l. 1. §. 16. 18. D. eod. tit.* Paullus 5. *sent.* 6. §. 3. de hoc interdicto agens, *familiæ nomine*, inquit, *& duo servi continentur*. Hoc amplius Ulpianus in *d. l. 1. §. 17. de vi & vi arm.* & si unus servus dejecerit, *familiam* dejecisse videri ait. Quamquam alias unicum servum familiæ adpellatione contineri, negetur, ac ne duo quidem familiam facere dicantur *l. 40. §. 3. D. de verb. signif.* Quæ legum nostrarum discordia ita optime Ciceronis interventu sedabitur, si quemadmodum ille *in orat. pro Cæcin. cap.* 19. scribit, dixerimus, ex vi quidem Latini sermonis in uno servulo familiæ nomen non contineri, familiam ex servis pluribus constare. Ceterum rationem juris, interdictive vim, & prætorum voluntatem facere, ut & si unus servus dejecerit, familia intelligatur dejecisse. Non enim aliam esse caussam æquitatis in uno servo, & in pluribus. Sed & in Edicto *si familia furtum fecisse dicatur*, servilem accipere debemus *l. 9. D. de jurisd. l. 32. D. ad Leg. Aquil. l. 32. D. de dol. mal. l. 1. D. ad SC. Silan. l. 5. D. de petit. hered. l. 31. D. de nox. act.* Eadem significatione dicitur *familia* eorum, qui circa cursum publicum occupati sunt *l. 2. Cod. Th. de curs. publ.* & *familiam publicam* in *l. 1. D. de offic. præfect. vigil.* interpretatur servos publicos, qui præsto Aedilibus erant, quales etiam curatoribus aquarum adfuisse, Frontinus *lib. 2. de aquæduct.* ostendit. Sed & *familiæ* militum in *l. 10. C. de re milit. & l. 3. D. Th. eod. tit.* sunt militum uxores, liberi, servique illi, qui de peculio castrensi emti sunt. Ceterum *familia* servilis in *urbanam* & *rusticam* dividitur *l. 3. D. de pen. legat. l. 66. D. de legat. 2. l. 166. D. de verb. signif.* Item in *domesticam*, & *venalitiariam l. 31. D. de donat. int. vir. & ux.* seu venalem, ut loquitur Quinctilian. *lib. 7. inst. or c.* 3.

Familia militum in *l. 17. 28. 31. C. Th. de erogat. mil. annon. l. ult. C. Th. de jur. fisc. l. 1. C. Th. de exact. & translat. annon.* esse videtur certus tironum nondum in numerum relatorum numerus, vel manipulus, uti suspicatur Jac. Gothofr. *in Comm. in d. l. 17. C. Th. de orig. milit. ann.*

FAMILIARE funus *l. 2. in fin. D. de in jus voc.* id est, domesticum, ut in *l. 4. §. 2. D. si quis caution. Familiaria* sepulchra, quæ quis sibi, familiæque suæ constituit *l. 5. D. de religios.* in quæ tamen & heredes, etiam si extranei sint, inferri possunt *l. 4. l. 6. l. 13. Cod. eod. tit.* non item adfines, & cognati, nisi heredes scripti sint *l. 8. l. 14. C. eod. tit. Familiaria* vestimenta, quæ ad familiam vestiendam sunt parata *l. 29. in fin. D. de aur. arg. leg.*

Familiares in constitutionibus recentiorum Imperatorum servilia ministeria præstantes intelliguntur *l. 6. §. 5. C. de his, qui ad Eccles. confug. l. pen. C. de his, qui accus. non poss.*

Familiaris res, id est, pecuniaria, & privata *l. 2. §. 1. D. de interd. l. 26. D. de fideic. lib.*

FAMILIARITAS, amicitia, necessitudo *l. 4. §. 13. D. de offic. proconf.* Alias similitudo est. Ita familiaritatem habet emptio, & locatio *l. 2. D. locat.*

Familiaritas pro ministeriis, & domesticis *l. ult. C. qui accus. non poss.*

FAMULUS, servus *l. 1. 2. C. de his qui in eccles. manum. a familia* deducitur, ut vult Festus I in U littera permutata.

FANATICUS proprie vel sacerdos, vel custos fani erat, qualis *Severus fanaticus ex vico Bellonæ* apud Reines. *Inscr. Class.* 14. 139. Quum vero hi sibi plerumque numine afflati viderentur, responsa reddentes, & vaticinia, id vocabulum postea hariolis, & fatidicis tribui cœpit. Eo sensu *fanaticus* dicitur Ciceroni *pro domo cap.* 60. fanaticum carmen apud Liv. *lib.* 38. *c.* 16. Hein. Hinc si servus inter *fanaticos* non semper caput jactaret *l. 1. §. 9. D. de Aedil. edict.* quod paulo post Ulpianus adpellat *circa fana bacchari*.

FANUM, templum *l. 1. §. 10. D. de Aedil. edict.* Fana autem adpellata, vel, ut Varro *lib. 5. de ling. lat.* scribit, *quod pontifices in sacrando fati sunt finem*, vel ut Festus, *quod fando consecrantur*. Et quidem uni Deo publicæ consecratæ ædes, *fana* pluribus simul, tamquam συμβώμοις, dedicatæ *delubra* dicebantur. Is. Voss. ad Pomp. Mel. 2. 3. *p.* 147.

FAR, frumentum, unde molendo farina conficitur. Unde seges *farris* apud Liv. *lib. 2. c. 5. Far* vel *farreus* etiam panis, ex farre confectus, qui in sollemni sacrificio, quo in manum conveniebat uxor, adhibebatur. *Ulp. 9. fragm.* 1. *Farre* convenitur in manum certis verbis, & testibus decem præsentibus, & sollemni sacrificio facto, in quo panis quoque *farreus* adhibetur. Plin. *lib. 18. cap.* 3. Quin & in sacris nihil religiosius confarreationis vinculo erat, novæque nuptæ *farreum* præferebant. Servius *in 2. Georg. v.* 31. *Farre* nuptiæ fiebant, quum per Pontificem maximum, & Dialem flaminem, per fruges, & molam salsam conjungebantur, unde *confarreatio* adpellatur, ex quibus patrimi, & matrimi nascebantur. Idem in *lib. 3. Aen. v.* 130. Quid enim aliud est *dextræ*, quam in manum convenire? Quæ conventio eo ritu perficitur, ut aqua & igni adhibitis, duobus maximis elementis, natura conjuncta habeatur, quæ res ad *farreatas* nuptias pertinet, quibus flaminem, & flaminicam jure pontificio in matrimonium necesse est convenire. Et paucis interjectis: Mos apud veteres fuit flaminis, & flaminicæ, ut per far-

farreationem in nuptias convenirent, sellas duas jugatas ovili pelle superinjecta poni ejus ovis, quæ hostia fuisset, & ibi nubentes velatis capitibus in *confarreatione* flamen, ac flaminica residerent. Ait igitur *locari*. Locata enim uxor dicitur, quod simul cum eo sedeat, dum confarreatur. Confarreationes autem tonitru dirimit. Hæc de illo ritu veteres, quorum loca operose interpretantur Brissonius, Hotomanus, & si qui alii de ritu nuptiarum scripserunt, sed ita ut in re obscura, multisque involuta tenebris, plerique intelligendo faciant, ut intelligamus nihil. Hein.

FARCIMEN. Leo Novell. 58. *Perlatum ad aures nostras, quod intestinis, tamquam tunicis illum infarctum, velut consuetum aliquem cibum, ventri præbeant.* Eorum vero *farciminum* esum, & commercium Imperator, proposita pœna publicationis bonorum, flagellationis, cum decalvatione conjunctæ, atque exsilii prohibet. Nimirum uti jam olim primævi patres orientales plerique canonem synodi Apostolicæ *de sanguine & suffocato Act. Apost. c.* 15. *v.* 20. non temporarium, sed perpetuum præceptum continere existimabant, quorum loca complurima congesserunt Guil. Spencer. *ad Origen. adv. Gelf. p.* 90. & Casp. Suicer, *in Thesaur. Patr. Græc. Tom.* 1. *p.* 113. Ita hanc majorem sententiam mordicus tenuerunt Græci, quibus & hodie sanguine vel suffocato vesci, piaculum est. Hein.

FARI non posse dicitur, qui nondum infantis ætatem excessit, id est, qui infra septimum annum ætatis est, ut patet ex *l.* 1. §. 2. *D. de administr. & per tut.* Ex contra *fari* posse dicitur pupillus post septimum annum *l.* 1. §. 15. *D. de magistr. conven. l.* 9. *D. de adquir. vel. omitt. hered. l.* 1. *C. ad SC. Tertull.* Qui *fari* possunt, quamvis actum rei non intelligerent *l.* 5. *D. de reg. jur.*

Fari dicebatur prætor, qui certa legitima, & sollemnia verba pronunciabat. Unde & *fastos* dies nomen traxisse. Varro *lib.* 5. *de ling. lat.* indicat his verbis: *Fasti* dies, per quos prætoribus omnia verba sine piaculo licebat *fari*. Macrob. 1. *saturn.* 16. *Fasti* sunt, quibus licet *fari* prætori verba sollemnia *do, dico, addico*. Ovid. 1. *fastor. v.* 51. *Nam simul exta Deo data sunt, licet omnia fari, Verbaque honoratus libera prætor habet.* His contrarii *nefasti* dies erant, per quos prætori tria illa verba *fari* non licebat. Ov. *eod. lib. v.* 47. *Ille nefastus erit, per quem tria verba silentur. Fastus erit, per quem lege licebit agi.* Add. Macrob. 1. *Saturn.* 26. Ac plane nefastum diem *απρακτον ημεραν* vocat Theophilus *in* §. 2. *Inst. de libertin.* Ulpianus vero *ασιμον* dicebat, teste Athenæo *in Deipnosoph. lib.* 3. *c.* 20. *p.* 90.

FARRARIORUM ager *l.* 58. §. 1. *D. de usufr.* Situs ignotus est, nisi legere malis *farratiorum*, vel *farraticorum*, cujus vici, Brixiæ proximi, meminit lapis apud Gruter. *p.* 1007. 7. Hein. Legunt alii *farrarium*, & frugiferum interpretantur.

FAS licitum *l.* 2. §. 18. *D. de orig. jur.* Virgil. 1. *Georg.* 269. *Fas* & jura sinunt, id est, ut interpretatur Servius: Divina humanaque jura permittunt. Nam *fas* ad religionem, jura ad homines pertinent, juxta interpretem Euripidis in *Hecubam*.

FASCES, pro insignibus majorum magistratuum. *Fasces* consularitatis *l. ult. C. Th. ad Leg. jul. de ambit.* proconsulum *l.* 14. *D. de offic. proconf.* Civilium partium *fasces*, id est, civiles, non militares dignitates *l. un. C. Th. qui a præbit. tiron.*

Fascis numero singulari pro farcina vel onere. Imponimus præsentis mulctæ *fascem l.* 22. *C. Th. de adpell.*

FASCIÆ crurales, pedulesque *l.* 27. *in fin. D. de aur. arg. leg.* inter ornamenta muliebria ponuntur, quo loco *crurales* in *crinales* transformare infeliciter tentarunt. Veteres certe quidam pedes fasciis vincire, & obvolvere solebant, maxime mulieres. Quod M. Tullius his verbis, quæ a Nonio Marcello relata, quibus Clodium, ut mulierarium insectatur, docet. *Tu*, ait, *quum vincirentur pedes fasciis, quum calanticam capiti accommodares.* Ejus rei Plinius quoque *lib.* 6. *hist. nat. c.* 2. indicium facit, narrans, *mures Carboni fascias, quibus in calceis utebatur*, adrosisse. Et hæc erant *pedules fasciæ*. Etenim *pedule*, interprete Cornel. Frontone, *in lib. de nom. & verb. differ.* dicitur, *quod sub pedibus præstat utilitatem*. Hoc amplius & crura fasciis vestiri olim solita, Quinctilian. *lib.* 2. *Inst. or. cap.* 3. non obscure significat, ut & Valer. Max. *lib.* 7. *c.* 2. qui Pompeium candida fascia crus obligatum habuisse, docet.

FASTI dies, Vid. supra *fari*.

Fasti, etiam libri, fastorum indices, qui a Kalendis hodie etiam Kalendaria adpellantur. Veteres autem promiscue dixisse *fasti* fastorum, & *fastus* faustum jam Priscianus *lib.* 6. observavit. Et ita loquutos esse Columellam *lib.* 9. *de rust. c.* 14. & Lucan. in *pharsal. lib.* 10. *v.* 187. jam Lexicographi notarunt. Hinc *fastibus* legimus in *l.* 7. *C. Th. de tiron. l.* 9. *C. Th. de infirm. his, quæ sub tyr.*

FASTIGIUM ambitiosum adorationis *l. un. C. Th. de imag. Imperat.* pro quo in *l.* 2. *C. Just.* falso legitur *fastidia*.

FATALES dies adpellantur ab Impp. tempora adpellationibus peragendis præstituta *l.* 32. *C. de adpell. l. ult. C. de temp. adpell. l. ult. in fin. pr. C. ubi sen.*

FATERI. Qui tacet, non utique fatetur *l.* 141. *D. de reg. jur.* Usi nostri scriptores eodem vocabulo sunt passive. Vulgo *fatebatur*, id est, fatebantur omnes *l.* 39. §. 6. *D. de legat.* 1. Nomen quod *confitetur*, id est, confessum *l.* 15. §. 9. *D. de re judic.* Sed & Ciceronem 2. *Agrar.* 21. dixisse: *Hunc agrum* exci-

excipere nominatim, qui publicus esse fateatur, & *confiteri* a Gellio *lib.* 15. *c.* 13. & Prisciano *lib.* 8. *p.* 794. inter verba communia recenseri, jam observavit Duker. *de Latin. vet. ictor. p.* 158. *Hein.*

FATUM secundum Tullium, ipso referente Servio *in Virgil.* 3. *Aen. v.* 736. est connexio rerum per æternitatem se invicem tenens, quæ sub ordine, & lege variatur, ita tamen ut ipsa varietas habeat æternitatem, Idem Serv. *in* 2. *Aen. v.* 777. *fata*, ait, sunt quæ Dii fantur, quæ indubitanter eveniunt. Quæ fuerit Jurisconsultorum veterum de Fato sententia, docuit Bynkersk. 4. *obs.* 15.

Fatum pro casu. Si *fato* fecerit *l.* 2. *D. de condit. & dom.* Quæ improviso casu potius, quam fraude accidunt, fato plerumque, non noxæ imputantur *l.* 1. *C. ad Leg. Corn. de sicar.*

Fata caussarum *l.* 3. *C. de legib. l.* 14. *C. de advoc. divers. jud.* ubi frustra Salmasius *in not. ad hist. Aug. p.* 259. rescribit *facta caussarum*. Ibi autem significantur incerti caussarum eventus, quos eadem dicendi figura fortunam judicii vocat Quinctilianus *Inst. or. lib.* 10. *c.* 1. immo & Hermogenianus *l.* 13. *D. de stat. hom.* ubi pro *fortunæ judicio* legendum esse fortunæ *judicii*, recte suspicatur Menag. *Amœn. jur. c.* 6. quia & in scholiis Basilicis legitur τῇ τύχῃ τῆ δικαστηρίου. Sed & *fata* disceptationis dixit Imp. *l.* 41. *C. Th. de adpell.*

Fatum etiam pro morte sumitur. Macrob. *in somn. Scip. lib.* 1. *c.* 12. Constat enim, numerorum certam, constitutamque rationem animos sociare corporibus. Sic numeri dum supersunt, perseverat corpus animari, cum vero deficiunt, mox arcana illa vis solvitur, qua societas ista constabat, & hoc est, quod *fatum*, & *fatalia* vitæ tempora vocamus. Hinc in *fatum* concedere *l.* 20. §. *ult. D. de liberat. leg. l.* 3. *C. de jur. delib. l.* 4. *C. si pend. adpell. l.* 4. *C. de solut. Fati* diem fungi *l.* 5. *C. si reus vel accus. Fati* munus explere *l. ult. C. Th. de metat.* implere *l.* 1. *C. de obl. & act. & passim.*

Licet *Fati* nomen anile plerumque, & superstitionis plenum sit, huic tamen nobiliores philosophi mortis, vitæque imperium concesserunt. Servius 8. *Aen.* Tertul. *lib. de anima cap.* 39. Adrianus Turnebus *lib.* 2. *Adversar. c.* 9. Gellius *lib.* 13. *cap.* 1. Tribus quidem humana omnis vita continetur, Servius 4. *Aen.* Natura, cui ultra centum & viginti solsticiales annos concessum non est diuturniore frui luce. Fato, cui nonaginta anni, hoc est, tres Saturni cursus exitium creant, nisi forte aliarum stellarum benignitate tertium ejus superet cursum. Fortuna, & casu, qui ad omnia pertinent, quæ extrinsecus accidunt, ut ad ruinam, incendium, naufragium, venena, vim fatique diem occupatam. Virgilius in Didonis persona eleganter expressit 4. *Aeneid. Vixi, & quem dederat cursum fortuna, peregi.* Hic enim non ad naturam, & fatum mortem retulit, quia nec fato, merita nec morte peribat, sed ad fortunam, quam violentæ mortis agnoscit auctorem. Quare mors illa, quæ præter naturam accidit, fortunæ tribuitur, casui, quæ præter fatum. At natura & fatum ei, qui morbo, aut morte sua defungitur, Sueton. *in Jul. c.* 85. Demosthen. in *Epist. ad Lycurg.* Isocrat. *in laudat Busirid.* Tempus autem continet fatum, & naturam. Hoc contulit Dn. Giron. J. V. D. Paris.

FATUUS, vel morio *l.* 4. §. 3. *D. de Aedil. edict.* Fatuos autem insulsos interpretatur Donat. *in Ter. Eunuch. act.* 5. *sc.* 8. *v.* 49. Servius vero *in* 7. *Aen. v.* 47. inconsiderate loquentes, a Fatua, quæ adsidue divino spiritu impleta, velut per furorem futura præmonebat. Unde adhuc, qui inspirari solent, fatuari dicuntur. Idem *ad Aen.* 3. *v.* 354. Meminit & Lactant. *lib.* 1. *de Divin. instit. c.* 22. *Fatuis* utique propter infirmitatem mentis curatores datos ostendit *l.* 2. *D. de postul. & l.* 21. *D. de reb. auct. jud. possid.* hominibus puippe commotioris animi. *Fatuum* Cuja. *l.* 2. *de postul.* pro simplici, & inepto, & parum idoneo ad res administrandas usurpat. Tractum autem nomen esse quidam volunt a sapore ciborum, qui cum non sapiunt, fatui dicuntur.

FAVIA lex, & *Faviana*. Vid. supra *Fabia*, & *Fabiana*.

FAVIUS Mela Vid. infra *Flavius Mela*.

FAVOR. Favoris caussa constitutum *l.* 8. *D. de minor. Favor* constitutionis *leg.* 2. *D. de fideic. libert.* quo nempe constitutio favet. *Favor* libertatis, quo libertati favetur, vel favendum est *l.* 7. §. *ult. D. qui sine manum.* seu libertati deditus, ut loquitur *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.* vel qui libertati exhibetur *l.* 26. *D. de fideic. lib.*

Favor minax judicis *l. un. C. Th. si quac. prædit. pot. nupt. pet.*

FAVORABILIS, favore dignus, ut Caussa favorabilis in *l.* 7. §. 3. *D. de bon. damn. l.* 122. *D. de reg. jur. l.* 1. §. 15. *D. de ventr. in possess. mitt. Favorabiliores* rei potius, quam actores habentur *l.* 125. *D. de reg. jur.*

FAVORABILITER in favorem *l.* 8. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 7. *D. ad Leg. Cornel. de sicar. l.* 10. §. *ult. D. de manum. test.*

FAUSTINÆ Augustæ meminit *l.* 57. *D. de legat.* 2. Conjux hæc fuit Antonini Pii, de qua hæc extant Julii Capitolini verba *in vita Antonini c.* 5. Uxorem *Faustinam* Augustam adpellari a Senatu permisit.

FAUTORES æquitatis *l.* 8. *C. de pact.*

FAVI, si quos apes fecerint *l.* 5. §. 3. *D. de adquir. rer. dom.* Si quis apes, vel favum abstulerit *l.* 26. *D. de furt.*

FAX. Si *facem* servo meo objeceris *l.* 27. §. 6. *D. ad Leg. Aquil.* Ad *faces* parata *l.* 55. §. *ult. D. de legat.* 3.

Faces

Faces calumniarum *l.* 2. *C. Th. de curac. calend.*

FEBRICULA *l.* 1. §. 8. *D. l.* 4. §. *ult. D. de Aedil. edict.*

FEBRUARIÆ Kalendæ *l.* 12. *D. do verb. obl.*

FELICITAS generis *l.* 2. *C. Th. de senat. & gleb. coll.* ubi senatorium fastigium generis *felicitate dicuntur consequuti*, qui ex senatore progeniti sunt, & contra distinguuntur illis, qui principis largitate, & beneficio eam dignitatem adepti sunt, id est, *Senatoribus novis*, ut Symmachus adpellat.

FELIX embola, vid. supra *embola.*

FELIX titulus Imperatorum, ut patet ex *Proem. Inst.* Vid de eo Gabriel. Trevor. *Observ. apologet. c.* 31. *p.* 287. *Tomo* 1. *Thesaur. jur.* & Ez. Spanhem. *de usu & præst. numism. diss.* 12. *p.* 441. *Tom.* 2. quorum prior ab Antoninorum temporibus hoc Imperatorum cognomen arcessit, deceptus procul dubio lapidibus Gruterianis *p.* 258. 9. 10. *p.* 359. 12. *p.* 260. 1. in quibus memorantur *Imp. Cæs. M. Aorelius Antoninus, Pius Felix.* Sed eos laudatus Spanhemius non ad M. Antoninum, sed ad Caracallam, cognomen pertinere, observavit. Commodo, perenne occiso, peculiari SCo hanc adpellationem concessam esse, memoriæ prodidit Spartian. in *Commod. c.* 8. ejusque in numis titulum *Felicis* vel ΕΥΤΥΧΥΣ primum occurrere, animadvertit idem Spanhem. Ceterum ab eo tempore omnes Imperatores id cognomen retinuerunt. Quidam etiam *felicissimos*, & *beatissimos* se adpellari voluerunt, ut in numis Diocletiani, & Maximiani frequens est hoc elogium, vel *Felicissimos* Cæsares, veluti Theodosius *in l.* 90. *C. Th. de decur.*

FELICISSIMUS, *Felicissima* nomen servi, & ancillæ proprium *l.* 51. §. 3. *D. de legat.* 3.

FEMINA. Moribus receptum, ut feminæ civilibus non fungantur officiis *l.* 2. *D. de reg. jur. l.* 12. §. 2. *D. de judic. l.* 1. *D. ad SC. Vellei.* Femina nullum adoptare filium sine jussu principis potest *l.* 29. §. 3. *D. de inoff. test.* In multis juris articulis feminarum conditio deterior est *l.* 9. *D. de stat. hom.* Feminis ipse sexus denegat, quo minus honores, vel munera injungantur *l.* 3. §. 3. *D. de muner. & honor.* Ne feminæ pro viris, aut ullo alio intercederent sunt *lex* 1. *l.* 2. *ad SC. Vellei.* Feminis pro parentibus agere interdum permittitur *l.* 14. *D. de procurat.* Eas prætor prohibet, pro aliis postulare *l.* 1. §. 5. *D. de postul.* Remotæ sunt ab officio argentarii *l.* 12. *D. de edend.* suos heredes non habent *l.* 4. §. 2. *D. de bon. poss. contra tab.* tutores dari non possunt *l. ult. D. de tutel.*

In *femina* nubere dicitur vir *l.* 3. *C. Theod. ad leg. Jul. de adult.* pro quo Justinianus *l.* 31. *C. eod. tit.* in feminam dixit, non inusitata optimis scriptoribus loquutione, quorum plura loca congessit Jac. Gothofred. *in Comm. ad d. l.* 3.

FENESTELLA citatur *in l. un.* §. 1. *D. de offic. Quæst.* Intelligitur autem L. *Fenestella*, qui temporibus Tiberii vixit. Voss. *de Histor. Latin. lib.* 1. *c.* 19. *p.* 101. Unde refutatur error Eberlini *de orig. jur. c.* 14. *n.* 24.

FENESDBÆ jus inter jura, vel servitutes prædiorum urbanorum memorat Cai. *Instit. lib.* 2. *tit.* 1. §. 3. Sed quum ita numquam loquuti sunt veteres, qui hanc servitutem semper *luminum* adpellitant, ea verba ab interpolatore esse, merito suspicatur Ant. Schulting. *in Jurispr. vet. antej. p.* 76. Hein.

Fenestræ luciferæ, & prospectivæ *l.* 12. §. 2. *C. de ædif. privat.* Iis opponuntur τοξικαι, id est, angustæ, uti in arcibus, & mœnibus esse solent, per quas jacula mittuntur. Vid. Cujac. 13. *obs.* 30. Hein.

FERA. Feras exercere, id est, venando agitare *l.* 62. §. 1. *D. de usufr.*

FERALES angustiæ *l. un. C. Theod. de parricid.* & infandæ mentes apostatarum *l.* 5. *C. Th. de apostat.* carcerum tenebræ *l.* 1. *C. Th. de curios.* ministri, id est, qui carcerum, & reorum custodiam gerunt *l.* 6. *C. Th. de custod. reor.* Feralia antra oratoria hæreticorum *l.* 57. *C. Th. de hæret.* mysteria rebaptizantium *l.* 4. *C. Th. ne sanct. baptism.* Feralis pestis *l.* 6. *C. de malef. & math.* secta judæorum *l.* 1. *C. Th. de judæis.*

FERIÆ, tempus, quo a forensibus negotiis, & jure dicundo vacatio concedebatur *tit. D. & C. de fer.* Earum vero aliæ erant *sollemnes*, aliæ *repentinæ*, & quæ extra ordinem indicebantur *l.* 26. §. 7. *D. ex quib. caus. maj. l.* 3. *C. de dilat.* Illæ statæ & certæ erant, quarum exempla ex Varrone *l.* 5. *de ling. lat.* Macr. *lib.* 1. *saturn. c.* 16. & Calendario Romano in promtu sunt, hæ vero a re nata indicebantur, ob res puta prospere gestas, & in honorem Principis.

Feriæ latinæ l. 2. §. 33. *D. de orig. jur.* celebrari solebant prid. Kal. Aprilis in monte Albano. Fasti diurni apud Reines. *Class.* 4. *inscr.* 5. *Prid. Kal. April. Feriæ Latinæ celebratæ, & sacrificatum in monte Albano, & data visceratio.* Quum vero illis sacris more majorum omnes magistratus interesse oporteret, interim creabatur præfectus urbi feriarum Latinarum caussa *l.* 2. §. 3. *D. de orig. jur.* Tacit. *Annal. lib.* 6. *c.* 11. Ceterum circa ferias permulta mutata sub Impp. Christianis, qui & diem solis, & reliquos dies festos, quibus Christiani sacra faciunt, maxime vero tempus quadragesimale, quo & criminales persequutiones cessabant, & quindecim dies paschales, feriis adscripserunt. Vid. *l.* 5. *C. Theod. de quæst. l.* 2. *l.* 8. *C. Th. de fer.* Synes. *epist.* 14. & quæ ex Theodulpho, Maximo, Augustino, & Conciliis notavit Ægid. Menag. *Amæn. jur. civ. c.* 26. *p.* 150. *& seq.* Hein.

FERIATI dies *l. pen. D. de fer.* menses *l.* 5. *C. eod. tit.*

FERIA-

FERIATICI dies Florentiæ legitur *l.* 2. *D. de fer.* nisi ille librarii lapsus sit.

FERIRI capitali supplicio *l.* 5. *C. de malef. & mathem.* mulcta *l.* 5. *Cod. Th. de fabricens.*

FERITAS aliquando hominibus tribuitur. Sic feritas fructuarii, vel sævitia *l.* 15. §. 3. *D. de usufr.*

FEROX Urseius Ictus, de quo infra voce *Urseius*.

FERRACULUM quidam legunt *in l.* 29. §. 2. *D. ad Leg. Aquil.* alii cum Haloandro *ferriculum*, alii *gubernaculum*, quam Florentiæ sit *servaculum*. Dubiæ non modo notionis, sed & scriptionis est hoc vocabulum. *Hein.*

FERRAMENTA laniandæ carnis caussa parata *l.* 18. *pr. D. de instr. vel instr. leg.* Sed & medicorum instrumentis *ferramenta* accenset Paullus 3. *Sent.* 6. §. 62. Vid. Brisson. *Select. Antiq. lib.* 2. *cap.* 4. *Schulting. jurispr. vet. antejust. p.* 370.

Ferramenta ad effringendum ostium, vel armarium *l.* 54. §. 4. *D. de furt.*

FERRARIUS *l. ult. D. de jur. immunit. l.* 1. *C. de excus. art.* & apud Veger. *lib.* 2. *c.* 21. qui in Legionibus habeatur, fabricæ ferrariæ caussa.

FERRE pro auferre, & consequi. Sic ferre aliquid dicitur actor *l.* 41. *D. de oblig. & act.* & ferre quis aliquid ex bonis *l.* 3. *D. de separat.* Adde Phædr. *lib.* 4. *fab.* 4. *v.* 16. quæ *tulerint* nihil, quanam ratione conferant pecuniam.

Ferre sententias *l.* 1. *D. de adpell.* suffragium in curia *l.* 8. *D. de muner.* Alio sensu *in l. un. C. de suffrag.* postulare *ferri* sibi a quoquam suffragium, id est, opem sua commendatione ferri, seu patrocinium præstari.

Pro *tulisse* tollisse dixit Ulpianus *l.* 13. §. 4. *D. de accep.* Est is infinitivus vetus, a verbo cognatæ significationis, *tollo*, de quo Scalig. ad Varron. *lib.* 1. *de re rust. cap. ult.* Voss. *Analog. lib.* 3. *cap.* 37. Hein.

FERRUM Indicum *l. ult.* §. 7. *D. de publican. & vect.*

Ferrum pro gladio *l.* 28. §. 10. *D. de pœn. l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. Corn. de sicar.*

Ad *ferrum* venitur *l.* 11. §. 2. *D. de pœn.*

Ad *ferrum* damnati *in l.* 8. *D. qui test. fac.* id est, qui ut ferro in arena depugnent, damnati sunt. Sic apud Ulpian. *Reg. tit.* 1. §. 11. Qui traditi sunt, ut ferro depugnarent: Sueton. de munere gladiatorum loquens *in Neron.* Exhibuit, inquit, ad ferrum quadringentos Senatores.

FERRUMEN id, quo quid ferruminatur. Ita partes duorum dominorum *ferrumine* cohærere dicuntur *in l.* 17. §. *ult. D. de adquir. rer. dom.* Utitur hoc vocabulo etiam Plinius *lib.* 36. *c.* 23.

FERRUMINARE alieno argento scyphum *l.* 27. *D. de adquir. rer. dom.*

FERRUMINATIO a plumbatura hoc distat, quod *ferruminatio* per eamdem materiam facit confusionem, *plumbatura* vero non idem efficit *l.* 23. §. 5. *D. de rei vind.* Proinde si ferruminatione statuæ brachium junctum sit, unitate id majoris partis consumi, ait *ibid.* Paullus.

FERULA cæduntur impuberes *l.* 1. §. 33. *D. de SC. Silan.*

FESTIVITAS de ludis, & spectaculis *in l.* 3. *Cod. Th. de spectac. l.* 2. *Cod. Th. de expens. ludor.* Natalium principis festivitates *l.* 31. *Cod. Theod. de præt. & quæst.*

FESTUS, *a*, *um*. *Festi* dies *l. ult. D. de aur. arg. leg. l.* 27. §. 1. *D. ad municipal.* Sunt, ait Macrob. *lib.* 1. *Saturn. c.* 16. Diis dicati, quos etiam *nefastos*, vocare observat: quibus contrarii sunt *profesti*, id est *hominibus ob administrandam rem privatam, publicamve concessi*, vel, ut Non. Marcellus loquitur, *a festivitate* vacui. Plaut. *Aul. Act.* 2. *sc.* 5. Festo die si quid prodegeris, profecto egere liceat, nisi peperceris.

EETUS. Vid. infra *fœtus*.

FIBULA, magis ornamentum, quam vestis est *l.* 25. §. 2. *D. de aur. arg. leg.* Vincula enim magis sunt, quam gestamina. Plin. *lib.* 33. *c.* 1. Fibulæ, & alia muliebris cultus. Fibulis utique vestes adstringebant, & subnectebant. Virgil. *lib.* 4. *Æn. v.* 139. *Aurea purpuream subnectit fibula vestem*. Erant autem *fibulæ* orbiculi teretes. Ovid. *lib.* 8. *metam. v.* 118. *Rasilis huic summam mordebat fibula vestem*. De iis, earumque varia materia, forma, & usu egerunt Laur. Pignorius *de serv. p.* 82. & Jo. Jac. Chifflet. *in Anastasi Childerici c.* 16. *p.* 232. *seq.* ubi & ære earum figuras varias expresserunt. *Gein.*

FICTILIA pro vasis, & terræ fictis *l.* 3. §. 3. *D. de supell. leg. Fictilis* supplex *leg.* 7. *D. eod. tit.*

FICTIO Legis est, quum id ponit, quasi esset, quod tamen re ipsa non esse constat, vel ponit id non esse, quod tamen esse adparet, vel facit, quid ita esse, quod tamen aliter se habere certum est. Primæ speciei fictionis, quam positivam dicunt, exemplum est *fictio* Legis Corneliæ, qua in captivitate moriens, antequam in eam pervenisset, obiisse concipitur *leg.* 22. *D. de capt.* Simili fictione in bello occisus vivere cogitatur *pr. Inst. de excus.* Conf. *l.* 6. *D. de magistr. conv. l.* 7. *D. de stat. hom. l.* 26. *eod.* §. 4. *Instit. de Act.* Secundæ speciei, nimirum *negativæ* fictionis speciem est jus postliminii, quo, ex servitute, in quam bello captus civis Romanus inciderat, rediens, in ea nunquam fuisse repræsentabatur *l.* 25. *D. de capt.* Idem hoc exemplum & ad positivam fictionem referri potest, si nempe fingatur talis civis semper in civitate fuisse, quod fecit Tribonianus *in* §. 5. *Inst. quib. mod. jus patr. pot. solv.* Conf. §. 1. *Inst. eod. &* §. 5. *Inst. de act.* Ad tertiam speciem, quæ *translativa* est fictio, pertinet. (1) Personæ pro altera substitutio, quale exemplum est in *l.* 1.

§. 12.

§. 12. *D. de vi & vi arm.* ubi Caio mandato Titii Sempronium de possessione dejiciente Titius ipse hoc fecisse dicitur secundum vulgatum axioma: Quod quis facit per alios, id ipse fecisse putandus. (2) Rei pro alia repræsentatio, quorsum pertinet symbolica traditio; traditis enim clavibus, ea, quibus reserandis inserviunt, tradita censentur §. 44. 47. *Inst. de rer. divis.* Conf. *l.* 20. *D. de servit.* (3) Locus alius pro alio sumitur. Ita præsens habetur pro absente *l.* 124. §. 1. *D. de reg. jur. l.* 2. §. 3. *D. de jur. cod. l.* 27. §. 11. *D. de injur.* (4) Tempus aliud pro alio tempore, ita qui ante plures annos dolo desiit possidere, adhuc possidere creditur. *l.* 131. *D. de reg. jur. tot. tit. D. de reb. dub. l.* 37. *D. de rei vind.* Vvurffell. *jurispr. defin.* §. 47.

Differt autem *fictio* Legis a præsumtione, quod in hac res pro certa ponitur, donec contrarium probetur; vel ita esse etiam creditur, ut contrarium ne pro possibili quidem habeatur in jure, nec proinde ejus probatio admittatur.

FICTITIÆ Actiones, Ulp. *fragm. tit.* 28. §. 12. ubi intelligi actiones utiles, monuerunt Charondas, & Schulting. *ad h. l. p.* 674. Hein.

FICUS seu *ficos* dulcium legato, & adpellatione contineri, tradit *l. ult.* §. *ult. D. de trit. vin. ol. leg.* Idem de caricis, sapidissima ficuum specie, observat Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 6. §. 77.

FIDEICOMMISSARIA Epistola *l.* 37. §. 3. *D. de Legat.* 3. qua relinquitur fideicommissum, vel ut est *in l.* 13. §. 1. *D. de jur. codicill.* fideicommissaria hereditas. Vid. supra art. *codicilli*.

Est & fideicommissaria libertas *l.* 1. §. 7. *D. si is, qui test. lib. ess. juss.* id est, per fideicommissum data, cui *directam* adversari, supra dictum est in voce *directæ libertates*.

FIDEICOMMISSARIUS heres, vulgo pro eo, cui hereditas restituitur ex fideicommisso, aliquando tamen & pro illo, qui restituit, accipitur, ut *in l.* 51. *D. de judiciis, & Nov.* 108. Cujac. *in Quæst. Papin. ad l.* 24. *D. depos.* Sic & *in l.* 29. *D. quib. mod. ususfr. vel us. amitt.* legatarius, fideicommisso gravatus, fideicommissarius adpellatur.

Fideicommissarius prætor *l.* 4. *D. quib. ad libert. procl. l.* 90. *D. de cond. & dem.* is est, qui de fideicommissis cognoscit, & jus dicit. Nam, ut Justinianus §. 1. *Inst. de fideic. hered.* refert, tantus fideicommissorum favor factus est, ut paullatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret. Et ut Pomponius *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* scribit, sexdecim prætoribus ab Augusto constitutis, duos D. Claudius adjecit, qui de fideicommissis jus dicerent, ex quibus unum D. Titus detraxit. Cujusmodi prætor accipiendus est *in l.* 43. *D. de act. emt. & l.* 2. *C. qui pot. in pign.* Fideicommissorum autem cognitio Romæ quidem Consulum erat, aut prætoris *fideicommissarii*, in provinciis vero Præsidum provinciarum, ut Ulp. *in Reg. tit.* 25. §. 12. tradit. Inde *in l.* 8. §. 1. *D. de cond. inst.* Oportebit eos, qui de fideicommisso cognoscunt, subsequi prætoris voluntatem.

At concurrentem hanc fuisse Coss. & Præt. *fideicommissarii* de fideicommissis jurisdictionem, & apud hunc ad certam tantum summam agi potuisse, ex Quinctil. 3. *Inst.* 6. patet, idque jam observarunt Cujac. 21. *obs.* 34. Merill. 5. *obs.* 36. & Ant. Schulting. *jurispr. Antejust. p.* 662. Principes etiam quandoque de fideicommissis jus dixisse, caussa fortassis ad eos per adpellationem devoluta ex *l.* 26. *D. de probat.* intelligimus. HEIN.

FIDEICOMMISSUM, quemadmodum Ulpianus *Tit.* 25. §. 1. definit, est, quod non civilibus verbis, sed precative relinquitur, nec ex rigore juris civilis proficiscitur, sed ex voluntate datur relinquentis. Nam, ut Justinianus scribit §. 1. *Inst. de fideic. her.* omnia *fideicommissa* primis temporibus infirma erant, quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem, vel legata relinquere, si relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex testamento poterant. Et ideo *fideicommissa* adpellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Et rursus § 12. *Inst. eod. tit. prima fideicommissorum cunabula a fide heredum pendent, & tam nomen, quam substantiam acceperunt.* Sic beneficium, vel munus tum videbatur restitutio fideicommissi, & elegans est observatio Reinesii *ad Class.* 2. *Inscr.* 73. L. Cestium in marmore ideo profiteri, *hereditatem ex parte ad se, munere Agrippæ, pervenisse*, quod Agrippas, solo impeliente pudore, hereditatem illi restituerit. In hoc vero verbo sæpe ludit Tertullianus, veluti *libro* 1. *ad ux. c.* 1. Tu modo ut solidum capere possis, hoc meæ admonitionis *fideicommissum* Deus faciat. Item Arnobius *lib.* 6. *p.* 115. Per tramites ergo quosdam, & per quædam *fideicommissa*, ut dicitur, vestras sumunt, atque accipiunt cultiones. Quoniam vero restituendi ejus, quod fideicommissum est, necessitas facta est, hinc *fideicommissum* dixeris, quod quis tanquam heres vel legatarius adquisivit alteri restituendum ex voluntate defuncti.

Verba *fideicommissorum* in usu maxime habebantur hæc: Peto, rogo, volo, mando, fidei tuæ committo, cupio des, opto des, credo te daturum, exigo, desidero, ut des. Quæ singula perinde firma erant, atque si omnia in unum congesta essent *l.* 115. *l.* 118. *D. de legat.* §. §. 3. *Inst. de reb. sing. per fideic.* Ulpian. *Regul. tit.* 25. §. 6. Paull. 4. *Sent.* 1. §. 6. Alias fideicommissorum formulas pete ex *l.* 67. §. *ult. l.* 69. *D. de legat.* 2. *l.* 11. §. 4. & §. 9. *D. de legat.* 3. & ex Brisson. *formulis cap.* 47. *seq.*

Fideicommissum singulare est singularum rerum

rubr. Inst. de sing. reb. per fideic. relict. quod *pecuniarum* adpellat *l.* 13. §.*ult. D. ad SC. Trebell. & speciale in l.*32. *D. de fideic.*

Fideicommissum universale est hereditatis *l.* 39. *D. de admin. & per. tut. l.* 17. *D. si quis omiss. caus. test.*

Rursus *fideicommissum* datur vel ab intestato, id est, quum datur ab heredibus ab intestato *l.* 13. *D. de inoff. test.* vel testato, cum ab herede instituto datur.

Fideicommissum palam relictum intelligitur, quod testamento, vel codicillis quis rogatus est restituere, non domestica cautione, vel chirographo *l.* 3. *D. de jur. fisc.*

Fideicommissum pecuniarium. Vide infra sub art. *pecuniarium*.

Fideicommissum autem ab illo dari dicitur, qui id præstare rogatur *l.* 5. *D. de probat. l.* 126. *l.* 127. *D. de legat.* 1.

Per *fideicommissum* data libertas *l.* 55. *D. de manum. test.* quæ *directo* datæ opponitur *l.*22. §. 2. D. *de fideic. libert.* Vid. supra art. *fideicommissaria libertas*.

FIDEICOMMITTERE, fideicommissum dare, relinquere, seu rogare, mandare, petere, ut aliquid detur, præstetur, fiat.

Persona, cui injungitur restitutio, aliquando in casu secundo exprimitur, & tunc *fidei* & *committere* divelluntur. Sic fidei committere bonorum possessoris *l.* 1. §. *6. D. de legat.* 3. Alia exempla vide *in l.* 90. *D. ad Leg. Falcid. l.* 13. *D. de inoff. test. l.* 12. §. *ult. D. de injust. rupt. l.* 19. *D. de testam. milit.* Aliquando verbo huic subjungitur casus tertius. Nepotibus heredibus institutis fideicommisit *l.* 14. §. 1. *D. ad Leg. Falcid.* Si tibi fideicommisero *l.* 18. *D. de adim. leg.* Add. *l.* 13. *C. de legat.* Denique ab aliquo, veluti a patre *fideicommittere*, eandem habet significationem *l.*144. *D. de legat.* 1. Similiter accipitur *in* §. 3. *d. l.* & *l.* 29. *D. ad Leg. falcid. l.* 2. §. *ult. D. de dot. praleg.*

FIDEJUBERE fidem suam pro alio obligare *l.* 27. *in fin. D. ad SC. Vellei. l.*20. §. 6. *D. de liberat. leg.* & quidem stipulatu apud Romanos.

FIDEJUSSIO actus, quo quis alienæ obligationi, mediante stipulatione, accedit *l.* 7. §. 3. *D. de dol. l.*12. *C. de fidejuss.* Quo verbo *accedit* præcedens jam aliena obligatio indicatur. Unde Theophilus: παρακολουθημα, ητοι εφολκιον της πρωτης ενοχης. Apud Plaut. in *Trinum*. Charmides, principalis ait: *Spondeo*. Callicles ut fidejussor, *& ego spondeo idem &c.* Porro eodem verbo significatur, obligationem illam subsistere, nec in hujus locum succedere obligationem fidejussoris, nempe fidejussionem esse sine novatione. Qui enim alterius obligationem novando in se suscipit, adeoque liberato priore reo, se ipse obligat, is *expromittit l. ult.* D. *ad SC. Macedon.* §. 3. *Inst. quib. mod. obl. toll.* Item quo accedit fidejussio contractæ jam obligationi, eo ipsa differt a *mandato*. Mandat enim, qui obligationem principalem antecederit *l.*12. §. 14. *D. mand.* Rursus jure Romano stipulatu factam esse *fidejussionem* observa. Qui enim pacto saltem interveniente alterius obligationi accedit, non fidejubet, sed *constituit l.* 1. §. 4. *l.* 11. §. 1. *De constit. pec.* quæ differentia moribus hodiernis nulla est. Denique antequam beneficium ordinis fidejussori indultum esset a Justiniano, *Fidejussor* ut correus obligabatur, nisi in eventum non præstitiæ a principali solutionis promiserit, & tunc speciali *sponsoris* nomine veniebat, qualis plerumque fuit, qui non ultro se obtulit. Si autem debitor, cui nemo credere volebat, undique conquireret, inveniretque demum, qui fidem suam interponeret, *sponsor* is dicebatur, dum ad rogationem: *Centum, qua mihi Lucius Titius debet, eadem mihi dare spondes?* responderes *spondeo*. Vid. Salmas. *de mod. usur. c.* 16. & Cic. *ad Attic. lib.* 1. *epist.* 6. *Tulliola, deliciola nostra, tuum munusculum flagitat, & me sponsorem adp llat. Mihi abjurare*, i. e. jurejurando abnegare, *satius est*, *quam dependere*, i. e. solvere. Cujus rei VVurffell. *in jurispr. defin.* §. 715. *litt. c.* hanc rationem probabilem adfert: Sponsores quum non ultro se offerrent, sed a debitoribus precibus plerumque intempestivis adigerentur, ante omnia opus erat, ut constaret, sponte eos fidejubere. Ut autem de hoc constaret, interrogabantur, Utrum sponderent, hoc est, sponte intercederent? Spondere enim a sponte promittere dictum esse auctor est Varro *de ling. lat. l.* 5. Quod si nunc sponderent, seu adfirmarent, se sponte intercedere, creditor securus erat adversus futuram exceptionem intercedentis.

FIDEJUSSOR qui sit ex præcedenti articulo patet. Adpromissorem quoque dici vid. supra in *adpromissor*. Fidejussor autem est vel *principalis*, qui scilicet debitoris obligationem in casum non factæ solutionis recipit, vel *succedaneus*, qui fidejussoris obligationem hoc modo recipit. Quo significatu *fidejussor fidejussoris*, & *principalis* discernuntur *in l.* 27. §. 2. *&* §. *ult. D. de fidejuss.*

Fidejussor in omnem caussam acceptus, qui in id omne, quod ex obligatione, cui accedit, nasci potest, se obligat *l.* 56. *D. de Ædil. edict. l.* 54. *D. locat. conduct. l.* 36. §. *pen. D. de fidejuss.*

Si *fidejussor* in rem suam spopondit, pro reo habendus est *l.* 24. *D. de pact.*

Fidejussor ob evictionem datus, quem vulgo *auctorem secundum* vocant *l.* 4. *D. de evict.*

Fidejussor exercitationis litis a fidejussore judicati actione seperatur *l.* 8. §. 3. *D. de fidejuss.*

Fidejussor idoneus, Vid. infra art. *idoneus*, item *Locuples* suo loco.

Fidejussor ad litem, & pro lite datus *l.* 41. *D. de hered. pet. l.* 10. *D. judic. solv.* qui scilicet vel judicio sisti, vel rem defendi, & judicatum solvi promittunt.

FIDEJUSSORIA caussa (i. e. tamquam fidejussor) conveniri *l.* 8. *D. de usufr. ear. rer.*

FIDE-

FIDEPROMITTERE pro fidejubere, dixit Paullus 1. *Sent.* 4. §. 5. *Minor se in his, quæ fidejussit, vel fidepromittit, vel spopondit, vel mandavit, in integrum restituendo, reum principalem non liberat*. Et formulæ stipulandi. *Fidepromittis? Fidepromitto*, mentio etiam fit §. 1. *Inst. de verb. obl.* At in Digestis exstare hujus vocabuli vestigium noluisse Tribonianum, notarunt Claud. Salmas. *de mod. usur. cap.* 16. *p.* 707. & Schulting. *jurisp. antej. p.* 238. Hein.

FIDES *l.* 1. *D. de pact. l.* 20. *C. de transact.* est ut Cic. *l.* 1. *de offic. c.* 7. definit, dictorum, conventorumque constantia. Fidei enim nomen ipsum videtur habere, quum fit, quod dicitur.

Fides catholica *tit. C. de Summ. Trin. & fid. cath.* Hæc est pietas sive religio nostra, quæ ideo catholica nominatur, quod non certo alicui populo tradita est, ut Judaico, sed toti generi humano. Vid. *l.* 2. *eod. tit.*

Fides pro cautione promissione. Sic *fidem* adcommodare in fraudem juris *l.* 10. *D. de his, quæ ut indign. l.* 43. §. *ult. D. de vulg. & pupill. subst.* Fidem dicere *l.* 1. §. *ult. D. mand.* exsolvere *l.* 5. §. 25. *D. de don. int. vir. & ux.* fallere *leg.* 5. *D. de leg. commiss.* frangere *l.* 1. §. 4. *D. depos.*

Fidem habere emptori de pretio, dicitur venditor, qui nullo neque fidejussore, atque pignore accepto, & sine aliqua satisdatione, ejus fidem, quod ad pretii exsolutionem attinet, sequitur *l.* 19. *D. de contrah. emt.* §. 41. *Inst. de rer. divis.* Fidem sequi Ulpian. *l.* 1. *D. de reb. cred.* de eo dixit, qui aliquem eligit, cum quo rem habere, aut negotium sibi esse, cuive a se creditum esse velit.

Fide dominica agros colere dicuntur, qui non pensionis certa quantitate, neque mercede, sed arbitrio domini rationes reddituri colunt *l.* 18. §. 4. *l.* 20. §. 1. *D. de instr. vel instr. leg.*

Fides mensæ *l. ult. D. de institor.* vulgo *creditum* adpellamus. Cicero *pro Lege Manil. c.* 7. Hæc fides atque ratio pecuniarum, quæ Romæ, quæ in foro versatur. *Eod. c.* 7. Sumas Romæ, solutione impedita, fidem concidisse. Cæsar. *de bell. civ. lib.* 3. *c.* 1. Quum fides tota Italia esset angustior, neque creditæ pecuniæ solverentur.

Bona *fide* emere *in l.* 4. *D. pro suo l.* 7. §. 11. *D. de public. in rem act.* dicitur, qui imprudens ab eo, quem dominum putabat, aut alienandi jus haberet, emit.

Bona *fide* percipere fructus, est ad eum modum percipere, quo diligens paterfamilias. Præstandum, quod bona fide percepisset *l.* 58. §. 1. *D. de administr. & per. tut.*

Bona *fide* possidere est opinione domini possidere, ut loquitur Paullus *l.* 21. §. 1. *D. de nox. act.*

Bona *fide* servire dicitur, qui bonæ fidei possessori servit. Proinde tam servus alienus, qui a non domino bona fide possidetur, quam liber homo, possessus ab eo, qui ejus statum vel conditionem ignorat, bona fide servire dicuntur *l.* 19. *l.* 23. *l.* 49. *D. de adquir. rer. dom. l.* 7. §. *ult. D. pro emt. l.* 12. *D. de liberal. caus. & passim.* Bona fide servit servus ei, qui eum suum putat *l.* 22. §. 4. *D. de Leg. Corn. de fals.*

Bona *fides* alias etiam æquum, & bonum significat *leg.* 1. §. 1. *D. de act. emt. l.* 41. §. 1. *D. locat.* Etenim, quod *in l.* 5. *D. de oblig. & act.* Cujus ait: *Quod alterum alteri ex* B. F. *præstare oportet*, hoc idem ipse *in l.* 2. *D. eod. tit.* exprimit, *ex æquo & bono*. Et ita *bona fides* stricto juri opponitur. Hinc *bonæ fidei judicia*, & *contractus l.* 7. *D. de negot. gest. l.* 5. *D. de in lit. jur. l.* 7. *D. de eo quod cert. loc.* Vocantur & judicia *bona fide l. ult. D. de fidejuss.* & judicia, quibus *ex bona fide agitur* apud Cic. 3. *offic.* 15. videlicet, quæ ex B. F. oriuntur, ac descendunt *l.* 57. *D. de contrah. emt.* quibusque B. F. inest *l.* 152. §. *ult. D. de reg. jur.* In his enim judiciis alter alteri obligatur de eo, quod alterum alteri ex B. F. seu ex æquo & bono præstare oportet *l.* 2. *l.* 5. *D. de obl. & act.* liberaque potestas judici permittitur æstimandi, quantum actori præstetur §. 30. *Inst. de action.* tantumque in illis judiciis officium valet, quantum in stipulatione nominatim ejus rei facta interrogatio *leg.* 7. *D. de neg. gest.* Hanc potestatem nanciscebatur Judex, ut Cic. *in Topic. c.* 17. & *pro Rosc. c.* 7. indicat, quum in formula a Prætore additum erat: *Ex fide bona*, vel *quantum æquius melius*, vel *uti inter bonos bene agier oportet sine fraudatione*. Et quæ moris sunt & consuetudinis, in his judiciis veniunt *l.* 31. §. 20. *D. de Ædil. edict.* Consensu vero maxime hæc judicia sustinentur *leg.* 116. *D. de reg. jur.* In iis porro, quod ad usuras attinet, tantum potest officium arbitri, quantum stipulatio *l.* 24. *D. depos.* & bonæ fidei rationes fructus præstantur *leg.* 21. *D. de hered. pet.* & rationes adfectus haberi, prudentioribus placuit *l.* 54. *D. mand.* Ob ea in litem juratur *l.* 5. *D. de in lit. jur.* Iis denique exceptiones postea factæ, quæ ex eodem sunt contractu, insunt *leg.* 7. §. 6. *D. de pact.* Ceterum *bonæ fidei* judicia enumerantur a Justiniano *in* §. 28. *Inst. de action. l.* 2. *C. de rer. permut. l. ult. C. de hered. pet.* De oppositis stricti juris judiciis, & actionibus, Vid. infra sub art. *strictus*.

Bonæ *fidei* alias *mala fides* contraria *l.* 48. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Malam autem fidem dupliciter accipi sciendum est. Interdum enim pro rei alienæ scientia ponitur. Et ita mala *fide* emere *l.* 2. §. 1. *l.* 8. *D. pro emt. l.* 10. *D. de adquir. possess.* Mala *fide* percipere fructus *l.* 4. §. 2. D. *fin. regund.* possidere *l.* 2. §. 13. D. *pro emt.* Et mala *fide* servire dicitur, qui malæ fidei possessori servit *l.* 12. §. 1. D. *de publican.*

Alias *mala fides* dolum malum, calliditatem, frau-

fraudem significat. Sic mala *fide* factum pactum *l. 9. C. de pact.*

FIDICULÆ tormenti genus *l. 1. l. 2. C. Th. de quæst.* dictæ a fidibus, id est, nervis vel coriis, quibus in diris quæstionibus utebantur. *Hein.*

FIDUCIA *l. 2. §. 15. ad SC. Tertull. & §. ult. Inst. de legit. agn. success.* qua contracta manumitti dicebantur, quos patres, remancipandi, vel redhibendi sibi lege mancipabant, & remancipatos manumittebant, ut jura patronatus salva haberent. Qui vero sub ea fiduciæ lege mancipatum filium accipiebat, is fiduciarius pater dicebatur, ut ex Caio 1. *Inst. 6. §. 3.* patet. Boerh. *in Topic. Cic.* Fiducia, ait, contrahitur, quum res alicui ea lege mancipatur, ut ea mancipanti remanciparet, ut si quis tempus dubium timens, amico potentiori fundum mancipet, ut ei, quum tempus, quod suspectum est, præterierit, reddat. Hæc mancipatio fiduciaria nominatur, idcirco, quod restituendi fides interponatur.

Quum vero de pignoribus reddendis, sibi interposita *fiducia*, caverent debitores, *fiducia* etiam pro pignore accipitur, sed pro tali, per quod creditor adquirit, Paull. *lib. 2. Sent. tit. 13. §. 2.* id est, in quo dominium revocabile nactus est. Unde & creditor debitori fiduciam vendere non poterat, quippe quæ jam ex contractu fiduciæ erat remancipanda, Paull. *ibid. §. 3.* quum tamen nihil obstet, quo minus debitori pignus vendat creditor *l. 12. D. de distr. pign.* Sed hæc a Salmasio etiam *de modo usur. c. 13. p. 566.* non satis intellecta, pluribus exsequuti sunt Schulting. in *Jurispr. antejust. p. 284.* & singularibus de contractu fiduciæ dissertationibus Franc. Carol. Conradi. *Hein.* Hinc *fiducia & pignore* junguntur sæpe a Paull. 2. *Sent. lib. 2. tit. 4. in rubr. lib. 3. tit. 6. §. 16. lib. 5. tit. 26. §. 4.* Symmach. *lib. 4. Epist. ad Turnum*: Nihil quidem loco fiduciæ pignori, isque, vel argenti sequestrans, vel obligans prædiorum. *Fiducia* verbum etiam Cic. *pro Flacc. c. 21.* Sic & *pignoribus fiducari* dicit Tertullian. *de idolol. c. 23.* Sane inter *pignus* & *fiduciam* hoc interfuisse Isidorus *lib. 5. etym. c. 12.* significat, quod pignus, manente apud debitorem dominio, nudam possessionem transferebat, per fiduciam vero res aliqua, mutuæ pecuniæ gratia, vel mancipabatur, vel in jure cedebatur. Cui distinctioni ut verbum conveniat, necessario addendum videtur, ea lege factam fuisse mancipationem, ut soluta pecunia redderetur, vel restitueretur. Hinc

Fiducias distrahere Paull. 2. *Sent. 13. §. 1.*

Fiduciæ judicium apud Auctorem *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 19. §. 2.* & apud Cic. 3. *offic. 17.* immo & apud Paull. 1. *Sent. 13. §. 7.* qui & *fiduciæ* actionem vocat *ibid. §. 5. 6.* Ejus formula erat: *Ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione*, ut testis est idem Cic. *lib. 7. ad famil. epist. 12.* quod quidem judicium summæ existimationis fuisse, ait idem Cic. *lib. 7. ad famil. epist. 12.* Quod quidem judicium summæ existimationis fuisse, ait idem Cic. *pro Rosc. Comœd. c. 6.* & turpe, ac famosum fuisse, idem *pro Cæcin. c. 3.* docet.

FIDUCIARIA hereditas, i. e. per fideicommissum relicta *l. 9. §. 1. D. de reb. cred.* Hinc

Fiduciarius heres *l. 46. & 67. fin. D. ad SC. Trebell.* dicitur is, cujus fideicommissum est, ut hereditatem restituat, qui aliquando & fideicommissarius adpellatur, ut in *leg. 51. D. de judic. & Nov. 108.*

Fiduciarius pater, qui in emancipatione ea lege mancipabatur filius, ut eum remanciparet. Cajus *lib. 1. Inst. tit. 6. §. 3.*

Fiduciarius servus apud Paull. 2. *Sent. 13. §. 2.* qui fiduciæ lege in pignoris caussam, mancipatus est.

Fiduciaria tutela. Vid. infra sub *tutela*.

FIDUM obsequium *l. 44. D. ad SC. Trebell.*

FIGERE tabulas ad januam *l. ult. §. 2. D. quod vi aut cl.* Cic. *lib. 12. ad famil. Epist. 1. Tabulæ figuntur.* Diversi autem generis sunt, de quibus hæc loca agunt, tabulæ. Cicero loquitur de tabulis decretorum, beneficium aliquod Cæsaris continentibus, quas Antonius, tamquam in Cæsaris commentariis ea omnia essent reperta, in æs incisa proponebat, ad populum concitandum, ceu patet ex ejusdem Cic. 5. *Philip. 2. & 12. 5.* item *lib. 14. ad Attic. Epist. 12.* At Venuleius in *l. ult. §. 2. D. quod vi aut cl.* loquitur de more veterum, prædiis alienis titulos, vel tabulas nomine suo inscriptas adfigendi, ut ea sibi tanquam sua vindicarent, quod graviter fieri vetat Justinianus *Nov. c. 15.* Augustin. *in Psalm. 55.* & *Tract. 7. in Epist. Joann.* Cassiodor. *Var. lib. 4. c. 14. lib. 9. c. 18.* Gregor. M. *lib. 4. epist. 47. & 77.* Edict. Theodorici Regis *c. 45. seq.* & in jure nostro *l. 3. C. de bon. vac. l. 5. C. de delator. tit. C. de his, qui potent. nom. tit. præd. adsig. Novell. 28. c. 5. Nov. 29. c. 4. Nov. 30. c. 8.* De ea veterum consuetudine consulendi Franc. Duaren. *lib. 2. disput. anniversf. c. 40.* D. Pithoeus *Glossar. seu obscur. verb. Juliani Antecessoris interpretatio* sub voce *titulos imponere*, & Frid. Lindenbrog. in Glossario *vet. leg. Alamann. p. 1448.* Hein.

FIGULINÆ, officinæ, in quibes figuli suum exercent officium *l. 6. D. de servit. præd. rust. l. 24. §. ult. D. de instr. vel instr. leg.*

FIGULINUM opus *l. 19. §. 1. D. de serv. urban. præd.* Aliquando contracte *figlinum*.

FIGULUS *l. 15. §. ult. D. de instr. leg.* D. Gregor. *Homil. 23. in Evang.* Fingere, ait, componere dicimus, unde & compositores luti figulos dicimus.

FIGURA præter notam significationem dicitur pro specie rei, & caussæ, quam vulgo & factum, vel

vel facti speciem adpellitant *l.* 31. *D. de mort. causs. dom. l.* 1. *D. de obl. & act. pr. Inst. de legat.*

FIGURATIO monetæ *l.* 7. *C. Th. de indulg. crim.* pecuniæ *l. ult. C. Th. si quis pecun. conf.*

FIGURATUS solidus *l.* 1. *C. Th. si quis solid. circul.*

FILIA famili s, i. e. quæ in patria potestate est *l.* 9. §. 2. *D. de SC. Maced.*

Filiis pro filiabus dicitur *l.* 2. *C. Th. de secund. nupt. l.* 2. *C. Th. de lenon.*

FILIASTER, Filiastra, filius, vel filia ex alio conjuge genitus, vel genita, non ex eo quem modo habet, mulier. can. *si quis filiastrum cauf.* 30. *qu.* 1. *c. tua fraternitatis*, *de eo qui consang.*

FILIPPI. Vid. *Philippi*.

FILIUS definitur, qui ex viro, & uxore ejus nascitur *l.* 6. *D. de his qui sui vel alien. jur.* Attamen non nuptiis tantum, sed & adoptione quæruntur *l.* 1. *D. de adopt.* Hinc Senatoris *filium* accipere debemus non tantum eum, qui naturalis est, verum adoptivum quoque *l.* 5. *D. de senator.* Emancipatus vero nomen *filii* emancipatione amittit *l.* 6. *pr. D. eod. tit.* Nec justis modo nuptiis procreati, seu legitimo matrimonio suscepti, sed & ex ancillarum contubernio, vel alia minus justa conjunctione suscepti, aut etiam vulgo quæsiti *filiorum* nomen obtinent. Proinde hæ *filiorum* constituuntur differentiæ, adoptivi, justi, legitimi, naturales, cujusmodi adpellationes suis locis require. *Filius* justus. Vide *justus*.

Ceterum *filiorum* angustior, quam liberorum est significatio. Proprie enim filiorum nomine, aliter atque liberorum, nepotes non continentur *l.* 6. *D. de testam. tut.* §. *ult. Inst. qui testam. tut.* nisi quum aliud voluntatis conjectura suadet. Tunc enim benigna interpretatione, & ex sententia magis, quam ex verbi proprietate, potestateque filiorum adpellatione nepotes etiam comprehenduntur *l.* 84. *l.* 101. *l.* 220. *D. de verb. signif. l.* 59. *D. de rit. nupt. l.* 41. §. 5. 4. *de legat.* 3.

At *filiorum* nomine filias quoque contineri non est dubium *l.* 16. *D. de test. tut.* tametsi Labeoni quandoque aliter visum esse, judicet *l.* 116. *D. de verb. signif.* & in dubium quoque id nonnullis speciebus vocatum, significet *l.* 122. *D. eod. tit.*

Filii familias dicuntur, qui in patris potestate sunt *l.* 4. *D. de his, qui sui vel al. jur. l.* 195. §. 1. *D. de verb. signif.* qui quasi domini vivis etiamnum patribus existimantur. Unde ut ibi patres familias, ita & ipsi *filii famil.* adpellantur, sola ea nota adjecta, qua genitor ab eo, qui genitus est, distinguatur *l.* 11. *D. de lib. & postum.*

FINALIS controversia *l.* 1. *C. Th. fin. reg. l.* 10. *C. de evict.* quæstio *l. ult. C. Th. fin. reg. l.* 11. *D. eod. tit.* quæ scilicet de finibus oritur, & judicio finium regundorum finitur. *Finale* jurgium dixit *l.* 5. *C. fin. reg.* Alia autem est quæstio de fine, alia de loco. Prior est de fine intra quinque pedes. Posterior ultra, cum de loco in confinio, vel in medio agri, quam ad partem pertineat, quæritur. Finis usucapi non potest, locus potest. Utraque controversia est de latitudine *l. ult. D. de pign.* Gothofr. *ad. l.* 5. *C. fin. reg.*

FINGERE, singulare. Sic fingitur dementia, vel furor *l.* 6. *D. de cur. furios.*

Fingere alias dicitur jus ejus auctor. Sic postliminium fingit §. 5. *Inst. quib. mod.* jus *patr. pot. solv.* Vid. supra *fictio*.

FINGE, id est, pone, vel facito *l.* 3. §. 5. *D. de Carb. edict. & passim.*

FINIRE aliquando neutraliter ponitur pro *finiri*. Ulpianus in *l.* 14. §. 4. *D. qui & a quib. manum.* Sed etsi bona gratia *finierit* matrimonium, id est, *finitum* sit. Tacitus *lib.* 6. *Annal. cap.* 1. Sic Tiberius finivit. Hinc Bynkersh. 5. *obs.* 25. in *l.* 22. *D. de ann. legat.* ingeniose rescribit: *Tametsi totus annus nondum finisset*, quum adhuc sine sensu legatur, *Tametsi totus annus nondum fuisset*. Hein.

Finire pro præfinire. Sic *finiuntur* anni Ulp. 16. *fragm.* §. 1. Lege Papia finitos annos. Finitum tempore atque facto *l.* 137. §. 2. *D. de verb. obl.* Sic Ovid. 5. *fastor. v.* 65. Finitaque certis Legibus est ætas, unde petatur honos.

FINIS interdum pro modo ponitur. Itaque, *fini*, & *ad finem* significat usque ad concurrentem quantitatem. Quod loquendi genus Papiniano præ cæteris placuit. Amat enim ille illa loqui, ut sumta ex ejus potissimum libris exempla demonstrant. Sic *Ad finem* centesimæ *l.* 4. §. 1. *D. de naut. fœn.* Præstare actiones *ad* eum *finem*, quo prædium comparatum *l.* 25. *D. de adim. legat. Fini* virilis partis *l.* 5. *D. de dot. coll. Ad finem* peculii legata præstare *l.* 17. §. *ult. D. de castrens. pecul.* Dabitur compensatio peculii *fini l.* 19. *D. de compens.* Adde *l.* 26. *D. quand. dies legat. l.* 17. *D. locat. l.* 32. §. 24. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 66. §. *ult. D. de evict. l.* 15. §. 4. *D. ad leg. falcid. l.* 42. §. 1. *D. solut. matr. l.* 1. §. 3. D. *de pignor.* Eodem modo Cato *de re rust. c* 113. Amphoras, inquit, nolito implere nimium ansarum infimarum *fini*. Et Hirt. *de bell. Afric. c.* 85. Per mare umbilici *fine* ingressi.

Finis pro definitione, uti Græcum ὅρος, uti in *l.* 223. *pr.* D. *de verb. signif.* In primis huc pertinent loci, quos ex Quinctilian. *Inst. or. lib.* 5. *c.* 10. *lib.* 7. *c.* 3. Sulpicii Victoris *Instit. or. p.* 260. attulit Schulting. *Jurispr. vet. antejustin. p.* 272. HEIN.

Præterea *fines* in *l.* 124. D. *de verb. signif.* Proculus adpellat, quos dialectici terminos.

Fines etiam agri, seu fundi terminos, & limites significant *l.* 18. §. 2. *in fin.* & §. 3. D. *de adquir. possess. l.* 2. §. 6. D. *pro emt.* Utramque significationem finium

finium verbo Græco ὅρος repræsentari, docet Syrianus *Commentar. in Hermagoram* his verbis: Καλεῖται τοίνυν πρῶτος ὅρος, ὁ ἐν τοῖς χωρίοις διορίζων τότε τὸ οἰκεῖον, καὶ τὸ ἀλλότριον. Καλεῖται δὲ ὅρος καὶ ὁ διαλεκτικὸς, ὅπερ εἰς ὃν ἡ πρότασις ἀναλύεται. *Finis* vocatur primum, qui in agris proprium, & alienum secernit. Deinde terminus, vel finis dialecticis est, in quem propositio resolvitur.

Finium regundorum actio, qua inter eos agitur qui confines agros habent §. 20. *Inst. de act.* ut & Isidor. *lib.* 5. *etymol. c.* 25. tradit. *Regi* enim, interprete Boethio *in Topic. Cic. fines* dicuntur, quoties unusquisque ager propriis finibus terminatur. Hinc & *finitorem* dixit Plaut. *in prol. Pœnuli v.* 50. eum, qui terminos ponit, & fines statuit.

Fines metonymice pro domibus in *l.* 20. *C. Th. de Episc.* ibi: Viduarum ac pupillarum domos non adeant, sed publicis exterminentur judiciis, si posthac eos ad fines earum vel propinqui putaverint deferendos.

FIRMARE. *Firmata* ætas in *l. un. C. Th. de his qui ven. æt.* quæ inter adolescentiam, & legitimam ætatem media est, & post annum vicesimum incipit. *Firmissima* vero juventus, seu ætas in eadem lege adpellatur, quæ alias legitima dici solet.

FISCALE, quod ad fiscum pertinet.

Fiscales generatim iidem, qui censuales *l.* 1. *C. Th. de decur. Urb. Rom.*

FISCALIA absolute adpellantur tributa *l.* 3. *C. de Episc. & cler.* D. Ambros. in *Epist. ad Rom. c.* 13. *Idem dicit tributa præstari, vel, quæ dicuntur fiscalia, ut subjectionem præstent, per quam sciat, non esse liberos, sed sub potestate degere, quæ ex Deo est.* Invenitur hoc verbum & in constitutione græca *l.* 1. *C. quib. mun.* In scholis anonymi auctoris, quæ post Novellas a Juliano antecessore ἐπιτομηθέντας, subjiciuntur *cap.* 72. ad verbum, *tributa fisco: Nota, quando is, qui nihil possidet, fiscalia dare cogitur.* Vetus Glossarium, *Fiscalia*, δημόσια. Alibi adpellantur *fiscale* onus *l.* 17. *Cod. Th. de annon.* pensitatio fiscalis *l.* 12. *C. Th. eod. tit.*

FISCUS. Eum D. Augustinus in *Psalm.* 146. & Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 9. interpretatur *saccum publicum*, Suidas cum Hesychio δημόσιον ταμεῖον. Quamquam *fisci*, id est, privatorum principis thesaurorum ratio, initio ab *ærario*, quod publicum populi Romani erat, separata fuit. Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 2. Bona Sejani oblata ærario, ut in *fiscum* cogerentur. Plin. *Panegir. c.* 42. At fortasse non eadem severitate *fiscum* qua *ærarium* cohibes. Immo tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo quam de publico, credis. Spartian. *in Hadr. cap.* 7. Damnatorum bona in *fiscum* privatum redigi vetuit, omni summa in *ærario* publico recepta. Senec. *lib.* 7. *de benef. c.* 6. Cæsar omnia habet: *Fiscus* ejus privata tantum, ac sua, ac universa in imperio ejus sunt, in patrimonio propria. Unde *Fiscales* res quasi proprias & privatas principis esse, ait *l.* 2. §. 4. D. *ne quid in loc. publ.* Glossæ Palæmonis: *Fiscum*, promtuarium Cæsaris, marsupium, & sacculum definiunt: Græci vero interpretes *Fiscum* aiunt esse κόφινον, ἐν ᾧ τὰ τῶν δημοσίων ἐπετίθετο χρήματα· μετὰ ταῦτα δὲ ταμεῖον γέγονε καίσαρος, ἐν τῷ φέρῳ παρεφυλάττετο σκαλία χρήματα, καὶ ἐγένοντο ταμειακά· ἅτινα τὸ παλαιὸν ὄντα τοῦ δήμου μετηνέχθησαν τῷ τοῦ βασιλέως ὑστία, fiscinam in qua, publice redit, pecunia reponitur. Præter eam erat ærarium principis, in quo fiscales pecuniæ adservabantur, sed deinde & ea, quæ antiquitus populi fuerant, in fiscum influebant. Enim vero scite Trajanus, ut a Sex. Aurelio Victore *in Juliano c.* 43. refertur, *fiscum* lienem vocabat, quod eo crescente artus reliqui tabescant. Quod Trajani dictum eleganti epigrammate expressit Claudius Minos: *Humani quod splen est corporis, in populi re Hoc Cæsar, fiscum dixerat, esse suum. Fisco aucto reliqui tabescunt corporis artus: Fisco aucto arguitur civica paupertas.* Ceterum *fisci* nomen tractum ab eo, quod cophinis, & sportellis sporteis antiquitus pecuniæ conditæ adservabantur. Ascon. *in Cic. Divinat.* Sportæ, inquit, sportulæ, sportellæ, nummorum sunt receptacula, ut sacci, sacculi, saccelli, & crumenæ, & velleæ, & scorteæ, & manticæ, & marsupia. Ita *fisci*, fiscinæ, fiscellæ sparteæ, sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas. Unde quia major est summa pecuniæ publicæ, quam privatæ, ut pro censu privato loculos, & arcam, & saccelsos dicimus, sic pro publico thesauro ærarii dicitur fiscus. Suet. *in Claud. c.* 18. Positis ante se cum pecunia fiscis. Tacit. 1. *Annal.* 37. Primam ac vicesimam Legiones Cæcina, legatus, in urbem Ubiorum reduxit, turpi agmine, quum fisci, de imperatore rapti, inter signa, interque aquilas veherentur. *Fisci* patronus. Vid. art. *patronus.*

Fisci quibus ad promendam oleam utimur *l.* 19. §. 2. *D. loc.* de quibus vid. Columell. *lib.* 12. *de re rust. c.* 49.

FISTULA, canalis, per quem aqua ducitur, quamvis alicubi *fistulæ*, & *canales* separentur, ut in *l.* 49. D. *de contr. emt. l.* 12. §. 24. *D. de instr. vel instr. leg. Fistulæ* enim vel in rivo ponebantur, vel salientibus aquis jungebantur *l.* 15. D. *de act. emt.* vel castellis *l.* 78. D. *de contr. emt.* Nec ex rivis modo & castellis, verum etiam ex coelo aliquando fistulæ aquam capiebant. Gloss. Palæmonis: *Fistulæ*, meatus aquæ, vel venæ ligneæ. Isidor. *lib.* 20. *orig. c.* 8. Fistulæ aquarum sunt dictæ, quod aquas fundant & emittant. Nam φυσᾶν græce mittere est. Formæ earum pro magnitudine aquæ

aquæ, & capacitatis modo fiunt. Plinius vero *lib. 31. c. 6. Fistulas* denum pedum longitudinis esse legitimæ, ait, etsi quinariæ sint, sexagena pondo pondere, octonariæ, centena, si denariæ centena vicena, ac deinde ad has portiones. Vid. Frontin. *l.* 1. *de aquæd.*

Fistula etiam genus morbi *l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cogn.* Quod nomen est ulceri alto, angusto, & calloso, ut ait Cornel. Cels. *lib.* 5. *c.* 28. ubi fistularum genera plura esse, tradit Græcis συριγξ.

FLAGELLARE annonam, id est, vexare, & attentare eandem, uti est *in l. 6. pr. D. de extraord. crim.* Plin. *lib.* 3. *cap.* 33. Aut si aliquis præpotens manceps annonam flagelaverit.

FLAGELLUM, vel *flagrum* scuticæ genus. Unde flagella vel flagra sunt servilia verbera, quibus a strepitu nomen inditum esse auctor est Donatus *in Eunuch. Ter. Act.* 2. *sc.* 3. Ex quibus enim caussis liber fustibus ex his servus flagellis cædebatur *l.* 19. *D. de pœn. l.* 4. §. 1. *D. de incend. ruin. nauf. l. ult. D. de injur.* Unde servilium verberum nomine flagella exaudienda sunt. Hinc & *flagriones* dictos servos, quod flagris subjecti essent, Non. Marcellus tradit.

De hoc *fustium*, & *flagellorum* discrimine plura vid. apud Em. Merill. *Not. in historia pass. Christi lib.* 19. & Rad. Forner. *Rer. quotid. lib.* 4. *c.* 2. Hein.

Flagellum pro rheda *l.* 5. *Cod. Th. de curios. Per singulas rhedas, quas quadrigas, vel flagella adpellant.* Ita dicta quod uno flagello, vel auriga regerentur. Vid. Gothofr. *Comm. ad d. l.*

FLAGITARE ancillam, adpellare de stupro *l.* 12. §. 4. *D. de privat. delict.*

FLAGITIUM a scelere, & facinore discrevisse veteres notum est. Tacit. *de morib. Germ. c.* 12. Distinctio, ait, pœnarum ex delicto. Proditores & transfugas arboribus suspendunt. Ignavos, & imbelles, & corpore infames, cœno ac palude, injecta insuper crate, mergunt. Diversitas supplicii illuc respicit, tamquam scelera ostendi oporteat, dum puniuntur, flagitia abscondi. Liv. *lib.* 39. *c.* 16. Minus tamen esset, si flagitiis tantum effeminati forent, (ipsorum id magna ex parte dedecus erat) a facinoribus manum, mentem fraudibus abstinuissent. Sallust. *Catilin. c.* 23. in ea conventione fuit Q. Curius natus haud obscuro loco flagitiis ac facinoribus coopertus. Jam vere quidem Non. Marcell. *de propr. serm. c.* 4. *n.* 215. & Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 26. observant, *flagitium* dici vitium, quod Virgini infertur: Sed erraret tamen, qui vocabuli notionem ea interpretatione exhauriri, crederet. Nam & de masculis & ακαθαρτοις, ut eos dictos fuisse docet Salmas. *de fœn. trapezet.* 147. id est, qui muliebria passi essent, ait Paull. 2. *sent.* 26. §. 13. *eos flagitium impurum passos*. Latius ergo patet hujus vocis significatio, quam nescio, an solus expresserit D. Augustinus *de Doctr. Christ. lib.* 3 *c.* 10. a Gottl. Cortio *in Not.* ad illum Sallustii locum laudatus, cujus verba hæc sunt: Quod agit indomita cupiditas, ad corrumpendum animum, & corpus suum, *flagitium* vocatur. Quod autem agit, ut alteri noceat, *facinus* dicitur, & hæc sunt duo genera omnium peccatorum. *Hein.*

FLAGRANS crimine *in l. un. pr. C. de rapt. virg.* est crimen, cujus in perpetratione quis opprimitur, ac veluti επ αυτοφωρω deprehenditur. Hein.

FLAMEN, Sacerdos, qui unde dictus sit, vid. Var. *de ling. lat. lib.* 4. Serv. *in Virgil.* 8. *Aen. v.* 664. & Festum in verbo *flamen*. Hinc *flamines Diales* apud Ulp. *fragm. tit.* 10. §. 5. & Gell. *lib.* 10. *c.* 15. sunt sacerdotes Jovis Liv. *lib.* 1. *c.* 20. *Flaminem Jovi adsiduum sacerdotem creavit.* Erat autem & ejus uxor, quam in manum convenisse oportebat *flaminica* Dialis, ut probat *Tacit.* 4. *Annal.* 16. *Flamen* municipalis *Novell. Valent.* & *Marcian. de matr. senator.* Similiter *in l.* 2. *C. Th. quemad. mun. civ. indic.* Flamines accipiendi sunt municipales.

FLAMINIA, *via*, ab urbe Roma Ariminum, ac deinde Aquileiam usque ducta, & directa, cujus mentio fit *l.* 1. *Cod. Th. quib. equ. us. conc.*

FLAMINIUM, sacerdotium Flaminum. Hinc *Flaminii* honor *l.* 21. *C. Th. de decur.* Apud Sidon. *lib.* 5. *epist.* 7. *Flamonium* legimus. *Hi sunt, qui invident prædia provincialibus, flamonia municipibus.* Et apud Isidor. *Flamonium, honor qui datur Flaminibus.* Inscriptiones veteres pariter *flamonium* præferunt, ut apud Gruter. 195. 5. *L. P. Valens ob honorem flamonii.* H. P. D. & apud eumdem 254. 5.

FLATORES æris, argenti, auri Triumviri monetales memorantur *in l.* 2. §. 31. *D. de orig. jur.* quos *æri, auro, argento flando* vocat Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 13. quæ verba his notis A. A. A. F. scribi consuevisse testis est Valer. Prob. in *Not. juris*. Nihil notius est, quam in nummis frequentissimas esse notas I I I VIRI A. A. A. F. F. id est *Triumviri aeri, argento, auro flando, feriundo*, vel aliquando I I I I VIRI A. P. F. id est, *argento publice feriundo vel flando*. Id enim luculenter ostendit Ez. Spanhem. *de usu & præst. numism. Diss.* 10. *c.* 6. *p.* 167. *seq. Tom.* 2. Eosdem dictos esse *Triumviros monetales* nemo negat. At exemplo caret illud A. A. A. *flatores*, quod ex notis illis male intellectis conflasse Tribonianum existimat M. Ant. Muretus. Ego nihil quidem incommodi video, si retineatur vulgaris lectio, eaque in re facile adsentior Corn. van. Bynkersh. *in prætermiss. ad l.* 2. *D. de orig. jur. p.* 80. at vix tamen credo, pro vocabulis notissimis *æri, argen-*

genti, *auri flatores* scripsisse Pomponium, quum eos a nemine veterum ita adpellatos esse constet, antiqua autem denominatio, uti jam a Spanhemio pag. 169. observatum est, multo post Pomponii tempora sub Gordiani adhuc imperio in vetere lapide, a Sponio ex schedis Barberinianis descripto, occurrat. Aut ergo Triboniani hic nævus, aut, quod malim, librariorum lapsus videtur. *Hein.*

FLATUARIUS *l. 6. Cod. Th. de fals. monet.* id est, ut ibi eum describit Jac. Gothofr. *in Commentar.* qui æri, argento auro flando, fundendo, atque in exemplar, typum, seu iconium conjiciendo, feriundo, formando operam navabat. Neque hi tantum hoc nomine adpellantur, sed & alii artifices publici, qui ex ære, argento, auro sigillaria exprimebant. Reines. *Inscr.* 30. *Class.* 10. *Officina flatuaria argentaria. Class.* 11. *Inscr.* 89. *Faber. Flatuarius Sigillarius.* Ibid. *Inscr.* 89. *Flatuarius a Minerva Medica.*

FLAVIALIS prætura. Vid. in *prætura.*

FLAVIANUM jus civile a Cn. Flavio scriba nomen sumsit *l. 2. §. 7. D. de orig. jur.* De jure *Flaviano*, ejusque editore Cn. Flavio nota omnia sunt ex Livio *lib. 9. c. 46.* qui illum *hæc omnia in albo proposuisse* ait, nec non ex Cicerone *pro Muræn. c. 11. lib. 6. ad Attic. epist. 2. de oratore lib. 1. c.* 40. Plin. *Hist. nat. lib. 33. c. 1.* Gell. *lib. 6. c. 9.* Ex Livii vero loco colligas, illum, quum id jus publici juris faceret, jam Aedilitatem gessisse, siquidem magistratuum erat, in albo quod proponere. At reliquorum auctorum sunt quidam, qui illum, præstito reipublicæ insigni hoc beneficio, Aedilitatem meruisse, referunt. Et tamen ea posse quodammodo conciliari, ostendit. Hein. in *Elem. Hist. jur. lib. 1. §. 48.*

FLAVIUS, vel potius *Favius*, seu *Fabius* Mela, ceu legitur *in l. 1. §. 12. D. de cloac.* idem Jurisconsultus, qui solo *Mela* nomine toties ab Ulpiano & Paullo, immo & ab Africano, & Venuleio, his antiquioribus citatur. Quin Guil. Grot. de vir. jurisc. *l. 2. c. 5. §. 6.* ex *l. 11. D. ad Leg. Aquil. l. 3. §. ul. D. de act. rer. amot.* & *l. 13. D. de ann. legat.* non infeliciter colligit, Melam non tantum ante Proculum, sed & ante Nervam, jurisconsultum, floruisse, adeoque proxime attigisse tempora C. Aquilii Galli & Ser. Sulpicii, qui occasum Romanæ libertatis viderunt. *Hein.*

Flavius. Præter multos alios Imperatores hoc nomen gessit Justinianus, quod sumpserat exemplo avunculi Justini Imp. Hic quoque imitatus est decessores suos, qui & ipsi gloriosam Constantini M. memoriam renovaturi, seque legitimos illius successores esse, indicaturi, *Flavios* se adpellabant. Gabr. Trivor. *Obs. Apologet. c. 4. §. 7. p. 217. Tom. 1. Thes. jur.* Et sane a Constantini M. & ejus liberorum, nec non Juliani temporibus permulti Cæsares, & tyranni pletique id nomen adfectarunt. Noti sane *Flavii* Valentinianus junior, Theodosius, Arcadius, Honorius, Theodosius jun., Constantinus, Valentinianus III. Marcianus, Maximus, Avitus, Leo, Thrax, Majorianus, Severus, Anthemius, Leo junior, Basiliscus, Julius Nepos, Romulus, Augustulus, Anastasius, Justinus, & Justinianus, immo & post hujus tempora Mauritius, Phocas, & Heraclius, ceu sub singulis his principibus notavit Christ. Ad. Rupert. *in obs. hist. ad Besold.* Eodem exemplo & earum gentium, quæ præcipuas occidentis provincias occupaverant, reges, nomen *Flavii* adfectarunt. Omnes sane VVisigothorum reges a Recaredi temporibus hoc nomine usos esse, observavit Hier. Higuera *ad Luitprand. Chron. pag.* 10. Chifflet *Vindic. Hispan. p.* 350. Quin ipsum Gothorum imperium *Flavium* dictum esse, observavit Car. Du-Fresne *in Gloss. latin. sub voce Flavii*, ubi etiam ostendit, non solum Imperatores, sed & proceres fere omnes, Coss. præfectos prætorio, præsides, & viros clarissimos id nomen adfectasse: apud Langobardos vero primum Autharim, Regem, ob dignitatem id a suis consequutum: eoque prænomine omnes, qui postea fuerint Langobardorum reges, feliciter usos esse. Vid. Paull. VVarnefrid. *de gest. Langobard. lib. 3. cap. 16.* Hein.

FLEBILE cessionis bonorum adjutorium *l. 7. C. qui bon. ced. poss.*

FLECTERE. Si offensam istam clementia flexit *l. 5. C. fam. ercisc.*

FLORENTII, qui consulatum, & præfecturam prætorianam gessit, fit mentio in *Novell. Th. & Valentin. de revelat. adscrat. vel donat. poss. & Nov. de levon.*

FLORENTINUS, jurisconsultus, Institutionum libros 12. scripserat, ex quibus complura in Pandectis capita descripta sunt. Videtur vixisse sub Alexandro Imp. ad eumque pertinere hujus principis rescriptum *l. 8. C. de inoff. test.* Hein.

FLORIANI a Floriano, qui dicunt Deum creasse mala, contra hoc, quod scriptum est: *Fecit Deus omnia bona c. 39 §. 49. causs. 24. q. 3.*

FLUERE. In *l. 56. §. 1. D. de adquir. rer. dom.* est plusquam perfectum *fluerat*, pro *fluxerat*. Id ἀρχαϊκὸν esse, nec tamen exemplo carere novimus. Eadem enim forma reperimus *confunderant*, *tollisse* a *tollo*, *strixerit* a vetere *strigo*, *solui* pro *solitus sum.* Vid. Bynkerh. 8. *obs. 2. Hein.*

FLUMEN, a rivo, magnitudine discernendum est, aut existimatione circum colentium. *Flumina*, vero quædam *perennia*, quædam *torrentia*. Perenne est, quod semper fluit ἀέναος, torrens χειμάῤῥους, id est, *hieme fluens.* Si tamen aliqua æstate exaruerit, quod alioquin perenne fluebat, non ideo minus *perenne* est. Flumina etiam quædam *publica* sunt, quædam *non. Publicum flumen* esse Cassius definit, quod perenne sit. *Flumen privatum* nihil differt a cete-

ceteris locis privatis *l. 2. §. 1. seq. D. de flum.* Rursus *Fluminum* quidam navigabilia sunt, quædam non *l. 1. §. 12. & §. 18. D. eod. tit.*

Flumen aut vado transiri potest, aut pontem habet, aut pontonibus trajicitur *l. ult. D. de servit. rust. præd.*

Fluminis servitus, est jus aquæ in alienum solum effundendæ, cujus mentio fit *in l. 1. l. 20. §. 5. l. 28. D. de servit. urb. præd. & passim*. Varro de *ling. lat. lib. 4. Flavius*, ait, quod fluit, item *flumen*, de quo in lege prædiorum urbanorum scribitur: *stillicidia, fluminaque, ut ita fluant cadantque*. Ac plane flumina a stillicidiis separantur *l. 31. D. de contrah. emt.* inter quæ hoc interest, quod stillicidium stillatim cadat, flumen fluat continuo. Unde servitus *fluminis* servitute stillicidii gravior esse dicitur, ob fluxus differentiam, & diversitatem. Sed & Aelius Gallus aquam ipsam, quæ fluit, flumen adpellari *lib. 2. de signif. verb. quæ ad jus pert.* scribit apud Festum.

Fluminis, vel *stillicidii recipiendi* servitus ex dictis intelligitur: *Non recipiendi* vero jus est, quo vicinus flumen, vel stillicidium ex ædibus suis in aream, vel tectum vicini avertere prohibetur, quum id per statutum liceat, ceu exponunt Vinn. *ad §. 1. Inst. de servit. præd.* Huber *Præl. ad Inst. eod. tit. §. 9.* Quamvis & ita definiri alias possit, quod sit jus, quo quis stillicidium, vel flumen suum in suam aream recipere non potest, sed in nostram avertere, & aquam pluviam nostris usibus relinquere tenetur.

Interdictum de *fluminibus* prohibitorium, & restitutorium est, & adversus eum competit, qui quid in flumine publico, ripave ejus facit, aut immittit, quo statio, iterve navigio deterior fit. Quod & de mari intelligendum est, si quid in eo fiat, vel litore, quo portus, statio, navigatioque deterior sit, fiat, & in flumine non navigabili, si quid fiat, quo exarescat, vel aquæ cursus impediatur, non si in torrente, id est, quod flumen hybernum dixit Horatius. Add. *l. 1. D. ne quid in flum. publ.*

FOCARIA, quæ focum curat *l. 12. §. 5. & seq. l. 15. D. de instr. vel instr. leg. l. 3. C. de cond. insert.* Plane quas LXX. Interpretes *1. Sam. 7. v. 13.* μαγειρίσσας, eas vetus interpres *focaria* reddidit.

Focariæ etiam concubinæ, quasi foco adsidentes, accipiendæ sunt, ut *in l. 2. C. de don. int. vir. & ux.* Petr. de Vin. *lib. 5. epist. 6.* Et non cum uxoribus dominorum, sed & in focariis etiam, cum pudicitia fidem, & cum fide pudicitiam observare.

Focarias inter ea, quæ conservandorum fructuum caussa comparata sunt, refert Paull. *3. sent. 3. §. 37.* quamvis ibi quidam legere malint *soccaria*. HEIN.

FOCARIUS *in l. 1. §. 5. D. naut. caup. stab.* servus, qui focum curat.

FODINA æris, argenti, vel arenæ *l. 7. §. 13. D. solut. matrim.* item sulphuris, & æris, & ferri, & ceterorum *l. 13. §. 5. D. de usufr.*

FOEDARE honores *leg. 26. C. Th. de decur.* id est; honores, ac dignitates dato pretio mercari. Et *in l. 27. eod. tit.* indebitæ dignitatis infulas fœda rei familiaris vexatione, id est, erogatione, vel profusione mercari. *Fœdare* judaica nota, id est, circumcidere *l. 22. C. Th. de judæis*.

FOEDERATÆ gentes *Nov. Theod. & Valent. de ambit. & loc. limitroph. Foederatus* populus *l. 7. D. de captiv. & postl.* Vid. Cujac. *obs. lib. 27. c. 53.* & Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc. 2. cap. 10. p. 213. & seq.*

FOEDERATI, militum genus ex fœderatis populis conscriptum *l. ult. C. locat. l. 16. C. Th. de tiron.* Nov. Just. 117. c. 11. Suidas *Tom. 3. p. 699.* φοιδεράτοι, ἔτω καλᾶσι Ῥωμαῖοι τᾶς ὑποσπόνδους τῶν Σκυθῶν. *Foederati*, sic Romani vocant Scythas, sibi fœdere, & amicitia junctos. Add. *l. 16. C. Th. de tiron. l. ult. C. locat.*

FOEDUS *in l. 5. §. 1. l. 7. D. de capt. & postl.* est pactio inter liberas gentes, earumque rectores inita.

Fœdus pro *fœdo*, vel fœditate positum vulgo legitur *in l. 47. D. de rit. nupt.* Pro quo tamen alii *fœdius*, alii *scelus* legendum censet. Vid. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p. 345.* Et facillima sane fuit in scriptura Florentina *s* in *f ce* in *ce* mutatio. *Hein.*

FOEMINA. Vid. *Femina.*

FOENARIÆ falces *l. 8. pr. vers. cogendi D. de instr. vel instr. leg.*

FOENEBRIS pecunia *l. 9. D. de usur.* quæ usuris creditur.

FOENEI, defective, qui fœneos, & defectos agros possident *in l. 3. C. Th. de indulgent. debit.* Apud Ciceronem quoque *fragm. Cornel. c. 1.* homines fœnei, hoc est, nullarum virium, sine ingenio, sine literis. Ortum proverbium a pilis, seu simulacris hominum ex fœno, ad proritandos tauros in spectaculis. Vid. Ascon. *in Cornel.* Ita *foeneos Imperatores* vocavit Pescennius teste Spartiano *in Pescen. c. 12.* τυρώδεας, καιντιδάρας. Consule Salmasium *ad Spartian. l. 1.*

FOENERARE usuris credere *in l. 71. §. ult. D. de fidejuss. l. 3. C. ad SC. Maced.* ita pecunia fœnerata a tutoribus, id est, fœnori data *l. 47. §. 4. D. de adm. & peric. tut. l. 100. D. de solut.*

At *Foenerari* pro fœnori accipere ponitur *in l. 35. D. de sol.* ubi: Si quis dominicam pecuniam a servo *foeneratus* esset.

Immo *foenerari* dicitur pecunia passive *in §. 33. Inst. de act.* his verbis: Sed & pecunia numerata non in omnibus regionibus sub eisdem usuris *foeneratur*.

FOENERATICIA cautio *l. 25. C. de administr. tut. l. 14. §. 2. C. de non num. pec.*

FOENERATITIÆ cautiones *l. ult. C. de pact. conv.* fœneratitium instrumentum *l.* 14. §. 2. *C. de non num. pec.*

FOENERATOR *l. 6. D. de naut. foen. l. ult.* §. 2. *D. quod met. causs. l.* 12. §. 43. *D. de instr. vel instr. leg.* Quod vocabulum mediæ esse significationis, & non semper turpem illam negotiationem, sed & honestam significare, ostendit. Jo. Frid. Gronov. 4. *obs.* 24. *p.* 372.

FOENUM vulgo per œ scribitur: at in Pandectis Florentinis per æ. Antiquitus tamen per e absque diphtongo a plerisque scriptum, Varro *lib. 6. de ling. lat.* testatur. Et sane a *fetu* hujus herbi originem arcessit Festus his verbis: *Fenum quoque pratorum ab hac caussa est adpellatum, quando id ipsum manens, quotannis novum parit.*

FOENUS, vulgo per œ, & in Pandectis Florentinis perpetuo per æ scribitur, tametsi origo repugnet. Eam enim scribendi rationem contra verbi notationem invaluisse, ostendit Gell. *lib.* 16. *c.* 12. his verbis: *Fœnerator sicut Varro in lib. 3. de serm. lat. scripsit, a fœnore est nominatus. Fenus autem dictum a fetu, & quasi a fetura quadam pecuniæ parientis, atque increscentis. Et idcirco M. Catonem, & ceteros ætatis ejus feneratorem sine a littera pronunciasse tradit.* At totus quidem ille Varronis, unde hæc Gellius verba depromsit, liber injuria temporum amissus intercidit. Sed exstat alius ejusdem Varronis *lib. 6. de ling. lat.* locus, quo etiamnum ætate sua non convenisse inter omnes de hujus nominis scriptura docet. In *pluribus*, inquiens, verbis alii A. ante E. ponunt, alii non, ut quod partim dicunt scæptrum, partim sceptrum, alii *fænus* alii *fenus*. Festus: *Fenus* adpellatur naturalis terræ fetus, ob quam caussam & numorum fetus *fenus* est vocatum, & ea de re leges *fenebres*, *fenus*, & *feneratores*, & lex de credita pecunia *fenebris*, a fetu dicta, quod creditori numi alios pariant, ut apud Græcos eadem res τόκος quasi partus, dicitur. Non. Marcellus: Mutuum a *fœnore* hoc distat, quod mutuum sit sine usuris, *fœnus* cum usuris sumitur, & est accepti fetus; unde & *fœnus* dictum est, ut Græce τόκος, quasi partus mutui sumti. Plaut. *Asinar. Act.* 1. *sc.* 3. *v. ult.* Nam si mutuo non potero, certum est, sumam *foenore*.

Foenus & pro fœnebri pecunia accipitur *in l.* 13. *C. ad SC. Vellei.*

Foenus nauticum, seu mutuum, aut creditum maritimum. *Novell.* 106. *in præf.* est contractus sub periculo creditoris constans rebus, quæ pondere, numero, & mensura continentur *leg.* 2. §. 1. talis est pecunia quæ si trans mare vehitur, trajectitia dicitur. *l.* 1. §. 4. §. 2. *de naut. foenor. l.* 2. §. *fin. de eo quod certo.* 13. *de neg. gest. l.* 1. §. 8. *de pecul.* in caussa trajectitiæ pecuniæ venit 1. pecunia ipsa, & aliæ res, quæ pondere, numero, & mensura constant *l.* 2. §. 3. *de reb. cred.* (2) Merces ex hac pecunia comparatæ *l.* 1. *h. t. Vers sed Vidend.* (3) & servus, qui pecuniam sequebatur *l.* 122. §. 1. *de V. obl. & l.* 23. *de O. & A. l.* 4. §. 1. *eod. tit.* Duæ sunt nautici fœnoris species. Prima, quando solutio differtur ad reditum navis *l.* 3. *C. de naut. foen.* secunda, quando certum præscribitur tempus *l.* 4. *hoc tit. & l.* 7. In trajectitia pecunia semper sors cum usuris solvenda venit. *l.* 3. *c. hoc tit.* Hæ usuræ gravissimæ erant *l.* 40. *de reb. credit* quæ legitimæ vocabantur, quia eo usque Romanis legibus fœnerari licitum *l.* 8. *C. si cert. pet. l.* 1. *C. Th. de usuris* & in jure usuræ licitæ nominantur. *l.* 44. *de usur.* modus usurarum *l.* 11 §. 3. *de pign. act.* status modus *l.* 2. §. *fin. de eo quod cert. loc. l.* 8. *in quibus caus. tac. pign.* probabilis *l.* 3. §. *fin. de ann. legat.* legitimæ usuræ *l.* 4. §. 1. *de naut. foen.* maximæ *l.* 38. *de negot. gest. &* gravissimæ *l.* 7. §. 8. *de Administr. tutel.* Hæc usura dicitur usura nautica *Novell.* 106. & 110. & usura maritima *l.* 6. *hoc tit.* De usura hac cecinit Manilius. *Lib.* 4. *Astronom.*

Navigat, & celeres optando sortibus annos
Dulcibus Usuris æquo quoque tempore vendit.

Usuræ hæ excessivæ apud Romanos erant *l.* 27. §. 1. *C. de usur. Novell.* 121. 139. 160. ratio harum usurarum erat periculum, ideo etiam periculi pretium *in l.* 5. *hoc tit*, *l.* 14. & 17. *C. de usuris* inter mutuum terrestre & nauticum plures sunt differentiæ, in mutuo terrestri usuræ non debentur, nec peti possunt nisi stipulatione fuerint promissæ *l.* 3. *C. de usur. l.* 24. *de præscript. verb.* at in mutuo nautico ex nudo pacto usuræ debentur *l.* 5. §. 1. *ibid. l.* 7. *de naut. fæn. ibi.* in pecunia nautica usuræ ex mora deberi nequeunt, cum periculum creditoris sit, & nulla mora; ubi nulla est petitio *l.* 88. *de R. I. l.* 127. *de V. O.* at discusso periculo a tempore moræ usuræ communes debentur, & earum caussa separata stipulatio est *l.* 4. §. 1. *de naut. fæn.* ex pecunia nautica mutuo data oritur condictio certi, & est communis actio mutuo, & stipulationi. *Tertul. vol.* 2. *disp.* 20. & condictio ex lege competere videtur, cum illa ex novis obligationibus dari soleat *l.* 1. *de cond. ex lege*: at circa legem esset inutilis talis pactio, cum potentior sit lex, quam pactum. *Bachov. tit. de condit. ex lege n.* 4. Si navis fænori nautico obligata perierit casu fortuito, & sine debitoris culpa, periculo creditoris erit, ex eo die quo navem ad locum destinatum navigare convenit *l.* 3. *ff. hoc tit.* at absque tali conventione naufragii casus ad debitorem pertinet *l.* 4. *C. hoc. tit.* D. GIRON.

FOETUS, vel uti veteres scribebant, *fetus*, quod

quod ex animalibus editum adgnatumque est. Ac proinde ut *partus* ancillarum, ita pecudum fœtus dicuntur *l.* 4. §. 5. *D. de usurp. l.* 1. §. 11. *D. si is qui test. lib. esse juss. l.* 73. *D. ad Leg. falcid.*

FOLIUM. Neque foliis, neque oleo, neque frumento, neque frugibus usurum esse usuarium, dixit Nerva *l.* 12. §. 1. *v. idem Nerva.* D. de usu & habit. Hic vero ingeniosissimi sunt interpretes. Cujacius maluit *oleis*, Connanus *doliis*. Jac. Gothofr. *animadv. jur. civ. c.* 8. *epholiis*. Qui verbo illi parcunt, id modo accipiendum monent de foliis pretiosis, ex quibus ungaenta fiunt, ut Guil. Forner. *Selection. lib.* 2. *c.* 2. & Leunclav. *Notat.* 2. 12. modo de foliis mori, quibus vescuntur bombyces, ut Zazius *parat it l. de usu & habit. n.* 12. Sed quum in re rustica varius fuerit foliorum usus, non mirum est, si ea sibi ab usuariis percipi noluerint proprietarii. Quam ob rem miseram illam criticorum diligentiam non immerito ridet Ev. Otto, *Præfat. Thesaur. jur. Tom.* 2. *p.* 9. *seq.* Hein.

Folium pentasphærum l. ult. §. 7. *D. de publican. & vectig.* erat folium Indicum, ex quo contorquebantur pillulæ *malabathri*, crebro memoratæ apud medicos. Sunt ex orientalibus & hodie in deliciis, vocanturque *betre* & *tamalabathra*, de quibus erudite differit Isaac. Voss. *ad Pompon. Melam de sit. orb. lib.* 3. *c.* 7. *p.* 261. Hein.

FOLLIS *l.* 82. *D. de cond. & dem. & l.* 1. *C. Th. si quis pecun. conf.* crumenam vel sacculum pecuniæ significat, ut & Veget. *lib.* 2. *c.* 20. docet his verbis: Denique decem *folles*, hoc est, decem facci, per cohortes singulas ponebantur, in quibus hæc ratio condebatur. Addebatur etiam saccus undecimus, in quem tota legio particulam aliquam conferebat. Follium etiam mentio est in *l.* 2. *&* 5. *C. Th. de prætor.* Item *Follis* senatorii titulus memoratur in *Novell. Valentin. & Marcian. de indulg. reliq.* Vid. infra art. *gleba senatoria*. Ceterum φόλλις plane ὀβολὸς interpretatur Suidas in voce φόλις, & alibi in verbo ὀβολὸς, ὀβολοὶ δὲ εἰσιν, οὓς καλοῦμεν φόλλεις. *Oboli sunt, quos folles vocamus.* Vid. plura apud Epiphan. *libro περὶ μέτρων p.* 184. *Tom.* 2. Quomodo folles accipimus in *l.* 3. *C. Th. de suar. l.* 2. *l.* 3. *Cod. Th. quar. adpell. non recip.* Indeque emendari potest Constantinus, apud quem in Lege Agraria *tit.* 2. φόλλας non semel pro φόλλεις scriptum est. Euseb. *lib.* 10. *Hist. Eccles. c.* 6. ἐδήλωσα αὐτῷ ὅπως τρισχιλίους φόλλεις τῇ σῇ στερρότητι παρὰ δημῆναι φροντίσῃ. *Illi significavi, ut ter mille folles tuæ gravitati numerari curaret:* D. Augustin. *lib.* 3. *advers. Crescent.* Et de quadringentis *follibus* Lucillæ clarissimæ feminæ, pro quo vobis conjurastis, ut fieret Majorinus Episcopus. Et paullo post: Populo dedit *folles* viginti, ut factus esset presbyter. Idem *lib.* 22. *de civit. Dei cap.* 8. Quasi & martyribus quinquagenos *folles*, unde vestimentum emeret, petivisset. φόλλις etiam Eusthatius quoddam genus ὀβολῶν facit, quos ait fuisse πετεινὰς: ac πεταλώδεις, *minores & folio similes.* Hinc *follerales* numi Marcellus Comes in Chronico: Numi, quos Romani Terentianos, Græci Follerales vocant, Anastasius princeps suo nomine figuratis, placabilem plebi commutationem distraxit. *Folles* certe vel κατὰ ὄνομα σῆμα, pro specie nummorum æreorum dicuntur, ut in *l.* 3. *l.* 5. *C. Th. de veteran. l.* 3. *C. Th. de pistorib.* vel κατ' ἀργυρισμόν, pro majore pecuniæ summa, quæ in follibus colligitur accipiendi *l.* 21. *C. Th. de prætorib.* Candidati (Præturæ) cum duos *folles*, aut quatuor, aut certe amplius in possessione habebunt. Vid. Jac. Gothofr. *Comm. ad l. un. C. Th. de mens. clear. & ad l.* 1. *C. Th. si quis pec. conflav.* Du-Fresne *in Glossar. lat. & in gloss. græc.* Petavium *Diatrib. de folle Tom.* 2. *oper.* Epiphan. *p.* 431. Baronium *in Annal. ad an.* 330. *n.* 43.

FORMENTATIONIS gratia parata *l.* 70. *D. de legat.* 3.

FOMENTIS calumniarum restinctis *l.* 19. *C. de nupt.*

FOMES, pro augmento. Jubemus quidquid ex prædita ratione adcreverit, ad cumulum memoratæ auri quantitatis, & frumentarii tituli *fomitem* redundare *l. ult. Cod. Theod. de frum. Urb. Constantinop.*

FONS est, qui vivam aquam habet *l.* 1. §. 4. *D. de font.*

Fons & metaphorice pro origine ponitur, ut a *fonte* quodam memoriæ *l.* 195. §. *ult. D. de verb. signif.*

Interdictum de *fonte* est, quo is, qui fonte, aliove loco, unde aqua viva nascitur, quo anno proximo sine vitio usus est, uti prohibetur, adjuvatur *l. un. D. de Font.* Hoc interdictum proponitur ei, qui fontana aqua uti prohibetur, sive haurire, sive pecus ad eam appellere *d. l. un. pr.* Et de istis omnibus servitutibus datur hoc interdictum, si tamen perpetua sit caussa, ut colligitur ex §. 1. *&* §. 4. *dicta l. un.* ubi dicunt, hoc interdictum de cisterna non competere.

FONTANÆ aquæ *l.* 1. §. 1. *D. de font.* opponitur putealis in *l.* 1. §. 6. *D. de aqu. quotid.* Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. Hæc utilitas, hæc amoenitas deficitur aqua salienti, sed puteos, ac potius fontes habet, sunt enim in summo. Ubi vid. not. Buchn. *ad eum locum.*

FORAMEN *l.* 6. *l.* 28. *D. de serv. præd. urb.* Hoc quasi deminutivum a foribus dictum esse. Non. Marcellus scribit.

FORENSIS actio criminis exsequutioni opponitur *l.* 1. *D. de incend. ruin. naufr.*

Forensia instrumenta *l.* 9. *C. de fid. instr.* quæ ἀρχαῖα dicuntur *in Novell.* 44.

FORES proprie dici, quæ foris aperiuntur, sicut apud veteres in usu fuit, Servius *in lib.* 1. *Æn. v.* 453. tradit.

FORICARIUS in *l.* 17. §. 5. *D. de usur.* a forica dictum videtur. Juven. *Satyr.* 3. *v.* 37. *Inde reversi conducunt foricas.* At *foricæ*, uti scholiastes, & reliqui viri docti, ad locum istum Juvenalis notant, ipsæ sunt incertæ, ac ambiguæ notionis. Aliis enim, qui vocabulum a *foria* derivant, *forica* est stercus, & cloacarum colluvies, aliis qui a *foro* dictas putant *foricas*, intelligendæ videntur tabernæ circa forum. Posterior sententia magis convenit loco *l.* 17. §. 5. *D. de usur.* Hein.

FORINSECUS in *l.* 4. *C. Th. de desertor.* & apud Sidon. Apollinar. *lib* 7. *epist.* 14. pro quo Tribonianus in *l.* 1. *Cod. de desert.* reposuit *extrinsecus*. Utitur eodem vocabulo Plinius *lib.* 13. *hist. nat. c.* 22. Columell. *de re rust. lib.* 8. *c.* 3. & Apulei. *lib.* 9. *metamorph. pag.* 230.

FORMA, ut ait Festus, faciem cujusque rei significat. A figura tamen eam Nonius ex Cicerone eo differre tradit, quod *forma* integritas speciei, *figura* forma nostra significetur. Donatus certe in *Andr. Terent. Act.* 1. *scen.* 1. formam immobilem esse, & naturalem, vultum moveri, & fingi scribit.

Forma etiam, ut ait Seneca *Epist.* 65. est, quæ unicuique operi ponitur, tamquam statuæ. Nam hanc Aristoteles εἶδος vocat.

Et ad has duas significationes pertinent loquutiones: Forma ædificiorum *l.* 11. *D. de servit. urb. præd. l.* 1. *C. de servit.* agri *l.* 7. §. 5. *D. de adquir. rer. dom. l.* 15. §. *ult. D. de usufruct. l.* 8. *D. ad leg. Jul. pecul.* aquæ *l.* 39. §. 5. *D. de legat.* 1. censualis *l.* 4. *D. de censib.* certaminis *l.* 77. §. *ult. D. de legat.* 2. compromissi computationi faciendæ *l.* 68. *pr. D. ad leg. Falc.* consuetudinis *l.* 6. *C. de servit.* contractus *l.* 52. *D. de verb. oblig.* erogationis annuæ *l.* 10. §. 1. *D. de ann. legat.* humani generis *l.* 24. *D. de stat. hom.* indictionis *l.* 19. *C. Th. de annon.* inlationis *l.* 20. *C. Th. eod. tit.* locationis *l.* 7. §. 3. *D. solut. matrim.* mandati *l.* 46. §. *ult. D. mandati.* numorum *l. un. C. Th. si quis solid. circul.* patrimonii *l.* 39. §. *ult. D. de legat.* 1. pretiorum *l.* 2. *C. Th. de susc.* usurarum *l.* 7. §. 10. *D. de administr. & peric. tut.*

Formæ venerabiles in *l.* 6. *C. Th. de indulg. crim.* sunt vultus, & imagines Principis in moneris impressæ.

Forma pro lege, edicto, SCo, aliisque quibuscumque juris speciebus, quibus certa forma rebus præscribitur. Sic Formam antiquitus constitutam mutare nemo potest *l.* 5. §. 7. *D. de administr. & peric. tut.* Forma constitutionum *l.* 6. *C. de accusat.* edicti *l.* 8. *D. de calumniat.* juris *l.* 5. *C. de adpellat.* jurisdictionis *l.* 6. *C. ut in fidejuss. poss. leg.* legis *l.* 147. *C. Th. de decurion.* rescripti *l.* 1. *C. de jur. domin.* statutorum *l.* 26. *C. de excus. tut.*

Forma aquæductus, quæ per agrum transit *l.* 27. §. 3. *D. de usufruct.* ut apud Frontin. *de aquæductu* non semel. Quibus ex locis elicitur, *formam* adpellari sulcum publicarum aquarum, per agros meantium, maceriis quibusdam inclusam, atque adeo ipsam fabricam aquæductus, cujus in tutelam annuam pensitationis onus impositum fuisse agris, atque ædibus, colligitur tam ex *d.* §. 3. *l.* 27. *D. de usufr.* quam ex *l.* 40. *D. de act. emt.* Ac proinde a castellis formæ separantur in *leg.* 3. *C. de aquæduct.* in qua Impp. jubent eos, qui aquæ copiam beneficio principali meruerunt, usum aut ex castellis, aut ex ipsis formis elicere: Hinc *Forma*, cui nomen Augusta est, in Campania *l.* 8. *C. Th. eod. tit.* In *vet. inscr.* *Aquam Marciam*, *restituta forma*, *perductam*, legimus, & in alia. *Aquam Claudiam*, *& Anienem nova forma reductam*. Sed & in Itinerario Antonini: *Nunc nomina aquarum, quæ usibus æternæ urbis formarum constructionibus advectæ sunt, indicemus*. Harum formarum Comes Romæ posterioribus temporibus constitutus fuit, ut ex *Notitia*, quo loco de Præfecto urb. Romæ agit, intelligimus, ubi *formula comitivæ formarum* proponitur. *Formarum meatus*, fabrica *formæ*, & *sepurgium* formarum in *l.* 1. *C. Th. & Just. de aquæd.* Sed & castellum, quo aqua, quum ad moenia Romanæ urbis venisset, excipiebatur primum, indeque per matrices fistulas in alia castella minora diffundebatur, forma dicitur in *l.* 5. *C. Th. de aquæd.*

Forma, vel τύπος aliquando sententia a judice lata *Novell.* 83. Accipiat *formam Nov.* 1. *præf.* Sollicitudinibus subditorum dare competentem formam. Add. *Nov.* 24. *c.* 5. & *Nov.* 76. *c.* 2. Sic & *forma* lethalis, pro sententia ferali, est apud Ammian. Marcell. *lib.* 14. *c.* 1. ubi quædam notarunt viri docti. *Hein.*

Forma pro formula, quemadmodum sæpe *formula* pro forma usurpatur. Sic Appius Claudius ad formam redegisse dicitur actiones *l.* 2. §. 7. *D. de orig. jur.* id est, in certas formulas. Et Augustum, quidquid ubique fuerit militum, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxisse, ait Suet. *Oct.* *c.* 49. Formam pro *formula* posuit etiam Gell. *lib.* 13. *c.* 15. In Edicto Consulum, inquit, quo edicunt, qui dies comitiis centuriatis futurus sit, scribitur ex vetere forma: Ne quis Magistratus &c. Vid. Bynkersh. *prœterm. ad l.* 2. *D. de orig. jur. pag.* 28. Hein.

Formæ etiam gradus certi in singulis scriniis & scholis, & quasi characteres, quibus manipuli scholarium & scriniariorum inter se distabant. Aut aliter, ut inter Comites, alii ordinis primi, alii secundi, alii tertii fuere, sic inter Palatinos S. L. sive in scriniis Comitis S. L. fuere qui *prima forma*, *secunda & tertia* dicebantur *l.* 7. *C. Th. de palatin. sacr. larg.*

FORMALE pretium Ulpianus in *l.* 62. *in fin. D. ad Leg. Falc.* vocare videtur, quod Paullus sequente

l. 63.

l. 63. D. eod. tit. ex adfectu & utilitate singulorum fungi, ait. In vero enim definiendo pretio magis materiæ habemus rationem, pretium adfectionis magis ex forma, si quid singulare & eximium habet, æstimatur, ac proinde ab Ulpiano vocari formale potuit. *Hein.*

FORMARI pro informari. Cunctos *formari* plenius conveniet *l. 2. C. Th. de publ. compar.*

FORMIDOLOSUS §. 3. *Inst. de pupill. substit. l. ult. pr. C. de jur. delib.* pro timido homine ponitur. Alias vero & passive *formidolosum* idem est, ac quod formidatur, ut formidolosissimum bellum: Cic. *pro leg. Manil. c. 21.* Formidolosa regibus aliena virtus: Sallust *in Catilin. c. 7.* Formidolosum facinus. Plaut. *Amphitr. Act. 5. sc. 1. v. 65.* Nec tamen & hæc activa notio sine exemplo est: Nam & Terent. *in Eunuch. Act. 4. sc. 6. v. 18.* dixit: Num formidolosus, obsecro, es, mi homo? id est, num tam timidus?

FORMIONES. Vide infra *Phormiones*.

FORMULA certa verborum conceptio. Quo in verbo ludens Seneca *lib. 2. controv.* Non ex *formula* natura respondet, neque ad præscriptum casus obsequitur. Proinde idem *lib. 2. de clement. c. 7.* Clementia, ait, liberum arbitrium habet, non sub *formula*, sed ex æquo & bono judicat. Sub *formula* autem judicare dicebantur judices, a Prætore dati, quorum potestas formulæ cancellis circumscribebatur. Quinctil. *lib. 3. c. 11.* Privata quoque judicia sæpe unum judicem habere, multis & diversis formulis solent. Hinc Ulpianus *tit. 24. Reg.* §. 12. fideicommissa non per formulam peti, ait, id est, ordinario jure per actionem a prætore datam, sed extra ordinem cognitione Prætoris. In ordinariis enim tantum judiciis formularum conceptio spectabatur, in extraordinariis non item *leg. 47. D. de negot. gest.* Ac proinde ipsas actiones, quas ne populus, prout vellet, institueret, certas sollemnesque esse prudenter voluerunt *l. 2. §. 6. D. de orig. jur.* Cic. *pro Q. Rosc. Com. c. 8.* Sunt jura, ait, sunt formulæ de omnibus rebus constitutæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis errare possit. Expressæ sunt enim de uniuscujusque damno, dolore, incommodo, calamitate, injuria publicæ a prætore *formulæ*, ad quas privatas lis adcommodatur. *Formularum* etiam stipulationum, testamentorum, judiciorum, sponsionis, pacti meminit idem Cic. *lib. 1. de legib. c. 4. lib. 1. de orat c. 39. pro Cæc. c. 18. pro Rosc. Com. c. 4.* Sane Paullus *de conceptione formularum* librum singularem scripserat, cujus exemplum Brisson. *in libro de formul.* sequutus est. *Formulas* autem componere solebant Jurisconsulti, ut Cic. *lib. 1. de Legib. c. 4.* testatur. Argumento est quod Valer. Max. *lib. 8. c. 2.* Aulum Cascellium nullius aut gratia, aut auctoritate, compelli potuisse refert, ut de aliqua earum rerum, quas triumviri dederant, *formulam* componeret. Ideoque Cic. *lib. 1. de orat. c. 55.* civilis prudentiæ dignitatem verbis elevans, jurisconsultum *formularum cautorem* adpellat. Enim vero qui formulas concipiebant, *formularii* vocantur a Quinctil. *lib. 12. c. 13. ad fin.*

FORNACALIA, feriæ faris torrendi gratia institutæ; dicta a Fornace Dea, in cujus honorem hæc erant institura, & 12. Kal. mart. celebrabantur. Ovidius *Fast. lib. 2.* Facta Dea est Fornax, lati Fornace coloni Orant, ut vires temperet ipsa suas. A Numa initium hoc festum habuit. Plinius *lib. 18. cap. 2. Is & fornacalia instituit.* Sed fecit indictitias non status Festus: Popularia sacra sunt, ut inquit Labeo, quæ omnes cives faciunt, nec certis familiis attributa sunt, Fornacalia, Parilia, Laralia, porca præcidanea. *Dn. Giron.*

FORNACARIUS non autem *fornicarius*, ut in plerisque codicibus scribitur *l. 27. §. 9. D. ad Leg. Aquil.* est qui fornacem succendit, adeoque idem cum *fornacatore*, de quo mox, quamvis eos distinguendos existimat Pet. Fab. *2. semestr. c. 12. p. 177.* nullo licet ostenso discrimine.

FORNACATOR in *l. 14. D. de instr. vel instr. leg.* qui in balneo succedendi fornacis & camini curam gerit.

FORNAX balnei *l. 53. §. ult. D. locat.*

FORTE præter notam significationem jurisconsultis aliquando est idem, ac *verbi gratia, ut puta, veluti* in *l. 15. §. ult. D. de pign. l. 16. D. de jur. dot.* & alibi passim.

FORTITUDO muli, id est, vigor, robur *l. 38. §. 7. D. de Ædil. edict.*

FORTITER (id est, pro certo indubitatoque) dicere ac defendere quid dicuntur jurisconsulti, ut in *l. 15. D. de auct. & conf. tut. l. 85. D. de legat. 3. l. 11. D. de except. rei jud.* & aliis locis.

FORTUNA pro casu. Sic *fortunam* præstare *l. 1. §. 11. D. de magistr. conven.*

Fortuna. Fortunæ judicio commissus servus *l. 13. D. de stat. hom.* Ibi legendum est *fortunæ* judicii commissus. Nec quidquam ad tuendam vulgarem scripturam facit Cujac. *26. obs. c. 27.* Nam *fortunæ* judicium semper pro sorte accipi docuit Menag. *Amœn. jur. c. 6.* Hein.

Fortuna pro conditione. Sic fortuna Augusta *l. ult. C. de judic. l. 3. in fin. C. de quadr. præscr.* cohortalis *l. 10. C. de advoc. divers. jud.* curiæ *l. 9. pr. §. 1. C. de natur. lib.* dura *l. 4. C. de suis & legit.* Imperatoris *l. 7. C. de bon. quæ lib.* incerta *l. 4. C. de postl. revers.*

Fortuna pro substantia, bonis, vel facultatibus *l. 2. §. 6. D. de Leg. Rhod. de jact. l. 6. D. ad SC. Trebell.* Fortunarum universarum societatem inire, id est, earum quoque rerum, quæ postea cuique adquirentur *l. 73. D. pro soc.* Eodem sensu *fortunam* numero singulari usurpavit Scævola in *l. 40. §. 8.*

D. de statu lib. his verbis: Quum pene totam fortunam im manibus haberet. Sic & Apulei. *in Apolog. p.* 522. Quid enim faciat homo miser, ampliuscula fortuna devolutus? Et paullo post: Nec quidquam ei relictum est ex largiore fortuna, præter ambitionem miseram, & profundam gulam.

FORTUITUS casus *in l.* 5. *C. de pign. act. l.* 61. *D. de admin. & peric. tut.* qui humano consilio prævideri non potest. Fortuita incendia *l.* 28. §. 2. *D. de pœn.*

FORUM plurimis modis intelligitur, ait Festus. Primo negotiationis locus, ut *forum* Flaminium, *forum* Julium, ab eorum nominibus, qui ea fora constituenda curarunt; quod etiam locis privatis, & in viis, & in agris fieri solet. Alia, in qua judicia fieri, cum populo agi, conciones haberi solent. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Quo conferrent suas controversias, & quæ vendere vellent, & quo quæque ferrent, *forum* adpellarunt. Quinctilian. *Declam.* 274. *forum*, quod mihi templum pacis videtur, in quo jura exercentur, propter quod leges valent. Et hoc sensu pro judicio *forum* plerumque accipitur in jure nostro, ut *in l.* 7. §. 13. *D. quib. ex causs. in possess. eat. l.* 7. *D. de judic.*

Forum etiam, ut ait Festus, alio modo intelligitur, quum is, qui provinciæ præest, *forum* agere dicitur, quum civitates vocat, & de controversiis earum cognoscit. Quod genus loquendi Cic. usurpat ad *famil. lib.* 3. *epist.* 6. & *ad Attic. lib.* 5. *epist.* 16. & *lib.* 6. *epist.* 2. *in* 4. *Verr.* 54. Servius ad illa verba *Æneid.* 5. *v.* 758. *indicitque forum.* Forum ait, tempus & locum agendorum negotiorum designat, qui conventus vocatur. Unde *in l.* 1. *C. de defens. civit.* caussæ, quæ dignæ videantur magnitudine forensi, rectori provinciæ, insinuari jubentur.

Solebant hæc *fora*, vel conventus hiberno tempore haberi. Quod nescio, an accuratius quisquam exposuerit Theophilo §. 4. *Inst. qui & ex quib. caus. manum.* Και τι εστι χειμεριον, ητοι χρονος, προς καταλυσιν δικων επινενοημενος, Οι γαρ Ρωμαιοι τον παντα σχεδον ενιαυτον εν τω πολεμειν δαπανωντες κατα τινα χρονον υπο χειμωνος, και των συν αυτω δεινων κωλυομενοι, επειδηπερ εν ταις αυταις εν πολιτεια ουκ ενην εκτος ειναι δικων, αφεντες τα αλλα ταις δικαις, εσχολαζον, κ. τ. λ. Et quid est conventus? Est certum statumque litium dirimandarum tempus. Nam Romani, quum totum fere annum bellis gerendis occuparentur, certo quodam tempore, quum hiems eos & hibernæ tempestates sub pellibus agere judiciis prohiberent, quoniam, ut in communi vita sine litibus, controversiisque esse non poterant, omissis armis vacabant &c. Extremo autem conventus die habitum esse consilium in hunc modum ait. Processisse Proconsulem, aut Præsidem, & in tribunali suo sedisse, unaque juxta ipsum viros, qui παρεδροι *Recuperatores*, quia per eos mancipium naturalem libertatem receperit, & apud eos manumissuros minores justas manumissionis caussas reddidisse. Quæ sane non nugatoria, sed solida esse majoribus omni exceptione Livii, Strabonis, & Dionis Chrysostomi testimoniis probat Car. Hannib. Fabrot. *in not.* Hein.

Forum pro loco, ubi res promercales publice veneunt. Et ita intelligendum videtur *forum* municipii *l.* 39. §. *ult. D. de cond. & dem.* Forum Romanum *l.* 4. *C. Th. de suar. & pecuar.* suarium *leg.* 1. §. 11. *D. de offic. præf. urb.* Eo etiam pertinet phrasis, *foro cedere*, quod facere dicebantur argentarii, numularii, mensulariique, qui actum suum deserebant, ab eo, quod circa forum tabernæ eorum positæ essent *leg.* 7. §. 2. *D. depos.* & *l. ult. D. de cur. bon. dand.* Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 25. Pecuniæ etiam male creditæ exactio est. Et adpellare debitorem ad diem possunt, &, si *foro cesserit*, portionem feram. Juven. *Satyr.* 11. *v.* 50. Cedere namque *foro* jam non tibi deterius, quam Exquilias a ferventi migrare Suburra.

FOSSA receptaculum aquæ, manu factum *l. un. in fin. D. de rip. mun. l.* 26. *D. de damn. infect. l.* 1. §. 8. *D. de flumin.* Tales fossæ agrorum siccandorum caussa factæ memorantur *in l.* 1. §. 4. & §. *ult. D. de aqu. & aqu. pluv. l.* 2. §. 1. *l.* 11. §. *ult. l.* 24. *D. eod. tit.*

FOSSATUM pro fossa, & vallo *l.* 3. §. 4. *D. de re milit.* Veget. *lib.* 4. *c.* 16. Musculos majores dicunt machinas, quibus protecti bellatores, si lutum obsuerit, aut civitatis *fossatum*, adportatis lapidibus, lignis ac terra, non solum complent, sed etiam solidant. Suidas. Σεδετουτο φοσσατον. Constant. Harmenop. *lib.* 6. *tit.* 15. §. 11. Τους εν φοσσατω κλεπτοντας, ει μεν οπλα σφοδρως προσταττομεν τυπτεσθαι, ει δε τι των υποζυγιων χειροκοπεισθαι. *Qui in castris furantur, si quidem arma, vehementer fustibus cædi jubemus, sin jumentum quoddam, iis manus abscindi.* In libello etiam variorum auctorum *de limitibus p.* 267. *edit. Goes.* ita scriptum est: *Fossatum* decisum parvum in fine pro termino posuimus. Capitolin. *in Gordiano c.* 28. Fossato omnia castra circuibat.

FOTINIANI, Vid. infra *Photiniani*.

FOVEÆ ursorum, cervorumque capiendorum caussa factæ *l.* 28. *D. ad Leg. Aquil*, Phædr. *lib.* 3. *fab.* 2. *v.* 2. *Panthera imprudens olim in foveam incidit.* Non solum autem ferarum, sed & hostium capiendorum caussa factæ *foveæ*. Vid. Nic. Rigalt. *Not. prior. ad Phædr. lib.* 1. *fab.* 17. *v.* 8. *p.* 85.

FRACTURA ossium apud Papian. *Respons. tit.* 5. Ita & fracturas sanare dixit Plin. *lib.* 22. *c.* 8.

FRAGILE & infirmum minorum consilium *l.* 1. *D. de minor. Fragilis* pecunia sine peculio *l.* 79. §. 1. *D. de legat.* 3. & periculosa res est quæstio *l.* 1. §. 23. *D. de quæst.*

FRA-

FRAMEA, id est, romphæa *l. 3. §. 2. D. de vi & vi arm.* & apud Gell. *lib. 10. c. 20.* Isidor. *Framea, gladius, ex utraque parte acutus, quem vulgo spatam vocant. Ipsa est & romphæa. Framea autem dicta quod ferrea est.* Germanicæ tamen Genti hoc vocabulum adscribit Tacitus *de mor. Germ. c. 6.* his verbis: *Hastas vel ipsorum vocabulo frameas gerunt, angusto & brevi ferro.* Qui *frameas* interpretati sunt ῥυφαίας, quod & vetus Glossarium facit, id vocabulum a Græco illo ῥομφαία per metathesin derivant, quemadmodum Isidorus a latino *ferrum*. Neutri recte. Diserte enim id Germanicæ originis esse, docet Tacitus. Rem expedivit Jo. Ge. VVachter *Glossar. Tom. 1. p. 471.* ubi *frameam* dictam ostendit ab antiquo *bremen* pungere, vel *frumen* mittere, atque ita veteribus adpellatam hastam, posteris pugionem vel dolonem, in ligno latitantem. Unde hodienum *eine pfriem*, instrumentum sutorium, quo corium perforatur, Belgis: *eene moord prien*, pugio. Hastam, quæ olim *frameæ* nomine venit, ex thesauro sepulcrali Tornacensi repræsentavit Chifflet. *in Anastasi Childer.* tum *c. 7. p. 97.* in ejus regis anulo, tum *c. 14. p. 219.* Hein.

FRANGERE metaphorice violare. Sic *frangere* fidem *l. 10. D. de in jus voc.*

Frangere etiam est impedire, turbare. Sic Liberalitatem captiosam interpretatio prudentum fregit *l. 5. D. de transact.*

FRATER, ut ex Nigidio Gell. *lib. 13. c. 13.* & Non. Marcell. traditur, dictus, quasi *fere alter*, quæ res Ciceroni jocandi argumentum præbuit. Nam quum post annuum munus confectum Cilicia decedere in animo haberet, utilitasque provinciæ exigeret aliquem relinqui per quem provinciales negotia sua usque in adventum successoris explicarent; alium ille potius, quam Quintum fratrem, relinquendum censuit. Cujus sui consilii factique rationem Coelio reddens, veritum se, ait, ne si fratrem reliquisset, SCo quo intra certos dies decedere jussus erat, fraudem fecisse videatur, quasi non in totum, sed *altero se relicto*, decessisset. Exstat jocus *lib. 2. ad famil. epist. 15.*

Est vero commune id vocabulum tum germanis, tum unilateralibus. *Frater* & soror, sive ab eodem patre, eademque matre, sive ab alterutro eorum *§. 2. Inst. de nupt.* Cornel. Fronto *libro de differ. voc. Frater* aut ex alia matre, aut ex alio patre potest esse, germanus ex iisdem parentibus sit necesse est. Paull. *in l. 10. §. 13. D. de gradib. & adfin.* Frater per utrumque parentem accipitur, id est, aut per matrem tantum, aut per patrem, aut per utrumque, id est, ex utroque parente eodem.

Itaque *fratrum* tria sunt genera. Alii namque *Germani* sunt, alii *consanguinei*, alii *uterini*.

Fratres germani sunt, qui iisdem parentibus, eodemque patre & matre geniti, quos Cæsias *in Persicis*, Xenoph. *lib. 3. exped. Cyri*, & Demosthen. *in orat. contra Aristogit.* ὁμοπατρίας καὶ ὁμομητρίας vocant. Festus Pompei. Germen est, quod ex arborum surculis nascitur, unde & *germani*, quasi eadem stirpe nati. Et ita *germanum fratrem* accipe apud Terent. *Andr. Act. 1. sc. 5.* Cic. *pro domo c. 45.* & *1. Verr. 40. pro Fonteio c. 17.* sororem *germanam* apud eumdem Cic pro *Milon. c. 27.* Hinc germanctum fraternitatem *germanitatem* vocat Cic. *pro Ligar. c. 11. de aruspic. resp. c. 20.* Arnob *lib. 1. adv. gent.* Si hæc ita sunt, ait, sequitur ut Picus & Jupiter germanitatis sibi sociati sint jure, utpote uno ex sanguine, unoque ex semine procreati. D. Ambros. *lib. de Josepho patriarcha*: Num quid natura divisit merita filiorum? Ipsa vos doceat non discernere patrimoniis, quos titulo germanitatis æquastis.

Fratres Consanguinei sunt, qui, ut supra sub hac voce dictum est, eodem patre nati sunt, licet diversas matres habeant. Ejusmodi *frater* est ex alia matre natus *l. 11. D. de Carbon. Edict.* qui consanguineus dicitur *in l. 1. D. de jur. & fact. ignor.*

Fratres & sorores *uterini*, qui ex eadem matre tantum, & eodem utero nati sunt *l. 27. C. de inoff. test. l. pen. ad fin. & l. ult. C. de legit. hered. l. 21. C. de excus. tut.*

Frater naturalis *l. 6. C. si quis alteri vel sibi l. 71. §. 3. D. de legat. 1.* Ei opponitur *frater* adoptivus *l. 3. D. und. cogn.*

Aliquando *fratrum* adpellatione & sorores continentur: Lucius & Titia fratres *l. 38. D. famil. ercisc.* Vid. & *l. 35. D. de pact.* Proinde quod heredes fratribus rogati essent restituere, etiam ad sorores pertinet, nisi aliud testatorem sensisse probetur, ut ait *l. 93. §. 3. D. de legat.*

Fratres Imperatores *l. 33. D. de pœn. l. 38. §. 4. 5. 6. D. ad Leg. Jul. de adult.* qui alias *Divi fratres* vocantur, nimirum Marcus & L. Verus, ut supra in voce *Divus* dictum est.

Fratres patrueles, sorores patrueles, id est, qui quæve ex duobus fratribus progenerantur *l. 1. §. 6. l. 10. §. 15. D. de grad. & adfin. §. 1. Inst. de legit. agn. succes. l. pen. D. ad SC. Sil. l. 8. C. si quis alt. vel sib. l. 4. C. qui test. fac. l. 2. C. de ord. cognit.* & apud Plaut. *in prolog. Pœnul. v. 59.* & Ambros. *lib. 8. epist. 66.* Immo & patrueles, & adfines simpliciter dictos esse *fratres* & sorores, exemplis demonstrarunt Jo. Frid. Gronov. *2. obs. 6. p. 252.* & Jo. Perison. *Animadvers. hist. cap. 3. p. 105. seq.* HEIN.

Sed & socii se invicem *fratres* adpellabant *l. 63. pr. D. pro soc.* Apulei. *lib. 10. metamorph. p. 245.* Petron. *Satyr. c. 11.* & ibi VVouver. *Hein.*

Denique & collegæ, & amici, hac compellatione utebantur. Hinc inferiores judices, superiores *fratres* adpellare prohibebantur *l. 2. C. de offic. div. jud.*

FRA-

FRATERNITAS quæsita per adoptionem *l. 7. D. de rit. nupt.*

Societas jus quodammodo *fraternitatis* in se habere dicitur *l. 63. D. pro soc.* Hinc Quinctilian. Declam. 120. de societate agens: Sacra res est, ait, & quædam *fraternitas* propositionem animorum.

FRATRIA, sodalitium. In Græcis civitatibus frequentissimæ olim tales φρατρίαι, quarum corporati φράτορες, *l. 4. D. de coll. & corp.* magistri φρητάρχοι, officia φρητισταί, χαλκολόγοι, λογισταί, διοικηταί dicebantur. Reines. *ad Inscr. p. 180. & p. 411.* Diu iste mos mansit apud Neapolitanos, etiam postquam Romanis paruerunt. Varro *de ling. lat. lib. 14. Fratria* est græcum vocabulum partis hominum, ut Neapoli etiam nunc. Et Strabo *lib. 5. p. 337.* Ενταυθα πλειστα ιχνη της ελληνικης αγωγης σωζεται, γυμνασια τε και εφηβεια. και φρατριαι, απαντα. Ελληνικα ονοματα, καιπερ οντων Ρωμαιων. Plura ibi Græcæ disciplinæ monimenta supersunt, veluti gymnasia, ephebia, *fratria*, græca vocabula, licet ipsi Neapolitani Romani sint. *Hein.*

Fratria, fratrum inter se sorores adpellantur, auctoribus Festo *lib. 6.* Nonio Marcello *c. ult. de prop. serm.* & Palæmone *in Glossis*. Eas ειναπερας vocare *vers. 77. Iliad. Z.* observavit Modestinus *l. 4. §. 6. extr. D. de grad. & adfin.* απο του ευναζειν, *a concubendo*. De eodem vocabulo videndus Jul. Pollux *lib. 3. segm. 32.* & Hesychius. Forma admodum variat. Alii Codices habent ειναπορες, alii ειναπηρες, Eustathius etiam ενβατειρες.

FRATRUELIS, αδελφιδους, fratris filius, uti vetus Glossarium habet. Sed ignotum veteribus fuisse videtur hoc vocabulum. Paullus enim diserte ait: Illud notandum est, non quemadmodum patris matrisque fratres & sorores patrui, amitæ, avunculi, materteræ dicuntur, ita fratris sororisque filios filias nomen speciale cognationis habere, sed ita demonstrari fratris, sororisque filios filias. Quod quidem & in aliis accidere, ex posterioribus adparuit *l. 10. §. 14. extr. D. de grad. & adfin.* Hein.

FRAUDARE hereditate, pro privare, excludere ab hereditate *l. 2. D. de his quæ in test. del. Fraudare* nemo videtur eos, qui sciunt vel consentiunt *l. 188. D. de reg. jur.* Nec fraudantur creditores, cum quid non adquiritur a debitoribus, sed cum deminuitur de bonis *l. 177. de D. de reg. jur. l. 6. D. quæ in fraud. cred. Fraudat* vectigal, qui merces non profitetur, & fraudati vectigalis crimen *l. 8. D. de publican. Fraudare* annonam *l. 1. D. ad Leg. Jul. de annon. fraudati* census crimen *l. 1. C. de quæst.*

FRAUDATIONIS caussa latitat, qui hoc animo latitat, ut fraudet creditores *l. 50. D. de pecul.*

FRAUDATOR, qui in fraudem creditorum, & eorum fraudandorum caussa quid fecit, gessitque *l. 9. §. 5. D. de jurejur. l. 6. §. 9. l. 10. l. 14. l. 25. l. ult. D. quæ in fraud. cred.* Plane *in l. 8. D. depos.* fraudator adpellatur argentarius, qui foro cessit. *Creditorum* fraudator: Cic. *Philip. 13. c. 12.* Idemque *pro Flacco c. 20. fraudatorum* inficiationem, & impudentiam conjungit.

FRAUDATORIUM interdictum, quo in fraudem creditorum gesta revocantur *leg. 67. pr. §. 2. & 2. D. ad SC. Trebell. l. 96. pr. D. de solut. l. 1. C. Th. de in integr. rest.* Quo pertinet edictum, quod proponitur *in l. 10. D. quæ in fraud. credit.*

FRAUDULENTER, & segniter separantur *l. 5. C. de suspect. tut.* Alterum enim ad dolum, alterum ad culpam pertinet.

FRAUDULENTUM consilium, quod quis capit fraudandorum creditorum caussa *l. 7. D. qui & a quib.*

FRAUDULOSA contrectatio de furto dicitur *in §. 1. Inst. de oblig. quæ ex delict. l. 1. §. 3. D. de furt.*

FRAUS calliditatem, & fallaciam significat. Inest enim dolo & *fraus l. 7. §. 10. D. de pact.* Ideoque solent dolus, & *fraus* conjungi *l. 8. §. 6. D. de liberat. leg. l. 3. D. quand. & fact. l. 3. §. ult. D. pro soc.* ubi fides bona contraria esse dicitur fraudi, & dolo. Et quemadmodum dolus, ita & fraus separatur a culpa, negligentia, segnitie, & casu improviso *l. 63. D. de rei vind. l. 7. §. 2. D. de susp. tut. l. 110. D. de legat. 1. l. 1. C. ad Leg. Corn. de sicar.* item a vi ipsa, ut apud Cic. *1. offic. 13. Vi aut fraude* fit injuria. *Fraudem* tamen differre aliquando a dolo, & illam ex re ipsa venire, dolum ex persona ejusque calliditate, ex *l. 7. §. 10. D. de pact.* colligit Cujac. *in Papiniano ad l. 3. §. ult. D. pro soc.* Verum *fraudis* interpretatio in jure civili non ex eventu duntaxat, sed ex consilio quoque desideratur *leg. 79. D. de reg. jur.* Et fraus cum effectu accipitur *l. 1. D. de statu lib.* Cui rei convenienter. In fraudem creditorum manumittere videntur, qui vel jam eo tempore, quo manumittit, solvendo non est, vel datis libertatibus desiturus est solvendo esse *l. 18. l. 23. D. §. 3. Inst. qui & a quib. manum. non lic.* & *in fraudem* fisci alienat, qui jam eo crimine damnatus, ex quo publicatio bonorum sequitur, vel futurum prospiciens, ut damnetur, alienat *l. 45. D. de jur. fisc.* Ceterum si capitis reus filium emancipet, ut is hereditatem adeat, non videtur in fraudem fisci factum, quod adquisitum non est *l. 26. D. de jur. fisc.* In fraudem fisci adoptio facta videtur, etiam si non in reatu, sed desperatione rerum, per conscientiam, metu imminentis accusationis quis adoptet, in hoc, ut ex bonis, quæ se amissurum cogitat, portio detrahatur *l. 7. §. 2. D. de bon. damn.*

Fraus legi fit, ubi quod fieri noluit, fieri autem (verbo tenus) non vetuit, id fit *l. 30. D. de legib.* Et hanc in *fraudem* legis facit, qui salvis verbis legis,

legis, sententiam ejus circumvenit *leg.* 29. *D. eod.* Immo majorem fraudem excogitasse videtur, qui non tantum legem circumvenire voluit, sed etiam interpretationem legis, quæ circa tacitum fideicommissum habetur.

Fraus quoque ipsa noxa dicitur, & quasi pœnæ quædam præparatio *l.* 132. *D. de verb. signif.* Quum etiam *fraudem*, ait Ulpianus, veteres pro pœna ponere solebant. Ideoque in edicto Aedilium capitalem *fraudem* admittere est tale aliquid delinquere, propter quod capitis puniendus sit *l.* 23. §. 2. *D. de Ædil. edict.* Plaut. Milit. gloriof. *Act.* 2. *sc.* 3. Nunc cruribus, capitique *fraudem* capitalem creas. Cic. 1 *Orator.* 54. Erat enim Athenis reo damnato, si *fraus* capitalis non esset, quasi pœnæ æstimatio. Et *lib.* 2. *c.* 48. In nefario crimine, & capitali *fraude* esse puniendum. Quo genere loquendi & pro Rabirio perduellionis reo utitur *c.* 9. Livius *lib.* 23. *c.* 14. Qui capitalem fraudem ausi essent: Servius *in lib.* 11. *Aen. ad vers.* 708. Fraudem, ait, veteres poenam vocabant, ab eo, quod præcedit, id quod sequitur. Ut etiam in antiquo cognoscitur jure. Sallust. *in Catilin.* Diem statuit, antequam sine *fraude* liceret ab armis discedere. Idem Serv. in *lib.* 10. *Aen. v.* 72. in *fraudem* interpretatur *in periculum*. Hinc loquutio, *fraudi* alicui esse id dicitur, quod noxium, seu damnosum *l.* 6. *C. de pact. int. emt. & vend. l.* 124. §. 4. *D. de legat.* 1. item apud Cic. *Philib.* 5. *c.* 14. pro *Muræn. c.* 35. & apud Liv. *lib.* 39. *c.* 14.

Sed & frequens formula: Sine *fraude*, id est, sine pœnæ metu, citra periculum, impune, & vindice nullo. Sine *fraude* sua jure liceat *l.* 25. *pr. D. ad Leg. jur. de adult.* Eam pecuniam sine *fraude* sua capere liceto *l.* 1. *D. ad leg. falcid.* Livius *lib.* 26. *c.* 12. Ut qui civis Campanus ante certam diem transisset, sine *fraude* esset. Idem *lib.* 35. *c.* 51. Milites pacti, ut sine fraude liceret abire, præsidio excesserunt.

Hi, quos more majorum, sine fraude in jus vocare non licet *l.* 26. §. 2. *ex quib. causs. maj.* Add. *l.* 8. *D. de accus. l.* 32. *D. de injur.*

FREDIANI in *leg.* 20. *C. Th. de pagan.* juxta Gothofred. *Comment. in d. l.* erant gestatores, qui oscilla, & versatiles quasdam machinas ferebant, sollemni pompa in honorem Deorum, quasi *ferediani*, veluti ἐν τῷ φέρειν ἐξανιόντες. Quæ conjectura non admodum probabilis videtur Heineccio vocabulum illud in mendo cubare suspicanti.

FREQUENTES dicuntur, qui cuivis obvii sunt, & ad officia exhibenda prompti. Sic philosophi, qui se frequentes, atque utiles præbent *l.* 8. §. 4. *D. de vacat. & excus. mun. frequentes* advocati, id est, diligentes *l.* 9. §. 4. *D. de offic. proconf.*

FREQUENTIA assidua quasi nonnullam præbet infamiam *l.* 15. §. 22. *D. de injur.*

FRETUM. Freto modico ab Italia Sicilia dividitur *l.* 99. §. 1. *D. de verb. signif.*

FRETUS statu generis *l.* 1. *C. de ord. cognit.*

FRIBUSCULUM pro quo in *l.* 32. §. 12. *D. de don. int. vir. & ux. frigusculum* legi malunt Jac. Revard. *ad l.* 34. *D. de reg. jur.* Ger. Jo. Vossius *in Etymol. lat.* Alciat. *lib.* 4. *de verb. signif. extr.* Torrent. *ad Sueton. Aug. c.* 66. & Ducker. *de latin. vet. ictor. p.* 403. dictum *a frigore*, quo ortum ex subitaria quadam ira in amando languorem significant scriptores latini. Vid. Sueton. *in Aug. c.* 66.

FRIVOLA, pro levis pretii supellectile *l.* 11. §. 5. *D. de pign. act. Ut ad universam pensionem insulæ frivola mea teneretur.* Seneca *lib.* 3. *Controv.* Ego illos in *frivola* invitavi nostra, Juvenal. *Sat.* 3. *v.* 198. *Jam frivola transfert Ucalegon.* Gloss. Palæmon. & Glossar. utriusque restam. *Fribula*, id est, *frivola*, *vasa fictilia*. Idem Juvenal. *sat.* 5. *v.* 58. *Romanorum omnia Regum frivola.* Ipsam *l.* 11. §. 5. *D. de pig.* eleganter illustrat. Martial. *lib.* 12. *epigr.* 32. Vide, Vacerra, sarcinas tuas, Quas non retentas pensione pro bima portabit uxor. Vid. infra sub art. *paupertas* extr.

FRONS, ut Plin. *lib.* 11. *c.* 37. scribit, *hominis tristitiæ*, *hilaritatis*, *clementiæ*, *severitatis index.* Integræ *frontis* homo *l.* 13. *D. de testib.* id est, illæsi pudoris, ac salvæ existimationis homo. Cujacius in *Comment. ad h. l.* & *lib.* 7. *obs. c.* 3. id eleganter exponit de eo, cui ob calumniam stigma non inustum sit ex lege Remmia. Et quamvis legem illam Remmiam ante hæc tempora pridem exolevisse, recte doceat Ev. Otto *in Papiniano c.* 7. §. 2. id tamen non obstat, quo minus ad veterem illum ritum adludere potuerit jurisconsultus. *Hein.*

Frons, pars anterior loci. Frons agri *l.* 56. *D. de adquir. rer. dom. l.* 39. *D. eod. tit.* Et ita *frontem* Caucasi dixit Plin. *lib.* 12. *c.* 7. & *frontem* Hispaniæ idem *lib.* 4. *c.* 21. Ceterum quod antiquis monimentis inscribi soleat: *In frontem pedes tot*, hoc significabat in longitudinem tot pedes sepulcrum patere, interprete Acrone ad Horat. *lib.* 1. *serm. Sat.* 8. ad *vers.* 12. *Mille pedes in fronte.*

FRUCTUARIUS, *fructuaria*, qui quæve usumfructum habet *l.* 58. *D. de usufr. l.* 1. *D. de usufr. legat. l.* 5. *D. de damn. infect.* & aliis locis.

Aliquando tamen *fructuarius*, quoties de servo dicitur, est is, in quo quis usumfructum habet *l.* 25. *l.* 37. §. 5. *D. de adquir. rer. dom. l.* 118. *D. de verb. oblig.* & alibi passim.

Fructuarium dicitur, quidquid ad usumfructum pertinet, ut *fructuaria* stipulatio, quæ ususfructus nomine interponitur *l.* 4. §. *ult. D. de verb. signif.*

FRUCTUS nomen interdum *jus*, interdum corpus, demonstrat *l.* 43. *D. de evict.* Ad jus quum refer-

refertur, jus utendi fruendi significat. Ususfructus igitur an *fructus* legetur nihil interest. Nam & *fructui* usus inest *l.* 14. §. 1. *D. de usu & habit.* Si quis *fructus* annuos fundi leget, perinde est, ac si usufructus similiter esset legatus *l.* 41. *D. de usu & usufr.* Sciendum est tamen, *fructum* quandoque sine usu constitui *l.* 5. §. 1. 2. *D. usufr. quemadm. cav. l.* 13. §. 3. *D. de acceptil. l.* 14. *in fin. D. de usu & habit.*

Fructus vero nomen, quum ad corpus pertinet, eos proprie, qui ex re ipsa naturaliter enascuntur, fructus complectitur, ac proinde & ab usuris, & a pensionibus, mercedibus, vecturis jumentorum, naulis navium, ceterisque obventionibus separatur *l.* 29. *D. de hered. pet. l.* 24. *D. de usur. l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 11. *D. de donat.* Hæc enim omnia non fructus esse, sed fructuum vicem obtinere dicuntur *d. l.* 39. *& l.* 83. *pr. D. de legat.* 3. Vectura enim, sicut usura, non natura provenit, sed jure percipitur *l.* 62. *D. de rei vind.* Usura pecuniæ, quam percipimus, in *fructu* non est, quia non est ex ipso corpore, sed ex alia caussa est, id est, nova obligatione *l.* 121. *D. de verb. signif.* Prædiorum urbanorum pensiones pro *fructibus* accipiuntur *l.* 36. *D. de usur.*

Fructus ergo adpellatio omnem reditum, utilitatem, accessionem, quæ natura, hominisve cultura ex re aliqua seu soli, seu mobili, aut se movente, colligitur, redigitur, percipitur, significat. Sunt tamen, qui fructus significationem exhauriri malunt iis, quæ ex rei natura proveniunt, reliquas vero, quæ occasione rei proveniunt, utilitatis *caussa* nomine designant. Vid. VVurffel. *jurispr. defin.* §. 418. & 420. Tametsi interdum latius *fructum* pro omni commodo, utilitateque rei accipimus, veluti in eo, quod dicitur, in confessoria *fructus* venire, & nomine fructuum computandum esse, si quid sit, quod intersit agentis, servitute non prohiberi *leg.* 4. §. 2. *D. si serv. vind.* Hinc si iter vel actum quis petierit, vix est, ut *fructus* ulli possint æstimari, nisi si quis commodum in fructibus numeraret, quod habiturus esset petitor, si statim eo tempore, quo petiisset, ire agere non prohiberetur *l.* 19. §. *ult. D. de usur.* Plane usuras pecuniæ *fructum* vocat *l.* 88. §. *ult. D. ad Leg. falc.* & mercedes servorum, vecturæque jumentorum *fructus* adpellantur in *l.* 8. §. 1. *D. de reb. auct. jud. possid. l.* 39. §. 1. *D. de legat.* 1. *l. un.* §. 7. *C. de rei ux. act. toll.* Sed & *fructus* rei esse dicitur, vel pignori dare licere *l. ult. D. de usur. l.* 72. *D. de regul. jur.*

Fructus dupli. Vid. in *duplum.*

Fructus pendentes sunt, qui terra adhuc continentur *l.* 44. *D. de rei vind. l.* 12. §. 5. *leg.* 27. *pr. D. de usufr.* vel qui terræ, & fundo adhuc cohærent, ut loquitur *l. ult.* §. 4. *D. quæ in fraud. cred.* qui & *stantes* fructus *l.* 7. §. 15. *D. solut. matrim. l.* 26. *D. de furt.* His opponuntur *percepti*, qui scilicet jam a solo separati sunt §. 36. *Inst. de rer. divis.*

Fructuum perceptio. Vid. infra *perceptio.*

Fructus pro effectu, quem quis intendit. *Fructus* munificentiæ *l.* 2. *D. de oper. publ.*

FRUGALITAS *l.* 18. *D. de Ædil. edict.* modestia, & temperantia, quam Senec. *epist.* 17. eleganter esse paupertatem voluntariam, ait, cujus commendationem vide apud eumd. *lib. de tranquill. vitæ. c.* 9.

FRUGES. Eam ICti pro reditu accipiunt, non solum, qui ex frumentis, aut leguminibus, verum etiam qui ex vino, silvis cæduis, cretifodinis, lapicidinis capitur *l.* 77. *D. de verb. signif.*

Fruges in sensu strictiore sunt frumenta, & legumina. Hinc Paull. 3. *sent.* 6. §. 78. Frugibus legatis, tam legumina, quam hordeum, & triticum continentur. Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Duo sunt prima *frugum* genera, frumenta, ut triticum, & hordeum, & legumina, ut faba, cicer. Idem *lib.* 18. *c.* 20. Æthiopes non aliam *frugem*, quam millii, hordeique novere. Fallitur ergo Laur. Valla *Elegant. lib.* 4. *cap.* 60. dum fruges hoc tantum strictiore significatu pro iis, quæ satione percipiantur, intelligit. Latius enim de omni reditu accipi posse, vel etymologia ostendit. Sunt enim *fruges* a *fruendo*. Vid. Donat. *ad Ter. Eun. Act.* 4. *sc.* 7. *v.* 46. Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* Salmas. *ad Solin. p.* 218. *Auct. Defens. vet. jurisc.* apud Ducker. *de Latinit. vet. ictor. p.* 312. *seq.* Et ita accipi videtur vocabulum *l.* 8. §. 1. *D. de furt.* frugibus ex fundo surreptis. *Hein.* Paternam *frugem* gubernare *l.* 1. *C. Th. de his qui ven. æt.*

Fruges in sensu strictissimo etiam adpellantur, quæ non arista, sed siliqua continentur. Ideoque a frumento differunt, cujus adpellatione id, quo arista se tenet, significatur *leg.* 77. *D. de verb. signif.* Et ita *fruges* & frumentum separantur *l.* 12. §. 1. *D. de usu & hab.*

FRUGI hominem moderatum, & temperantem interpretatur Cic. *Tusc. Quæst.* 3. *c.* 8. Unde frugi, & temperantem conjungit Terent. *Heaut. Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 19. & frugalitatem Cicero *pro Rege Dejotaro c.* 9. definit esse modestiam, & temperantiam. Veruntamen latius virtutem hanc patere, illo eodem Tusculanorum loco docet Donat. in *Eun. Act.* 3. *sc.* 5. *v.* 60. Frugi es, id est, utilis, & necessarius, ut fruges humano generi.

Frugi est ergo, in quo est aliquid, quo fruamur, id est, utamur. Hinc bonæ *frugi* servi dicebantur, bonis moribus præditi, & minime mali *l.* 9. §. 1. *D. de serv. corrupt.* Tutor bonæ vitæ, vel *frugi* *l.* 3. §. 3. *D. de admin. & per tut.*

FRUGIFERÆ arbores *l.* 13. §. 4. *D. de usur.* Plin. *lib.* 17. *c.* 1. & *lib.* 18. *c.* 10.

FRUI plus est quam *uti*. Nam *uti* est ad usum, & necessitatem uti, *Frui* omnem rei fructum, commodum-

modumque, & utilitatem percipere *l.* 23. *D. commun. divid.* Itaque qui fruitur, non ad usum modo quotidianum, sed & ad abusum, id est, ad compendium, & quæstum uti potest. Donat. *in Adelph. Act.* 5. *sc.* 8. ad hæc verba: *Huic demus qui fruatur*, id est, qui fructum capiat, non proprietate potiatur. *Fruendum* fundum conducere *l.* 1. *D. si ager vectig.* locum publicum locare *l.* 1. *D. de loc. publ. fruend.* Festus *lib.* 11. Lacus Lucrinus in vectigalibus primus locatur *fruendus* omnium gratia. *Frui* pecunia l. 16. *D. quand. dies leg.* Sed & cum accusativo hoc verbum construi videmus in *l.* 2. *C. Theod. de veteran.* Ubi Integra beneficia perfruantur. Item in *l.* 1. *C. Th. de matern. bonis.* Potestas & jus fruendi res liberorum suorum. Veteres enim verbum *frui* seu, ut loquuntur, fruisci accusandi casui junxisse Nonius Marcellus *c.* 2. *num.* 343. & Gellius *lib.* 3. *c.* 12. testantur. Ita Cato apud Gell. *loc. cit.* Si quid est quod utar, utor, si non est, ego sum, cuique per me uti atque frui licet. Et Nonius: Quod magno opere quæsierunt, id fruisci non queunt, Symmach. *lib.* 2. *ep.* 22. Frui agrorum salubritatem; & in *Auctario ep.* 3. Autumni bona raptim fruamur.

FRUMENTARIA arca *l.* 1. *D. de mun. & hon.* Vid. sub voce *arca*. Frumentaria pecunia *l.* 23. *D. de administr. rer. ad civ. pertin.* ratio *l.* 2. §. 2. *D. eod. tit.* tessera *l.* 49. *D. de legat.* 2.

Frumentarii negotiatores *l.* 9. §. 1. *D. de vacat. & excus. mun.* Ab his diversi erant.

Frumentarii milites in cohortes prætorias, urbanasque descripti. Unde passim occurrunt centuriones, decuriones, & decani frumentariorum. Reines. *Class.* 2. *Inscr.* 15. *p.* 35. Eorum primum erat frumentum, & annonam e provinciis in urbem advectam in horrea publica inferre. Postea & in singulis legionibus, & in ipso procinctu eorum cohortes instituebantur, ut annonam, & commeatum ex agris, & provinciis in horrea militaria, vel inde in castra congererent. Cassiodor. 7. *Variar.* 4. Gruter. *p.* DXX. 8. *p.* DXXX. 7. *p.* XXXIII. 7. Postea & aliis adhibiti sunt ministeriis. Nam quidquid in provinciis, vel in ipsa urbe fiebat, explorabant, principibusque nunciabant, eoque fine cursu publico utebantur, & reos, noxiosque perquirebant, & constringebant, & provinciales ad solvenda tributa compellebant. Præter laudatum Reinesium, de iis copiosius egerunt Guid. Pancirol. *ad Notit. Imp. or. c.* 20. Casaub. *ad Script. Hist. Aug.* & Claud. Salmas. ad *eosd. p.* 27. *seq. Hein.* Vid. supra *Agentes in rebus*.

FRUMENTATIO *l.* 12. §. *ult. D. de re milit.*

FRUMENTUM id esse, quod arista se teneat, recte Gallum definisse, censet Paullus *l.* 77. *D. de verb. signif.* Hinc ea adpellatione triticum, & hordeum contineri docet Plin. *lib.* 18. *c.* 7. Idemque *ejusd. libri cap.* 8. alia frumenti genera enumerat.

Frumentum autem viritim publice populo Romano distribuebatur, quod inde publicum adpellatur a Seneca *lib.* 4. *de benef. c.* 28. Frumentum publicum tam fur, quam perjurus, & adulter, accipiunt, & sine delectu morum, quisquis civis est. Idem *lib.* 1. *de brev. vitæ.* Quem tunc animum habuerunt illi, quibus erat mandata frumenti publici cura?

Frumentum æneum. Vid. supra art *æneum*.

FRUSTRA, supervacuo, non necessario *l.* 1. §. 8 *D. de dot. prælег. l.* 3. *D. quand. dies leg. l.* 31. *D. de evict. l.* 3. §. *ult. D. de hered. inst.* & passim.

Frustra aliquando est inaniter, nulliter, & sine effectu. Ut *l.* 22. *D. solut. matrim. l.* 1. §. 1. *D. quand. adpell.* & aliis multis locis.

FRUSTRARI, morari, tergiversari, cunctari *l.* 2. §. 22. *D. de SC. Tertull. l.* 233. *D. de verb. signif. l.* 4. *D. de adpell. recip.* Hirtius *de bell. Alexandr. cap.* 71. *Pharnaces lentius agere, diem postulare, longiores pactiones interponere, in summa frustrari cœpit.* Proinde frustrari dicuntur, qui qualibet tergiversatione, ac sollertia efficiunt, ne cum ipsis agi, vel ad exitum controversia deduci possit *l.* 24. *l.* 25. *D. ex quib. caus. major. l. ult. D. de procur.*

FRUSTRATIO pro mora *l.* 89. *D. ad Leg. Falcid. l.* 3. §. *ult. D. de usur. l.* 37. *D. mand. l.* 5. §. 20. *D. ut in possess. legat.* Sine dolo malo, & frustratione *l.* 9. *D. commun. divid.* Et sic in §. 3. *& seq. Inst. de offic. jud.* id est, ut Theophilus rem exprimit ἄνευ ὑπερθέσεως.

FRUSTRATOR, qui judicium subterfugit, vel ei deest *l.* 31. §. 2. *D. de negot. gest. l.* 7. *C. de fruct. & lit. expens.* item qui tergiversationibus exsequutionem rei judicatæ remoratur *l.* 7. *C. de exsequut. rei jud.*

Frustrator etiam pro moroso debitore *l. ult.* §. *ult. D. de vi & vi arm.*

FRUSTRATORIA morandi caussa adpellatio *l.* 4. *D. de usur.*

FUCARE purpura *l.* 1. *C. quæ res ven. non poss.* id est, tingere, colorare.

FUCUS *l. ult.* §. 7. *D. de publican.* Guid. Pancirol. *lib.* 2. *var. c.* 110. ostendit, ibi intelligi colorem spurium, quo vellera in purpuræ similitudinem tingebant, de quo Plin. *lib.* 9. *c.* 38. quam fraudem basiaram cohiberi animadvertimus *l.* 1. *C. quæ res ven. non poss.* Hein.

Fucus muliebris *c. fucare de consecr. dist.* 5. Imp. Arcad. & Honor. in *l.* 17. *C. Th. de pœn.* Simulacra tam ex ære, quam ex marmore, seu ex *fucis*, quam ex quacumque materia, quæ apta est effingendis: Nazarius *Panegyr. c.* 12. *Aboleri hic vultus non potest, universorum pectoribus infixus est, nec commendatione ceræ, aut pigmentorum fucis renidet.* Male itaque, qui *ex fusis* reponunt.

FUFIDIUS jurisconsultus citatur *l. ult. D. de manum.*

num. vind. l. 5. D. de aur. arg. leg. l. 23. D. de reb. auct. jud. possid. Hujus memoriam primus restituit Jac. Cujac. *lib.* 1. *obs. c.* 9. & *lib.* 2. *c.* 40. cui tamen vix adsentiendum, dum eum libera adhuc republica floruisse, eumdemque esse putat cum L. Fufidio, cujus meminit Cicero *in Bruto c.* 29. & cui M. Scaurum inscripsisse libros 3. de vita sua, refert Plin. *lib.* 33. *cap.* 1. Nam in *l.* 5. *D. de aur. arg. leg.* Fufidius noster laudat Atticilinum, cui cum Proculo litterarum commercium fuisse ex *l.* 18. *D. de pact. dotal.* constat. *Hein.*

FUGA, ut Donat *in* 2. *Æn.* tradit, properantium iter a veteribus adpellabatur. Hinc *fuga* ejus, qui sub custodia, vel in carcere est *l.* 13. §. 5. *D. de re milit.* servi, qui a domino aufugit *l.* 7. *D. de Ædil. edict.*

Fuga pro servo fugitivo. Sic *fugam* vendere dicebatur, qui servos in fuga constitutos vendebant. Quod SCo prohibitum erat. Qui vero absentes servos vendebant, aut etiam fugitivos quærere, & distrahi mandabant, in SCo quasi fugæ venditores non committebant *l.* 2. §. 1. *&* §. 3. *D. de Leg. Fab. de plag. l.* 6. *C. eod. tit. l.* 3. *D. de contr. emt.*

Fuga pro exsilio *l.* 4. §. 4. *D. de re milit. l.* 5. *D. de interd. & releg.* & apud Cic. *de orat. lib.* 3. *c.* 3. Plane Ovidius *lib.* 1. *trist. Eleg.* 3. & *lib.* 2. *Eleg.* 1. item *lib.* 5. *Eleg.* 13. ut & *lib.* 1. *ex Ponto Eleg.* 5. relegationem suam *fugam* adpellat, eodemque modo Dio *lib.* 45. φυγὴν usurpat. Lata *fuga*, ut omnium locorum interdicatur, præter certum locum *l.* 5. *D. de interdict. & releg.*

FUGERE judicem pro detrectare, & recusare apud Liv. *lib.* 9. *c.* 1. Sic & *fugere* judicium idem *lib.* 8. *c.* 33.

FUGITIVARIUS, qui fugitivos servos persequitur, & reducit *l.* 18. *D. de præscr. verb.* Vid. Cujac. 5. *obs.* 8. vel qui dominis indicat, ubi fugitivi celentur, ut *l.* 19. *D. eod. tit.* & *l.* 1. *C. Th. si vag. per mancip. &* apud Varron. *de re rust. lib.* 1. *c.* 14. Flor. *lib.* 3. *c.* 19.

FUGITIVUS servus *leg.* 3. *D. de offic. præt.* Eum Ofilius definiebat eum esse, qui extra domini domum, fugæ caussa, quo se a domino celaret, manserit: Coelius eum, qui ea mente discesserit, ut ne ad dominum rediret: Vivianus fugitivum fere ab animi adfectu intelligendum esse non utique a fuga *l.* 17. *pr. &* §. *seq. D. de Ædil. edict.* Tryphoninus vero fugitivum esse non eum, qui solum consilium fugiendi a domino susceperit, licet id se facturum jactaverit, sed qui ipso facto fugæ initium mente deduxerit *l.* 225. *D. de verb. signif.* Vid. & *l.* 43. §. 1. *D. de Ædil. edict.* Fugitivum accipe, & si quis erro sit *l.* 1. §. 5. *D. de fugit. De fugitivis* autem vide *l.* 13. *D. de adquir. poss. l.* 2. *D. de furt. l.* 42. *D. de pecul. l.* 11. *D. de reb. cred. l.* 20. *D. de solut. l.* 22. §. 9. *D. mandat. l.* 12. §. 1. *D. de usufr. l.* 2. *D. de Leg. Fab. de plagiar. l.* 15. *D. de præscr. verb.* Fugitivi ad barbaros transeuntes deprehensi pede amputato debilitari jubentur *l.* 3. *C. de serv. fugit.* ut qua corporis parte peccassent, eadem & mulctarentur. De quo more puniendi veterum vid. Cujac. 7. *obs.* 13. & Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 32.

FULCIMENTUM, fulcrum *l.* 1. §. 2. *D. de instr. vel instr. leg.*

FULCINIUS, Jurisconsultus, laudatur *l.* 7. *D. quib. ex caus. in possess. eat. l.* 29. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 8. *D. de vi & vi arm. l.* 13. *D. de cond. furt. l.* 3. §. *ult. l.* 6. *D. de act. rer. amot.* Prænomen habuit Prisci. Ejus ætatem vero primus expedivit Guil. Grot. *de vit. ictor. lib.* 2. *c.* 5. §. 5. Post Labeonem eum vixisse, patet ex *l.* 69. §. 2. *D. de legat.* 1. ante Trajanum vero jam scriptis claruisse, ex eo intelligitur, quod Neratius ad Fulcinium notasse legitur *l.* 43. *D. de mort. causs. don.* Immo & ante Proculum floruisse, indicare videtur *l.* 3. §. *ult.* D. *de act. rer. amot.* ut adeo primo sæculo Christiano eum vixisse, satis constet. *Hein.*

FULGOR, pro fulgure, & utrumque pro fulmine, vel κεραυνοβολία in *l.* 1. *C. Th. de pagan.*

FULLO est, qui polienda, curanda, lavanda vestimenta accipit *l.* 2. *D. de condict. sin. caus.* De fullonibus eorumque arte, & fullonicis officinis pleraque collegit Coler. *Parerg. c.* 14.

FULLONICA *l.* 3. *D. de aqu. & aqu. pluv.* officina fullonum. Aliquando est ipsa fullonum ars, ut apud Plaut. *Asinar. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 47. Si non didicisti *fullonicam.* Fullonica meritoria *l.* 13. §. *ult. D. de usufr.*

FUNCTIO, tribuitur rei dotali, quamdiu ea maritus fruitur ad ferenda matrimonii onera. Paull. 1. *Sent.* 1. §. 6.

Functionem res in suo genere recipere, idem Paullus *l.* 2. §. 1. D. *de reb. cred.* scribit, quæ, ut alias idem ipse auctor loquitur, mutua vice funguntur, & tantumdem præstant *l.* 6. D. *eod. tit.* vel ut alibi dicitur, quæ communi specie continentur, aut ut Papinianus loquitur in *l.* 51. *D. de legat.* 1. quæ permutationem recipiunt. Nam his rebus, quæ usu consumuntur ac pereunt, quo inter homines communicari possent, ea est tributa natura, ut communi quasi specie contineantur, permutationemque in suo genere recipiant, ac alterius vicem ac potestatem altera omni modo expleat. Hujus vero vocabuli vim ac potestatem operose enucleavit Jac. Gothofr. *dissertatione singulari de functione & æqualitate in mutuo ad l.* 2. *D. de reb. cred.*

Functio pro tributorum exactione, ceu exponit Palæmon. in glossis. Ac plane in constitutionibus Impp. contributiones, collationes, pensitationesque publicæ functiones vocantur *l.* 4. *Cod. de donat. l.* 3. *C. de apoch. publ. l.* 2. *C. de prætor. & bon. prætur.* Hinc *functiones* tributariæ apud Sidon. Apollin. *lib.* 7. *epist.* 9.

FUNDUS integrum aliquid est, agrumque cum ædi-

ædificio & villa significat *l. 60. l. 211. D. de verb. signif.* ab eo, quod, quemadmodum Varro *lib. 4. de ling. lat.* & Serv. *lib. 2. Georg. v. 468.* scribunt, fundat quotannis multa, pecuniæque sit, & pecudum fundamentum. Unde Plaut. in *Truculent. Act. 4. sc. 2. v. 15.* Nunc, ait, is est fundus nobis. Eurychus quoque *lib. 2. de discern. conjugat.* Unde *fundus* nomen, id est, ager derivatur, quod fundit nobis fructus. Festus autem *lib. 6.* hujus adpellationis originem aliunde ducit. Ait enim, agrum inde *fundum* dici, quod planus sit ad similitudinem fundi vasorum. Dicimus enim scyphi & vasis fundum *l. 23. §. 2. D. de rei vind. l. 26. §. 1. D. de adquir rer. dom.* Utrumvis probemus, illud ex nostris auctoribus constat, *fundum* duobus constare *agro*, & *villa* *l. 81. §. 3. D. de legat. 1. l. 35. D. de usufr. leg. l. 9. D. de servit. l. 17. §. 3. D. de Ædil. edict.* Ideoque *villa fundi* pars, atque accessio adpellatur *l. 8. D. quib. mod. usufr. amitt. l. 15. §. ult. D. de instr. vel instr. leg.* Porro vel modicus locus *fundus* dici potest, si eum fundi animo habuerimus. Constitutione enim & destinatione nostra fundi efficiuntur *l. 60. D. de verb. signif. l. 24. §. pen. D. de legat. 1.*

Fundis autem nomina ex dominorum, possessorumque nominibus imposita sunt. Proinde privati juris *fundorum* hæc in libris nostris nomina memorantur, *Fundus* Botrojanus *l. 13. D. comm. præd.* Cornelianus *l. 87. D. ad Leg. falcid.* Gargilianus *leg. 41. §. 3. D. de legat. 3.* Geronianus *l. 13. D. comm. præd.* Julianus *l. 93. §. ult. D. de legat. 3.* Mævianus aut Seianus *l. 1. D. de reb. dub.* Sempronianus *l. 34. D. de adquir. possess.* Sosianus *l. 105. D. de cond. & dem.* Speratianus *l. 19. D. de ann. legat.* Sutrinus *l. 35. D. de servit. præd. rust.* Titianus *leg. 35. D. de hered. inst.* Aliquando tamen fundis a situ, vel conditione nomen hæsit. Sic *Fundus* Albanus, qui principalibus usibus deservit *l. 39. §. ult. D. de legat. 1.* Italicus, seu stipendiarius *l. 3. C. Th. de donat.* Tusculanus *l. 74. 75. §. ult. D. de verb. obl.* Sed & aliis variis epithetis distinguuntur *fundi*. Memorantur enim Emphyteuticarii *l. 1. C. Th. comm. divid.* liberi, & servi *l. 20. D. de adquir. rer. dom.* fiscales *l. 9. §. ult. D. de publican.* patrimoniales *l. 1. 2. C. Th. de donat. conlat.* patrimonalis juris, atque emphyteutici *l. 17. C. Th. de extraord. siv. sord.* perpetuarii rei privatæ *l. 14. C. Th. de tiron.*

FUNERARE mortuos *l. 14. §. 13. D. de religios.* Funerari *l. 8. D. de sepulcr. viol. l. ult. D. de aur. arg. leg.*

FUNERARIA actio dicitur, quæ de impensis funeris caussa factis datur *l. 14. §. 6. l. 16. in fin. l. 21. 31. §. 1. l. 32. D. de religios. l. 17. D. de reb. auct. jur. poss.*

Funerarium privilegium *l. ult. D. de religios.*

FUNERATITIA actio, funeraria *l. 30. D. de religios.*

FUNESTA familia, quæ mortuum luget *l. 28. §. ult. l. ult. D. de stip. serv.* Cic. *lib. 2. de legib. c. 22.* Scribit autem Varro *lib. 4. de ling. lat.* Quamdiu in sepulcrum defuncti gleba adjecta non esset, aut os mortui ad familiam expurgandam exceptum esset, tamdiu funestam mansisse.

FUNESTARE se secundis nuptiis *l. 3. §. 1. C. de secund. nuptiis* nuptiis incesti conjugii *l. 8. pr. C. eod. tit.*

Funestari sacra dicebantur, quæ funeribus illatis polluebantur. Paul. 1. *Cent.* 21. §. 1.

FUNGI pignoribus in vicem satisdationis, id est, loco fidejussorum pignora præstare *l. 7. D. de prætor. stipul.*

Fungi, id est, officium suum præstare, dotem, quæ in matrimonium datur, dicit Ulpian. *6. fragm.* §. 11.

Fungi munere Falcidiæ fideicommissum dicitur, quod Falcidiam patitur *l. 77. §. 1. D. de legat. 2.* *Fungi* enim aliquando est pati, & apud Lucretium, cui id verbum familiare est, *facere* & *fungi* opponuntur, ut *lib. 1. de rer. nat. v. 640. seq.* Præterea (ait) per se quodcumque erit, aut facit quid, aut aliis fungi debebit, agentibus ipsum, Aut erit, ut possint in eo res esse, gerique. At facere, & *fungi* sine corpore nulla potest res. Idem *lib. 3. v. 434. seq.* Corpus enim, magis his vitiis adfine, laborant, & mala multa animus contage *fungitur* ejus. Adde *v. 815.* & *lib. 5. v. 359.* Eodem significatu vocem hanc reponendam suspicatur Gronov. *in* Senec. *lib. 2. de ira c. 28.* *Utique aliqua fugiendum est, domicilium putre sortitis.* Legendum enim putat *fungendum*. Sed si omnino aliter ejus lectio constituenda est, facilior longe est, minusque incommodi habere videtur aliorum emendatio, qui pro *aliqua* substituunt *aliquo*.

FUNUS ducere *l. 14. §. 2. D. de religios. l. 2. D. de in jus voc.* *Funus* autem generalius est, quam exequiæ; est enim tota pompa tam domestica, quam extrinseca, exequiæ vero tantum in via, cum funus procedit. *Funus* quoque proprie dicitur cadaver jam ardens, vel incensum, exequiæ dum portatur, reliquiæ jam crematum, & bustum; Conditum vero jam sepultum. *Funerum* sumtus. Vid. *sumptus*.

FUR est, qui dolo malo rem alienam contrectat. Paull. 2. *Sent.* 32. §. 1. & *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 6. §. 5.* Furem non esse, qui dicit, (quod in venditionibus servorum promitti moris erat) de animo hominis, propositoque loquitur. At qui *furto, noxaque* solutum dicit, nemini obligatum furti promittit *l. 174. D. de verb. signif.* Furem, ait Tryphoninus in *l. 1. §. 34. D. de vi & vi arm.* ex animi propositione sola dicere qui possit etiam eum, qui numquam alienam rem invito domino subtraxerit, si modo ejus mentio fit, ut occasione data id commissurus fuerit. *Fur* balnearius *rubr. D. de fur. baln. Collat. Leg. Mos. & Dom. tit. 7. §. 4.* Catullus *in Epigr.* cujus initium est, o furum optime balneariorum, *prædones lavantium*

tium vocat. Tertull. *Apologet. c.* 44. idemque auctor in libro *de fuga in persequut. cap.* 13. fures balnearum adpellat. Hos cur ceteris furibus acerbius veteres plecterent, exponit Aristoteles in *Problemat. Sect.* 29. Ceterum quidquid de his furibus balneariis dici poterat, id omne plena manu sevit Jan. Langl. *Otii Semestr. lib.* 7. *cap.* 2. Hein.

FURCA, (quod pœnæ suppliciique genus antiquitus receptum fuit) memoratur in *l.* 9. §. 11. *l.* 28. §. 25. *l.* 38. §. 2. D. *de pœn. l.* 6. D. *ad leg. jul. pecul. l.* 3. §. 10. D. *de re milit.* Isidor. *lib.* 5. *c.* 28. Furcam patibulum dici, eo quod ferat caput, suspensumque, & strangulatum statim exanimet, tradit. Furcam vero illam, quam servi pro pœna circumferre cogebantur, belle Plutarchus *in Coriolan. p.* 225. & Dionys. Halicarn. *lib.* 7. *pag.* 473. depingunt.

FURERE, i. e. furore vexari, vel torqueri *l.* 3. D. *de rit. nupt.* ubi *furere*, & *sapere* opponuntur. Ideoque *furere desierit*, & *sapere cœperit* idem valent *l.* 10. §. 1. D. *de testam. tut.*

FURIA lex testamentaria, quæ plus, quam assium mille legatum mortis caussa prohibet capere, præter exceptas personas. Ulpian. *Regul. tit.* 1. §. 2. Quo exceptarum personarum numero fuisse cognatos manumissoris, ait idem Ulpian. *tit.* 28. §. 7.

Vix tamen credibile est, legem *Furiam* mille assium meminisse, quamvis eamdem loquutionem habeat fragmentum ex Varronis *lib.* 3. *de vet. pop. Rom.* apud Culpurn. Pison. *de contin. vet. poetar.* quod ideo suspectum habet Car. Hann. Fabrot. *ad pr. Inst. de leg. Falc.* Procul dubio in lege scriptum fuerat *mille æris.* Cujac. 19. *ob.* 31. Schulting. *jurisp. antejust. p.* 562. Dubium porro est, an *Furiæ* leges, quas Cic. *in Verr.* 1. *c.* 42. memorat, ad nostram pertineant, quum Atiniis & Fusiis jungantur. Contra certum est, legis nostræ sub nomine *legis C. Furii de testamentis* mentionem facere eumdem Cic. *pro Balbo c.* 8.

FURIALES animi *l.* 12. *C. Th. de episc. & cler.*

FURIOSUS a demente, & *furor* a dementia fere semper in jure nostro separantur *l.* 2. D. *de inoff. testam. l.* 27. §. 5. D. *de recept. arb. l.* 6. D. *de curat. furios.* §. 3. & §. 4. *Inst. de curat. l.* 8. §. 1. D. *de tut. dat. l. ult.* §. 1. *C. de administr. tut.* Et quidem *furiosus* etiam demens, & in eo conveniunt, quod neuter sanæ mentis sit *d. l.* 2. D. *de inoff. test.* Sed hoc peculiare habent, quod furiosus rabie animi agitetur, sæpe cum intervallis, mente captus cæcitate quieta, sed continua laboret. Huber. *prælect. ad Inst. Tit. de curat.* §. 7. Furiosorum autem alii continua mentis alienatione omni intellectu carent *l.* 14. D. *de offic. Præs.* & hi sunt, quos *perpetuo furiosos* vocat *l.* 12. §. 2. D. *de judic.* quorum morbus perpetuus est *l.* 22. §. 7. D. *sol. matr.* Alii intervallis quibusdam mente saniore sunt, eorumque furor intervallum habere dicitur *d. l.* 22. §. 7. Cujusmodi sunt, quos Ulpianus intermissionem habere, Cajus intervalla insaniæ habere, scribunt *l.* 20. §. 4. D. *qui test. fac. poss.* Cajus *Inst. lib.* 2. *tit.* 2. §. 3. *l.* 6. *C. de curat. furios.* Et ita furiosi inducias, & dilucida intervalla intelligimus *l.* 9. *C. qui testam. fac. poss.* & intermissionem in *l.* 2. *C. de contrah. emt.* Furiosus, in conspectu inumbratæ quietis constitutus, memoratur in *l.* 18. §. 1. D. *de adquir. possess.*

FURIUS Anthianus Ictus, de quo supra art. *Anthianus.*

FURNARIUS, qui furnum curat *l.* 24. §. 7. D. *de damn. infect.* Furnariam exercere dixit Suet. *Vitell. c.* 2.

FUROR a Cic. *Tuscul. lib.* 3. *c.* 5. definitur mentis ad omnia cæcitas, & majus aliquid, quam insania. Ideoque non est in XII. Tabulis scriptum: *Si insanus*, sed si *furiosus*. At dementia, licet sanitate & integritate mentis careat, mediocritatem tamen officiorum, & vitæ cultum communem tuetur. Ratio autem si quæratur, cur furiosis tantum, non mente captis, curator Lege decemvirali sit datus, sed hi perinde ut mutus & surdus, magistratui relinquuntur? Resp. opus, esse cognitione, an non ipse qui male sanus dicitur, qualitercumque suis rebus sufficiat.

FURTIM, i. e. clam. *l.* 31. D. *de obl. & act. l.* 8. *C. Th. de contr. emt.*

FURTIVE ingredi possessionem *l.* 6. D. *de adquir. poss.*

FURTIVUM, quod est furto subreptum *l.* 4. D. *pro soc. l.* 37. §. 2. D. *de adquir. rer. dom.*

Furtivum est etiam clandestinum, vel latens. Sic Furtivi aquarum meatus *l.* 7. *C. Th. de aquæduct.*

FURTUM est contrectatio fraudulosa rei alienæ, vel usus ejus, possessionisve lucri faciendi caussa facta. Nec enim aliter furtum committitur, quam si contrectatio, & animus, atque adfectus furandi interveniat, & contra voluntatem domini res contrectetur. Furtum autem vel a *furvo*, id est, nigro, dictum est, quod clam & obscuro fiat, vel a ferendo, vel Græco sermone, qui φῶρας fures adpellat *l.* 1. D. *de furt.* Gell. *lib.* 1. *c.* 18. Serv. *in Georg. lib.* 3. *vers.* 407. Non. Marcell. & Palæmon. *in Glofs.* *Fur* a *furvo*, id est, fusco dictus. Nam noctis utitur tempore. Vid. Menag. *Amœn. jur. c.* 39.

Quamvis vero *furtum* proprie fiat rerum mobilium, veteres tamen, & in re immobili furtum fieri existimabant. Gell. *lib.* 11. *tit.* 18. Plin. *lib.* 2. *c.* 68. Sed teste Cajo, abolita est hæc veterum quorumdam sententia, existimantium, etiam fundi, locive furtum fieri, quippe qui loco non moventur. Vid. Gronov. *lib.* 1. *obs. c.* 4. *p.* 42. *seq.* Hein.

Furtorum vero genera sunt sex *manifesti*, *nec manifesti*, *concepti*, *oblati*, *prohibiti*, & non *exhibiti*, quorum verborum explicationem pete ex Justiniano §. 4. *Inst. de oblig. quæ ex delict. l.* 2. *l.* 3. *l.* 5. *l.* 8. D. *de furt.* & Paull. 2. *Sent. tit.* 31. §. 2. Vide suis locis.

Furtum pro re furtiva *l.* 36. D. *de condict. indeb. l.* 9. §. 6. D. *de pecul.* Immo, ubicumque furti concepti,

cepti, oblati, prohibiti, & non exhibiti fit mentio, ibi furtum pro re furtiva accipitur.

FUSCIANUS. Fuscii *Fusciani*, Numidæ Legati, & constitutionis cujusdam Divi Pii ad eum missæ meminit *l. 7. D. de legat. præst. contr. bon. poss.* Num forte sub eo nomine latitat Tuscianus, jurisconsultus, Javoleni auditor, de quo *l. 2. §. ult. D. de orig. jur.* Nondum liquet. *Hein.*

FUSCINA, instrumentum piscatorium, quod instrumento piscatoris legato, deberi observat Paull. 3. *Sent. 6. §. 66.* quum non exprimantur *l. 7. §. 1. D. de instr. vel instr. leg.* Ejusdem instrumenti meminit Cic. 1. *De nat. Deor. 36.* Hein.

FUSIA *Caninia* lex in inscriptionibus *l. 37. D. de condict. & dem. l. 215. D. de verb. signif. rubr. & tit. Inst. & C. de leg. fus. canin.* memoratur. Constitutus ea erat modus servorum, qui possent testamento manumitti. Quæ res plane explicatur a Caio 1. *Inst. tit. 2. pr.* brevius ab Ulpiano 1. *fragm.* §. 24. Alia etiam hujus Legis capita perstringit Paull. 4. *Sent.* 4. §. 1. *seq.* Meminit & hujus legis Vopiscus *in vita Taciti Imp. c.* 10. Sublata est ea lex a Justiniano *tit. Inst. & C. de leg. Fusia Canin. toll.*

FUSIO numi, i. e. numorum fabrica *l. 2. C. Th. de fals. monet.*

Fusiones alio sensu in *l. 27. §. 3. D. de usufr.* pro functionibus, & illationibus publicis accipiuntur. Vei. Glossar. *fusio* νλιςμος, εισφορα δημοσιων. *Fusiones*, νλισμαι, συντελειαι, εισφοραι. In *l. 6. Cod. Th. de indulg. deb.* hæc verba pronuntur: Usque in initium *fusionis* quintæ universa reliqua, quæ tam ad arca sublimium potestatum, quam ad largitiones pertineat, relaxari præcipimus.

FUSORES inter artifices recensentur in notitia subjecta *l. 2. C. de excus. artif.*

FUSTIS, bacillus, quo latera tundi solebant. Hinc quod Eutrop. *lib. 1. de gest. Rom. c. 11.* Tarquinium Superbum *fustes excogitasse*, scribit, hoc Suidas in verbo Σουπερβος ita effert: μαστιγας ξυλινους πλοκας. Isidor. *lib. 5. etym. c. 27.* Fustes interpretatur, *quibus juvenes pro criminibus feriuntur, dictos ab eo, quod præfixi in fossis stent, quos palos rustici vocant.* Ex quibus caussis liber *fustibus* cæditur, ex his servus *flagellis* cædi jubetur *l. 10. D. de pœn.* Fustium enim ictus a *flagellorum*, quæ atrociora verbera, castigatione separatur, leviorque multo est fustium, quam flagellorum pœna *d. l. 10. D. de pœn. l. ult. D. de in jur.* Ac fustibus quidem liberi dumtaxat, & hi quidem tenuiores subjiciebantur, servi flagellis coercebantur *l. 22. §. 22. D. de pœn.* Sane & *fustes* in armis, & telis numerantur *l. 54. §. 2. D. de furt.* Ulpianus in *l. 3. §. 2. D. de vi & vi arm.* Arma, inquit, sunt omnia tela, hoc est, & fustes & lapides. Et mox: Plane si & unus, vel alter fustem, vel gladium tenuit. Sic *fustibus repellere*, & fustibus de fundo præcipitem agere dixit Cic. *pro Cæcin. c.* 21. & 4. *Verrin. c.* 43. Hirt. *Bell. Afr. c.* 77. Lapidibus, fustibusque equites repulerunt.

Fustibus, id est, baculis ligneis equos publico cursui destinatos agitari, vetant Impp. in *l. 1. C. de curs. publ.*

FUSTUARIUM supplicium pro fustium ictu Papinian. *Resp. tit. 6.* 13. 20. Veteres sine substantivo dixere *fustuarium*, Cic. *Philip. 3. c. 6.* Liv. *lib. 5. c. 6.* idque supplicium, militare inprimis, in eo consistit, ut reus ad mortem usque fustibus cæderetur. Jac. Nic. Loens. *Miscell. Epiphill.* 1. 19. Lips. *de milit. Rom. lib. 5. dial.* 18. Dionys. Voss. *ad Vellei. Patercul. lib. 2. Hist. c. 75.* HEIN.

G



G Littera aliquando pro *c.* posita. Hinc in Pandectis fere semper *Gaius* pro *Caius* scribitur. Immo in marmoribus legimus egloge, illigi, frugtuosus, & similia Reines. *Class.* 10. *Inscr.* 1. *n.* 181.

GABELLA odiosa est, & jussu Regis solum imponi potest, non debetur pro mercibus, quando vi ventorum navis in aliquem portum impellitur. *Bart. l. 1. cod. de naufrag. lib.* 11. neque de animalibus, quæ incursu hostium, aut latronum timore introducuntur etiam de territorio alieno *l. 1. §. si propter* neque urgente fame *Felin. in c. significavit. n. 7. de jud.* Gabella quoque non debetur pro rebus, quæ pro usu proprio cujuslibet privati vehuntur *l. Universis c. de Vectig. & commis.* regulariter jure communi non est solvenda gabella de his, quæ pro victu portantur, neque pro sale jure communi est cognita gabella. *Bald. consil.* 241. *lib.* 4. Gabella non debetur, neque pœna ab eo, qui simplicitate, vel errore facit. *Marsil. consil.* 77. *n.* 22. Gabella proprie solvitur pro rebus ingredientibus, & exeuntibus in numero, pondere, aut mensura, aut per territorium transeuntibus. *Bertrah. de Gabellis in princip. n.* 5. Gabellæ de regalibus sunt, & soli Principi reservatæ. *Card. Tuscus Conclus.* 81. *verbo regalia.* Gabella non debet esse barbarica, nec excedere tertiam octavæ partis. *Valle consil.* 31. *n.* 44. A Gabellæ solutione excluduntur Episcopi, & clerici pro rebus ad suum usum necessariis, bona ecclesiastica a Gabella immunia sunt. *Abbas in c. ex literis n.* 10. *de vita & honest. cleric.* nisi esset imposita pro oneribus, ad quæ tenetur ecclesia. *Abbas in c. non minus de immunit. eccles.* nec qui bona sua vendidit, reservato dominio, donec de pretio satisfaciat. *Bald. in rubrica c. de action. emt. q.* 13. nec Princeps, nec Fiscus Gabellam solvere tenentur *l. 9. §. fiscus D. de publican.* Gabellæ non solutæ pœna est rei amiss.

amissio, at si nulla fuit venditio locum non habet. *Bart. in l. fin. §. sin autem sub conditione C. commun. de legat.* D. GIRON.

GADES in *l.* 12. §. 1. *D. de legat.* 1. insula Oceani, in capite Boeticæ, ab ostio freti passus LXXV. millia, quemadmodum Plin. *lib.* 4. *cap.* 22. scribit. Γαδειρα vocat Strabo *lib.* 2. *Geogr. p.* 191. & *lib.* 3. *p.* 206. Stephanus *de urbibus p.* 255. *edit.* Berkl. sic απο της γης, και δειρα dictam ait.

At verius est, Punicum esse hujus urbis nomen, ceu jam Plin. *lib.* 4. *c.* 22. Solyn. Polihist. *c.* 23. & Hesychius in Γαδειρα observarunt. Adde Bochart. in Chanaan *lib.* 1. *cap.* 34. *pag.* 607. *Tom. I. op.* Hein.

GADITANORUM autem mœnia, delubra, agros, Herculem itinerum, & laborum terminum esse voluisse, Cic. *pro Cornel. Balbo c.* 17. scribit, Ac plane Strabo *lib.* 3. *p.* 259. quosdam existimasse, ait, Herculis columnas dictas. Unde & Gades terrarum finem vocat Sil. Italicus *lib.* 17. Illic itaque celeberrimum Herculis fanum Testis Pompon. Mela, qui *lib.* 3. *c.* 6. de hac eadem insula agens, ferre eam ait in altero cornu ejusdem nominis urbem opulentam, in altero templum Aegyptii Herculis, conditoribus, religione, vetustate, opibus illustre Tyrii condidere. Sane a Gaditanis Hercules summa veneratione colebatur, ac proinde inter Deos, qui hæredes institui poterant, Herculem *Gaditanum* ponit Ulpian. *tit.* 22. §. 6.

GAIUS, vel Caius, Jurisconsultus, quem Hadriani temporibus vixisse, ostendit *l.* 7. *D. de reb. dub.* in qua de se ipso hoc ait: *Nostra quidem ætate Serapias Alexandrina mulier ad divum Hadrianum perducta.* Pervenisse tamen ad Antonini Pii tempora aliquando colligitur ex *l.* 42. *D. de don. int. vir. & ux.* Multo diutius, & sub ipso Marco Imp. eum floruisse Huberus *Digress. lib.* 3. *c.* 17. & *lib.* 1. *c. ult.* ejus *Instit.* colligitur, ubi mentio fit curæ adolescentum, quæ in locum tutelæ succedat. Sed id multo liquidius intelligitur ex *l.* 9. *D. ad SC. Tertull. & Orphit.* itemque ex *l.* 90. *D. de condit. & demonstr. l.* 96. *D. de legat.* 3. *l.* 63. §. 5. *D. ad SC. Trebell.* unde constat, Caium demum post Antonini tempora scripsisse libros fideicommissorum, itemque ex 1. §. 2. *D. de hom. qui sui vel al. jur.* ejus institutiones post Antonini Pii mortem prodiisse. Porro tunc demum edidit libros ad legem Jul. & Papiam *l.* 56. *D. de legat.* 2. libros de legatis *l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 1. denique libros ad edictum provinciale *leg.* 31. *D. de jurejur.* in quibus locis omnibus laudatum Imperatorem *Divum* adpellitat. Quin ad Antonini Caracallæ tempora eum advixisse ex *l.* 42. *D. de don. int. vir. & ux.* probatum dedit Franc. Car. Conradi in *Act. Erudit. Lips.* 1727. *pag.* 59. *seq.* quia ibi mentio fit SC. de donationibus inter virum & uxorem M. Numio Albino, & Fulvio Aemiliano Coss. facti anno ab V. C. 959. Nec obstat sane temporum ratio, quo minus is, qui anno illo adhuc vixit, puer videre potuerit Hadrianum Imperatorem, si statuamus eum octogenario proximum fuisse. *Hein.*

Caius autem hic, ut ex indice Pandectis Florentinis præmisso, & ex inscriptionibus legum, quæ in nostris libris exstant, patet, ad LL. XII. Tabularum libros 6. scripserat qui in indice Δωδεκαδελτ. β βιβλια ς vocantur; ad leges, seu ad legem Juliam, & Papiam *libros* 15. Ad Edictum Prætoris Urbani, seu urbicum *libros* 10. titulis, seu capitibus distinctos in hunc modum: Ad Edictum prætoris Urbani titulo de prædiatoribus, titulo de publicanis, titulo de liberali caussa, titulo aquæ pluviæ arcendæ, titulo de damno infecto, titulo de re judicata, titulo de operis novi nunciatione, titulo qui neque sequantur, neque ducantur, titulo de testamentis, titulo de legatis. Item ad Edictum provinciale *libros* 32. Aureorum, seu rerum quotidianarum libros 7. De verborum obligationibus *libr.* 3. Regularum *libros* totidem, Fideicommissorum *libros* 2. Præterea libros singulares ad Edictum Aedilium curulium, ad legem Gliciam, ad SC. Tertullianum, ad SC. Orphitianum de casibus, de tacitis fideicommissis, dotalitiorum, ad formulam hypothecariam, seu de formula hypothecaria. Ex hujus potissimum Gaii commentariis tam *Institutionum*, quam *rerum quotidianarum* Institutiones compositas, profitetur ipsemet Justinianus §. 6. *proœm. Inst.*

Ibi Justinianus eum vocat Caium *suum* æque ac §. 5. *Inst. de publ. judic. & Constit. omnem reipublicæ* §. 1. *ad antecess.* Ex eo vero elogio quam male nonnulli colligant, eum vel sub Justiniano floruisse, vel Christianam fidem professum, aut certe ejusdem cum Imperatore nationis fuisse, ostenderunt Menag. *Amœnit. jur. c.* 43. & Ev. Otto *præfat. Tom.* 1. *Thesaur. jur.* Hein.

Gaium Seium inter κοινα ονοματα, quibus Icti in exemplis utuntur, ponit Plutarchus εν αιτιοις, seu *quæst. Rom.* 28. *p.* 271. Ita ut *Gaius Seius*, ita *Gaia Seia l.* 63. §. 1. *D. de evict.*

Gaius Julius Cæsar, vid. supra sub *Cæsar.*

Gaius Juventius Ictus e Q. Mucii auditoribus unus *l.* 2. §. 42. *D. de orig. jur.* De eo altum ubique silentium, nisi eum eumdem suspicari velimus cum T. Juventio, quem nimis quidem lentum in dicendo, & pæne frigidum, sed & callidum, & in capiendo adversario versutum, & præterea nec indoctum, & magna cum juris civilis intelligentia, laudat Cicero *in Brut. c.* 48. Hein.

GALATIA *l.* 35. §. 1. *D. de legat.* regio minor is Asiæ, quæ agros majori ex parte Phrygiæ tenet, caputque ejus quondam Gordium, ut ait Plin. *lib.* 5. *c. ult.* Stephan. *de urbib. p.* 259. Γαλαται προς νοτον της Παφλαγονιν, απο των εν τη Κελτικη Γαλατων,

λατων, οι πλανηθεντες πολυν χρονον, και καταλαβοντες την χωραν ουτως ωνομασαν. *Galatæ* Paphlagonibus ſunt ad auſtrum, ſic dicti a Gallis Celticis, qui diutiſſime vagati, poſtquam hanc regionem occcupaſſent, eam ſic adpellarent. D. Hieronym. in *proœm. lib.* 2. *Commentar. ad Epiſt. ad Galat.* & Lactantii tertio ad Probum volumine hæc verba adducit: Gelli antiquitus a candore corporis *Galatæ* nuncupabantur, & Sibylla ſic eos adpellat. Quod ſignificare voluit poeta, quum ait: *Tum lactea colla Auro innectuntur*, quum poſſet dicere *candida*. Hinc utique Galatia provincia, in quam Galli aliquando venientes cum Græcis ſe miſcuere: Unde primum ea regio Gallogræcia, poſt Galatia nominata eſt: Hæc Hieronymus. Quomodo autem Galli, qui duce Brenno in Græciam ſe effuderunt, eam tandem Aſiæ partem occupaverint, docet Liv. *lib.* 37. *c.* 18. & Juſtin. *lib.* 25. *c.* 1. *&* 2. ubi tantus terror Gallici nominis, & armorum invicta felicitas erat, ut aliter neque majeſtatem ſuam tutam, neque amiſſam recuperare ſe poſſe ſine Gallica virtute, arbitrarentur. Itaque in auxilium a Bithyniæ rege invocati, regnum cum eo, parta victoria, diviſerunt, eamque regionem Gallogræciam cognominarunt.

GALBANUM, vel ut in Pandectis ſcribitur, *chalbane* in Amomo, Syriæ monte, ex ferula reſinæ modo ſtillat, de quo Plin. *lib.* 20. *c.* 25. Iſidor. *Etym. lib.* 17. *c.* 9. Galbanum, inquit, genus eſt pigmenti albi, creſcens in monte Amomo Syriæ, alias ſuccus eſt ferulæ. De eo plura Salmaſ. *Exercit. Plin. p.* 1049. *ſeq. Tom.* 2. Hein.

GALEA *l.* 15. §. 1. *D. de milit.* Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* dictam tradit a galero, qua uſi antiqui.

GALLI res extra dotem peculium adpellant *l.* 9. *D. de jur. dot.* Galli Lugdunenſes *l. ult. D. de cenſ.*

GALLICANA lingua *l.* 11. *D. de legat.* 3. Ad eamdem gallicanam linguam pertinent *l.* 9. *D. de jur. dot.* ad quam legem illuſtrandam plura attulit Menag. *Amœn. jur. cap.* 3. *p.* 7. *ſeq.* ubi oſtendit, eam non de Gallis Tranſalpinis, ſed Ciſalpinis, qui lingua latina, ſed non admodum pura utebantur, intelligendum eſſe. *Hein.*

GALLINARUM non eſt fera natura, idque exinde poſſumus intelligere, quod aliæ ſunt gallinæ, quas feras adpellamus *l.* 5. §. 6. *D. de adquir. rer. dom.* Et illas *cohortales* & *ruſticas* Varro *lib.* 3. *de re ruſt. c.* 9. & Columella *lib.* 8. *c.* 2. vocant.

GALLUS Aelius *leg.* 19. *D. de uſur.* Aelius a Cicerone adpellatur *Topic. c.* 2. in locupletis definitione. Ex ipſo *Aelii Galli* libro de verborum, quæ ad jus civile pertinent, ſignificatione, locus unicus in Pandectas relatus eſt, puta *l.* 157. *D. de verb. ſignif.* Vixit tempore Varronis, & Ciceronis, teſte Gellio *lib.* 10. *c.* 22. *Hein.* Vid. ſupra art. *Aelius.*

Galius C. Aquilius, Juriſconſultus, Gallus vocatur in *l.* 6. §. 2. *D. ſi ſerv. vind. l.* 27. *l.* 127. *D. de legat.* 1. *l.* 7. §. 4. *D. quod vi aut cl. l.* 29. *D. de lib. & poſtum. l.* 32. §. *D. de aur. arg. leg. l.* 77. *D. de verb. ſignif.* At apud Cic. *Topic. c.* 7. & *in Bruto c.* 42. C. Aquillius *Gallus*. Præcipuæ auctoritatis fuit inter Q. Mucii auditores, quem & maximæ auctoritatis apud populum fuiſſe, Servius dicit *l. v.* §. 42. *D. de orig. jur.* Ac plane Q. Mucio adjungitur in *l.* 29. §. 1. *D. de legat.* 3. & *l.* 39. *D. de ſtatu lib.* idemque C. Aquilli nomine intelligendus eſt in oratione *pro P. Quinctio c.* 1. 2. 15. & paſſim *pro Cluent. c.* 53. & pro *Cæcin. c.* 17. ubi & adfuiſſe eum ſibi in cauſſa Cæcinæ, ait, & elogio ornat. Eum etiam *collegam*, (præturam enim una cum eo geſſerat) & *familiarem ſuum* idem Cicero 3. *offic.* 14. *& in Topic. c.* 7. adpellat. Hic poſtumos nepotes inſtitui poſſe, induxit ea formula, quæ traditur in *l.* 29. *D. de lib. & poſtum.* cujus meminit *l.* 33. §. *ult. D. de hered. inſt.* Hujus inventum eſt Aquilliana ſtipulatio, de qua ſupra diximus art. *Aquilliana*. Sed & formulam de dolo malo prodidit. Teſtis eſt Cic. *lib.* 3. *offic. c.* 14. de *natur. Deor. lib.* 3. *c.* 30. ubi eam *everriculum malitiarum omnium* vocat. Huic etiam Cicero *fluctus*, itemque *Servianum doli* definitionem adſcribit. Ac plane ab hoc Servium Sulpicium maxime inſtructum fuiſſe, tradit Pomponius *l.* 2. §. 42. *D. de orig. jur.*

Sed hujus incomparabilis Juriſconſulti vitam, ſtudia, fata, & merita Heineccius ſingulari oratione, poſtea in ſyllogen opuſculorum relata, fuſius deſcripſit.

GARGILIANUS fundus *l.* 41. §. 3. *D. de legat.* 5. Vid. ſub art. *Fundus*.

GARUM Ulpianus adnumerat iis, in quibus eſſe ſolemus *l.* 3. *D. de pen. leg.* Quo nomine ſignificatur liquamen, ſeu ſalſamentum ex liquore, ſanieque piſcium, quo ſocios vocatos, ideo quod junctim, ſociatimque eorum ſala maceratorum liquamen miſceretur quidam exiſtimant. Alii vero, in quibus ſunt Georg. Merula, & Corn. Vitellius *Garo* ſociorum cognomen alia de cauſſa impoſitum cenſent. Tertiam etiam opinionem Cornarius, & Gorræus induxerunt. Ut ut ſit, conſtat *garum ſociorum* a veteribus adpellatum. Seneca *Epiſt.* 96. Quid illud ſociorum *garum*, pretioſum malorum piſcium ſaniem, non credis urere ſalſa tabe præcordia? Plin. *lib.* 9. *c.* 17. M. Apicius, ad omnes luxus ingenium mirus, in ſociorum *garo*, (nam ea quoque res cognomen invenit,) necari eos præcellens putavit, atque e jecore eorum alecem excogitare provocavit. Auſon. *Epiſt.* 11. *ad Paulinum:* Scia autem, me id nomen muriæ, quod in uſu vulgi eſt, nec ſolere, nec poſſe dicere, quum ſcientiſſimi veterum, & Græca vocabula faſtidientes, Latinum in *gari* adpellatione non habeant. Sed quocumque nomine loquar, liquor iſte *ſociorum* vocatur.

tur. Originem autem adpellationis *gari* prodidit Plin. *lib.* 31. *c.* 7. simulque testimonium illius epitheti *sociorum*, quod ei postea, invalescente luxuria, accessit, perhibet his verbis. Aliud etiamnum liquoris exquisiti genus, quod *Garon* vocavere, intestinis piscium, ceterisque, quæ abjicienda essent, sale maceratis, ut sit illa putrescentium sanies. Hoc olim conficiebatur ex pisce, quem Græci *garan* vocabant, capite ejus usto suffitu extrahi secundas morantes. Nunc e scombro pisce laudatissimum in Carthaginis Spartariæ cetariis. *Sociorum* id adpellatur, singulis millibus numum permutantibus congios pæne binos. Nec liquor ullus pæne præter unguenta, majore in pretio esse cæpit. Hæc Plinius: Ac plane laudatissimum ex scombris *garum* parabatur. Strabo *lib.* 3. *p.* 239. de insula cui Scombria nomen est, eam ita vocat a piscatura *scombrorum*, ex quibus *garum* confici ait. Vid. & Athenæi *Deipnosoph. lib.* 3. *c.* 34. Muriam etiam *scombri* muriæ, ex thynno factæ, prælatam. Martial. *lib.* 13. *epigr.* 103. indicat. Horat. *lib.* 2. *serm. sat.* 8. *His mistum jus est olei, quo prima Venafri Pressit cella garon de succis piscis Iberi.* Nec ex scombris modo, aut thynnis, verum etiam ex lacertis, alece, apua, aliisque pisciculis *garum* confectum, Plinius & alii docent. *Gari* autem conficiendi rationes traduntur a Constantino *lib.* 20. *Geoponic. c. ult.* Dioscorid. *lib.* 2. *c.* 34. garum ex salsis piscibus carnibusque præparatum ait. Suidæ γαρος nihil aliud est, quam σηπεδων, id est, ut Hesychius interpretatur, σηψις, *sanies*. Sed raro hoc liquamine solo utebantur, immo potius plerumque miscebant alium liquorem, a quo deinde nomen ferebat. Hinc hydrogarum, elæogarum, vel garelæum, oenegarum, oxygarum, prout aqua, oleo, vino, aceto temperabatur. Vid. Hieronym. Mag. *Miscell. lib.* 2. *c.* 9. & Casaubon. *ad script. hist. Aug. p.* 156.

GAUDIUM commune de paschali *l.* 8. *C. Th. de indulg. crim.*

GEMMA a lapillis, & margaritis separatur *l.* 25. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* 1. *D. de adquir. possess. l.* 3. *D. de rer. divis.* & apud Arnob. *lib.* 2. *adv. gent.* Inter quæ verba hæc differentia est, quod *Gemmæ* perlucidæ sint materiæ, veluti smaragdi, chrisoliti, amæthysti, *Lapilli* vero contrariæ superioribus naturæ, ut Obsidiani, Vejantani. Margaritæ conchæ sunt, quæ apud rubrum mare crescunt, & coalescunt *l.* 19. §. *pen. D. de aur. arg. leg.* Serv. in 1. Aen. *v.* 659. ad hæc verba, *duplicem gemmam: Sane, inquit, multi separarunt gemmas a margaritis, ut Cicero: Nullam gemmam, aut margaritam. Et gemmas volunt dici diversi coloris, margaritas vero albas, vel gemmas integras, margaritas pertusas.*

GEMMATI lecti *l.* 3. §. 3. *D. de supellect. leg.* id est, gemmis ornati, insigne luxus Romanorum argumentum.

GEMMEA, vasa *l.* 19. §. 20. *D. de aur. arg. leg.*

GENER proprie est filiæ nostræ vir *l.* 4. §. 6. *D. de gradib.* ideo dictus, quod ad augendum genus adhibetur. Serv. in 11. *Aen. v.* 472. Sed & sponsus filiæ *generi* adpellatione continetur *l.* 6. *D. de gradib. l.* 5. *D. de testib.* Serv. ad illa Virgilii 2. Aen. *v.* 344. *Et gener auxilium Priami. Gener, ait, dicitur & qui est, & qui esse vult, ut hic indicat locus, sicut & maritus.* Ideoque Servius Sulpicius *generi* adpellationem ex sponsalibus adquiri etiam, dicebat *l.* 8. *D. de gradib.* Plane in Lege Pompeia de parricidiis, ut pater & mater sponsi sponsæ, socerorum, ita liberorum sponsi generorum adpellatione continentur *leg.* 4. *D. ad leg. Pomp. de parricid.* At in Edicto de infamia notatis, hæc verba; *Genere mortuo*, de solo filiæ viro accipiuntur *l.* 1. *l.* 8. *D. de his qui not. infam.* Sponsi enim nullus est luctus *l.* 9. *D. eod. tit.*

GENERI utique nomine neptis & proneptis tam ex filio, quam ex filia editarum, ceterarumque mariti continentur *leg.* 136. *D. de verb. signif.* Et hanc in Edicto *de postulando* hujus verbi notionem esse Ulpianus admonet *l.* 3. *D. de postul.*

GENERUM pro generorum in *l.* 7. *D. de pact. dotal.* male a quopiam accipi monet Heineccius. Verba legis hæc sunt *Optimum est, pactum conventum cum utroque generum facere*: quæ omnino plana sunt, & significant generum cum patre, & filia pacisci debere.

GENERALITAS, Promiscua generalitate sancimus, id est, generali lege *l. un. C. Th. ne in sua causs. quis jud.*

GENIALIS, *e.* id est, conjugalis. Et ita genialis torus *l.* 30. *C. ad Leg. jul. de adult.* & apud Virgil. 6. *Aen. v.* 603.

GENITALES civitates, id est, originariæ *l.* 20. *C. Th. de pagan.*

GENIUS. Eum Sosipater *lib.* 1. explicat την τυχην εκαστου, *cujusque fortunam*. Per genium principis jurare *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur.* id est, την τυχην ο τωαι, quod in *l.* 1. *C. de reb. cred.* græco dicendi genere *per principis jurare* effertur, ubi *genium*, vel *salutem* suppleri oportet. Vid. Brisson. *De Formul. lib.* 8. *c.* 2. Genium mero venerari Gentiles *l.* 11. *Cod. Theod. de Paganis*, Persius satyra 2. v. 3. Funde merum Genio. Tibullus *eleg.* 8. *lib.* 1. *v.* 49. Geniumque choreis concelebra, & multo tempora funde mero. Vid. Censorinum *de die natali c.* 3. & Marcianum Capellam *lib.* 2. *Philolog.* Horatius ad Pisones *de Art. Poet. v.* 209. vinoque diurno placari Genios &c. M. Antoninus Imp. *lib.* 5. *de vita* sua, επι ρητων εκαστω παρεστησι τον εκαστε δαιμονα και παραδωκε φυλαττειν αυτω αυτω. Inspecto-

ctorem cuilibet imposuit suum genium, & custodiam ipsi ejus valetudinis. Arrianus *in Epist. lib.* 1. *cap.* 14. Consule de Genio etiam Limdembrogii *notas ad loc. Censorin. citat.* & Barthium *ad Rutilii Itinerar. lib.* 1. *vers.* 328. qui latissime de Genio exposuit.

GENO, genui, antiquum pro *gigno*. *Genitur* pro *gignitur l.* 17. §. 1. *D. de legat.* 1. *l.* 13, §. *ult. D. de reb. dub.* Verbum hoc non solum Latinum, sed & translatitium in testamentis fuisse, ostenderunt Scip. Gentil. Parerg. *lib.* 1. *c.* 27. Victor *ad Varron. lib.* 1. *de re rust. c.* 31. Car. Andr. Ducker. *de Latin. vet. jurisc. p.* 416. Hein.

GENS dicitur quasi *genus*, a quo & nomen sibi fecit abstractione litteræ *u*. Differunt tamen inter se, quod stirpem, & originem *genus* significat, gens quasi generum & originum quamdam multitudinem. Vel *Genus* est, undecumque ortus sui initium duxerit: *Gens* est eorum, qui eodem nomine adpellantur. Hinc *gens*, & *genus* separantur *in l.* 1. *D. de probat.*

Gens autem idem aliquando sonat, ac *natio*, cum scilicet multitudo hominum communibus solo moribusque maxime continetur. Et eo sensu *gentis* externæ lutrunculi memorantur *in l.* 6. *D. de capt. & postlim.* Et ita *Gentium* jus, de quo infra sub art. *jus*.

Gens alias est, quæ serie personarum a stipite communi per masculini sexus generationes descendentium non una familia contentarum maxime constat. Quo respicit Cornel. Fronto ubi *libro de different. voc.* ait: Natio solum patrium quærit, *Gens* seriem majorum, & Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 39. his verbis: Quum Marcelli ab liberti filio stirpe Claudii patricii ejusdem nominis, hereditatem *gente* ad se rediisse dicerent. Sic *in l.* 195. §. 2. *D. de verb. signif.* Qui ex eadem domo, & gente proditi sunt.

Gentis utique adpellatio latius patet, quam *familiæ*, propterea quod *ex pluribus familiis gens conficitur*, ut Festus *lib.* 7. scribit, & in plures familias diffunditur, ut adparet ex Sueton. *Neron. c.* 1. C. Julius Cæsar apud eumdem *in Jul. c.* 5. Cujus gentis est familia nostra. Gentis princeps. Idem *in Tib. c.* 1.

GENTILIS, ait Festus, dicitur & ex eodem genere ortus, & is, qui simili nomine adpellatur, ut ait Cincius: Gentiles mihi sunt, qui meo nomine adpellantur. Cajus *libro* 3. *Instit.* ut est *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. ult.* §. 2. *Si nullus adgnatus sit, eadem Lex XII. Tab. Gentiles ad hæreditatem vocat*, ibique Caius, qui *Gentiles* essent, ait se primo Commentatorium exposuisse. Gentiles utique Cicero *Topic. c.* 6. definit, *qui inter se eodem nomine sunt, qui ab ingenuis oriundi sunt, quorum majorum nemo servitutem servivit, qui non sunt capite deminuti*. De adrogatis, vel in adoptionem datis, neque plana res est. At de emancipatis, quamvis hi etiam sint capite minuti, idem cum Brissonio ex verbis Ciceronis colligere nolim, nisi intelligere velis de eo nomine, quo tamquam gentilitio, sed inferiori, soli continentur hi, qui ex illa familia descendunt, ex qua is fuit emancipatus. Nimirum aliud est *inferius* nomen gentilitium, quod proxime accedit adgnomini, & quo continentur quædam familiæ a communi stipite descendentes; Aliud superius, quo hæ cum aliis a stipite superiori descendentes vocantur, quodque remotius distat singulis ab nominibus, quibus singulæ omnes familiæ ab invicem separantur. Aliquando *Gentile* nomen ab adoptivo separatur, ut a Suet. *in Neron. c.* 1.

Gentiles pro Ethnicis, & paganis *leg.* 46. *C. Theod. de hæret. l.* 20. *ejusd. C. de pagan.* Papias *in Gloss.* Gentiles, qui sine lege vivunt, & malum crediderunt, dicti, quia sunt, ut geniti fuerunt, id est, sub peccato, idolis servientes, qui græce ethnici vocantur. At quemadmodum Hebræi Gentes adpellabant nationes externas, & Romani quoque *gentiles* separabant a provincialibus, iisque, qui Romani juris non essent, ita apud Christianos statim invaluit, *Gentiles*, & ethnicos adpellare eos, qui Divina oracula non agnoscerent, paganamque superstitionem sequerentur.

Gentiles l. un. C. Th. de nuptis gentil. ubi opponuntur provincialibus, sunt barbari in numeros relati Romanorum, ceu patet ex Ammian. Marcell. *lib.* 14. *c.* 7. & ex *Notitia Imperii*, & in eorum leges recepti *l.* 62. *C. Th. de adpell.* Similis notio vocabuli est *in l.* 1. *C. Th. de terr. limitvn. l.* 5. *ejusd. C. de legat.* Vid. Jac. Gothofred. *Comm. ad d. l. C. Th. de nupt. gentil.*

GENTILITAS gentilium inter se conjunctio. Varro *lib.* 7. *de ling. lat.* Ut in hominibus quædam sunt cognationes, & Gentilitates, sic in verbis. Ut enim ab Æmilio homines orti Æmilii ac gentiles, sic ab Æmilni nomine declinatæ voces in Gentilitate nominantur.

GENUINA functio *l. ult. C. Th. de suar.* id est, functio originaria, cui quis natus est, aut cui nascendi jure tenetur.

Genuinus natalis principis dies *l.* 11. 17. *C. Th. de proxim. Comit. dispos.* Dies *Genitialii* Capitolino *in vita Pertinacis sub fin.* si modo locus mendo vacat. Γενέθλιος, ut est in Glossis Philoxen. quo in lucem editus. Alius a *natali Imperii*. Eodem sensu non semel apud Mamertinum *in Genethliaco Maximian. c.* 1. 2. 29. quod hactenus vel non intelligitur, vel corrumpitur, & in *geminis* mutatur. Itaque & locis ille omnibus Juretus *geminum* tuetur, *genuinum* asserit Jac. Gothofredus.

GENUS speciei opponitur *l.* 54. *D. de verb. oblig.* idemque est, quod philosophis species, quemadmodum hanc jurisconsulti pro individuo accipiunt *l.* 3. §. 21. *seq. D. de adquir. possess.* Hinc Generi per speciem derogatur *l.* 80. *D. de reg. jur. l.* 99. §. 5. *D. de legat.* 3. *l.*

3. *l.* 42. *D. de poen.* id eſt, verba ad ſpeciem reſtricta excludunt ceteras ſpecies genere contentas.

Genus pro modo & ratione. Sic quodam genere *l.* 36. *D. de ſtip. ſerv.* & aliis locis, & apud Quinctilian. *in milite Mariano.*

Genus pro origine. Sic generi, poſteriſque datæ immunitates *l.* 1. *D. de jur. immun.*

GEOMETRA *l.* 22. *D. de excuſ.* Senecæ *Geometres in Epiſt.* 88.

GERERE facere ſignificat. Inter *geſtum* tamen, & *factum* ſubtilis quædam differentia ſtatuitur *l.* 29. *in fin. D. de verb. ſign. l.* 2. *D. de curat. bon. dand.* Ea vero neglecta *geſtum* & factum pro eodem ponimus *l.* 58. *D. de verb. ſignif.* Et ita latiſſime accipitur *in l.* 2. §. 1. *D. ad manicip.* In Edicto *de minoribus, ſeu quod cum minore* 25. *annorum geſtum erit.* Ulpianus ſic interpretatur, ut *geſtum* accipiatur qualiter, ſive contractus ſit, ſive quid aliud contigerit, ſive emerit, ſive vendiderit, ſive ſocietatem coierit, ſive ſoluta ei pecunia, & eam perdiderit *l.* 7. *D. de minor.* ad cujus legis quæſtionem & d. legem 19. pertinuiſſe, inſcriptionum ſimilitudo docet. Sed & hac parte Edicti, *quæ fraudationis cauſſa geſta erunt*, quæcumque in fraudem creditorum fecerit quis, continentur, ſive alienaverit de ſuo, ſive liberationem creditoribus præſliterit *l.* 1. *D. quæ in fraud. cred.* geſtaque accipimus non ſolum ea, quæ contrahens geſſerit, verum, etiamſi forte data opera ad judicium non adfuit, vel litem mori paſſus eſt, vel a debitore, ut tempore liberaretur, non periit, vel uſumfructum, aut ſervitutem amiſit, & omnino, qui aliquid fecit, ut deſinat habere, quod habet, ad Edictum pertinet *l.* 3. §. 1. *D. quæ in fraud. credit.* Atque ex his planum fit, verbum *geſſerunt* ad teſtandi jus non pertinere *l.* 20. *D. de verb. ſignif.*

Gerere interdum ſignificat adminiſtrare. Ut gerere actum *l.* 6. §. 5. *D. de injuſt. rupt. irrit.* id eſt, actoris officio fungi. *Gerere* adminiſtrationem *l.* 34. *D. de liberal. cauſſ.* bona *l.* 23. *D. de pecul. leg.* curam *l.* 1. §. 6. *D. de poſtul.* duumviratum *l.* 1. *D. de alb. ſcrib.* honores *l.* 11. *C. de lib. cauſſ.* magiſtratum *l.* 1. §. 5. *D. de poſtul.* negotia *tit. D. de neg. geſt.* officium *l.* 46. §. 7. *D. de jur. fiſc.* patrimonium *l.* 6. *C. ad SC. Vellei.* poteſtatem *l.* 1. *D. de off. præf. prat.* præfecturam *l.* 41. *D. de excuſ.* provincias *l.* 2. §. 32. *D. de orig. jur.* rationem *l.* 13. §. 2. *D. de manumiſſ. teſt.* rem *l.* 1. *D. de offic. procur. Cæſ.* rempublicam *l.* 11. *D. de uſur.* tutelam *l.* 26. *D. de liber. legat. Geſſiſſe* autem videtur tutor omnino, ſi quid pupillare attigit, etiam modicum *l.* 5. §. 1. *D. de admin. & per. tut.* Geſſiſſe quoque intelligitur, qui per alium tutelam geſſit, quique alii gerendam eam mandavit, nec non, qui ſatis a contutore accepit, rem ſalvam pupillo futuram, eique permiſit adminiſtrationem totius tutelæ *d. l.* 5. §. 3. *D. eod. tit.*

Gerere pro herede *l.* 14. §. 8. *D. de religioſ. l.* 2. *pr. D. ſi quis omiſſ. cauſſ. teſt.* quod ut fiat, explicant Juſtinianus §. 7. *Inſt. de hered. qual. & diff.* & Papinianus *l.* 20. *D. de adquir. vel omitt. her.* itemque Ulpian. *Regul. tit.* 22. §. 26. Vid. plura ſub. art. *heres*, & pro *herede gerere.*

Gerere contrahere etiam ſignificat. *Gerere* contractum *l.* 15. *C. de don. int. vir. & ux.* negotium, id eſt, contrahere *l.* 2. *D. de oblig. & act. l. un. C. Th. de ſent. paſſ. l.* 11. *D. de auct. & conſ. tut.* invicem *l.* 17. §. 3. *D. commod.* actu quodam ad comparandam obligationem interpoſito *leg.* 33. *D. de condict. indeb.* principaliter *l.* 4. *D. de his qui not. infam.* negotium venditionis *l.* 31. *D. de pact.*

Gerere ſollicitudinem, i. e. exercere *l.* 5. *C. de codicill. l.* 4. *C. ad SC. Trebell.*

GERITIO, id eſt, geſtio pro herede *l.* 4. §. 8. *D. de religioſ.* pro quo *geſtio* legere mavult Heinecc. quod vocabulum juriſconſultis fuit familiariſſimum & τεχνικον; Illius vero nuſquam alibi vel vola, vel veſtigium exſtat.

GERMANIA inferior *l. ult. D. de cenſ.* trans Rhenum *l.* 10. *D. de evict.*

GERMANICUS Druſi Neronis filius ex juniori Antonia, Marci Antonii Triumviri filia a Tiberio Cæſare patruo adoptatus fuit, quod ab Auguſto non alia ratione fuerit adoptatus, quam ſi ab eo Germanicus adoptaretur, *ex Tranquillo.* Et Juſtinianus *lib.* 1. *Inſt.* ſic inquit: D. Auguſtus non antea Tiberium adoptavit, quam is Germanicum adoptaverit, ut protinus adoptione facta incipiat Germanicus Auguſti nepos eſſe. Accurſius tamquam de perſonis ignotis, & obſcuris loquens, quemdam nomine Tiberium, & quemdam nomine Germanicum adpellat: qui quaſi non ſit Tiberius, qui ſucceſſit Auguſto in principatu, & Germanicus ille, qui præterquam ingenii monimenta, quæ adhuc erant, & præterquam quod Caium Caligulam genuit, & quod quæſturam per quinquennium adminiſtravit, & quod bis Conſul fuit, quique mortuo Auguſto ab omni exercitu Cæſar ſalutaretur, imperium recuſavit, atque de Germania triumphavit, unde illi cognomentum, quique ad orientem profectus, Armeniæ Regem ſuperavit, Cappadociam in provinciæ formam redegit, atque Antiochiæ obiit, agens ætatis annum 34. Germanici Cæſaris edicta memorantur *in l.* 4. §. 13. *D. de re milit. Germanici* cognomine utitur Juſtinianus *pr. Inſt. proem.* ubi videndi interpretes.

GERMANUS. *Germani* fratres, juxta vetus Gloſſar. αδελφοι λεγονται, οι εξ ενος πατρος, και εκ μιας μητρος γεννηθεντας. Fratres ex uno eodemque patre, eademque matre prognati dicuntur. Alias αδελφοι οι γνησιοι, vel αμφιθαλεις. Servius tamen *in Æn. lib.* 5. *v.* 412. Germanus, inquit, eſt ſecundum Varronem in libris de gradibus, de eadem genitrice manans, non, ut multi dicunt, de eodem germine. Secundum quem bene nunc Erycem, Butæ & Ve-

Veneris filium, Æneæ dicit esse *Germanum*. Hinc Latinis scriptoribus fratres solum uterinos, sed & adoptivos, aliquando germanos dici, observat Rurgers *Lib. 1. Var. Lect. c. 9. p.* 41.

GERONTOCOMIUM, domus, in qua senes decrepiti aluntur, curanturque *l. 16. l.* 18. *C. de SS. Eccles.*

GESTA, pro actis judiciariis *l. ult. C. de re jud. l. 1.* §. 2. *C. de suffrag.* & apud August. cum *lib. 3. contr. Crescent.* cum *in Breviculo collat. contr. Donat. Gestorum* testificatio *l. 1. C. de satisd.* Vetus Glossarium *gesta* reddidit ὑπομνήματα.

GESTARI dicebantur veteres, quum succollantibus servis, valetudinis, voluptatisve caussa, sella vehebantur *l. 12. §. 1. D. de usu & habit. l. 7. D. de manum. vind.* Sed & gestandi caussa commodatus equus est *in §. 6. Inst. de oblig. qua ex delict.*

GESTATIO, quæ fit valetudinis caussa, inter arbores non fructiferas, quæ locum patulis diffusæ ramis inumbrabant. Ulpianus *l. 13. §. 4. D. de usufr.* Si forte, ait, voluptuarium fuerit prædium, viridaria, vel *gestationes*, vel deambulationes, arboribus infructuosis opacas, atque amœnas habens. Paull. *l. 16. §. 1. D. quod vi aut cl.* Si quis vi, aut clam arbores non frugiferas ceciderit, veluti cupressos, domino dumtaxat competit interdictum. Sed si amœnitas quædam ex his arboribus præstetur, potest dici & fructuarii interesse propter voluptatem & *gestationem*. Sed & a Plinio *lib. 2. ep.* 17.

Gestatio memoratur, quæ buxo, aut roremarino, ubi deficiebat buxus, ambiebatur. De hac gestatione Plinius *lib. 27. c. 3.* Quinque, ait, res maxime communium auxiliorum professus, abstinentiam cibi, fricationem corporis, ambulationem, gestationem. Seneca *de brevit. vit.* Ne illos quidem inter otiosos numeraveris, qui sella se, & lectica huc & illuc ferunt, & ad gestationum suarum, quasi deserere illas non liceat, horas occurrunt. Idem *Epist. 55.* A gestatione cum maxime venis non minus fatigatus, quam si tantum ambulassem, quantum sedi. Labor enim est diu ferri, ac nescio, an eo major, quia contra naturam est, quæ pedes dedit, ut per nos ambularemus, oculos, ut per nos videremus. Debilitatem nobis indixere deliciæ. Idem tamen *Epist. 15.* ejus gestationis commoda hæc adfert: Gestatio & corpus concutit, & studio non officit, possis legere, possis dictare, possis loqui, possis audire. Plin. *lib. 1. epist.* 3. Quid agit illa mollis & tamen solida gestatio? Add. Pancirol. *Var. Lect. lib. 1. c. 55.*

GESTICULARI. Instituuntur venatores, aut pyrricharii, aut in aliam quam voluptatem *gesticulandi*, vel aliter se movendi gratia, ait Ulpian. *l. 8. §. 11. D. de pœn.* loquens de hominibus ad bestias, vel in ludum venatorium damnatis. Nam eo inhumanitatis prolapsi fuerant Romani, ut miseros hos ante lanienam purpura auroque vestitos coronatosque pyrrichiam in amphitheatro saltare cogerent, variisque gesticulationibus populum oblectare docerent. Plutarch. *de sera num. vindict. p. 554. Tom. 2. op.* ex latina interpretatione: Multos, ait, invenies homines, nihil a puerulis differentes, sæpenumero, dum maleficos in theatris spectant, in vestibus auro prætextis, & purpureis pyrrichiam saltantes, coronatos, stupentibus, hominesque tamquam beatos admirantibus, tantisper, dum compungi eos, & flagellari, & e pretiosis istis vestibus ignem exire vident. Hæc ille: Aliquando integras fabulas exhibebant miserrimi, ceu docent epigrammata Martialis de spectaculis, ubi arenarios repræsentasse observabis congressum Tauri cum Pasiphæ *Epigram. 5.* Promethei supplicium *Epigr. 7.* Dædali volatum *Epigr. 8.* Herculis raptum in cœlum *Epigr. 6.* Orphea discerptum *Epigr. 21.* En *gesticulationes*, de quibus *d. l. 8. §. 11.* quas ad mimos & pantomimos perperam refert Jac. Durantis Casel. 1. *Var. c. 12.* Hein.

GESTOR negotiorum *l. ult. D. de re jud. l. 24. D. de adpell.* qui circa mandatum alienum negotium sponte gerit *l. 20. C. de neg. gest.*

GESTUS tutelæ pro gestione *l. 5. §. 1. l. 23. D. de administr. & peric. tut.*

GIBBEROSUS *l. 3. D. Ædil. edict.* qui gibbo, seu gibbere, i. e. tumore quodam carneo laborant. Non. Marcell. *Gibberum* pro exstanti & eminenti positum, censet a Varrone *in Eumenidibus*, his verbis: Item tragici prodeunt capite gibbero. Papias, *Gibbus* tumor in dorso, struma in pectore.

GILDO. Ejus fit mentio *l. 19. C. Theod. de pæn.* & apud Claudian. *libro de bello Gildanico*, nec non apud Oros. *lib. ult. c. 36.* De quo *Histor. miscellæ auctor lib. 13. c. 22. seq. Gildo comes Africæ, cognita Theodosii morte, arbitratus minimam in parvulis spem fore, Africam jure proprio cœpit usurpare.* Quem postea a fratre Mascezile fugatum, & in Africa strangulatum interiisse narrat. Ejus possessiones ad ærarium devolutas ostendit *l. 16. l. 9. C. Th. de bon. proscript.* Hinc

GILDONIACUM *patrimonium*, id est, Gildonis bona in fiscum redacta, quæ sub cura proprii Comitis habita, *Notitia Imp.* testatur, qua parte de comite rerum privatarum, cui comes ille suberat, agit.

GLADIATOR *l. 3. D. de lib. & postum.* est is, ut Quinctilian. *Declam. 302.* definit, *qui in arena, populo spectante, pugnavit.* Hujus rei originem, & caussam tradidit Capitolinus. Gladiatorum spectacula sustulit Constantinus M. *l. un. C. de gladiat.* Niceph. *lib. 7. c. 46.* Plane in *l. ult. D. de jur. immun.* Gladiatores pro gladiorum fabricatoribus accipiendos, quibusdam placet *Gladiatorius* ludus, de quo vid. infra sub art. *ludus*.

GLADIUS. Aliud *gladio*, aliud securi, vel telo, vel fusti animadverti legimus *in l. 8. 1. D. de pœn.*

Ad *gladium* damnari *l.* 25. §. 3. *D. de adqu. vel amitt. her. l.* 6. §. 6. *D. de injust. rapt. irrit. fact. test. l.* 1. *pr. D. de Abig.* Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 17. §. 3. & *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 11. §. 2. & 6. Jul. Capitolin. *in Macrin. c.* 12. *Servos, qui a dominis fugissent, repertos ad gladium ludi deputabat.* Dixerit aliquis, *ad gladium* ergo damnari, & *ad ferrum*, vel *ad ludum gladiatorium*, idem valent, cui sententiæ adstipulari videtur Tertullianus *de spectacul. c.* 19. *Certe quidem gladiatores innocentes in ludum veniunt, ut publicæ voluptatis hostiæ fiant. Etiam qui damnantur in ludum, quale est, ut de leviore delicto in homicidas emendatione proficiant.* Verum errorem hunc a mentibus, velut caliginem ab oculis, depellit Ulpianus *lib.* 8. *de offic. proconsf.* ex quo in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 11. §. 7. verba hæc adferunt: Rescriptum D. Hadriani sic loquitur, quasi gravior pœna sit metalli, nisi forte hoc sensit D. Hadrianus gladii pœnam dicendo ludi damnationem. Est autem differentia inter eos, qui ad gladium, & qui ad ludum damnantur. Nam ad gladium damnati confestim consumuntur, vel certe intra annum debent consumi. Hoc enim mandatis continetur. Enim vero, qui in ludum damnantur, non utique consumuntur, sed etiam pileati & rudem accipere possunt post intervallum. Paullus 5. *Sent.* 17. §. 2. Sane qui ad gladium dantur, intra annum consumendi sunt. At ad ludum gladiatorium spectat, quod dicit Seneca *Epist.* 82. & Tertull. *ad Martyr. c.* 5. ad gladium locare, & Lactant. *lib.* 6. *Inst. Divin. c.* 12. ad gladium homines comparare.

Gladii potestas ab aliis coercitionibus separatur *leg.* 6. *D. de offic. proconsf.* ex qua detracta est *l.* 70. *D. de reg. jur.* est autem jus animadvertendi gladio in facinorosos homines *l.* 3. *D. de jurisd.* Et ita *gladii* jus accipe *l.* 6. §. 8. *D. de offic. præs.* in *gladii* jus omnes provinciarum rectores habere, scribitur, quos tamen deportandi jus non habuisse constat *l.* 6. *D. de inte d. & releg.* Sulpic. Sever. *de B. Martini vita lib.* 3. *Illa præcipua cura erat, ne tribuni cum jure gladii ad Hispanias mitterentur.* In hoc verbo Julianus Imp. ludebat. Nam ut Rufinus *lib.* 1. *hist. Eccles. c.* 1. narrat, procurationem provinciarum, jurisque dicundi Christianos statui non debere committi, utpote quibus etiam Lex propria gladio uti vetuisset.

GLANS, Glandem, quæ proprie intelligitur, arbores quinque ferunt, quemadmodum Plinius *lib.* 16. *c.* 6. tradit, videlicet robur, quercus, esculus, cerrus, ilex, suber, quas arbores glandiferas idem vocat, quibus honorem apud Romanos perpetuum fuisse ejusdem libri *cap.* 3. refert. Omnium vero dulcissima fagi, ut idem ait, ejusdem libri *c.* 5. Genera ergo *glandis* hæc sunt, *fagea*, sicut Plinius loquitur, *querna*, ut idem, seu *quernea*, ut Columella *lib.* 1. *cap.* 5. *iligna*, ut Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 4. & Plin. *ibid.* & *cerrea*, ut idem Plinius.

At in jure nostro *Glandis* nomen non tantum ex quercu, ilice, fagove intelligimus, sed ex omnibus arboribus fructuum *l.* 1. *D. de glad. leg. l.* 236. §. *ult. D. de verb. signif.* exemplo Græci sermonis, apud quos omnes arborum fructus ακρόδρυα adpellantur, nempe a nomine δρῦς, quod *quercum* significat. Plane ideo glans inter omnes fructus tam diffuse usurpata a majoribus est, quod ante Cereris immortale beneficium cibus communis fuit. Ausonius: Olim communis pecori cibus, atque omni glans: Ante equidem campis quam spicea suppeteret frux Tibullus: O valeant fruges, ne sint modo rure puellæ. Glans alat & prisco more bibantur aquæ. Glans aluit veteres. Ovid. *in Fast.* Prima Ceres, homine ad meliora alimenta vocato, Mutavit glandes utiliore cibo. Lucretius *lib.* 5. Glandiferas inter curabant corpora quercus. Claudianus in raptu *Proserpinæ*: Unde datæ populis fruges, & glande relicta cesserit inventis Dodonea quercus aristis. Virg. 1. *Georg.* Liber & alma Ceres, vestro si numine tellus Chaoniam pingui glandem mutavit arista. Et de Atheniensibus ita scribit Justin. *lib.* 3. *histor.* Arare quoque, & serere frumenta glande vescentibus primi monstravere.

Non tamen credam ex illis locis colligi debere, vetustissimis hominibus in usu fuisse glandibus solum vesci angustiori significatu, sed promiscue fructibus arborum frugiferarum, glandium nomine generali comprehensis, excussis solummodo frugibus, usos fuisse verius est, nihilque aliud ex ipsis illis poetarum verbis intelligitur. Plinius autem nobis tradit *lib.* 16. *c.* 13. cautum fuisse, ut colligere glandem in alienum fundum procidentem liceret. Et eo pertinet *d. l.* 236. §. *ult. D. de verb. signif.* ut inscriptio indicat, quod argumento est & jam Decemviros glandis nomine quemlibet arborum fructum intellexisse. Prætor deinde suo edicto præcepit, ut tertio quoque die aliquis glandem, quæ ex fundo suo in alterius agrum caderet, legere, & aufetre posset, ceu patet ex *Tit. D. de gland. leg.*

Interdictum de *glande legenda* prohibitorium est, & competit ei, cujus ex agro glans, id est, fructus cujusvis arboris in alienum decidit, ut ei tertio quoque die legere, auferreve glandem suam liceat *l.* 1. *D. de gland. leg.*

GLAREA. Hanc Palæmon in Gloss. explicat *lapillos parvos arenæ maris mixtos.* Papias Glarea sunt minutissimi lapides, quos aqua fluvialis secum trahit. Lapides utique minutos, & glaream separat Columella *lib.* 2. *c.* 22. In terrenam viam gleream injicere *l.* 1. §. *ult. D. de via publ.*

GLAUCINA in unguentis numerantur *in l.* 21. §. 1. *D. de aur. arg. leg.* Confectum oportet ex glaucio herba, quam Plin. *lib.* 20. *c.* 19. Sylvestrem, & erraticam adpellat, & in afflatu maris nasci foliis

tam

tam trad c. Nisi forte *Gleucina* potius legendum: Nam Gleucini olei factitii Plin. *lib.* 15. *c.* 7. *& lib.* 23. *cap.* 4. Dioscorid. *lib.* 1. *cap.* 56. meminere, ejusque conficiendi rationem Columella *lib.* 12. *c.* 51. demonstrat. Nomen autem huic unguento inde est, quod ei γλεῦκος, id est, mustum incoquatur.

GLAUTOTYCHE ancilla *l.* 31. §. 1. *D. de legat.* 3.

GLEBA, significat terræ partes. Sic glebæ agri *l.* 13. *D. de servit. præd. rust.* Omnes glebas fundi circumambulare *l.* 3. *D. de adquir. possess.*

Gleba & fundum privatum significat *leg.* 7. *C. Theod. de decur. l.* 17. *ejusd. C. de præt.* Cujusmodi privatorum possessionibus glebalis indicta erat collatio, ad quam referenda sunt hæc verba: Municipem pro gleba propria convenire *l.* 86. *Cod. Th. de de decurion.* Plane Impp. Theodosius, & Valentinianus Numidis, Mauris, Sitifatibus, publica clade vexatis, ita subvenerunt, ut detractis septem partibus octavam tam privatæ, quam emphyteuticæ glebæ possessor adgnosceret *Novell. Th. & Valent. de tribut. fiscal.* Atque ita accipiendæ sunt loquutiones *Glebæ* conlatio *l. ult. C. Theod. de medic. & professor.* descriptio *l.* 16. *C. Theod. eod. tit.* pensio *l.* 4. *C. Th. de indulgent. debit.* possessio *l.* 12. *C. Theod. de ann. tribut. Glebam* utique fuisse munus patrimoniorum, non personarum, definit *l.* 10. *tit.* 2. *lib.* 6. *C. Th.* Eam Synesius *in Epistolis* αωμ ν vocat, βῶλος autem, interprete Hesychio, est γῆ.

Gleba in *l. ult. C. de præt. lib.* 12. & Senatoria gleba *l.* 3. *C. Theod. de præd. Senat.* & apud Symmach. *lib.* 4. *Var. c.* 62. est aurarius canon, seu auraria pro senatoriis possessionibus collatio. Annua enim auri pensitatione, pro modo possessionum, defungi senatores, statuit Constantins, ut auctor est Zozimus *lib.* 2. *c.* 39. qui hoc prætere addit, huic functioni nomen *follis* impositum. Unde *senatorius follis* in *Novell. Marciani de indulgent. reliquor.* Folles utique hoc nomine a Senatoribus, aut, si res & census angustior illis esset, septennos solidos illatos, docet *l.* 4. *Tit.* 2. *lib.* 6. *C. Th.*

GLEBALIS collatio *l.* 3. *l.* 13. *tit.* 2. *lib.* 6. *C. Th.* Vid. art. superiorem.

GLEBATIO, idem ac glebale onus *l.* 2. *C. Th. de aur. coron.*

GLICIA lex, nobis ex inscriptione *l.* 4. *D. de inoff. test.* nota est, & ex *indice Pisano*, quo Caium ad hanc legem librum singularem scripsisse, continetur. Quamvis hanc maximi fecerit Cujac. *lib.* 2. *obs.* 21. quippe ex qua querelam inofficiosi testamenti profectam, existimavit, non tamen tam liquida est illa inscriptio *d. l.* 4. ut illa tuto nitaris. Nam in aliis exemplaribus pro Caio legitur *Gallus*, in aliis *Maximus*, & pro *Glicia* lege alii codices habent *Licia*, alii *Leutica*, alii *Lentica*, alii *Falcidia*. Vid. Corn. van Bynkersh. *lib.* 2. *obs. c.* 12. Dubitare etiam licet, an hæc lex, si ab aliquo sive *Glycio*, sive *Glicio*, nomen tulisset, non potius *Gliciana*, quam *Glicia* dicenda fuisset, ut *Gracchana* a *Graccho*, aliæque, quæ non a gentili legislatoris nomine, sed ab ejusdem cognomine denominantur. Denique satis hodie constat inter omnes, querelam illam inofficiosi testamenti nec ex *Glicia*, nec ex ulla alia lege, sed ex interpretatione jura constituentium promanasse. Vid. Bynkersh. 2. *obs.* 12. Hein.

GLORIOSISSIMI viri titulus tribuitur Triboniano *l. ult. C. de lib. præterit.* & Thomæ Quæstori in *Constit. de nov. cod. faciend.*

GLOS viri soror dicitur a Græco γάλως *l.* 4. §. 6. *D. de grad. & adfin.* Festus *lib.* 6. Vetus Glossarium: *Glos*, ἡ πρὸς ἀνδρὸς ἀδελφή, παρὰ Πλαύτῳ. Unde Ausonio *in monosyllab.* Polyxena, quæ ad Achillis tumulum mactata est, *Andromachæ glos* adpellatur, quod soror esset Hectoris, cui Andromachi nupserat. Non. Marcell. *Glos*, ait, *adpellatur mariti soror*, *atque eadem fratris uxor.* Unde vetus Glossarium: *Glos* est femina fratris.

GNOSTICI propter excellentiam scientiæ se ita adpellare voluerunt. Animam naturam Dei esse dicunt, bonum & malum Deum suis dogmatibus fingunt. *Caus.* 24. *quæst.* 3. *c.* 39. §. 5.

GONATICI saltus fit mentio in *l.* 2. *C. de præd. tam.* quæ verba Cujac. ibi interpretantur cujusdam dominici saltus proprium nomen. Alii legunt *Gomaticii*, alii *Gunatheticii*, vel Agonothetici, de quo supra art. *agonothetæ*. Græci tamen, ut ibidem refert Cujac. habent γονατικοῦ.

GRACCHANUM Junium *libro septimo de potestatibus* citat Ulpianus in *l.* 1. *D. de offic. quæst.* Hic est Junius Gracchanus, quem a Gracchi amicitia id cognomen tulisse Plinius *lib.* 33. *c.* 32. Scriptum reliquit: Proinde apud Varronem *lib.* 5. *de ling. lat.* ubi est: *Nam primus a Marte*, *secundus*, *ut Fulucius Flaccus scribit*, & Junius Gracchus a Venere, emendandum crediderim, *Junius Gracchanus. Junii* nomine eumdem intelligendum, existimo apud Festum & Macrobium. Vide infra *Junius*.

GRADILIS panis: Vid. infra *panis*.

GRADUS. Extra suum gradum moti fines dicuntur, qui loco suo moti sunt *l. ult. D. de termin. mot.* Est autem *gradus* mensuræ genus, pedes duos & semissem continens, ut & Isidorus scribit, & in fragmentis, quæ libris variorum auctorum de limitibus subjecta sunt. At apud Constantinum Harmenopulum *lib.* 2. *tit.* 4. §. 16. βῆμα traditur habere πήχεις β. ἤτοι πόδας γ' παλαιστὰς ιβ. *Gradus*, *seu passus habet cubitos duos*, *pedes tres*, *palmas duodecim*. Videatur de Gradu & Varro *lib.* 8. *de ling. lat.*

Gradus pro loco & ordine. Sic *Gradus* fideicommissi *leg.* 57. §. *ult. D. ad SC. Trebell.* heredum institutorum *l.* 93. *D. de legat.* 3. honorum, dignitatum, munerum *l.* 2. §. 15. *D. de muner. & honor.* substitu-

tionis *l.* 87. §. 2. *D. de legat.* 2. itemque successionis prætoriæ, ad quam fecit prætor gradus varios, primum liberorum, secundum legitimorum, tertium cognatorum, deinde viri & uxoris *l.* 1. §. 1. *D. si tab. test. null. exst. l.* 1. *pr. D. quis ord. in bon. possess.*

Gradus etiam dicitur cognationis, adgnationis, & adfinitatis. Donat. in *Adelph. Act.* 5. *sc.* 8. ad hæc verba: *Est is cognatus proximus*. Bene, inquit, addidit proximus. Nam multi gradus, & veluti rami sunt propinquitatis in adfinitate, & cognatione dispositi. Vetus Glossarium, *Gradus* βαθμος συγγενειας. Gradus autem dicti sunt a similitudine scalarum, locorumque proclivium, quos ita ingredimur, ut a proximo ad proximum, id est, in eum, qui quasi ex eo nascitur, transeamus *l. ult.* §. 10. *D. de grad. & adfin. Gradus* generis apud Paull. *sent. lib.* 2. *tit.* 28. §. 2. *l.* 200. *D. de verb. signif.* Ovid. *lib.* 2. *fast. v.* 622. Postque tot amissos, quidquid de sanguine restat, Adspicere, & generis dinumerare *gradus*.

GRÆCITATIS facundia *l.* 3. *C. Th. de stud. liberal. urb. Rom.* pro quo Tribonianus male reposuit *gravitatis l. un. C. eod. tit.*

GRAMMATICI inter professores liberalium studiorum ponuntur *l.* 1. *D. de vacat. & excus. mun. l.* 6. *C. de profess. & medic.* Sueton. *de illustr. Gramm. c.* 3. Adpellatio Grammaticorum, ait, Græca consuetudine invaluit, sed initio *litterati* vocabantur. Idem ibidem ex Cornel. Nepote subjicit, proprie hoc *litteratorum* nomine vocatos poetarum interpretes, quia Græci *Grammatici* nominentur. Unde & Diomedes antiquus Grammaticus *lib.* 2. *de orat. & part. orat. p.* 422. *grammaticam* definit scientiam exercitatam lectionis, & expositionis eorum, quæ apud Poetas, & scriptores dicuntur. Seneca Epist. 33. *Grammaticus* circa curam sermonis versatur, & si latius evagari vult, circa historias. Jam ut longissime fines suos proferat circa carmina. Idemque *Grammaticos custodes latini sermonis epist.* 95. adpellat.

GRAMMATOPHYLACIUM *l.* 9. §. 6. *D. de pœn.* id est, ubi tabulæ & monimenta rerum actarum reponuntur, quod ibidem & archium vocatur.

GRANARIUM, ait Varro *lib.* 4. *de ling. lat.* ubi frumenta condebant, vel ut in *l.* 12. *D. de instr. vel instr. leg.* legimus, in quibus fructus custodiuntur. Idem Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 57. *At triticum*, ait, *condi oportet in granaria sublimia.*

Granaria, quæ ex tabulis fieri solent, quorum stipites in terra defossi sunt, vel supra terram sunt *leg.* 18. *D. de act. empt.* Sic & horreum frumentarium mobile, & tabulis ligneis factum memoratur *l.* 60. *D. de adquir. rer. dom.*

GRANDÆVA senectus *l.* 7. *C. Th. de fil. mil. appar. l.* 83. *ejusd. C. de decur.*

GRANDIS, *e.* ad ætatem veteres retulerant, non ad corpus, & in parte ætatis dicitur *grandis*, non in tota vita, nisi si addatur *natu*, inquit Donat. *in Adelph. Act.* 4. *sc.* 5. Sic grandes natu *l.* 11. *D. de decurion.* & apud Cic. *pro Rosc. c.* 15.

Attamen sæpe *grande* est, quidquid magnum, passim in legibus nostris.

GRANDINIS lapidatio *l.* 34. *C. de malef. & mathem.*

GRANIUS *Flaccus* Ictus, cujus liber de jure Papiniano citatur *l.* 144. *D. de verb. signif.* Hujus de gente, & libris quædam non vulgaria habet Lud. Carrio *Emendat. lib.* 1. *cap.* 3. Julio Cæsari fuit σύγχρονος, ceu ex Censorino *de die natal. c.* 3. observavit Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 156. Exstat fragmentum ex Commentario in jus Papinianum bene longum apud Macrob. *lib.* 3. *saturn. c.* 2. Scripsit & *indigitamenta* ad Cæsarem, teste Censorin. *ibid.* Hein.

GRANUM. Prædia ut instructa sunt cum grano, vino *l.* 6. *D. de instr. vel instr. leg.* Grani pretium statuere *l. ult.* §. 1. *D. ad Leg. jul. de annon.*

GRASSARI dicuntur latrones vias obsidentes. Gradi siquidem ambulare est, unde tractum *grassari*. Hæc ita Festus *lib.* 7. Occurrit hoc significatu ea vox in *l.* 16. §. *ult. l.* 28. §. 15. *D. de pœn.* Sed & metaphorice expulsi de ecclesiis occulto furore *grassari* dicuntur in *l.* 2. *C. Th. ne sanct. baptim. iter.* Usurpatione quorumdam in publici cursus damna grassantur *l.* 15. *C. Th. de curs.* Quin & ad illos, qui rem familiarem male curant, hoc vocabulum transfertur. *Grassari* in re familiari *l.* 6. *D. de susp. tut.* in tutela *l.* 3. §. 5. *D. eod. tit.*

GRASSATORES, qui prædæ caussa id faciunt *l.* 28. §. 10. *D. de pœn.*

GRASSATURA. A *grassaturis rixæ* discerni solent *l.* 16. §. 6. *D. de pœn.*

GRATIA, pro gratificatione, ut vulgo loquimur, seu favore. Sic *gratia* & justitia obtinere separantur. *Gratiæ* vel ambitionis suspicionem subire Prætor non debet *l.* 24. §. 17. *D. de fideic. libert.* Juven. *Sat.* 13. *v.* 3. *Improba quamvis Gratia fallaci prætoris vicerit urna.*

Gratiam facere, remittere, indulgere. Sic *gratiam* facere decreti *leg.* 1. §. 27. *D. de quæstion.* jurisjurandi *l.* 6. *l.* 32. *l.* 40. *D. de jurejur.* cum quis necessitate jurandi solvitur. *Gratiam* facere sententiæ *l.* 4. *C. de sent. pass.* id est, condemnationem abolere.

Bona *Gratia* dissolvi olim matrimonium dicebatur, quod nullius ex conjugibus culpa, & sine animi sui ira, & offensa, consensu mutuo, vel justa aliqua, & rationabili ex caussa solvebatur *l.* 32. §. 10. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 14. *D. qui & a quib. manum.* ut eveniebat, cum propter sacerdotium, vel sterilitatem, vel senectutem, aut valetudinem, aut

aut militiam satis commode retineri matrimonium non posset, vel quum marito capto ab hostibus & quinquennio a tempore captivitatis elapso mulier ad alias nuptias migraret. His enim ex caussis matrimonium *bona gratia* dissolvi intelligebatur *l.* 60. 61. 63. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 6. *D. de divort.* Vetus glossar. interpretatur ανευ μεμψεως, και αιτιας αλογς. *Vid. Novell.* 22. *c.* 4. *Novell.* 140. *praef. Novell.* 98. *c.* 2. §. 2.

Gratia, id est, baptisma *l.* 1. *C. Theod. ne sanct. baptism. iter. & l.* 5. *eod. tit.* Cyprianus *epist.* 17. *lib.* 3. Audientibus, si qui fuerint periculo praeventi, etsi in exitu constituti, vigilantia vestra non desit, implorantibus *divinam gratiam* misericordia Domini non denegetur. Qui locus committendus est cum *l.* 1. *C. Th. de scenic.* Ita etiam *gratia* communionis *l.* 5. *C. Th. de apostat.* Graecis χαρις saepe pro baptismo, & Eucharistia, apud Cyrillum saepius hae loquutiones occurrunt: μετ θειας χαριτος με αταλαμβανειν, *accipere divinam gratiam*, & προσιεναι προς την αγιαν χαριν, *ad tælestem venire gratiam*, de participatione coenae dominicae, simillime apud Latinos, *venire ad gratiam*, Vid. Optatum *lib.* 5. *c.* 7. Nec minus saepe de baptismo χαρισμα, χαρις in 4. *Mystagogica* Cyrilli *num.* 8. *p.* 322. *edit. Benedictin.* προσερχεσθαι τη χαριτι, est accedere ab baptismum, &c.

GRATIANUS fundus *l.* 20. §. 7. *D. de instr. vel instrum. leg.*

GRATIFICARI, in cujus gratiam quid facere. Si tibi gratificatus tutor solverit *l.* 6. §. 1. *D. de reb. auct. jud. possid.*

GRATIOSE, id est, per gratiam *l.* 7. §. 2. *D. de admin. & peric. tut. Gratiose* expunctae rationes *l.* 8. §. 1. *D. de administr. rer. ad civ. pert.*

GRATIOSUS, *a*, *um*. *Gratiosa* auctio *l. ult. C. Th. de fid. & jur. hast.* est, in qua multa per conludium fiunt, ut Anianus explicat. *Gratiosa* conhibentia, (conniventia) vel ignobili dissimulatione aliquid admittere *l.* 11. *C. Th. de extraord. & sordid. mun. Gratiosa* professio ordinis, cui quis se sponte & ultro subjicit *l.* 117. *C. Th. de Decurion. lib.* 12 *tit.* 1.

Gratiosa beneficiis Augusti colonia *l.* 1. *D. de censib.* Mater trino partu foecunditati publicae *gratiosa* dicitur, quae Legis Papiae privilegiis fruitur, jusque liberorum habet *l.* 9. *C. Th. de bon. proscr.*

GRATULARI, praeter notissimam significationem, est gratias agere *l.* 3. *C. depos.* Priscian. *lib.* 8. *p.* 803. Afranius in cinerario: Sexte, frater mi, salve, quum salvus advenis, meliusque tibi est, *Gratulor* Diis. Add. Beda *lib. de orthogr.* apud Putsch. *p.* 266.

GRATUS libertus *l.* 8. §. 3. *D. de bon. libert.* id est, beneficiorum memor.

GRAVIORES mores inter virum & uxorem adulteria tantum censebantur, ut ait Ulpian. 6. *regul.* §. 12. quos & *majores mores* ibidem vocat.

GRAVIS fors in *l.* 13. *C. Th. de senator.* pro opimo, fertili & foecundo praedio. *Grave*, ait Non. Marcell. *c.* 4. *num.* 218. *foecundum*, frugiferum.

GRAVISCANORUM re publica *leg.* 30. *D. de legation.* Graviscanae coloniae mentio etiam fit apud Liv. *lib.* 11. *c.* 29. Servius ad Aeneid. *lib.* 10. *v.* 184. *Et Pyrgi veteres, intempestaeque Graviscae.* Graviscanum oppidum, inquit, alii Tempestum dicunt, ventis & tempestatibus carens, quod nulla potest ratione contingere. Intempestas ergo Graviscas accipiamus pestilentes. Et secundum Plinium in *Natur. hist.* & Catonem *in origiuib.* ut intempestas intelligas sine tempetie, i. e. tranquillitate. Nam, ut ait Cato, ideo Graviscae dictae sunt, quod gravem aerem sustinent.

GRAVITAS tua titulus honoris *l.* 7. *C. ubi causs. fiscal. l. ult. C. si quis ignor. l.* 1. *C. de bon. vac.*

GREGALES nominis Nestorii *l.* 66. *C. Th. de haeret.* pro coetu Nestorianorum, eodem sensu, quo histrionum consortium, factionesque *gregem* vocat Plaut. *in Casin. prol. v.* 22. *Asinar. & Bacchid. prol. extr. Pseudoli prol. v.* 9. quoque idem *gregem* venalium servorum dixit in *Cistel. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 67.

GREGARII milites. *l. ult. C. de milit. vest.* qui humiles sunt, nec delecti, quales esse solent, qui tumultuarie colliguntur. Dicuntur & gregarii, & minores, & extraordinarii. Vide Valtur. *lib.* 8. *de re milit.* Hos autem a Tironibus diversos esse ait Jac. Gothofr. ad *l.* 5. *C. Th. de milit. vest.* Tironum quippe erat delectus, ceu patet ex *l.* 3. *C. Th. de Tiron.*

GREMIA, virgulae tenues, siccae, aridaeque, & ad comburendum aptae *l.* 55. §. 4. *D. de legat.* 3. Columella tenuia admodum ligna a rusticis *gremia* adpellari, tradit *lib.* 12. *c.* 19. Palem. in Glossar. *gremia* exponit siccamina lignorum. Unde

GREMIALES arbores dictas aiunt in *l.* 7. §. 9. *D. de solut. matrim.* Sed verius est utrumque vocabulum per *c.* scribendum *cremia*, & *cremiales* arbores. Est enim a *cremando* cremium & cremiale, ceu Salmasius, Hotomannus, & alii observarunt. *Hein.*

GREX inter corpora ponitur, quae ex distantibus constant, & uni nomini subjectae sunt *l.* 30. *D. de usurp.* unum corpus est ex distantibus capitibus, sicut aedium unum corpus est ex cohaerentibus lapidibus §. 18. *Inst. de legat.* Est vero grex proprie minorum pecudum, ut ovium, caprarum, suum. Proinde ab armento *grex* separatur *l.* 1 §. *ult. D. de rei vind. l.* 68. 70. §. 3. *D. de usufr.* Quamquam equorum *greges* dixit Cic. 3. *Verr.* 12. Quin & bovem in grege ponere videtur Pomponius *l.* 22. *D. de legat.*

gat. 1. Ceterum quidem decem oves *gregem* esse putaverunt *l. ult. D. de abig.* Immo *Grex* definit esse, si ad unum pecus reciderit *l. 7. D. de legat.* 1. Et ita accipe, quod ait Pompon. in *l. ult. D. quib. mod. ususfr. amitt.* Si gregis numerus eo usque pervenit, ut grex non intelligatur.

Sæpe tamen *Grex* de quacumque multitudine, sive brutorum animalium, sive hominum, quæ in unum collecta est, accipitur. Sic *grex anatum* apud Varron. *lib. 3. de re rust. c.* 11. *ancillarum* apud Terent. *Heautont. Act.* 2. *sc.* 3. *anserum* apud Varron. *ibid. c.* 19. *avium* apud Hor. *lib.* 1. *epist.* 3. *v.* 19. *Grex* Donatistarum *l.* 54. *C. Th. de hæret.* hæreticorum *l.* 16. *C. Th. eod. tit.* Vid. supra art. *gregales*.

GUBERNACULA navis *l.* 44. *D. de evict.* quibus navis contorquetur, quo gubernatori libet, ut loquitur Lucret. *lib.* 4. Unde clavum, & gubernacula conjungit Cic. pro *Sext. c.* 9. Clavum autem vocari fustim gubernaculi, Serv. in *lib.* 5. *Aen. v.* 176. tradit ad ea verba: *Clavumque ad littora torquet.* Unde & puppin clavo parere, Claudianus ait *lib.* 1. *in Europ.* Ceterum in plurativo numero gubernaculorum mentionem faciunt veteres, quod eorum naves plura haberent gubernacula, ceu patet ex *l.* 3. §. 8. *D. de incend. ruin naufr.* & Tacit. *Annal. lib.* 14. *c.* 5. Vid. Bynkersh. 4. *obs.* 17. Cujusmodi gubernacula esse etiam ζευκτηριας apud Lucam Act. Apost. *c.* 27. *v.* 40. existimat Ev. Otto *de tutel. viar. lib.* 3. *c.* 8. *p.* 547.

GUBERNATOR navis *leg.* 13. §. 2. *D. locat.* is est, qui sedens in puppi clavum tenet, ac gubernacula tractat, & a quo navis regitur. Varro *lib.* 8. *de ling. lat. Gubernatori unusquisque obtemperare debet in navi. Gubernium* vocatum esse ab antiquis, scribit Gell. *lib.* 16. *c.* 7. Præsidem vocat Statius *lib.* 10. *Thebaid.* his verbis: *Non secus amisso medium quum præside puppis Fregit iter, subit ad vidui moderamina clavi* rectorem navigii, Seneca *epist.* 85.

GUIDAGIUM *cap.* 26. *de verb. signif.* hoc verbo Latinitatis medii ævi significatur protectio itineris, &, ut vulgo loquimur, salvus conductus.

GUTTUROSUS *leg.* 12. §. 1. *D. de Ædil. edict.* dicitur, qui amplum & modum excedens, seu in anteriorem pertuberans guttur habet. De hac voce sunt, qui dubitant, an satis latina sit. Sed vide tu Bynkersh. 1. *obs.* 25. & Ducker. de Latin. vet. Ictor. *p.* 410. *Hein.*

GYMNICUS agon *l.* 1. *C. de spectac.* certamen, quod a nudis exercebatur.

GYNÆCIARII *l.* 3. *C. de murileg. & gynæc. l. ult. C. de milit. vest.* id est, gynæciis seu textrinis imperialium vestium adscripti, vel opifices vestis Imperialis contexendæ, ut loquitur *l.* 6. *C. Theod. de mulier.* Gynæciariorum corpus 7. 16. *C. Th. eod. tit.*

GYNÆCIUM, vel ut in Codice Theodosiano scribitur, *Gynæcæum* significat textrinam ad vestes principales conficiendas constitutam *l.* 5. *C. ad. leg. jul. repetund. l.* 2. *l.* 5. *C. de murileg. & gynæc.* Nam quod in *d. l.* 5. dicitur Gynæcii, hoc in lege sequente dicitur *textrini*. Hinc & regiis textrinis præpositos adpellat Jul. Firm. Matern. *lib.* 3. *mathem. c.* 7. qui gynæciis præerant. Paullus Diaconus *Langeb. lib.* 2. *c.* 5. de Sophia, & Narse Eunucho: *Cui illa inter cetera, quod eunuchus erat hoc fertur mandasse, ut cum puellis in gynæcio lanarum pensa divideret.* Sic enim hæc verba relata sunt ab Aimonio Monacho *lib.* 3. *de gest. franc. c.* 10. Habebant porro Imperatores Gynæciorum suorum usibus deservientia utriusque sexus mancipia, ut adparet ex *l.* 1. *C. Theod. de murileg.* in qua est *mancipium gynæcii*. De ancillis vero gynæciariis est *l.* 6. *C. Th. de judæis*. Ideoque ingenuæ mulieres, quæ se gynæciariis junxissent, si conventæ denunciatione sollemni, splendorem generis contubernii utilitati præferre nollent, maritorum conditione teneri, constitutum est ab Imperatoribus in *l.* 3. *C. de murileg.* Atque hæ sunt *Gynæcii* familiæ *l.* 5. *C. eod. tit.* De his ex instituto egit Barth. Barient. *Adnot. silv. c.* 15.

GYNÆCII procuratores *l.* 2. *C. de muril. & gynæciar.* qui procuratores textrinorum vocantur in *l.* 14. *C. eod. tit.* & procuratores gynæciariorum *l.* 3. *C. Th. de indulg. dub.* corrupte *Cynegiorum* procuratores *in Notitia Imp. Rom.* sub dispositione comitis sacrarum largitionum, qui Comes vestiarii suberat, ponuntur, ut & in capite, quo de comite rerum privatarum agit, ubi simili modo *Cynegiorum procuratores* recensentur. *Vestium* enim, non item *canum* curam ad eorum comitum officia pertinuisse constat. Emendandum ergo illis locis *procuratores Gyneciorum*. Quibus illic recte atque ordine adjunguntur *procuratores linificii, & baphiorum*, sicut corpus *gynæciariorum*, & *lineariorum*, seu *linifariorum* sociatur in *l.* 13. *C. de murileg.* Nam & linteæ vestis textrina habuisse Imperatores, liquet ex *l.* 6. *C. Theod. de murileg.* Inde apud Euseb. *lib.* 2. *de vit. Constant. c.* 34. γυναικειοις και λινυφιοις legimus, quorum altero *gynæcia*, altero, *linifiria* designantur.

GYPSUS Stephano *de urbib. p.* 383. Γυψος Ægypti, vel Æthiopiæ insula, metallorum ferax, in quam noxii relegari, vel potius ad metalla damnari solebant *l. ult.* §. 2. *C. de pœn. Novell.* 22. *c.* 8. & *Nov.* 142. *c.* 1. De eo plura Cujac. 8. *obs.* 27. Jus eo mittendi homines tantum Præfecto Augustali Ægypti, Juridico Alexandrinæ civitatis, & Præsidi Thebaidos fuisse ostendit *lib.* 20. *obs. cap.* 31.

HABE

H

HABE, veteres dicebant pro *ave*, eaque formula frequentissime utuntur Imperatores, quoties ad viros, feminasque honoratiores rescribunt, de qua supra sub *ave*. Adspirationem huic voci præmisisse veteres, testis est Quinctilianus *lib.* 1. *c.* 10. Et hinc ea forma frequentissima est in epitaphiis *Salve*, *have*, *vale*: Gruter. *Inscr. p.* 691. 6. *p.* 769. 4. *p.* 784. 3. Reines. *Class.* 14. *inscr.* 31. & aliis locis.

HABENA, lora, quibus impuberes, qui torqueri non poterant, cædebantur *l.* 1. §. 33. *D. de SC. Silan.* Quod verberum genus etiam Horatius attigit *lib.* 2. *epist.* 2. *v.* 15. *In scalis latuit metuens pendentis habenæ.* & Ov. *Epist. Heroid.* 9.

HABERE dupliciter accipitur. Nam & eum habere dicimus, qui rei dominus est, & eum, qui dominus quidem non est, sed teneat. Denique habere rem apud nos depositum solemus dicere *l.* 38. §. 9. *D. de verb. oblig.* Habere duobus modis dicitur, altero jure dominii, altero obtinere sine interpellatione id, quod quis emerit *l.* 188. *pr. D. de verb. sign.* Itaque in interdicto *unde vi*, verba hæc: *Quæque sibi habuit*, sic accipimus, ut omnes res contineantur, non solum, quæ propriæ ipsius, qui dejectus est, verum etiam, si quæ apud eum depositæ, vel ei commodatæ, vel pignoratæ, quarumque usum, vel usumfructum, vel custodiam habuit vel si quæ ei locatæ sunt. Quum enim dicit Prætor, *habuit*, omnia hæc habendi verbo continentur *l.* 1. §. 33. *D. de vi & vi arm.* In edicto quoque *Ne quid in loco publico* in publico factum, immissumve *habere* videtur, qui utitur, & jure possessionis fruitur, sive ipse opus fecit, sive ex clausula emtionis, vel conductionis, vel legato, vel hæreditate, vel quo alio modo adquisivit *l.* 2. §. 38. *D. ne quid in loc. pub.* Habere ergo, sicut pervenire, cum affectu accipiendum est *l.* 64. §. *ult. D. de verb. signif.* Immo id apud se quis habere videtur, de quo habet actionem. Habetur enim, quod fieri potest *l.* 143. *D. eod. tit.* Is, qui actionem habet ad rem recuperandam, ipsam rem habere videtur *l.* 15. *D. de reg. jur.* Habuisse quis dicitur ea, quæ amisit Paul. 4. *sent.* 5. §. 9. Alias inter *habere*, & *possidere* hanc differentiam facit Cornel. Fronto *de differ. voc. Habere*, ait, etiam potest fur nequam, possidet nemo, nisi qui aut relictæ, aut donatæ rei, aut emtæ dominus est. Ita in habente onus, in possidente usus est.

Habere actionem non videtur is, cui propter inopiam debitoris ea inanis est *l.* 6. *D. D. de dol.*

Habere bonorum possessionem *l.* 3. *D. de bon. libert.* condictionem *l.* 30. *D. de condict. indeb.* deductionem *l. ult. D. de impens. in res dot. fact.* exactionem *l.* 6. *D. eod. tit.* exceptionem *l.* 40. *D. de condict. indebiti.*

Habere licere, qui promittit, hoc præstare debet, ut ne alius rem evincat, utque sine controversia, & interpellatione cujusquam rem sibi habere, & possidere liceat *l.* 11. §. 7. & *l. ult. D. de act. emt. vend. l.* 45. §. *ult. D. de legat.* 1. *l.* 8. *D. de evict. l.* 83. *D. de verb. oblig. Habere* (enim) non licet, si quis controversiam vel de proprietate, vel de possessione, vel de usufructu, vel usu, vel quo alio jure ejus, quod distractum est, faciat, & omnino si quid de jure, quod habuit, minuitur *l.* 38. §. 1. *seq. D. de verb. oblig.* Sic fugitivum *habere* non licet *l.* 13. §. 1. *D. de act. emt.* nec eum, cujus si pretium emtor non dedisset, ei ab adversario auferretur *l.* 21. *D. de evict.* At emtori *habere* plane licet, etsi is, qui cum in evictione rei vicerit, ante abductam vel ablatam rem, sine successore decesserit, ita ut neque ad fiscum bona pervenire possint, neque privatim a creditoribus distrahi *l.* 57. *D. eod. tit.* Hæc ergo verba jus non factum significant, & in servilem personam non cadunt *l.* 38. §. 6. *de verb. oblig. Habere* enim possidere hi, qui in aliena potestate sunt, non possunt *l.* 49. §. 1. *D. de adquir. possess.*

Habere, tenere, possidere junguntur in formula Aquillianæ stipulationis *l.* 18. §. *ult. D. de acceptil.* inter legatorum quoque, quæ per vindicationem relinquebantur verba fuit & hoc *habeto*, Ulpian. 24. *Reg.* 3.

Solemnia quoque divortiorum verba in *l.* 1. §. 1. *D. de divort.* Res tuas tibi *habeto*. De quibus Vid. Brisson. in *formul. lib.* 8. *c.* 35.

Habere quis dicitur & id, quod patitur, vel quod ipsi attribuitur. Sic qui morbum *habet l.* 53. *D. de Ædil. edict.*

Habere pro gerere quid. Sic *habere* contestationem *l.* 9. *C. de præscr. long. temp.* contractum, id est, contrahere *l.* 4. *Cod. si tut. vel cur. interv.* Sic *habitus* contractus *l.* 21. *C. de don. int. vir. & ux.* Habita conventio *l.* 8. *C. de pact. int. emt. & vend.* emtio *l.* 2. *D. de contr. emt.* obligatio *l.* 4. *C. ad SC. Vellei.* stipulatio *l.* 1. *C. de auct. præst.*

Habere, continere, aliquo præditum esse. Habet æquitatem *l.* 15. *D. de precar.* in se delictum *l.* 1. *D. de Aedil. edict.* dubitationem *l.* 25. *D. de min.*

Habere Græco loquendi schemate, pro debere, seu necesse habere, ut neque enim laborare *habet*, ut se repræsentet *l.* 15. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* Sepulcris avitis carendum *habet l.* 1. §. 1. *D. quand. adpell.* Neque habet mandare actiones *l.* 43. *D. solut. matr.* operari *habent l.* 10. §. 1. *D. de pen.* De servis quos redimendos habent *l.* 55. §. *ult. D. de manum. test.* Et ita Tertullianus non semel

mel loquitur, veluti *Apologet. c.* 37. Quem *habemus* odisse. & *lib. adv. Valent. habemus* super volare. Sic & D. Cyprin. *Epist.* 27. rescribere *habeam*.

HABILIS negotio *l. 9. D. de cur. furios.* ad tutelam *l. 2. §. 34. D. ad SC. Tertull.*

HABILITER geruntur gemmæ *l. 20. D. de aur. arg. leg.* id est, apte, commode. Eo adverbio, quod auctor anonymus de *Latinitate vet. Ictorum* apud Ducker. *p.* 115. exemplo carere existimat, usos esse Livii Epitomatorem *lib.* 57. & Pomponium Melam *lib. 3. cap.* 7. ostendit laudatus Duckerus. *Hein.*

HABITARE iniquilinus dicitur, ut colonus frui *l. 25. §. 1. D. locat.* In edicto *de his, qui effund. vel dejec. habitare* dicimus vel in suo, vel in conducto, vel gratuito. Hospes plane non tenebitur, quia ibi non habitat, sed tantisper hospitatur *l. 1. §. 9. D. de his qui effud.*

HABITATIO. Habitationem Modestinus *l. 12. D. de cap. min.* in facto magis, quam in jure consistere dixit, servitutemque arbitratus est, Marcellus usumfructum eam putavit, ut colligitur ex *§. pen. Inst. de usu & habit.* Papinianus, & cum eo Ulpianus in *l. 10. pr. D. de usu & habit.* usum eam arbitratus est. Quodlibet horum jus est, & factum requirit connexum. In jure *autem consistere* Modestino est, habere jus percipiendi fructus ex re, olim autem, qui habitabat, fructum ex ædibus percipiebat nullum. Omnem hanc dissensionem sustulit Justinianus subscribendo in hoc Modestino, quod eam servitutibus annumeret, in eo vero defendendo Marcilii partes, quod ususfructus effectus ei tribueret. Vid. *l. 13. C. de us. & habit.* Ut adeo habitatio jam definiri possit, quod sit jus ædium partibus commotationi hominum destinatis gratis utendi fruendi. Nota igitur, non omnibus ædium partibus uti & frui inhabitantem, sed iis tantum, quæ ita instructæ sunt, ut homines iis commorari queant, horrea igitur, cellasque, & tabernas ad habitationem non pertinere. Quod autem gratis habitandi jus sit, eo differt habitatio a locatione conductione, in qua merces præstanda est stato tempore. Denique utendi fruendi jus est, postquam Justinianus in *l. 15. C. de us. & habit.* habitationis naturam in hoc produxit. Utitur enim habitans ædibus, usui suo eas in hoc accommodans, ut se adversus aeris injuriam defendat, fruitur vero iis, dum aliis eas locat *§. 5. Instit. de usu & habit.* Vid. VVurffel. *Jurispr. defin.* §. 252.

Habitatio pro loco, in quo habitatur *l. 10. §. 2. D. de instr. vel instr. leg. l. 12. D. de instr. vel instr. leg. l. 21. §. 1. D. locat.* Ad omnem habitationem, in qua paterfamilias habitat, pertinere Legem Corneliam de injuriis, licet ibi quis domicilium non habeat, docemur *l. 5. §. 2. D. de injur.*

HABITATOR in *l. 53. §. 1. D. de action. emt. vend. l. 27. l. 30. D. locat.* inquilinum significat. Habitator suam, suorumque culpam præstare debet *l. 6. §. ult. D. de his, qui effud. vel dejec.*

HABITUS, cultus corporis *tit. C. Th. quo hab. uti oport. instr. urb.* Si larvali habitu processeris, Paull. 3. *Sent.* 4. §. 2. habitus militaris *l. 1. C. Th. quo hab. uti op. instr. urb.*

Habitus corporis pro valetudine *l. 1. §. 7. D. de Ædil. edict.* Eo habitu naturæ fuit *l. 8. D. de re milit.*

Sed & quælibet sive rerum, sive hominum qualitas *habitus* vocabulo venit. Habitus civitatis *l. 45. C. Th. de oper. publ.* faciei *l. un. C. Th. si quis solid. circul.* matrimonii *l. 8. Cod. de condict. causs. dat.* philosophiæ *l. 8. C. de med. & profess.*

HACTENUS quatenus *l. 1. §. 17. D. ad SC. Trebell. l. 3. D. quod juss. l. ult. D. de man. test.* Hactenus si *l. 7. D. de pecun. constit.* Hactenus ut *l. 3. §. 5. D. de in rem vers.* In Pandectis Florentinis legitur hoc vocabulum sine aspiratione.

HADRUMETUM celeberrima Africæ civitas *l. 16. C. de rescind. vend.*

HÆMASIA αἱμασιὰ *l. ult. D. fin. regund.* non sepis est, ut plerique, ac ipse interpres Latinus accipiunt, sed maceria ex sicco lapide. *Menag. Amœn. jur. c. 33. p.* 200. Hein.

HÆREDITARIUS. Vid. *Hereditarius &c.*

HÆRERE actionibus *l. 13. D. ad SC. Trebell.* tutelis *l. 45. D. de excus.* Hærens laqueo aper *l. 55. D. de adqui. rer. dom.*

HÆRESIOTÆ, id est, functioni, conditioni adstricti: Hæresiotæ navicularii *l. 14. C. Th. de navicul.* Hæresiotæ. οἱ κοινωνοῦντες τῆς αἱρέσεως ναυτικῆς, *qui participes sunt navicularia functionis*, ut θιασῶται, *sodales l. ult. D. de collegiis*, & apud Harpocrationem *voc.* θιασος: θιασῶται, οἱ κοινωνοῦντες τοῦ θιάσου. Ut *Ergasiotæ*, & *Ergastotarii* in *l. 1. C. Th. de Alexandrin. pleb. primat.* Et juvat maxime, quod Lex illa ad Alexandrinos navicularios pertinet. Apud quos professionum nomina, & nauticæ nominatim rei voces Græcæ hoc codice plures.

HÆRESIS enim navalis est conditio, vel functio navalis *l. 9. l. 10. C. Th. de præd. navicul.* Alias.

Hæresis est secta religiosa. Vetitæ legibus divinis, & Imperialibus hæreses *l. 2. C. de hæret.* & *Manich.* & passim in Codice utroque *Just.* & *Theod.* *Hæresis* alias est voluntarius error intellectus cum pertinacia contra aliquam fidei veritatem. Hæreticus suam mentem exterius sufficienter manifestans signis, aut verbis excommunicationem incurrit ab ecclesia latam *c. ad abolendam, c. excommunic. de hæretic. c. quicumque de hæretic. in 6.* Si vero nullum signum exterius exhibeat, excommunicationem non incurrit *c. christiana caus. 32. qu. 5. c. consuluisti l. 6. & 3.* Ecclesia enim de occultis non ju-

judicat. Excommunicationis pœna etiam ad auditores, receptatores, fautores, & hæreticorum defensores extenditur *Bulla Coenæ excommunicatione* 1. *&* *c. excommunicamus* §. *credentes de hæret.* & ad eorum libros legentes, aut retinentes *Reg.* 3. *Indicis* & *versu qui vero*, & circa alios libros *Reg.* 2. Farinacius *de hæresi quæst.* 118. *num.* 36. Hæretici etiam post mortem damnantur Concil. Occum. V. ab Justiniano habitum *Act.* 6. *Edictum Justiniani de fide*. Facundus Hermianensis *lib.* 8. *c.* 5. & *lib.* 10. *c.* 4. Florens Consultissimæ facultatis Parisiensis Antecessor *Tom.* 1. *ad tit. de summ. Trinit. pag.* 7. Et noster Hispanus Segovia concilii Basiliensis theologus in opere M. S. quod in Bibliotheca Christianissimi Regis servatur. *D. Giron.*

Hæresis a Schismate differt, quod hoc in circumstantia fidei consistat *cap. inter hæresim* 26. *causs.* 24. *qu.* 3. illa in fundamento sit. *l.* 1. *C. de summ. Trinit.* Hæretici denominationem ab hæresi trahunt, id est, ab electione singulari doctrinæ a sensu Catholicæ Ecclesiæ alienæ *cap. hæresis* 27. *causs.* 24. *qu.* 3. *l.* 2. *C. de hæret.* & eam cum pertinacia defendunt *cap. qui in ecclesia cap. dixit Dominus ead. qu.* 3. qui dicantur Schismatici *c. Schisma Causs.* 24. *q.* 1. *cap.* 3. *dist.* 21. *c. quoniam vetusto* 25. *causs.* 24. *qu.* 1. & *l. inter claras* §. *nos reddentes C. de summ. Trinit.* Concil. Chalced. *Epist. ad Leon. & act.* 1. Pœna a jure in hæreticos statuta est præter excommunicationem bonorum confiscatio *c. ad abolendam* 9. *c. excommunicamus* 13. *&* 15. *de hæretic.* Dn. Giron. Vid. in *Schisma*.

HÆRETICORUM adpellatione contineri vel eos, qui levi argumento a judicio catholicæ religionis, & tramite detecti fuerint deviare, aiunt *l.* 2. *C. de hæret. & Manich. & l.* 26. *C. Theod. eod. tit.* B. Aug. *lib. de util. cred. c. hæreticus* 24. *qu.* 3. hæreticum definit, qui alicujus temporalis commodi, & maxime vanæ gloriæ, principatusque sui gratia falsas, vel novas opiniones vel gignit, vel sequitur. Ille autem, qui hujusmodi hominibus credit, imagine quadam veritatis illusus est. *Hæreticorum* sectas varias recenset Isidorus *lib.* 8. *etym. c.* 5. *c. quidam autem* 24. *quæst.* 3. *Hæreticos* libros scribentis pœna est amputatio manus. Justin. *Novell.* 42. sicut & exactoris non ex legis præscripto apocham conficientis, ut idem Justinian. *Nov.* 17. Cujac. *obs.* 13.

HAMA instrumentum incendiis arcendis, restinguendis, compescendisque comparatum *l.* 3. §. 3. *D. de offic. præf. vigil. l.* 12. §. 18. *&* §. 21. *D. de instr. vel instr. leg.* Plin. *lib.* 10. *Epist.* 42. Juvenal. *Sat.* 14. *Dispositis prædives hamis*. Meminit hamarum ferrearum etiam Plinius *lib.* 19. *Nat. hist. cap.* 1. quibus ad pectendas, & decorticandas stipulas utebantur. Et ita inter instrumenta rustica recte hamam connumerat Julius Pollux. Utitur verbo ἄμαν & Æschin. κατὰ Κτησιφῶντα.

HAMUS instrumentum piscatorium: Paull. 3. *Sent.* 6. §. 66.

HARENA *haronarius*, *harenifodina*. Vid. supra *arena*.

HARIOLUS *l.* 4. *l.* 6. *C. Theod. de malef. & mathem.* qui divina mente vaticinatur, ut ait Donat. *ad Ter. Phorm. Act.* 4. *sc.* 5. Vocabulum hoc plerumque sumitur pro iis, qui ut Isidor. *lib.* 8. *orig. c.* 9. loquitur *circa aras idolorum preces emittentes, & sacrificia offerentes dæmonum responsa accipiebant*. Aliquando tamen & in bonam partem accipi ex sacris vel Isaiæ prophetæ locus ostendit *c.* 3. *v.* 2. ubi hominem sagacem denotari, Grotius docet *in Adnotationibus*. Unde vero id nomen sortiti sunt *harioli*, vid. eumdem Grot. *ad Levit. c.* 20. *v.* 31.

HARMOSTES. Et cum imperio quidam inducitur illis unus utriusque provinciæ præses, cognomento moderator, quem quis vulgari lingua usus *Harmostem* adpellet, quando quidem & moderatoris nomen vetustum est, Romanaque amplitudine dignum, & ipse *Harmostes* quidam olim magistratus erat, qui a Lacedæmone hinc inde per omnes ejus ditionem dirigebatur. Ita Justinian. *Novell.* 28. *c.* 2. De his Lacedæmoniorum magistratibus fuse Crag. *de Rep. Lacedæm. lib.* 2. *c.* 13. *p.* 153. & Meurs. *Miscell. Lacon. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 113. ubi ostendunt, eorum duo genera fuisse, unum *urbanum*, quod Dionysius Halicarn. Dictatori Romanorum æquiparat, alterum *externorum*, de quibus Harpocration. Ἁρμοσταὶ οἱ ὑπὸ Λακεδαιμονίων εἰς τὰς ὑπηκόους πόλεις αἱ ὄντες ἐκπεμπόμενοι, *Harmostæ sunt, qui ad subjectas civitates a Lacedæmoniis mittebantur magistratus*. Hein.

HARPAGO instrumentum ad incendia arcenda comparatum *l.* 12. §. 21. *D. de instr. vel instr. leg.*

HARUNDO aliquando cum adspiratione scribitur in Pandectis Florentinis, ut *l.* 9. §. *ult. D. de usufr. l.* 8. *D. de arb. furt. cæs. l.* 59. §. *ult. D. de usufr. l.* 7. §. 5. *D. quod vi aut cl.* Aliquando sine spiritu *arundo*, ut supra hac voce.

HARUSPEX *l.* 1. 2. 4. 6. *C. Theod. de malef. & mathem. l.* 1. *C. Theod. de pagan.* id est, extispex, qui ex animalium extis futura prædic, dictus ab *harugis*, id est, hostiis. Ipse Constantinus M. quid de haruspicibus statuerit vide *l.* 1. *C. Th. de pagan. sacrif. & templ.* & de eo Zosim. *lib.* 2. *hist. eccles. c.* 29. Quid Valentinianus & Theodosius Augusti sanxerint, vid. *l.* 9. *C. Th. de pagan. sacrif. & templ.*

HARUSPICINA, ars illa ac disciplina haruspicium *l.* 9. *C. Th. de malef. & mathem.*

HASTA, pilum militare, inter arma refertur *l.* 3. §. 2. *D. de vi & vi arm.* Hastam rectam ferendi jus inter servitutes connumeratur *l.* 7. *pr. D. de serv.*

serv. præd. rustic. *Hasta* etiam, ut Fest. *lib.* 8. scribit, subjiciebant veteres ea, quæ publice veniebant. Cic. *lib.* 2. *de offic. c.* 23. Sic par est, ait agere cum civibus, non, ut bis jam vidimus hastam in foro ponere, & bona civium voci subjicere præconis. Hinc *res subhastatæ*, quæ sub hasta venales propositæ *l.* 3. *C. de exeq. rei jud.* *subhastato*, ipsa venditio *l.* 16. *C. de resc. vend.* possessiones *subhastaria* sorte distractæ *l.* 9. *C. Th. de præd. navic.* Quæ autem sub hasta veniebant res, præconibus proclamantibus venibant, ut ex illo ex Cic. 2. *offic.* 8. & supra adducto *c.* 23. patet. Itemque ex *Philipp.* 2. *c.* 26. Cæsar, ait, hasta posita pro æde Jovis Statoris, bona Cn. Pompeii Magni voci acerbissimæ subjecit præconis. Tertullian. *Apologet. c.* 13. Sub eadem voce Præconis, sub eadem hasta, sub eadem adnotatione quæstoris, divinitas addicta conducitur. Ea caussa præcones ad hastam stetisse, & oblata pretia nunciasse, Acron. in Horat. *lib.* 1. *Serm. Sat.* 6. scribit. Nec venditiones tantum, sed & locationes publicas *hasta* posita factas esse, ostendit Ovid. *lib.* 4. *ex* Ponto *eleg.* 5. *Aut populi reditus positam componet ad hastam, Et minui magnæ non sinet urbis opes.* Idem *eod. libro eleg.* 9. *Nunc longi reditus hastæ supponere lustri.* Columella *in præf. lib.* 1. *Nunc ad hastam locamus, ut nobis ex transmarinis provinciis advehitur frumentum.* Sic *hasta* centumviralis apud Stat. Papin. *lib.* 4. *silv.* 4. *Cessat centenis moderatrix judicis hasta.* Itemque *decemviralis* apud Pompon. *l.* 2. §. 29. *D. de orig. jur.* Quum esset necessarius magistratus, qui *hastæ* præesset, Decemviri litibus judicandis sunt constituti. Lucanus *in panegyrico* Pisonis: *Seu trepidos ad jura decem citat hasta virorum.* Augustum autem auctorem fuisse, ut *centumviralem hastam*, quam quæstura functi cogere consueverant, decemviri cogerent, Suet. *Aug. c.* 36. narrat.

Hasta fiscalis *l.* 8. *C. de remiss. pign. rubr. C. de fid. instr. & jur. hast.* A fisco enim res hastarum solemnitate distrahebantur *l. ult. C. si adv. fisc. l.* 1. *C. Th. de dom. ad rem priv. pert.* Hasta quoque Prætoris est apud Senec. *de brevit. vit. c.* 11.

HAUSTUS aquæ *l.* 1. *D. de servit. præd. rust.* id est, jus hauriendi, seu aquæ hauriendæ. Quæ servitus imponi potest aquis putealibus *l.* 1. §. 6. *D. de aqu. quotid. & æstiv.*

HELENOPONTI moderator, vel *harmostes* Justinianeus *Nov.* 28. *c.* 2. *&* 3. Unde autem Helenopontus adpelletur, vid. *ead. Nov. c.* 1.

HELIOCAMINUS *leg.* 17. *D. de serv. præd. urb.* & apud Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. vaporarium est, in aprico loco situm, ad calorem solis excipiendum. Vid. infra *Solarium.*

HELLADIUS, Episcopus Cæsariensis, memoratur *in l.* 3. *C. Th. de fid. cathol.*

HELVIDIANI ab Helvidio nominati, qui dicunt post Christum natum alios Mariam filios de suo Joseph peperisse *c.* 39. §. 56. *causs.* 24. *quæst.* 3.

Hemus mons *l.* 23. *C. de adpell.* Hæmimontus secundum Marcellinum *lib.* 9. & secundum Hilarium *in lib. de Synod. advers. Arrianos.* Emimontus, vel ut alii adscripserunt Emmuntus, sed perperam pro Æmimontus; provinciæ est Europæ, ac Thraciæ. Cujac. *obs. lib.* 1. *c.* 26.

HENOTICON, sive edictum de unitate. Vid. *l.* 2. *C. Th. de religione l.* 38. *C. Th. de hæret.* & ibi Jac. Gothofr. in Commentar. & *l.* 2. §. *C. Th. de fid. cathol.*

HERACLIANUS hostis publicus indicatur ab Impp. Honorio & Theodosio *in l.* 21. *C. Theod. de poen.* quod illi honoratis & provincialibus Africæ, in qua Heraclianus agebat, rescripto suo denunciant. Fuit enim *Heraclianus* Africæ comes, qui magno quidem, sed parum felici conatu arma adversus pios illos principes cepit. Nam quum in Italiam navium immensa, & stupenda multitudine trajecisset, simul atque ad urbem pergens, littore egressus est, occursu Comitis Marini territus, & in fugam versus, arrepta navi, solus Carthaginem rediit, atque ibi continuo militari manu est interfectus. Auctore Oros. *lib. ult. c. ult.* Unde Paullus Diac. Aquilei sumsit, quidquid de hac Heracliani rebellione narrat, *Hist. miscell. lib.* 14. *c.* 2. Quamobrem ejus memoriam damnant Impp. *l.* 13. *C. Theod. de infirm. his, quæ sub tyran.* inter quod rescriptum & superius vix anni, & quod excurrit, intervallum intercedit. Hic est ille Heraclianus, qui Stiliconem manu sua interfecit, pro cujus operæ præmio Africæ Comitatum ei concessum, refert Zosimus *lib.* 5. *cap.* 37. Ejus etiam meminit *lib.* 6. *cap.* 11.

Alius fuit *Heraclianus* tribunus, & Magister officiorum sub principatu Constantini, cujus meminit *l.* 1. *C. Th. de pagan. sacrif. & templ.*

HERBÆ quas legati populi Romani ferre solebant, id est, sagmina *l.* 8. *D. de rer. divis.* Conf. Liv. *lib.* 1. *c.* 14. & Festus in voce *sagmen*, & ibi Jos. Scaliger *in not.*

HERCISCO vid. supra *ercisco.*

HERCULES Gaditanus mira religione cultus a veteribus. Gaditani enim Tyro oriundi sacra Herculis secum in Hispaniam transtulerant. Justin. *lib.* 44. *cap.* 5. Appian. *in Punic. p.* 256. Ei jus capiendi hæreditatem cum aliis aliquot Diis dederant Leges. Ulp. *fragm. tit.* 22. §. 6.

HERCULEÆ decuriæ mentio fit *in l.* 40. *C. Th. de curs. publ.*

HEREDITARIUS, *a*, *um.* *Hereditariæ* actiones adpellantur, quæ in hereditate & defuncti bonis sunt *l.* 1. §. 26. *D. si quid in fraud. patron. l.* 59. *D. ad SC. Trebell. l.* 20. §. 4. *D. de hered. pet.* Quæ vero ex defuncti persona heredi dantur, etiamsi defuncto num-

numquam competierunt, *hereditariæ* tamen dicendæ, ut in specie *l.* 84. *D. ad Leg. Falcid.* Plane quæ patrono ad revocanda ea, quæ in fraudem ejus alienata sunt, datur actio, *hereditaria* non est, id est, ex bonis quidem liberti, sed patroni propria est *l.* 1. §. 26. *D. si quid in fraud. patron.*

Hereditariæ actiones *in titulo C. de hered. act.* accipiendæ sunt, quæ ex negotiis cum defuncto gestis, vel ex delictis ab eo admissis in heredes dantur. Quo in numero & legatariorum actiones haberi placet, quamvis ab herede cœperint *l.* 2. §. 8. *D. de her. vel act. vend.*

Hereditarium æs alienum intelligitur etiam id, quo cum defuncto agi non potuit, veluti quod quum moreretur, daturum se promisisset, item, quod is, qui pro defuncto fidejussit, post mortem ejus solvit *l.* 7. *D. de reb. auct. jud. possid.*

Hereditarium sepulcrum *l.* 20. §. *ult. D. de adqur. hered.* Ita adpellabantur sepulcra, quæ quis sibi, suisque heredibus constituerant, vel quæ pater familias jure hereditario adquisiverat *l.* 5. §. 6. *D. de religios. & sumt. fun.*

HEREDITAS nihil aliud est, quam successio in universum jus, quod defunctus habuit *l.* 24. *D. de verb. signif.* quo illa continentur jura, quæ personam defuncti egredi potuerunt, nec ejus morte resolventur. Hereditas sane universitatem quamdam, ac jus successionis demonstrat *l.* 208. *D. eod. tit.* jurisque nomen est *l.* 3. *D. de bon. possess. l.* 119. *l.* 138. §. 1. *D. de verb. signif.* & in jure consistere dicitur *l.* 1. *D de rer. divis.* §. 1. *Instit. de reb. corp.* ac proinde absque ullo corpore juris intellectum habet *l.* 50 *D. de hered. pet.* Itaque *hereditatis* adpellatio etiam damnosam hereditatem continet *d. l.* 119. *D. de verb. signif.* Eoque interesse dicitur, utrum hereditas, an bonorum pars legetur, quod hereditatis parte legata, neque funeris impensa, neque manumissorum pretia deducantur, contra atque bonorum parte legata *l.* 8. §. *ult. l.* 9. *seq. D. de legat.* 2. Huc pertinent variæ loquutiones. Ipsam enim hereditatem heres dicitur *adgnoscere*, *adire*, *adquirere*, se ei *miscere*, *immiscere*, & contra se *abstinere*, eam *omittere* vel *repudiare*, de quibus singulis suis locis. Sic alia hereditas est *certa* vel *adita l.* 2. *C. Theod. de in integr. rest.* alia *jacens*. Jacet enim hereditas, quæ nondum adita est *l.* 13. §. 5. *D. quod vi aut cl. l.* 1. *D. de success. edict.* alia *delata*, alia *adquisita*. Defertur vero vel ex testamento, vel ab intestato, veluti XII. Tabulis, aliisque Legibus, vel SCis *l.* 1. 2. 3. *D. hered. petit. l.* 8. *D. de capit. minut.* Hereditas autem juxta Cassiod. in *ps.* 78. ab hero dicta est, quippe quam jure legitimo dominus noscitur possidere.

Hereditatis adpellatione aliquando & bonorum possessio continetur *l.* 137. *D. de verb. sign.*

Hereditatis verbum interdum pro rebus ipsis, & corporibus hereditariis usurpatur. Sic expilari hereditatem, & hereditatis furtum fieri, dicimus. Et inde Cicero *Topic. c.* 6. hereditatem pecuniam definit, quæ alicujus morte ad aliquem pervenit. Quæ res Senecæ *lib.* 6. *de benef. c.* 5. ridendi jurisconsultos ansam præbuit, quamvis insulus sit ejus risus: *Jurisconsultorum*, ait ille, *istæ argutæ ineptiæ sunt*, *qui hereditatem negant usucapi posse*, *sed ea quæ in hereditate sunt*, *tanquam quidquam aliud sit hereditas*, *quam ea*, *quæ in hereditate sunt*. Sane cum significatu alio hereditas sit universitas quædam, ac jus successionis, adeoque res incorporalis, eo respectu ipsam usucapi non posse explorati juris erat. At alio sensu, cum hereditas intelliguntur res ipsæ hereditariæ, quæ in hæc erant corpora, utique usucapi poterant.

Hereditatis emtor *l.* 16. *D. de pact. l.* 2. *C. eod. l.* 34. *D. de procurat. l.* 13. §. *ult. D. de option. vel elect. leg. l.* 18. *D. de hered. vel act. vend. l.* 5. *C. eod. tit.* hic vicem heredis obtinet *l.* 2. §. 18. *D. de hered. vel act. vend.*

Hereditas justa legitima. Vid. his verbis.

HEREDIUM, ut Festus *lib.* 7. scribit, antiquitus prædium parvulum adpellabatur, cujus adpellatione hortum olim significatum Plinius *lib.* 19. *c.* 4. scribit. Varro *de re rust. lib.* 1. *c.* 10. Antiquus noster ante bellum Punicum pendebat bina jugera, quæ a Romulo primum divisa dicebantur viritim, quæ quod heredem sequerentur, heredium adpellarunt. Hæc postea a centum centuria dicta. Cornel. Nep. *in Caton. c.* 1. Versatus est in Sabinis, quod ibi heredium a patre relictum habebat.

HERENNIUS *Modestinus*, de quo Jul. Capitolin. *in Maximo Jun. c.* 1. quum ait Modestinum Jurisperitum hunc principem in jurisprudentia instituisse: Hunc studiosum suum vocat Ulpianus, & ab eo in Dalmatia agente consultum se refert *l.* 52. §. 20. *D. de furt.* Citatur a Callistrato *in l. ult.* §. 26. *D. de mun. & honor.* & a Gordiano *in l.* 5 *C. ad exhib.* non contemnendæ auctoritatis jurisconsultus adpellatur. Ejus tamen sententia reprobatur a Justiniano *in l.* 31. §. 6. *de inoff. test.* Floruit sub Alexandro Imperatore, sub quo jam anno a Christo nato 244. cum Faltone Restitutiano controversiam inter Magistros fontium & fullones octo annos agitatam finivit: Fabret. *Inscript. p.* 278. Scripserat Responsorum *libros* 19. Pandectarum *libros* 12. Regularum *libros* 10. Differentiarum *libros* 9. Excusationum *libros* 6. ad Ignarium Dextrum Græca lingua *l.* 1. *D. de excus.* de pœnis *libros* 4. Ad Q. Mucium *libros* saltim 31. Item libros singulares de præscriptionibus, de legatis, & fideicommissis, de testamentis, de inofficioso testamento, de manumissionibus, de euremáticis, de enuclearis casibus, de differentia dotis, de ritu nuptiarum. In latinis hujus operibus Græcismos passim reperit Merill. 3. *obs.* 33. De non con-

confundendo *Modestino* nostro cum altero Modestino Nasone, qui periochas Virgilii Maronis scripsit, dixit *Hein. in Hist. jur. civ. lib.* I. §. 350. *in Cchol. edit.* quæ *prodiit anno* 1740.

HERES est successor in universum jus defuncti *l.* 9. §. I. *D. de edend. l.* 34. *D. de judic. l.* 43. *D. de reg. jur. l.* 11. *D. diverf. temp. præscr. l.* 19. §. 5. *D. de Ædil. edict.* Heres in omne jus mortui, non tantum singularum rerum dominium succedit, quum & ea, quæ in nominibus sunt, ad heredem transeant *l.* 37. *D. de adquir. vel omitt. her.* Quia vero æquum est ejusmodi successorem pariter in obligationes defuncti succedere, recte Ulpianus *l.* 8. *D. de adquir. vel omitt. her.* ait: Hereditas, quin obliget nos æri alieno, etiamsi non sit solvendo, plusquam manifestum est. Idem *l.* 6. §. 6. *D. de his qui not. infam.* heredem in æs alienum defuncti succedere ait.

Heredes autem ab eo dicti sunt, quod quasi *heri* sunt, id est, domini §. *ult. Inst. de hered. qual. & diff. l.* I. *D. de success. edict.* Unde pro *domino* heredem dixit Plaut. *Mænech. Act.* 3. *sc.* 2. *v.* II. *Abstuli hanc, cujus heres numquam erit post hunc diem.* Idemque *exheredem* vocat eum, qui desiit esse dominus, & possessor *in Bacchid. Act.* 4. *sc.* 8. *v.* 8. Mostell. *Act.* I. *sc.* 3. *v.* 77. Isidorus tamen *lib.* 9. *etymol. cap.* 5. ab *ære*, alii ab *hærendo* contra veterem scribendi rationem, immo Menag. *Amœn. jur. civ. c.* 39. *p.* 326. a Græco χῆραξ, hoc est, *viduatus*, *orbus* derivant.

Heredum alii *necessarii*, alii *sui* ac *necessarii*, alii *extranei*, & *voluntarii* adpellantur. Item alii *testamentarii*, alii *legitimi*, de quibus omnibus vide suis locis.

Sed enim hi tantum *heredum* nomen obtinent, qui jure civili succedunt, *prætorii successores heredes* non adpellantur. *Heredes* enim lex tantum facit vel immediate, vel mediante testamento, veluti Lex XII. Tab. item Cornelia de captivis, aut SC. ut Orphitianum & Tertullianum, vel Principis constitutio, ut in filiorum familias hereditate accedit. Prætor vero *heredes* non facit §. 2. *Inst. de bon. possess. l.* 2. §. *ult. D. und. legit.* Unde quod *in l.* 6. *D. quæ in fraud. cred.* antehac legebatur, *hereditatem vel honorariam* a Pandectis Florentinis recte abest. Et *in l.* I. *C. si quis ignor. rem min. hereditario & honorario titulo* succedere, diversa sunt. Itaque & fideicommissarii, & bonorum possessores ab *heredibus* fere semper separantur, nec *heredes*, sed *velut heredes*, aut heredibus similes personæ perpetuo dicuntur *l.* I. *D. de possess. hered. pet. l.* 20. §. 13. *D. de hered. pet. l.* 58. *D. de oblig. & act. l.* 28. *D. de re jud. l.* 9. *in fin. D. de reb. auct. jud. possid. l.* 118. *D. de reg. jur.* & alibi passim.

Heredes aut *instituti* dicuntur, aut *substituti l.* I. *D. de vulg. & pup. sub.* Illi & *primi heredes*, hi *secundi* adpellantur *l.* 25. *D. qui test. fac. poss. l.* 8. *D. de lib. & post. l.* 56. *D. de fideic. libert.*

Heredes vel *ex asse*, vel *ex parte l.* 10. *D. de hered. pet.* heredes *soli*, vel ex parte *l.* 17. *D. de judic.* Apud Ambros. *lib.* 9. *Ep. ad Clementium Heredes sine re*, & *cum re* opponuntur. Illi sunt, qui in re certa sunt instituti.

Heres heredis l. 10. *D. de alim. & cib. leg. l.* 2. *D. de liberat. leg. l.* I. *D. quod legat.* Heredis enim adpellatio per multas successiones accipitur, nec tantum ad proximum heredem, sed & ad ulteriores refertur, ita ut *heredis heres*, & deinceps illa adpellatione contineantur *l.* 65. *l.* 170. *D. de verb. signif. l.* 2. *D. de liberat. legat.* exceptis paucis speciebus, in quibus *heredis* adpellatio proximum tantum continet, ut in substitutione impuberi his verbis facta, *Quisquis mihi heres erit*, & in Lege Ælia Sentia: & in Edicti prætorii his verbis: *Tum quem ei heredem esse oportet l.* 70. *l.* 127. *D. de verb. signif. l.* I. *D. und. legit.* Quin immo & ita in secundis tabulis facta substitutione: *Quisquis mihi heres erit, idem filio meo heres esto*, scriptos tantum heredes, & qui ex testamento heredes existerent, contineri placuit. Et ideo non tantum heredis heredem, sed & patrem, qui per filium, dominum, qui per servum heres extiterit, ab hac substitutione repelli, quia hi omnes non ex judicio veniunt *l.* 3. *l.* 8. *D. de vulg. & pupill. subst. l.* 27. §. 2. *l.* 55. §. 2. *ad SC. Trebell.* Ceterum qui semel heres exstiterit, etiamsi vivo pupillo heres esse desierit, hereditate forte vel ex caussa inofficiosi testamenti, vel ut indigno ablata, ad hereditatem nihilominus admittetur *l.* 31. *l.* 43. §. *ult. D. de vulg. & pup. subst.* Est & alius casus, in quo *heredis* adpellatio proximum tantum complectitur, qui traditur *in l.* 14. *C. de usufr.* Alioquin, qui per successionem quamvis longissimam defuncto heredes constiterant, non minus heredes intelliguntur, non minus principaliter heredes existunt *l.* 194. *D. de reg. jur.*

Aliquando *heres* collective heredes omnes, quotquot sunt, complectitur. Sane his verbis stipulationis: *Te heredemve tuum* si plures sint heredes, continentur *l.* 158. *D. de verb. signif.* Plane si quis ita dixerit: *Heres meus damnatus esto dare aureos quinque*, non quilibet heres, sed omnes videbuntur damnari, ut una quinque dent. Ad omnes utique heredes, etiamsi plures gradus testamento facti sint, ea verba pertinebant *l.* 44. *D. de legat.* 2. Itaque & quia ita dixit. *Quantum heres meus habebit, tantum dato*, pro eo est, ac si dixisset: Quantum omnes heredes mei habebunt *l.* 43. *D. de legat.* 3. Et ita intelligendæ loquutiones; *Heredi* & in heredem competunt actiones *l.* 40. *D. ad SC. Trebell.* Adversus *heredem*, vel *heredi* competat obligatio *l.* 5. §. 3. *D. de evict.*

Quamquam autem *heredis* verbo juris tantum successor

ceſſor demonſtratur, quod tamen alicui ita datum fuerit, ut ad *heredes* pertineat, etiam ad legatarium, voluntatis potius quam verborum ratione transferri poteſt *l. 219. D. de verb. ſignif.* In re legata acceſſione temporis, quo teſtator poſſedit, legatarius quodammodo heres eſt *l. 14. §. ult. D. de uſurp.*

Sunt ergo & qui heredum vice *l. 2. D. de bon. poſſeſ.* vel loco heredum habentur *l. 13. D. de bon. poſſeſ. contr. tab.* Heredum autem loco, vel vice habentur non ſolum bonorum poſſeſſores, ad quos leges hactenus laudatæ pertinent, ſed & adrogatores, ad quos per univerſitatem bona tranſeunt, & pater, filii inteſtati caſtrenſia bona, veluti peculii jure, occupans, item fiſcus ex delicto vel bona vacantia capiens, item pater, dominuſve, quibus hereditatis emolumentum, & commodum adquiritur, *l. 2. §. 19. D. pro emt. l. 6. D. de in integr. reſt. l. 1. §. 4. D. quand. de pecul. act. annal. l. 40. D. ad SC. Trebell. l. 14. D. de diverſ. & temp. præſcr.* Erat olim honorarius ſucceſſor, & loco heredis bonorum emtor, qui a creditoribus bona debitoris diſtrahentibus emerat, ut Theophil. *tit. Inſt. de ſucceſſ. bon.* exponit. Atque hi omnes non directas, ſed utiles actiones exercebant. Eademque ratione & qui poſt abſtentionem, repudiationemve a Prætore in integrum reſtituebantur, ut adirent, hæredes non fiebant, ſed utiles tantum actiones habebant *l. 7. §. 10. D. de minor. l. 21. §. ult. D. quod met. cauſſ.*

Aliquando *heredis* adpellatione omnes ſignificari ſucceſſores credendum eſt, etſi verbis non ſint expreſſi *l. 170. D. de verb. ſignif.* Plerumque tamen junguntur *heredes*, ceterique ſucceſſores *l. 6. l. 14. §. ult. l. 31. §. ult. D. de religioſ. l. 1. §. 19. D. depoſ. l. ult. §. ult. D. de condict. furt.* & paſſim. Quales ſunt bonorum poſſeſſores, & hi, quibus ex Trebelliano SC. reſtituitur hereditas, ceterique prætorii ſucceſſores, ut adparet ex *l. 2. §. 19. D. pro emt. l. 13. §. 5. & l. 15. D. quod vi aut cl.* Eodem modo junguntur *heres*, & qui ſucceſſorum loco habentur *l. 14. D. de diverſ. temp. præſcr.* Heres & qualiſcumque ſucceſſor *l. 1. §. 43. D. de aqu. quotid. & æſtiv. l. 21. §. 2. D. de pecul.* Unde Ulpianus in *l. 24. §. 1. D. de damn. infect.* Adjicitur, ait, in hac ſtipulatione & *heredum* nomen, vel ſucceſſorum. Succeſſores autem non ſolum qui in univerſa bona ſuccedunt, ſed & hi, qui in rei tantum dominium ſucceſſerint, his verbis continentur. Item in *heredem*, & ceteras perſonas *l. 17. §. 1. D. de damn. infect.* heredes vel ceteri *l. 27. §. 1. D. de recept. arb.* heredi ſimiles perſonæ *l. 3. §. 5. D. ſi menſ. falſ. mod.* heres & ſimiles perſonæ *l. 1. §. 23. D. de tut. & rat. diſt.*

Pro *herede* gerere quemadmodum Paullus 4. *Sent.* 8. §. 25. ſcribit, eſt, deſtinatione futuri dominii aliquid ex rebus hereditariis uſurpare. Et ideo pro herede gerere videtur, qui fundorum hereditariorum culturas, rationeſque diſponit, qui ſervis hereditariis, jumentis, aliiſve rebus pro domino utitur. Ulpianus quoque 22. *fragm.* 26. Pro herede, inquit, gerit, qui rebus hereditariis, tamquam dominus utitur, veluti qui auctionem rerum hereditariarum facit, aut ſervis hereditariis cibaria dat. Idem *lib. 61. ad Edictum* pro herede gerere eum, ſcribit, qui aliquid facit, quaſi heres, nec hoc tam facti eſſe, quam animi. Nec enim aliquid hereditarium attingere ſatis eſt, ſed hoc amplius eo animo eſſe debet, qui attingit, ut heres eſſe ſe velit *l. 20. D. de hered. inſt.* Itaque gerit pro herede, qui animo ſucceſſionem adgnoſcit, licet nihil hereditarium attingat, veluti qui re non hereditaria tamquam hereditaria utitur *l. 12. l. 21. l. 86. in fin. l. 88. D. de adquir. hered.* ac denique qui pro domino aliquid facit, quod citra jus, & nomen heredis facere non poſſit. Quod ſi ſepulcri violati egerit, vel operas a liberto paterno petierit filius, nihilo magis pro herede gerere intelligitur, quia illa etiam in non heredem cadunt *l. 20. §. 4. & §. ult. D. eod. tit. l. pen. D. de ſepulcr. viol.* Ita pro *herede geritionem* in *l. 14. §. 8. D. de religioſ.* & *pro herede* geſtionem *l. 19. C. de jur. delib.* Ceterum hæc loquendi figura pro herede gerere non pertinet, niſi ad eos, qui voluntate ſua heredes fiunt. Nam ſui & neceſſarii heredes potius ſe *immiſcere*, quam pro *herede gerere* dicuntur. Jam enim ſunt conſtituti in univerſitate illa dominii paterni, hinc non adeunt, ſicut extranei, qui demum in univerſitatem facto quodam interveniente, perveniunt. Vide plura ſub *gerere*.

Pro *herede* poſſidere. Vid. infra ſub *poſſidere*. *Heres legitimus*. Vid. art. *legitimus*.

HERI pro tempore adhuc recente, ut in *l. 7. §. 2. D. de injur.* Heri ſervum ſuum, hodie liberum. Add. *Novell. 137. c. 1.* & ibi Dionyſ. Gothofr. *in not.* ubi multa loca gemina adtulit.

HERMAPHRODITUS utriuſque ſexus homo *l. 10. D. de ſtat. hom. l. 15. D. de teſtib. l. 6. in fin. D. de lib. & poſtum.*

HERMOGENIANI ab Hermogene quodam vocati, qui materiam non natam introducentes, Deo non nato eam comparavit, matremque elementorum, & Deam aſſeruit, quos Apoſtolus improbat elementis ſervientes *c. 39. cauſſ. 24. quæſt. 3.*

Hermogeniani equi, qui & Hermogenis equi adpellantur in *l. 1. C. Th. de equ. curul.* De his vide ſupra ſub art. *equi*.

HERMOGENIANUS Juriſconſultus, quem Imperatoris Antonini Caracallæ temporibus floruiſſe ex *l. 14. §. 4. D. ad SC. Trebell.* colligit Briſſonius, eſt non tuto, ceu videtur Heineccio, ſiquidem ibi Severum & Antoninum Impp. eſſe intelligendos, ex eo loco non intelligitur, & jam a Cujac. *lib. 2. obſ.*

obs. c. 27. observatum est verba ea, *& ita invenio ab Imperatore nostro, & Divo patre ejus rescriptum*, non esse Hermogeniani, sed Ulpiani. Immo sub Constantino M. ejusque filiis floruisse hunc Hermogenianum, vel inde patet, quod *l.* 17. *D. de minor.* meminit præfectorum prætorio, a quibus adpellare non liceat, quod privilegium his præfectis demum anno Christi 331. datum est a Constantino M. *l.* 16. *Cod. Th. de adpell.* Scripserat autem *libros 6.* Epitomarum, in quibus ordinem Edicti perpetui sequutum se ipsemet profitetur *l.* 2. *D. de stat. hom.* Non autem certum est, illum scripsisse libros *fideicommissorum*. Inscriptionem enim *l.* 44. *D. ad SC. Trebell.* mendosam esse, & prima dumtaxat verba ex Hermogeniani epitomis, sequentia ex Ulpiani *libris fideicommissorum* esse jam observavit Cujac. loco paullo ante laudato.

Hermogenianus codex, cujus adhuc fragmenta, a Schultingio *Jurispr. antejust. p.* 709. denuo edita, supersunt, a quo conditus sit, certatur inter viros doctos, & adhuc sub judice lis est. Hujus auctor sane potuit esse Hermogenianus ille, de quo modo est dictum. Quod tamen certo non adfirmatur. Floruerunt enim per ea tempora plures Hermogenes, & Hermogeniani, quorum posteri sunt *Hermogenes Ponticus Præf. præt. orient. an.* 358. defunctus. Ammian. Marcell. *lib.* 19. *c.* 12. & *lib.* 21. *c.* 7. Q. Clodius Hermogenianus Olybrius *Præf. præt. & urb.* anno 364. Cos. anno 379. *l.* 2. *C. de haret. l.* 1. *C. de sport. & sumt. l.* 4. *C. quemadm. rest. aper.* Grut. *inscr. p.* 353. 2. Reines. *Class.* 20. 371. Anicius *Hermogenianus* Olybrius Cos. anno 395. *l.* 24. & 25. *C. de navicul. l.* 41. *C. de transact.* Gruter. *Inscr. p.* 352. 5. 6. *p.* 353. 1. *p.* 440. 2. 3. Clodius Hermog. Cæsarius Cos. anno 397. & *Præf. præt. l.* 2. *C. de alluv.* C. Clodius Hermog. Olybrius, Grut. *Inscr. p.* 392. 5. Consularis Tusciæ & Valeriæ *l.* 72. *C. Th. de decur.* Horum, eorumque majorum quum nullus fere sit, qui talem codicem facere non potuerit, quam difficile sit hic divinare, & quam pene impossibile sit, verum Codicis hujus auctorem eruere, nemo non intelligit. Vid. Hein. *Hist. Jur. Rom. lib.* 1. §. 370. *& seq.*

HERO, *nis*. Heronibus clausum frumentum *l.* 31. *D. locat.* Alii legere maluerunt *peronibus*, alii *centonibus*. Codices MSC. fere præferunt *eronibus*, quod & Cujac. 7. *obs.* 39. probavit. Vid. supra art. *Æro*.

HERUS, dominus *l.* 11. §. 6. *D. ad Leg. Aquil.*

HESYCHASTA, *ἀπὸ τῦ ἡσυχάζειν*, *a quiescendo* dictus, idem ac monachus, quietum vitæ genus eligens, ut cælesti contemplationi vacet. Nil. *lib.* 4. *epist.* 17. Sic *in Novell.* 5. *c.* 3. Nisi tamen quidam eorum in contemplatione, & perfectione degentes vitam remotam habeant in hospitio, quos vocare anachoretas, & hesychastas consueverunt, tamquam a communione ad meliora exceptos. Hein.

HIEMS, Ulpiano teste, ab æquinoctio autumnali incipit, & æquinoctio vernali finitur, atque ita æstas, & hiems senis mensibus dividitur *l.* 1. §. 32. *D. de aqu. quotid. & æstiv.*

HIERACHITÆ ab Hierarcha auctore exorti, Monachos tantum recipiunt, conjugia respuunt, regna cœlorum parvulos habere non credunt *c.* 39. §. 32. *caus.* 24. *quæst.* 3.

HIERAPOLIS, ubi aquæ calidæ sunt, agris tamen irrigandis necessariæ. Constat enim, apud Hierapolitanos in Asia agrum calida aqua rigari *l.* 1. §. 13. *D. de aqu. quotid. & æstiv.* Vitruvius quoque *lib.* 8. *c.* 3. Hierapoli aquæ calidæ multitudinem effervere tradit. Vid. & Strab. *lib.* 13. *pag.* 933. Pariter Stephanus *de urb. pag.* 411. Hierapolim urbem Phrygiam inter, & Lydiam memorat aquis calidis abundantem, a multitudine templorum sic adpellatam. De hac utique Hierapoli sensit Plinius *lib.* 2. *c.* 39. quum ait: *Hierapolin in Asia*, Sunt enim plures hujus nominis urbes, ut Stephanus ibidem notat, veluti in Creta, teste Plin. *lib.* 4. *c.* 12. & in Cœlesyria, ut item Plin. *lib.* 5. *c.* 23. quam ipsemet Hierapoli Syriæ adpellat. Eaque est Hieropolitana urbs *l.* 2. *Cod. Theod. de venat. fer. Hierapolis* etiam, Euphratesiæ metropolis, memoratur ab Evagr. *lib.* 6. *hist. eccles. c.* 18.

HIEROPHANTI agrorum *l.* 14. *Cod. Theod. de pagan. sacrif.* ubi eorum privilegia penitus abolentur. Ἱεροφάντης vero, teste Hesychio, est *μυσταγωγὸς ἱερεὺς ὁ τὰ μυστήρια δεικνύων*, *sacerdos mystagogus qui sacra demonstrat*. Quid vero hi ad agros? Rectius sane cum Reinesio *Inscr. pag.* 180. legeris *herophanta*, id est, qui cognoscunt de terminis fundorum, agrorumque confinia discutiunt. At quæ ratio potuit esse, cur illa professio damnata sit, quæ non utilis tantum, sed & necessaria semper habita est in civitatibus? Rationem hanc suppeditat Heineccius: Ad agros quam maxime faciebat Horophantarum disciplina. Damnant vero eam Imperatores Christiani, quia plerumque cum sacerdotio ethnico, & exsecrabili superstitione erat conjuncta, & talis, qualis olim apud Romanos *Fratrum arvalium*, de quibus supra. Non autem hoc ipso damnarunt disciplinam illam, quæ ad regundos agrorum fines est comparata, & quæ cum sacris Termini Dei nihil omnino commune habet.

HIEROPHYLAX, æditiuus *l.* 20. §. *ult. D. de ann. legat.*

HILARIUS, Arelatensis Episcopus, cujus fit mentio in *Novell. Theodos. & Valentiniani de Episc. ordin.*

HIPPO. Hipponem delata navis *l.* 6. *D. ad Leg. Rhod.* quo loco Julianus, ut ex sequentibus verbis intelligitur, de Hippone, quæ in Bruttiis fuit, non

non longe a portu Herculis, sensisse videtur, quod oppidum sua ætate *Vibonem Valentiam* adpellatum, Plin. *lib.* 3. *c.* 5. tradit. Stephanus *de urbibus pag.* 413. Pomponius Mela *lib.* 2. *c.* 4. Fuit & *Hyppo* Hyspaniæ Bæticæ oppidum, ut apud Plin. *l.* 3. *c.* 1. Item *Hyppo Regius* in Africa, Diarrythum a Græcis dictum, propter aquarum irrigua, ut idem Plin. *lib.* 5. *c.* 4. & Mela *lib.* 1. *c.* 7. auctores sunt. Strabo autem *lib.* 17. *p.* 1189. duos fuisse in Africa Hippones Regios, scribit, alterum Uticæ proximum, alterum remotiorem, & Trito propinquiorem, ambas Regias. De Diarrytho tamen Uticæ propinquiori dubitare licet, an Regius dictus sit, quum numquam sub Regibus fuerit: Cellar. *Geogr. Antiq. lib.* 4. *c.* 5. *p.* 171. Hippone autem Regio, non Diarrytho Episcopum sedisse D. Augustinum ostendit VVesseling. *ad Antonin. itinerar. p.* 20. Hein.

HIPPOCENTAURUS adducitur pro exemplo rei, quæ in rerum natura non est, nec esse potest §. 1. *Inst. de inutil. stip. l.* 97. *D. de verb. obl.* quod a stoicis mutuatos esse jurisconsultos, notat Cujac. *l.* 26. *obs. c.* 40. Vid. Cic. *lib.* 1. *Tuscul. c.* 33. & *de natur. Deor. lib.* 7. *c.* 3. At Plin. *lib.* 7. *c.* 3. Claudius Cæsar scribit, Hyppocentaurum in Thessalia natum, eodem die interiisse, & nos principatu ejus adlatum illi ex Ægypto in melle vidimus. Hieronymus *in vita Paulli* refert, Antonio ad Paullum illum, eremitæ ad eremitam eunti, obvium fuisse *hominem equo mixtum, cui opinio poetarum Hypocentauri nomen indiderit*. Sed ipse dubitat Hieronymus, utrum diabolus ad incutiendum Antonio terrorem, hoc schemate prodierit, an eremus inter reliqua monstrosa animalia & hanc bestiam ferat.

HIPPOCOMUS *l.* 37. *&* *l.* 50. *Cod. Theod. de curs. publ.* qui equos cursui publico destinatos, & deservientes curat. Ex utraque constitutione hippocomos sagatos, seu in sagis fuisse adparet.

HIPPOCRATIS mentio est in *l.* 12. *D. de stat. hom. l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. her.* Genitus est in insula Coo imprimis clara, & valida, & Aesculapio dicata, ait Plin. *lib.* 29. *c.* 1. Idem *lib.* 7. *c.* 51. Hippocratem principem medicinæ vocat. Ejus enim laudes, & elogia vide apud eumd. Plin. *lib.* 7. *c.* 37. Quinctilian. *lib.* 3. *c.* 6. Macrob. *lib.* 8. *in somn. Scip.* Strabon. *lib.* 4. *pag.* 671. & Suidam.

HIRCOSUS in *l.* 12. §. *ult. D. de ædil. edict.* est is, cui os olet. Et eo sensu vocabulo usus est Censorinus *de die natal. c.* 14. Vid. Bynkersh. *lib.* 3. *obs. c.* 25. Hein. Alias cui *valle sub alarum trux habitat caper*, ut Catullus ait, *Epigr.* 70. *in Rufum*. *Hircum* autem a latinis *hircinum* alarum fœtorem vocari, non est ignotum: cujusmodi vitium corporis Plinius *lib.* 22. *c.* 22. & *lib.* 24. *c.* 19. *alarum graveolentiam*, & *lib.* 31. *c.* 10. *lib.* 34. *c.* 15. *alarum virus*, denique *lib.* 21. *c.* 20. *alarum vitia* vocat.

HIRENARCHA. Vid. *Irenarcha*.

HIRENE Ancillæ nomen in *l.* 43. *D. de man. test.* Potius *Irene* scribi debuit.

HISGINUS color, vid. infra *isginus*.

HISTO pro textore, ἱστὸς enim est tela. Cujac. ad *l.* 203. *D. de verb. signif.*

HISTRIO est, qui in scena fabulas agit, artem ludicram facit. Festus, *Histriones* dicti, quod primum ex Histria venerint. Livius quoque *lib.* 7. *c.* 2. quosdam existimasse, refert, nomen Histrionibus inditum, quia Hister Tusco verbo ludio vocaretur. Histriones autem claros *Roscium*, & *Æsopum* Cicero *de orat.* 1. *c.* 61. prædicat, & M. *Ofilium Hilarum*, comoediarum histrionem. Plin. *lib.* 7. *c.* 53. At in libris nostris histriones non alii habentur, quam servi, ut patet ex *l.* 15. §. 1. *D. de usufr. l.* 12. *D. quib. mod. ususfr. l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 3. Atque adeo hujus voluptatis etiam impuberes artifices fuisse, indicant Venuleius, & Ulpianus, ille in *l. ult.* §. *ult. D. de liberal. causs.* in qua posse & impuberem operas dare, ait, si sit histrio hic in *l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert.* in qua impuberis quoque esse ministerium tradit, si forte sit histrio. Hinc.

HISTRIONICÆ operæ *l.* 73. §. 1. *D. de legat.* 3.

HODIE. Decem hodie dari spondes? dixi posse vel eo die pecuniam peti. Diem enim non differendæ actionis insertum videri, sed quo præsens ostendatur esse responsum *l.* 118. §. 1. *D. de verb. obl.*

Hoc porro vocabulo plerumque novum jus, quod a vetere usu recessit, aut, quod usu moribusque contra antiqui juris formam receptum invaluit, significatur atque ita *hodie*, est *eo jure, quo utimur*, seu moribus, quibus vivimus, ut in *l.* 32. *D. ad Leg. Cornel. de fals.* & passim. *Hodie* constat *l.* 13. §. 8. *D. de damn. infect.*

HOLOBERÆ vestes. Vid. *Holovera* vestimenta.

HOLOGRAPHA scriptura, & *holographa* manu condita testamenta *Novell. Theod. & Valentiniani de testam.* Isidor. *lib.* 5. *orig. c.* 24. Holographum testamentum manu auctoris totum conscriptum, atque subscriptum. Unde & nomen accepit.

HOLOVERA vestimenta *l.* 4. *C. de vestib. holob. Holobera* vestes potuere sane totæ sericæ esse, ex græco ὅλος *totus*, & βόμβυξ sericus. At *holovera* vestes non *holosericas*, quæ fere promiscui usus erant, sed purpura tinctas, jam demonstrarunt Claud. Salmas. *ad script. Hist. Aug. p.* 341. *seq.* & Octav. Ferrar. *de re vestiar. part.* 1. *lib.* 2. *c.* 10. *p.* 158. Ceterum Claud. Salmas, eam vocem conflatam existimat ex græco ὅλος, & latino *verus*, quod *tota vera* esset ac purpurea, (nam purpuream

ream veteres ἀληθινὸν dixisse.) At Ferrarius *Holoverum* natum putat ex Græco ὁλοπόρφυρον, unde, abjecta syllaba πορ, natum ὁλ φυρον, ac denique *Holverum*. Hein.

HOLUS pro olus *l. 12. §. 1. D. de usu & habit.* juncto §. 1. *Inst. eod. tit.*

HOMERITARUM gens *l. 2. C. Th. de legat. & decret. legat.* Stephanus *de urbibus p. 614.* gentem ait esse Aethiopicam, & ita Marcianum *Periplo* I. scribere. Atqui Marcianus Heracleauta *lib. 1. pag. 44. edit. Dav. Hoeschel.* non dixit eam gentem esse Aethiopicam, sed Arabicam, quam oram maritimam ab Arabico sinu ad Persicum, in Arabia felice, tenere, scribit, quod & ex Ptolem. *lib. 6. c. 7.* Plinio *lib. 6. c. 28.* Philostorgio *lib. 3. Hist. eccles. c. 4.* aliisque satis constat. Vid. Cellar. *Geogr. Antiqu. lib. 3. c. 14. Hein.*

HOMERUS. *Homeri* testimonio jurisconsulti utuntur *l. 1. D. de contr. emt. l. 65. §. 4. D. de legat. 3. l. 1. D. de mort. caus. don. l. 4. §. 6. D. de grad. & adfin. l. 16. §. ult. D. de pœn. l. 9. §. 1. D. de supellect. leg. §. 1. Inst. de donat. & §. 1. Inst. de Leg. Aquil.*

HOMICIDA quis sit, vid. *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 1. §. 2. 3. & 4.* Qui hominem non occidit, sed vulneravit, ut occideret, pro homicida damnandus *l. 1. §. 3. D. ad Leg. Cornel. de sicar.* Si quis percussorem ad se venientem cum gladio repulerit, non ut homicida tenetur *l. 3. C. ad Leg. Corn. de sicar.* Clarius tamen dixeris *Homicidium* esse cædem hominis contra jus factam. Aliud vero esse *dolosum*, aliud *culposum*. Illud fit cum intentione necandi, vel saltim nocendi corpori.

HOMINIS adpellatione tam masculus, quam femina continetur *l. 152. D. de verb. signif. Homo* non recte dicitur partus nondum editus *l. 9. D. ad Leg. Aquil. Homo* novus, vid. *Novus.*

Homo pro servo *l. 135. l. 203. D. de verb. signif.* & passim.

Homo pro tirone *l. 7. v. contra hæc sunt C. Th. de tiron.*

Homo pro colono *l. 3. C. Th. de lustr. collat. l. un. C. Th. quod juss.* At Tribonianus in *l. ult. C. quod juss.* verbo *d. l. un. homines commendantur*, mutavit, substituitque *commendant*, adeoque non servos, sed ipsos dominos *hominum* adpellatione intellexit, Vid. Jac. Gothofred. *not. ad d. l. un.*

Homines domus Augustæ *tit. C. Th. de conduct. & homin. dom. Aug.*

HOMOLOGARE dicebantur, qui spondebat stare arbitrorum definitioni *l. 4. C. de recept. arbitr.*

HOMOLOGI coloni, quorum bis mentio fit in *l. ult. C. Th. de patrocin. vicor.* erant coloni adscriptitii, vicis, fundisque adscripti, ὁμόλογοι conditionales, dedititii, qui videlicet se dedentes ex pactione quadam hanc in conditionem venerant, receptique fuerant. Jac. Gothofr. *comment. in d. l.*

HOMOUSION, ὁμοούσιον consubstantiale, consubstantialitas *l. 4. C. de summ. Trinit.* vocabulum, quo se orthodoxi ab Arianis & aliis discernebant. Unde *Homousiani* ab Arianis dicebantur. Fulgent. *adv. Fastid. Arian. c. 1.* HEIN.

HONESTAMENTA sunt honorum prærogativæ, προνομία, πρωτεῖα, πρεσβεῖα τῆς τιμῆς *l. 4. C. Th. de Decur.* Idem vocabulum & Seneca Epist. 66. usurpat. Sed & Symmachus *lib. 1. c. 6.* & Apulei, *in Apol. p. 276.*

HONESTUS locupletem, & in aliqua dignitate positum significat *l. 9. D. de obser. par. & patron.* Et hinc opponuntur *honesti egenis*, & humilibus *l. 38. §. 3. D. de pæn. §. 4. Inst. de publ. judic. l. 3. §. pen. D. ad Leg. Cornel. de sicar. l. 52. §. 21. D. de furt.* Arnob. *lib. 7. p. 130.* Si ex duobus, facientibus res sacras, *honestus* unus, & locuples, alter angusto lare. Et ita accipe *honestam* feminam *l. 37. §. 6. D. de legat. 3. l. 1. D. de insp. ventr.* liberto & filio semper honesta persona patris, & patroni videri debet *l. 9. D. de obseq. par.*

Honestum, quod non modo licet, sed & virtuti, & bonis moribus non adversatur, sed hoc amplius, quod decorum, conveniens, honorique congruum est *l. 42. D. de rit. nupt. l. 197. D. de reg. jur.* Nec enim omne, quod licet, honestum est *l. 144. D. eod. tit.* Honestum porro quomodo a bono differat, vid. apud Senec. *Epist.* 112.

HONOR & *honos* pro dignitate, & speciatim magistratu *l. ult. C. de Judæis*, & *l. 7. C. de Episc. & cler.* De *honoris* vero & *muneris* differentia vid. *l. 6. §. ult. l. 10. l. 11. D. de mun. & hon. Honoris* caussa facta donatio, si uxor viro laticlavi petendi gratia donet, vel ut equestris ordinis fiat *l. 42. D. de don. int. vir. & ux. Honores* majores & minores *l. 11. D. de mun. & hon.* Honor imaginis, aut statuæ *l. 13. §. 4. D. de injur.*

Honor pro prærogativa, qua quis a vilibus personis separatur. Sic *honor* liberti auctus est, non conditio mutata, ab Imperatore annulos acceperit *l. 33. §. 1. D. de cond. & demonstr.*

Honor pro reverentia, ut in *l. 10. §. 11. D. de in jus voc.* ubi nullus *honos* dicitur deberi liberis patroni, qui capitis accusaverunt libertum paternum, vel in servitutem petierunt.

Honor, decus. Ita in honorem nuptiarum specie extra dotem a matre genero traditæ. Paull. *5. sent. 11. §. 1.* In honorem matrimonii turpis actio adversus uxorem negatur *l. 2. D. rer. amot.*

Honorem habere dicitur testator his, quos vel hæreditate, vel legato prosequitur. Hinc Honore proprio omisso, id est repudiata hæreditate, testamento relicta *l. 26. D. si quis omiss. causs. test.* Fe-

per

nior autem erat *honor* hæredum, quam legatariorum & inter illos ejus, qui primo nominatus fuerat, quam reliquorum. Quinctilian. *Declam.* 333. Institutus ex primo loco hæres, non facio tibi istius honoris controversiam. Adde *ejusd. Declam.* 388. & Cic. *pro Quinct. c.* 3. & *pro Cæcin. cap.* 4. &, qui rem ex instituto exposuit, Guil. Forner. 1. *select.* 9.

Honor pro honorario *l.* 6. *pr. D. mandat.* & apud Virgil. *lib.* 5. *Aen. v.* 249. *Ipsis præcipue ductoribus addit honorem*, quemadmodum Græcis τιμη idem aliquando significat. Hieronym. *ad Geront. Honor.* inquit, vel pro eleemosyna, vel pro munere accipitur. Eodem sensu *honor* accipitur *l.* 1. §. 5. *D. de extraord. cognit.* & apud Tibull. *lib.* 3. *eleg.* 1. ibi: Dicite Pierides, quonam donetur honore, seu mea, seu fallor, cara Neæra tamen. Add. Menag. *Amœn. jur. c.* 39. *p.* 289. HEIN.

HONORARI est præmio adfici aliquo. Nisi in arena passi sunt honorari *l.* 1. §. 6. *D. de postul.* licet Accurs. male hic legat *onerari*.

HONORARIUS, *a*, *um*, *Honoraria* dignitas *Nov. de judæis* & *l.* 138. *C. Th. de decur.* prærogativa *Nov. Theod. de metat.* dualis est eorum qui dicuntur *Honorarii*, de quibus mox.

Honoraria actio *l.* 22. §. *ult. D. de liberal. causs.* & passim, id est, prætoria. Et ita opponuntur *honoraria* actio & *civilis l.* 28. *pr. D. de legat.* 1. *& legitima l.* 32. *pr. D. ad Leg. falc.* obligatio *l.* 5. *D. de pign.*

Honorarii in *l.* 14. *C. Th. de navicul. l.* 1. *C. Theod. qui a præbit. tiron. Nov. Th. & Valent. de metat.* dicuntur, qui sine administratione *honorarii* declarati sunt codicillis, ut loquitur *l. ult. C. ubi Senator.* vel qui sine administratione adumbratarum dignitatum *codicillos honorarios* meruerant, ut ajunt Impp. *l.* 42. *C. Th. de decurion.* quos hoc verborum ambitu designant, quod sint extra palatium constituti, officiorum publicorum, atque militiæ munerum expertes, quo habent secretæ quietis umbracula, quibus honorum species suffragio magis parta, quam merito *l.* 5. *l.* 6. *C. Theod. de honor. codicill.* Eosdem Imperatores digito demonstrant in *l.* 74. *C. Theod. de decurion.* quum aiunt: Inanes vero umbras, & cassas imagines dignitatum codicillis *honorariis* sectantes nihil adjuvari præcipimus. *Honorarios* etiam intelligit Theodosius, quum ait: Qui honorariæ prærogativæ insignibus potiuntur *Novell. Theodos. de metat.* Adde *Novell. Justiniani* 70. *præf.* cujus hæc de re verba sic latine vertuntur: Novimus enim, quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura, quam *honorariam* vocabant codicillis ab imperio super ea collatis. Hanc autem ita nominabant, quod nihil aliud, nisi purum honorem iis, quibus præbebatur, conferret. Imaginarius ergo erat hic honorum titulus, & sine munere. Eoque modo Ausonius *Eidyll.* 30. *Muneris exsortem, nominem participem* fuisse, scribit. Huc pertinent *Honorarii codicillis*, qui absque administratione, & cingulo nudi honoris gratia, seu decoris causa ab Impp. concedebantur *l. ult. C. ubi Senat. vel clariss. l.* 41. *C. Theod. de decur. l.* 1. *C. Th. de obla. equor. tit. ejusd. eod. de honor. codic.* Ac proinde qui hujusmodi codicillis decorabantur, nulla vera & solida, sed imaginaria tantum, & adumbrata dignitate potiebantur.

Honorarium, quod pro mercede datur. Honoraria summa cauti nomine palmarii *l.* 1. §. 12. *D. de extraord. cogn.*

Honorarium judicium *l.* 35. *pr. D. de nox act.*

Honorarium jus, id est, prætorium *l.* 63. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Hoc autem jus ad honorem prætorum ita nominatum esse, scribit Papinianus *l.* 7. *D. de just. & jur.* Justinianus vero in §. 7. *Inst. de jur. nat. gent.* Prætorum quoque ait, edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium solemus adpellare, quod, qui honorem gerunt, id est, magistratus, auctoritatem huic juri dederunt. Ac plane *honoratus* dicitur Prætor ab Ovid. *lib.* 1. *Fast. v.* 5. *Honorarium* ergo jus *civili* opponitur *l.* 65. §. 3. *D. ad SC. Trebell.* Sed & quæ ex quocumque magistratus edicto promanarunt, *jura honoraria* dicta sunt, uti Modestinus *l.* 52. §. 6. *D. de oblig. & act.* ipseque Justinianus *d.* §. 7. *Inst. de Justitia & jur.* observarunt, pluribusque argumentis firmarunt Cujac. in *Notis prioribus* ad *d.* §. 7. & Jac. Rævard. *de auctorit. prudent. c.* 10. *p.* 1008. Et reliquos Magistratus etiam prætores *honoratos* dictos esse, paullo post, ad art. *honoratus* adparebit.

Honorarius arbiter apud Cic. *lib.* 5. *Tusc. c.* 41. datus a prætore, vel alio magistratu.

Honorarius bonorum possessor *l.* 6. *D. ad SC. Trebell. l.* 10. *D. ad SC. Vellei. l.* 1. §. 8. *D. ut legat. seu fideic. serv. causs. cav. l.* 9. §. 6. *D. de interrog. in jur. fac. l.* 24. *D. famil. ercisc.* seu successor *l.* 13. §. 10. *D. de accept.* id est, qui bonorum possessionem a prætore impetravit, qui etiam successor prætorius adpellatur.

Honorarius curator, qui a Prætore constituitur Ulp. *fragm. tit.* 12. §. 1.

Honorarius tutor vero in *l.* 60. §. 2. *D. de rit. nupt.* est, qui honoris caussa tutor datus, ut *d.* §. 2. explicatur.

HONORATI *l.* 1. *Cod. de offic. civ. jud. l.* 18. *C. de Episc. & cler.* & passim. Quo nomine generaliter omnes, quacumque dignitate, sive civili, sive militari præditi, & omnes omnino, aliquam administrationem habentes, comprehenduntur. Unde omnes *honorati civilium, & militarium* dignitatum *l. unic. C. de honor. vehic.*

Falluntur igitur, qui prætorem vel solum κατ᾽ ἐξοχὴν *honoratum* dictum ex Ovid. *Fast. lib.* 1. *v.* 51.

 coll i-

colligunt. Idem enim elogium & conſulibus, reliquiſque magiſtratibus tribuitur a Livio *lib.* 25. *c.* 3. Salluſt. *Catilin. c.* 34. Horat. *lib.* 1. *Epiſt. v.* 206. Propert. *lib.* 4. *eleg.* 2. *v.* 102. Vellei. Paterc. *lib.* 2. *c.* 54. & 88. ipſoque Ovidio *ex Ponto lib.* 4. *el.* 5. *v.* 2. & in *Carm. ad Liviam v.* 329. Qui functi erant magiſtratibus, *honore uſi* vocabantur: Flor. *lib.* 1. *cap.* 13. & apud Gruter. *Inſcr. p.* 353. 6. *p.* 387. 8. *p.* 392. 1. Quin & ſacerdotes *honoratos* dictos eſſe, legimus. Nam *honoratus Auguſtalis* & apud Gruter. *p.* 357. 3. *Honoratus Flamen Auguſtal.* apud eumd. *p.* 364. 1. Unde non abſurde dixeris, & pontificum edicta, qualia fortaſſis ſunt illa *l.* 6. §. 3. *D. de rer. diviſ. l.* 9. §. 2. *D. eod. tit.* & *l.* 44. §. 1. *D. de religioſ.* portionem *juris honorarii* fuiſſe. Nam ex juris pontificii capitibus innumerabilia nata eſſe, quibus impleti fuerint Juriſconſultorum libri, teſtatur Cic. *de Legib. lib.* 2. *c.* 19. HEIN.

Honorati etiam, qui honorarios codicillos conſequuti fuerant, dicuntur. Vid. Jac. Gothofr. *Comment. ad l. un. C. Th. de offic. judic. civil.* Joſeph. Neri 1. *Analect.* 32. & Hadr. Valeſ. *ad Ammian. Marcelin. lib.* 14. *c.* 5.

HONORIFICENTIAM præſtare *l. pen. C. de offic. div. jud.* deferre *l.* 1. *C. de domeſt. protect.*

HOPIA Indica *l.* 16. §. 7. *D. de publican.* Per eam opium intelligit Accurſius, quod homines faciat dormire. At Bynkersh. *lib.* 4. *obſ. c.* 5. *p.* 353. urbane, ut ſolet, id ridet. Ipſe non dubitat, quin legendum ſit *opera Indica*.

HORA *l.* 5. §. 3. *D. de minor. l.* 16. §. *ult. D. de vulg. & pup. ſubſtit.* ἡμέρας μέρος, *diei pars* definitur ab Athenæo *lib.* 1. *Deipnoſoph.* vel potius in *argumento operis p.* 1. de cujus vocis etymo videndus Macrob *lib.* 1. *Saturnal. c.* 21. Diei autem, hoc eſt, lucis duodecim horas eſſe, ex Pallad. *lib.* 2. *de re ruſt. c. ult.* patet. Id quod ipſemet luminis veri parens pronunciat apud D. Joan. *Evang. cap.* 11. *v.* 9. his verbis: Nonne duodecim diei horæ ſunt? Cujus partitionis perpetuo ſervandæ cauſſa æſtivas horas hibernis longiores fuiſſe, conſequens eſt, ut Martialis *lib.* 10. *epigr.* 1. indicat, quum ait: *Hora nec æſtiva eſt*. Eorum tamen morem Romanorum, qui dies a media nocte incipiebant, & ſequentis noctis media parte finiebant, viginti quatuor horas complecti dies dicitur *l.* 8. *D. de feriis* Varro *lib. rerum humanarum*, quem de diebus ſcripſit: Homines, inquit, qui a media nocte ad proximam mediam noctem in his horis viginti quatuor nati ſunt, una die nati dicuntur. Citat Gell. *lib.* 3. *c.* 2. quod his verbis concluditur: Diem, quem Romani civilem adpellarunt, a ſexta noctis hora oriri. Similiterque Plinius *lib.* 2. *c.* 77. Vulgus omne diem a luce ad tenebras obſervat: Sacerdotes Romani, & qui diem definiere civilem, item Ægyptii & Hipparchus a media nocte in mediam. Idem Varro *lib.* 8. *de ling. lat.* In mari motus viginti quatuor horis lunaribus quotidie quater ſe mutant. Sic

Hora ſecunda diei apud Paull. *lib.* 4. *ſent. tit.* 6. §. 2. tertia *l.* 5. §. *ult. D. de ſervit.* ſexta *l.* 25. §. *ult. D. de lib. & poſt. l.* 2. *D. de ann. legat.* & nona apud D. Matth. *Evang. c.* 20. *v.* 5. Marc. *c.* 15. *v.* 33. Luc. *cap.* 23. *v.* 44. ubi hora eſt lucis.

Horæ Canonicæ ſunt certæ preces fundendo ad Deum, pſallendo, divinaque legendo horæ deſtinate ab eccleſia. De his Auctor vitæ S. Alexandri apud Io. Bollandum in *Act. Sanctor. tom.* 1. *d.* 15. *Jan. p.* 1024. Et primum, ait, in regula ſanctæ inſtitutionis normam apoſtolicam ſuſcepit, ſtatuitque tertiam, ſextam, nonam, & ſimul nocturnam. Clemens Alexandrinus *lib.* 7. *Stromat.* Quod ſi nonnulli, ait, certas & definitas horas conſtituunt precationi, ut verbi gratia tertiam, ſextam, nonam, at is, qui eſt cognitione præditus, per totam oret vitam. Tertullianus in *Pſych. c.* 10. Porro, ait, cum in eodem commentario Lucæ & tertia hora orationis demonſtretur, ſub qua Spiritu S. initiati pro ebriis habebantur (Act. II. 15.) & ſexta, qua Petrus aſcendit in ſuperiora (Act. IX. 9.) & nona, qua templum ſunt ingreſſi (Act. III. 1.) cur non intelligamus ſalva plane indifferentia, ſemper & ubique, & omni tempore orandum; tamen tres iſtas horas, utpote inſigniores in rebus humanis, quæ diem diſtribuunt, quæ negotia diſtinguunt, quæ publice reſonant, ita ut ſollemniores fuiſſent, quod etiam ſuadet Danielis quoque argumentum ter die orantis. Hæc ille. Inde paſſim invaluerunt hæc tria tempora ſtata, quibus Chriſtiani, vel communes fundebant preces, vel domi etiam privatæ vacabant devotioni, ſi fervor perſequutionis iis obſtabat. Sæculo vero quarto maxime a monachis iis ſuperadditæ ſunt horæ duæ nocturnæ, ut ſolidioris pietatis ſtudio reliquos ſuperarent. Horis hiſce, ubique corroboratis, preces ſtatæ recitabantur, & pſalmi Davidici cantabantur tam in monaſteriis, quam in eccleſiis ad univerſo populo. Auguſtinus *Serm.* 55. *de tempor.* univerſos compellat, aitque: Ad vigilias maturius ſurgite, ad tertiam, ad ſextam, ad nonam ante omnia convenite. Nullus ſe a ſancto opere ſubtrahat, niſi quem infirmitas, aut publica utilitas, aut forte certa, & grandis neceſſitas tenuerit occupatum. Auctor *vitæ S. Cæſarii epiſcopi Arelat. lib.* 1. *n.* 11. apud Mabillon. in *Act. Benedict. ſæcul.* 1. *p.* 622. *circa an.* 542. idem confirmat, & adjecit etiam, ait, atque compulit, & laicorum popularitas pſalmos, & hymnos pararet, altaque & modulata voce, inſtar clericorum, alii græce, alii latine proſas, antiphonaſque cantarent, ut non haberent ſpatium, in eccleſia fabulis occupati. Quod vero officium ab omnibus deſiderabatur fidelibus, ante omnia ſedulo a clericis peragendum fuit, ne hi ſegniores viderentur laicis, quos exemplo ſuo ad quævis pietatis

tatis exercitia allicere debebant. Non soli clerici in choro cantabant, sed universus populus; nec soli clerici preces fundebant, sed tota ecclesia, prout plenissime ostendit Thomassinus *P. I. de V. & N. eccles. lib. 2. cap. 73. seq.* Interim clerici strictius ad hoc officium adstricti erant, ut pœnas ecclesiasticas incurrerent, si desides essent, cum laicis multa impedimenta obvenire possent, quibus districti precibus communibus haud interesse possent, a quibus clerici liberi erant. Liquet hoc ex Constitutione Justiniani in *l. 42. §. 10. C. de episc. & cler.* In Capitularibus Caroli M. *lib. 1. c.* 80. hac de re ita cautum est. Monachi, ut cantum Romanum pleniter, & ordinabiliter per nocturnale, & gradale officium peragant, secundum quo Beatæ memoriæ genitor noster Pipinus Rex decertavit, ut fieret, quando gallicanum cantum tulit, ob unanimitatem Apostolicæ sedis, & Sanctæ Dei Ecclesiæ pacificam concordiam. Conf. Jo. Diaconi in *vita S. Gregor. lib. 2. n. 9. &* 10. apud Jo. Mabillon. in *Actis Benedict. sæc.* 1. *p. 416.*

Horæ sex antemeridianæ *l. 3. D. de oper. libert.* quæ *primæ* dicuntur, quibus opponuntur *supremæ* in *l. 2. §. ult. D. de verb. signif.* in qua Paullus ait: Cujusque diei major pars est horarum septem: primarum diei, non supremarum. Exstat vetustum, nec minus argutum epigramma Græcum, quo primas sex horas diei rebus gerendis aptas, & commodas esse, traditur, eas vero, quæ deinceps sequuntur, dandas esse corpori, cujus, ut ille ait, fulturis animi animus sustinetur. Idque ipsarum litterarum Græcarum, quibus horarum series notatur conjunctione significari. Supremarum enim horarum apices numerales sunt Z. H. Θ. I. qui simul juncti efficiunt Z H Θ I, quo verbo mortales *vivere*, & genio indulgere admonentur. Ἓξ ὧραι μόχθοις ἱκανώταται, αἱ δὲ μετ' αὐτὰς, Γράμμασι δεικνύμεναι, ZHΘI λέγουσι βροτοῖς. Quod ita exposuit vetus scholiastes. Hoc dicit. Ad sextam usque diei horam laborandum est. Post eam eundum ad prandium, idque ipsum horologium indicat. Nam post sextam horam notæ, id est Z. pro septima, H pro octava, Θ pro nona, I pro decima, simul collectæ, faciunt ZHΘI, id est, edere te jubent, ut vivere possis.

Hora noctis sexta *l. 5. D. qui test. fac. poss.* Gell. *lib. 3. c. 3. l. 1. D. de manum.* Id est, post mediam noctem.

HORDEUM frugis genus, ut docet Paull. *lib. 3. Sent. tit. 6. §. 78. frugumque mollissimum*, quemadmodum Plinius *lib. 18. c. 7.* tradit. Hordeo utique veteres jumenta pavisse, ut nunc fit avena, satis constat, ut ex *l. 3. §. 8. D. de pen. leg.* Unde hordearium æs, Festo teste, dicebant, quod pro hordeo equiti dabatur. Ex hordeo in quibusdam provinciis zythum conficitur *l. 9. D. de trit. vin. ol.*

HOROLOGIUM æreum, quod non est adfixum *l. 12. §. 23. D. de instr. vel instr. leg.* Horologiorum utique duo antiquitus genera fuisse, constat; unum, quod gnomone umbra in sole faciente horas indicat, alterum, quo horas æque noctium, ac dierum aqua dividebant. Illud *solarium* adpellatur a Plauto *in Bœotia* apud Gell. *lib. 3. c. 3.* & a Plin. *lib. 2. c. 76.* Utramque horologiorum speciem describit Cassiodor. *lib. 1. var. c. 45.* his verbis: Burgundionum dominus a nobis magnopere postulavit, ut horologium, & quod solis immensi comprehensa illuminatione distinguitur, cum magistris rerum ei transmittere deberemus. Idem Cassiodorus *ibid.* ex intervallo duplex horologium ita distinguit: Primum sit, ubi stilus, diei index, per umbram exiguam horas consuevit ostendere. Radius itaque immobilis & parvus, peragens quod tam miranda magnitudo solis discurrit &c. Secundum sit, ubi præter solis radios hora dignoscitur, noctes in partes dividens, quod ut nihil deberet astris, rationem cœli ad aquarum potius fluente convertit. Hæc Cassiodorus. Horologiorum vero illorum conficiendorum negotium dat Theodoricus Anicio Boethio Severino, cujus peritiam illic commendat, quam & ejus mathematici libri testantur. Idemque Theodoricus Rex *c. ult. ejusd. libri* horologium duplex ad Gundebaldum, Burgundionum Regem, mittens, munus suum ornat his verbis: Per harum portitores oblectamenta præsentiæ vestræ horologia cum suis dispositoribus credidimus destinanda. Unum, in quo humana sollertia videtur colligi, quod totius cœli noscitur spatia pervagari. Aliud, ubi solis meatus sine sole cognoscitur, & aquis guttantibus horarum spatia terminantur. Idem Cassiodor. *de divin. lect. c.* 30. Horologium vobis unum, quod solis claritas indicet, præparasse cognoscor. Alterum vero aquatile, quod die noctuque horarum jugiter indicat quantitatem, quia frequenter nonnullis diebus solis claritas abesse cognoscitur, miroque modo in terris aqua peragit, quod solis flammeus vigor desuper modulatus excurrit.

HORREARIUS, horrei conductor dicitur *l. 5. §. 3. D. de his qui effud. vel dejec. l. 5. D. ad exhib. l.* 60. §. *ult. D. locat.*

At alius est *horrearius* in marmore apud Reines. *Class. 11. Inscr. 87.* puta, qui operam horreis publicis Romanis, qualia erant *Seiana*, *Pupiana*, *Galbiana* locaverat, de quibus consulendus idem Reines. *Lib. 3. var. c. 12. p. 545. seq.* Hein.

HORREATICÆ species *l. 3. C. Th. de condit. in publ. horr.* quæ in horreis conditæ.

HORREORUM varia habentur genera. In iis enim & frumenta, & vina, & penu, & merces reponebantur *l. 19. §. 2. de judic. l. 12. §. 39. D. de instr. vel instr. leg. l. 1. l. 4. C. de legat.* Proinde *horreum* aliud *frumentarium* est, quod & *granarium* adpellatur *l. 6. D. de adquir. rer. dom.* juncta *l. 18. D. de act. emt. vend.* ex quo intelligimus, talia horrea plerumque ex tabulis ligneis facta, mobilia super terram extitisse. Horreum penuarium *l. 3. §. ult. D. de pen. leg.* Aliud, in

in quo merces condi, & alias quasvis res colligi, custodiæque caussa reponi solebant. Vid. *l.* 5. *D. ad exhib. l.* 84. *D. de legat.* 3. *l.* 8. *C. de pignor. l.* 20. §. 8. *D. de instr. vel instr. leg. l.* 32. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* Quin in horreis homines pretiosissimam partem fortunarum suarum reposuisse, ait *l.* 3. §. 2. *D. de offic. præf. vigil.* ex qua adparet, custodiæ earum rerum, quæ in horreis reponebantur gratia, cellas, armaria, & arcas in illis veteres habuisse Lamprid. *de Alexandro Imp. c.* 30. Horrea in omnibus regionibus publica fecit, ad quæ conferrent bona ii, qui privatas custodias non haberent. *Horrea* portuensia, de quib. est *Tit. C. Th. de horr. port.*

HORTARI est excitare aliquem ad aliquid agendum, a quo differunt *monere*, & *jubere*. *Jubemus* enim imperio, *monemus* consilio, *hortamur* impulsu. Unde est, quod, quum servus hortatu domini creditorem deceperit, dominus de dolo tantum teneatur, secus ac si jussu *l.* 20. *D. de dol. mal.* adeoque de jussu quidem est actio prætoria in solidum adversus dominum, de hortatu vero tantum subsidiaria illa, de dolo.

Hortari & *jubere* aliquando conjunguntur, ut in *l.* 4. *C. ad Leg. jul. repet.* item hortari & consilium dare §. 11. *Inst. de oblig. qua ex delict.*

HORTENSIA Lex a Q. Hortensio Dictatore lata, qua Plebiscitis legum vis, atque auctoritas tributa est *l.* 2. §. 8. *D. de orig. jur.* §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Adde Gell. *lib.* 4. *c.* 13.

HORTI, qui sunt in ædificiis constituti, urbanorum prædiorum adpellatione continentur, auctore Ulp. *l.* 198. *D. de verb. signif.* Plane si plurimum horti in reditu sunt, vinearii forte, vel etiam olitorii, magis hæc non sunt urbana. *Ibid. Horti* Sallustiani Romæ Augusti erant *l.* 39. §. *fin. D. de legat.* 1. Horum meminit Tacit. *lib.* 3. *hist. c.* 82. Vopiscus *in Aurelian. c.* 49. Auctor *Panegyrici Constantino dicti c.* 14. Xiphilin. *in Vespasian. lib.* 66. *p.* 750. Euseb. *in Chronic. n.* 2013. & Inscriptio apud Grut. *p.* 39. 4. *Hortus* autem in XII. Tab. idem valebat, quod villa, ut Plin. *lib.* 19. *c.* 3. auctor est.

In *Hortum* etiam deducebantur sponsæ, ibique in diæta habitabant, donec transeuntes ad maritum aqua & igni acciperentur. Scævola *l.* 66. §. 1. *D. de don. int. vir. & ux.* Virgini, in hortos deductæ, ante diem tertiam, quam ibi nuptiæ fierent, quum in separata diæta ab eo esset, die nuptiarum, priusquam ad eum transiret, & priusquam aqua & igni acciperetur, obtulit decem aureos dono. Terent. *Adelph. Act.* 5. *sc.* 5. *v.* 10. Atque hanc in horto maceriam jube dirui: Quanti potest, hanc transfer, unam fac domum, traduce & matrem, & familiam omnem ad nos. Quem Terentii locum ad explicandum Scævolæ textum, ipsumque hunc ritum illustrandum, attulit Petr. *Peren. lib.* 1. *Animadv. c.* 6. Elegantem ejus ritus rationem reddit Ferrandus Adduensis *Explicat. lib.* 1. *p.* 530. *Thesaur. jur. civ. Tom.* 2. Ex Varrone enim, aliisque veteribus auctoribus, *hortos* fuisse Veneri sacros, demonstravit. *Hein.*

HOSPES, qui non ibi habitat, sed tantum hospitatur. Tantum autem interest inter habitatorem, & hospitem, quantum interest inter domicilium habentem, & peregrinantem *l.* 1. §. *pen. D. de his, qui effud. vel dejec.* Hospites tamen ab advenis, & peregrinis distinguit Cic. *in Rull. de Leg. Agr. c.* 34. Hospitis recipiendi necessitas *l.* 10. §. 2. *D. de vacat. & excus. mun.* Cogebantur autem provinciales hospitio milites, nisi eis muneris hujus immunitas a Principibus indulta esset, officialesque Præsidum per municipia iter facientes, excipere, ut ostendit *l.* 3. §. 13. *D. de vacat. & excus. mun.* Inde est, quod Ulpianus ait, Præsidi provinciæ providendum esse, ne tenuis vitæ homines, sub prætextu adventus militum, lumine unico, vel brevi supellectili in aliorum usus translatis injuriis adficiantur *l.* 6. §. 5. *D. de offic. præf.* Hinc

HOSPITALIS molestia l. 18. *C. Th. de med. & profess.*

HOSPITALITATIS injusta præbitio *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* Quo nomine intelligendum omne illud illicitæ exactionis genus, quo commeantes sibi vel annonam, vel capitum, hoc est fœnum reliquumque pro animalibus suis pabulum præberi sine pretio, jubebant, Jac. Gothofr. *Comm. ad l.* 12. *C. Th. de metat.*

HOSPITATURA. Ita aliqui legunt in *l.* 18. §. 19. *D. de mun. & honor.* & interpretantur munus hospitis recipiendi. At ibi aliter legendum esse. Vid. infra art. *Ospratura.*

HOSPITUM. Hospitia quæ præbentur militibus *l.* 3. §. 13. *D. de mun. & honor.* de quibus modo *sub art. hospes.*

Hostitium habere cum gente aliqua, dixit Pompon. id est, jus hospitii *l.* 5. §. 2. *D. de capt. & postl.*

Hospitium & *Hospitiolum* *l.* 5. §. 1. *D. de his qui effud. vel dejec.* in quæ nempe hospites recipiuntur. Habebant autem veteres, ut Vitruv. *lib.* 6. *c.* 10. indicat, propria quædam triclinia, & cubicula, quibus advenientes hospites recipiebant, quæ *hospitalia* dicebantur. Erant etiam in bene moratis civitatibus publica hospitibus destinata loca, quæ Xenodochia, vel Xenones adpellabantur, quorum meminit *l.* 16. *l.* 18. *C. de sacros. eccl. l.* 3. §. *pen. l.* 37. *D. de episc. & cler.* Eorum locorum, qui administrationem habebant, Xenodochi adpellabantur *l.* 31. *l.* 35. *C. eod. tit.* Xenoparochi etiam in municipiis memorantur in *l. ult.* §. 10. *D. de mun. & hon.* quos eosdem Brissonius putat esse cum parochis, de quibus Horat. *lib.* 1. *Serm. sat.* 5. *v.* 45. & ibi *Acron. & Porphyr.*

HOSTIA vel Ostia *l.* 6. *D. de Leg. Rhod.* Urbs in ore Tiberis, ut ait Liv. *lib.* 1. *cap.* 33. Unde & nomen ei inditum Dionys. *Halicarn. lib.* 3. *p.* 183.

censet.

censet. Plin. *lib.* 3. *c.* 5. *Hostia*, ait, *colonia*, *a Romano Rege deducta*, id est, ab Anco Marcio. Aurel. Victor. *de vir illustr. c.* 5. in ejus Regis elogio. *Ostiam* coloniam, maritimis commeatibus opportunam, in ostia Tiberis eduxit. Idem & Liv. *lib.* 1. *c.*33. Illic portum a Claud. Imp. exstructum, Suetonius *in eju. vita c.* 20. narrat.

HOSTIARIUS, vel potius Ostiarius, Servus, ostio vel januæ præfectus *l.* 22. §. 42. *D. de instr. vel instr. leg. Ostiarius* vero more vetere in catena fuisse, Sueton. *de clar. Rhetor. c.* 3. scribit.

Hostiarii etiam clericorum numero in ecclesia *l.* 6. *C. de Episc. & cler.* dicti ab eo, ut Isidor. *lib.* 8. *c.* 12. scribit, quod præessent ostiis templi. Ipsi enim, ait ille, tenentes clavem, omnia intus, extraque custodiebant, atque inter bonos & malos habentes judicium, fides recipiebant, & respuebant infideles.

HOSTICUS ager apud Varron. *lib.* 4. *de ling. lat. & lib.* 5. In *hostico* absolute pro in hostico loco dixit Ulpianus *in l. ult. D. de testam. milit.* Liv. *lib.* 6. *c.* 31. & *lib.* 8. *c.* 38. Plin. *Panegyr. c.* 29. Ammian. Marcell. *lib.* 19. *c.* 6. Quod autem *hosticulo in* 1. *un. D. de bon. poss. ex test. milit.* id Bynkershoek *lib.* 4 *obs. c.* 20. monuit natum esse ex duabus vocibus *hostico* & *lo*, id est *loco*, in unum contractis. Ἐν πολεμίῳ τόπῳ vertunt Basilicæ *lib.* 35. *tit.* 21. Ceterum *hosticum* absolute pro hostico loco, eadem forma dicitur, qua *barbaricum*, *Geticum*, *Celticum*, *Noricum*, *Vindelicum*, *Illyricum*, quin & *pacatum*, quod hostico opponit Livius *lib.* 29. *c.* 2. quando ait: Hostico tamquam pacato, clementer ductis militibus. *Manil. lib.* 4. *Astron.* Taurus simplicibus donabit rura colonis, Pacatique labor veniet. Add. *Gronov. lib.* 2. *obs. c.* 3. *p.* 233. Hein.

HOSTILIA lex, qua permissum, furti agere eorum nomine, qui apud hostes essent, aut reipublicæ caussa abessent *pr. inst. per quos ag. poss. Hostilianæ* actiones apud Cic. *de orat. lib.* 1. *c.* 57.

HOSTIS. *Hostes* sunt, qui nobis, aut quibus nos publice bellum decrevimus. Ceteri latrunculi, vel prædones sunt *l.* 118. *D. de verb. signif. l.* 24. *D. de capt. & postl.* Publice autem bellum, vel simpliciter decernere, vel gerere intelliguntur, qui jure belli utuntur, quive id gerunt personæ ab externo imperio regimineque civili liberæ, ipsæ eo imperio utentes apud se. Porro, ut ait Ulpianus. In civilibus dissensionibus, qui in alterutras partes discedunt, hostium vice non sunt *l.* 21. *D. de capt. & postl.* Nam legibus XII. Tab. *hostis* nomine peregrinus significabatur, quod vocabulum, tristitiæ rei deliniendæ caussa, ad eos peregrinorum, qui perduelles essent, id est, quibuscum duellum, seu bellum esset, translatum est, ceu docet Cic. *lib.* 1. *de offic. c.* 12. Vid. & *l.* 234. *D. de verb. signif.* & Varr. *de ling. lat. lib.* 4. At D. Ambros. *lib.* 1. *de offic. c.* 24. & Festus scribunt, *hostem* ab hostiendo, id est, æquando dictum esse, quod pari cum civibus jure, puta belli, censerentur. A quo verbo *Hostilinæ* Deæ nomen impositum, quod ei sacra fierent, quum segetes novis aristis æquarentur. D. Augustin. *lib.* 3. *de civit. Dei c.* 8.

Hostes etiam, qui in rempublicam hostili animo quid machinati sunt, aut perpetraverunt. Et sic intelligenda *l.* 8. §. 2. *D. de poen.* ubi hostes, itemque transfugæ pœna vivicomburii plecti dicuntur. Tales enim reos criminis læsæ majestatis, hostes, perduellesve judicatos viros exustos patet ex *l.* 38. §. 1. *D. de poen.* Paull. *recept. Sent. lib.* 5. *tit.* 29. §. 1. Valer. Max. *lib.* 6. *cap.* 3. §. 2. Volcat. Gallic. *in Avid. Cass. c. ult.* Sane illi *hostes* vocantur etiam a Sallustio *Catil. c.* 60. & 61. & a Tertulliano *in Apol. c.* 2. Vid. Bynkersh. 5. *obs.* 22.

Hostis communis salutis maleficus *l.* 11. *C. Theod. de malef.* Hoc convitii genere Christianos olim prosequuti sunt Gentiles, dum publico hostes vocarent, quod notum. Ita Cicero 3. *offic. c.* 29. Piratam *communem hostem* omnium vocat.

Hostis publicus. Quamvis plurimi petentibus facultates eorum, qui sub *hoste publico* egerunt, atque in prælio pœnas debitas pependerunt, liberalitas nostra largita sit &c. *l.* 4. *C. Th. de bon. vacant.* De quo hoste publico vide Gothofredi conjecturas *in Comm. ad. d. l.*

HOSTIUM pro *Ostium l.* 1. *D. de ventr. in poss. mitt. l.* 59. *D. de rei vind.*

Hostium fluminis *l.* 4. *D. de leg. Rhod.*

HUMANITAS pro humana infirmitate, sorte, conditione. Omnia, quæ supra terram urnis clausa, vel sacrofagis corpora detinentur, extra urbem delata ponantur, ut *humanitatis* instar exhibeant *l.* 6. *C. Theod. de sepulcr. viol.* id est, prætereuntes humanæ conditionis admoneant. Cic. *pro Rosc. c.* 23. Magna est vis *humanitatis*, id est, sensus humani.

Humanitas, ut Gell. *lib.* 13. *c.* 15. scribit, etiam significat φιλανθρωπίαν, & dexteritatem quamdam, benevolentiam erga omnes homines. Sed & verbo hoc facilius mansuetudo, lenitas, comitasque significatur. *Humanitatem* exhibere *l.* 1. §. 4. *D. de postul.* Humanitatis negotium gerere dicitur, qui funerat alienum cadaver ne insepultum jaceat *l.* 14. §. 7. *D. de religios.* Confer, qui de ejus leges intellectu, vocisque hujus notione uberius egit Petr. Fabr. *ad jus Attic. & Rom. c.* 1. *p.* 12. *seq.* Sed nihil hic extricarunt vel Petr. Faber, vel Salmas. *obs. ad jus Attic. & Rom. c.* 25. *p.* 554. vel Desid. Herald. *obs. & emendat. c.* 44. Quo jure enim sumptus qui repeteret, quos ex humanitate, & pietate fecit? Omnia plana sunt, si cum laudatissimo Bynkersh. *lib.* 4. *obs. c.* 22. leviter trajectis verbis, legamus: *Utrum negotium quis vel defuncti, vel hæredis gerit, an vero ipsius humanitatis, vel &* HEIN.

Humanitas medii ævi scriptoribus pro victu accipi-

cipitur. Sic *in l. 7. C. Th. de custod. rer. humanitatem denegare, & victualem substantiam denegare*, junguntur. Et *humanitatem dare* eo sensu legimus in Leg. VVisigoth. *lib. 9. tit.* 1. §. 4. 5. 6. ut humanitatem ministrare apud Marculf. *lib.* 1. *Form. c.* 11. Add. Car. Du-Fresne *Gloss. med. & inf. Lat.* sub hac voce.

HUMANITUS, humanæ mortalitatis casu. Ut *in l. 30. §. 2. D. de adim. leg.* Si aliquid mihi in vita humanitus acciderit, id est, si moriar. Vid. & §. *ult. ead. l. &* §. 1. *Inst. de donat.* Cic. *Philipp.* 1. *c.* 4. Alias hujus vocis testimonia pete ex Non. Marcell.

HUMANUS, *a*, *um*. *Humana* res pro vita. In rebus *humani*, agere, vel esse *l. 1. C. de inoff. donat. l.* 10. *D. de vulg. & pup. subst.* id est, vivere. Contrarebus *humanis* excedere *l. ult. C. quand. dies leg.* eximi *l.* 8. *C. de oblig. & act.* subtrahi *l. 5. C. quand. dies leg.* id est, mori.

Humanum. Si quid humani contigerit *l. 26. pr. D. depos.* id est, si moriar.

Alias *humanum* est benignum, ut *in l. 13. D. de don. int. vir. & ux. Humana* interpretatio *l. 1. §. 6. D. ad SC. Trebell.* sententia *leg. 4. §. 1. D. de Leg. commiss.* via *l. 23. C. Th. de decur.*

HUMARE est terra concedere, sepelire *l. 2. D. de mort. infer.* Humatum corpus *l. 2. §. 5. D. de religios. Humatus* defunctus *l. 37. D. eod. tit.* Plin. *lib. 7. c.* 54. Sepultus intelligitur quoquo modo conditus, humatus vero humo contectus.

HUMATIO *l. 22. §. 4. D. quod vi aut. cl.* non solum actus est sepulturæ, sed pro ipsis humatis reliquiis accipitur. *Sepulcri est non solum is locus, qui recipiat humationem, sed omne etiam supra id cælum.* Bynkersh. *l. 1. obs. c. 5.* Hein.

HUMERALE inter arma memoratur *l. 14. §. ult. D. de re milit.* Usurpatur etiam pro clericali veste apud scriptores ævi superioris ecclesiasticos. Vid. Car. Du-Fresne *Gloss. Lat.*

HUMILE, depressum. *Humilior* via *l. 1. D. de via publ.*

HUMILIS opponitur honesto: Vid. supra art. *honestus*, itemque ei, qui dignitate excellit, vel in aliqua dignitate positus est *l. 11. D. de dol. mal. t.* 3. §. 16. *D. de susp. tut. vel. cur.* Nec minus *humiliores* opponuntur altioribus *l. 3. §. 5. D. ad Leg. Corn. de sic.* itemque potentioribus *l. 6. §. 2. D. de offic. præsid.* Humilem vel abjectam feminam Imperatores *in l. 7. C. de incest. nupt.* eam non intelligi tradunt, quæ licet pauper, ab ingenuis tamen parentibus nata sit. Itaque *humiles* abjectasque eas demum intelligendas esse, definiunt, quæ ea constitutione continentur. Quod pertinet ad explicationem *l. 1. C. de natur. lib.* verbaque ibi obvia, *humili vel abjecta persona*.

HUMILITAS status vilis, & abjectus *in l.* 41. *C. Th. de Episc. l. 2. C. Th. de curs. publ. Humilitas* vitæ eodem significatu apud Paull. 5. *Sent.* 15. §. 1. & *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 9. §. 2.

HYACINTHUS *l. ult. §. 7. D. de publican. & vectig.* gemmæ species ab amethysto, ut Plin. *lib.* 37. 9. ait, multum distans, tamen e vicino descendens. Differentia hæc, quod ille emicans in amethysto fulgor violaceus, dilutus est in hyacintho. Primo quoque adspectu gratus evanescit, antequam satiet, adeoque non implet oculos, ut pene non attingat, marcascens celerius nominis sui flore. Hyacinthos Æthiopia mittit, ut *ibid.* ait. Unio cum *hyacintgis l. 6. D. de aur. arg. leg.* Hyacinthia lana *l. 1. C. quæ res ven. non poss.* Vid. *janthinus*.

HYDROMANTICIS ab aqua dicti. Est enim *hydromantia* in aqua inspectione umbras dæmonum evocare, & imagineas ludificationes eorum videre, ibique ab iis aliqua audire, ubi adhibito sanguine etiam inferos prohibentur suspirare. Ex Isidor. *c. 16. Caus. 26. quæst.* 5.

HYDRAULÆ, qui *in l. 3. C. de excus. muner.* non habere immunitatem dicuntur, sunt musici, puta qui machinæ hydraulicæ præerant, ubi organa aquæ adjumento sonitum dulcem reddebant. De hujusmodi instrumento musico nobilissimo vid. Vitruv. *lib.* 10. Athen. *Deinosoph. lib.* 4. Plin. *lib. 7. c.* 31. Vid. Cujac. *ad d. l.* 4. & Forc. *in penu jur. c.* 14.

HYDROMELI *l. 9. D. de critic. vin. ol. leg.* id est, aqua melle mixta. *Aquam mulsam* vocat Columella *l. 12. c.* 12. ubi parandæ ejusmodi mellitæ aquæ rationem explicat, qua de re vid. & Pallad. *lib. 8. tit.* 7. Dioscorides *lib. 5. c.* 13. μελικρατε speciem facit. Nam de eo agens τὰς δὲ, addit, σκευαστὸν καὶ ἀπόθετον, ὃ ἰδίως ἔνιοι ὑδρόμελι καλοῦσι. *Aliud mulsum factitium, & conditum, quod proprie quidam hydromeli adpellitant.* Quibus ex verbis adparet, Dioscoridem adpellasse hidromeli condititium, & inveteratum, quod ad usum familiæ confici, adservarique a veteribus solebat. At de alia specie sentit Plin. *lib. 31. c.* 6. quum ait: Hydromeli quoque, & imbre puro cum melle temperabatur quondam, ut daretur adpetentibus vinum ægris, veluti innocentiores potu.

HYDROPHYLAX, aquarius, vel aquarum custos, qui aquæductum hujus regiæ urbis custos deputatus est *l. 10. D. de aquæd.* Jam militares etiam custodias aquis, & fontibus adpositas esse, novimus ex Martial. *l. 11. epigr.* 97. Sed intelligendi videntur, quorum erat curare aquæductus, eosque sartos tectos servare, qualis & *Villicus aquæ Claudiæ* apud Reines. *Class. 9. Inscr.* 38. 39. HEIN.

HYPÆTRUM *l. 242. §. 2. D. de verb. signif.* locus erat sub dio & cœlo patenti expositus, sine tecto, ut vel ipsum nomen arguit. Hunc locum solebant Romani æstate velis tegere, & exornare, ut calor ambulantes in eo non premeret, hyeme contegebatur plumbo, vel simili tegumenti genere, ne frigore a

gelu pavimentum obduceretur. De his velis vid. *l.* 12. §. 20. *D. de instr. vel instr. leg.* Add. Vitruv. *lib.* 5. *c.* 9. *&* 11.

HYPARCHUS idem ac præfectus prætorio *l.* 32. *C. de Episcop. aud.*

HYPERBERETÆI mensis mentio est in *c.* 4. *dist.* 18. Suidas autem scribit, apud Macedones hyperberethæum mensem eumdem esse, qui octo ber: Galenus autem Pergami eumdem, qui September.

HYPEROCHA rei, pignori datæ, id est, quod plus est in pretio rei, quam in credito *l.* 20. *D. qui pot. in pign.* sive, quod amplius est, aut, ut alias dicitur, superfluum. Add. Cujac. 4. *obs.* 25.

HYPOBOLON dotis est incrementum, vel quod mortuo marito uxori superstiti redditur supra dotem, quod est instar donationis propter nuptias, sic dictum απο του υποβαλλειν, quod est majori rei, vel summæ minorem adjicere. Græci alias reddidere dimidiam, alias tertiam, nisi aliud conventum esset. Langobardico autem jure quartam partem redditam videre est *l.* 1. *Langobard. de iis quæ a viro in mul. dan.* Latinorum vero tertiam *lib.* 2. *feud. tit.* 19. §. *quamvis*. Constant. Harmenop. *lib.* 4. *tit.* 10. hypobolum scribit esse το επι τη ποσοτητι της προικος, των αποθανουσης της γυναικος η προιξ απαιτειται παρα του ανδρος, υποβαλλομενον, ηγουν υποτιθεμενον απο του υποβαλλειν, quod ob dotis quantitatem, quum uxore defuncta dos a viro repetitur, huic subjicitur, ac supponitur, a subjiciendo dictum, Quod quandoque, ut idem §. 2. scribit, est υπο τινι ισχυροτερω, και πλειονι, αλλο τι και ασθενεστερον, και βραχυτερον τιθεναι. Sub aliquo robustiore & majore aliud quidpiam infirmius, & minus collocare. At Prateius pro αποθανουσης της γυναικος, *uxore defuncta*, legendum censet αποθανοντος του ανδρος *defuncto viro*. Non enim, ait ipse, mortua uxore, sed mortuo marito hypobolo locus est.

HYPOCAUSTUS, *a*, *um*. Hypocaustæ diætæ *l.* 55. §. 3. *D. de legat.* 3.

Hypocaustum in *l.* 16. *D. mand.* Vox Græca, quæ vaporarium significat, quo suppositus calor, prout ratio exigebat, vel effundebatur, vel retinebatur, ut Plin. *lib.* 2. *epist.* 17. docet Hypocaustum ad calefactionem aquæ balnearis accendebatur. Eaque caussa supra id componenda esse tria aena, unum, *caldarium*, alterum *tepidarium*, tertium *frigidarium*, & ita collocanda, ut ex *tepidario* in *caldarium*, quantum aquæ calidæ exisset, tantum influeret, de *frigidario* in *tepidarium* ad eumdem modum, Vitruv. *lib.* 5. *c.* 10. monet. Papin. Stat. *lib.* 1. *Silv.* 5. Tenuem volvunt hypocausta vaporem. Unde idem hypocausta vaporiferas fornaces voca- *ejusd. libri Silva* 3.

HYPODIACONI *l.* 7. *C. de episc. & cler.* idem est, quod subdiaconi, ut *l.* 6. *C. eod. tit.*

HYPODIUM apud Paull. 3. *Sent.* 6. §. 65. Ubi *hypopodia* potius legendum esse, duce Martino *in Lex. philol.* observat Schulting. *pag.* 379. Sunt enim υποποδια scabella, quæ pedibus subjiciuntur. Hein.

HYPOMNEMA, quæ hodie acta adpellamus *l.* 13. §. 10. *D. de excus.*

HYPOMNEMATOGRAPHUS *l.* 59. *C. de decurion.* id est, commentariensis, cujus manu acta subnotantur, ut loquitur *l.* 45. §. 7. *D. de jur. fisc.* Hypomnematographus Alexandriæ *l. ult. C. Th. de decur.* & ibi Jac. Gothofr.

HYPOMNESIS εκ δικαστικης ψηφου *Novell.* 1. *c.* 1. §. 1. quodvis decretum judicis.

HYPOTHECA interdum a pignore separatur, ut *l.* 2. *l.* 26. §. *ult. D. de pign. & passim.* Proprie enim *pignus* dicimus, quod ad creditorem transit, *hypothecam*, quum non transit possessio ad creditorem *l.* 9. §. 2. *D. de pign. act.* Hæc tamen differentia a Jureconsultis non semper observatur, qui *pignus* & *hypothecam* sæpe pro eodem dicunt. Justinianus §. 7. *Inst. de action.* Inter *pignus* & *hypothecam*, quantum ad actionem hypothecariam attinet, nihil interest; nam de qua re inter creditorem, & debitorem convenerit, ut sit pro debito obligata, utique hac adpellatione continetur. Sed in aliis differentia est. Nam pignoris adpellatione eam proprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam traditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam, quæ sine traditione, nuda conventione tenetur, proprie hypothecæ adpellatione contineri dicimus. Unde merito Marcianus inter pignus, & hypothecam nominis sonum differre, dixit *l.* 5. *in fin. D. de pignor.* Alterum enim Latinum, alterum Græcum est verbum, a *suppositione* deductum. Id enim Græcis est υποτιθεσθαι, quorum exemplo etiam *supponere* pro oppignorare, & *suppositas* res pro pignori obligatis, Imperatores dicunt *l.* 6. *C. de pignor. act. l.* 7. *l.* 8. §. 1. *C. de præscript. trig. vel quadrag. ann. Rubr. tit. D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur. sunt non a ien. vel suppon.* Latini certe auctores etiam *pignori opponere* dicunt *l.* 27. *D. de pignor.* Terent. Phorm. *Act.* 4. *scen.* 3. *v.* 56. *Oppositus est pignori ob decem minas.* Unde jocus Catullianus *Epigr.* 26. *Furi, villula nostra non ad Austri Flatus opposita est, nec ad Favoni, Nec sævi boreæ aut Apelioræ; Verum ad millia quindecim & ducenta.* O *ventum horribilem*, *atque pestilentem*! Contrahitur *hypotheca* per pactum conventum, quum quis pascitur, ut res ejus propter aliquam obligationem sint hypothecæ nomine obligatæ *l.* 4. *D. de pignor.*

HYPOTHECARIA actio, quæ & *quasi Serviana* dicitur, in rem actio est, quæ creditori pignoris persequendi caussa datur §. 7. *Inst. de act.* qua nempe creditor possessionem pignoris a quocumque detentore postulat. Unde & *pignoris vindicatio*, petitio, persequutioque dicitur *l.* 10. *in fin. C. de pign.*

pign. act. l. 1. C. si un. ex plur. Marcianus ad Hypothecariam formulam singularem librum scripserat.

I

JABOLENUS. Vid. *Javolenus.*

JACENS rex ex naufragio *l. 1. §. ult. l. 5. D. de incend. ruin. naufr.*

JACERE etiam dicitur hereditas, quæ nondum a quoquam adita est, & quamdiu sine domino est *l. 5. §. 20. D. ut legat. vel fideic. cauf. cav. l. 13. §. 5. D. quod vi aut cl.*

Jacere, penultima correpta, imprimis est jactare onus, seu merces in mare *l. 43. §. 10. D. de furt.* Unde *jacta* res, quæ in tempestate, navis levandæ gratia, & salutis caussa, in mare ejiciuntur *l. 21. §. 1. D. de adquir. vel omitt. possess. l. 9. §. ult. D. ad adquir. rer. dom.*

JACTARE caput *l. 1. §. 9. D. de Aedil. edict.* est caput *excutere*, ut Nonius ait. Tibull. *lib. 2. eleg. 5. v. 65.* Hæc cecinit vates, & te sibi, Phoebe, vocabit, *Jactavit* fusa sed caput ante coma. Varro *Eumenid.* Tibi nunc semiviri teterem comam volantem *jactant* Galli.

Jactare lapillum. Vid infra sub *Lapillus.*

Jactare merces ex nave *l. 7. D. pro derelict.* missilia in vulgus *l. 9. §. 7. D. de adquir. rer. dom.*

Jactare in sago. Clodius in sago jactatur *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. 1. §. 11.* Est hæc sagatio, genus ludicri atque lasciviæ, cum sagis distentis plurimorum manibus imponebatur aliquis, iisdemque excussis, jactabatur in altum. De isto ludicro Suet. *in Ott. c. 2.* Martial. *1. epigr. 4.* Ibis ab excusso missus in astra sago.

Jactare, ut ait Non. etiam est *ambitiosius gloriari*. Sic licet id se facturum jactaverit *l. 225. D. de verb. signif.*

JACTATIO pro ambitiosa gloria *l. 6. §. 7. D. de injust. rupt.*

JACTURA pro damno, & detrimento. *Jactura* debiti mulctari *l. ult. C. de auct. & conf.* existimationis *l. 76. C. Th. de decurion.* infamiæ *l. ult. C. de secund. nupt.*

Jactura, pro jactu ex navi levandæ exonerandæque navis gratia *l. 2. §. 2. l. 4. D. de Leg. Rhod.*

JACTUS lapilli. Vid. infr. sub *Lapillus.*

Jactus, qui fit in mare navis levandæ caussa *l. 43. §. 11. D. de furt. l. 1. 2. D. ad Leg. Rhod.*

Jactus retis *l. 11. §. ult. l. 12. D. de act. emt. vend.* Hunc *jactum* simpliciter dixit Valer. Max. *lib. 4. c. 1. Ex. 7.* A piscatoribus in Miselia verriculum trahentibus, quidam *jactum* emerat.

JACULARI in campo per ludum *l. 9. §. ult. D. ad Leg. Aquill.* id est, jacula mittere. At in collat. *Leg. Mos. & Rom. tit. 9. Jaculari* non, ut in priore loco simpliciter est jacula mittere, sed leonibus, aliisque bestiis in circo conficiendis operam dare. Seneca *de brevit. vit. c. 13.* Num & hoc quemquam curare permittas, quod primus L. Sulla in circo Leones solutos dedit, quum alioquin adligati darentur, ad conficiendos eos missis a Rege Boccho jaculatoribus? Et hoc sane remittatur. *Hein.*

JACULATORIUS campus *l. 9. §. ult. D. ad Leg. Aquil.*

JACULUM, retis piscatorii genus. Isidor. *lib. 18. orig. c. 21. Jactus*, ait, *dictus a jacendo. Unde & piscatorium rete jaculum dicitur.* Sic emenda, ipsomet duce, & auctore, cujus *lib. 19. c. 5.* verba hæc sunt: *Funda genus est piscatorii retis, dicta ab eo, quod in fundum mittatur. Eadem etiam a jactando jaculum dicitur.* Quo sensu vocabulum accipiendum est apud Plaut. *Asinar. Act. 1. sc. 1.* Venari autem jaculo apros in medio mari. Et Ovid. *de art. amand. lib. 1. v. 763.* Hic jaculo pisce, illic rapiuntur ab hamis, Hos cava contento retia fune trahunt.

Jaculum, telum missile. Jaculis ludere §. 4. *Inst. de Leg. Aquil.*

JANITRIX, alias ostiaria, vel ostii custos, ancilla. Plaut. *Curcul. Act. 1. sc. 1. v. 76. Anus* janitrix. Sed Latinis & duorum fratrum uxores *janitrices* vocabantur, quas Græci ἐνάτερας vocant *l. 4. §. 6. in fin. D. de grad. & adfin.* Vetus Glossarium; Janitrices, δύω ἀδελφῶν γυναῖκες, σύννυμφοι Quæ ἐνάτεpας interpretatio etiam apud Hesychium habetur. In Glossis quoque Palæmonis hoc verbum ita explicatur.

JANTHINUS *a, um. Janthina* lana. Ita nonnulli legendum putant in *l. 1. C. quæ res ven. non poss.* Janthinum enim purpuræ genus fuit violaceo colore infectum. Ulpian. *l. 70. §. ult. D. de legat. 3.* Purpuræ, ait, adpellatione omnis generis purpuram contineri puto. Sed coccum non continebitur, fucinum, & *janthinum* continebitur. Plin. *lib. 20. c. 6.* violas purpureas a Græcis ἴα adpellari, tradit, & ab his *janthinam vestem*. Ant. Thiles. *lib. de colorib.* Violaceus, qui & *janthinus*, ex quo Tyrianthinus e purpura, ut nomen indicat, factus & e viola.

JANUA. Januam in publico aperire in *l. ult. §. ult. D. de serv. præd. urb.* quidam dici volunt, pro januam in publicum rejicere, ita ut fores in viam publicam aperiantur, ut mos erat Græciæ, unde illud apud comicos, *crepuere fores*. Sed hic mos numquam Romæ invaluit, & præter Plinium, Plutarchum, Asconium, etiam Dionysius e publicis, vel privatis ædibus solas M. Valerii Publicolæ fratris ædes Romæ scribit habuisse januam erectam in publicum. Igitur hæc est hujus loci sententia & species:

species: L. Titius aperto pariete domus suæ januam in publico aperuit, quatenus stillicidii rigor, & tignorum protectus competebant, quatenus ambitum ædium Scævola definiebat auctore Cicerone: non est igitur egressus ambitum ædium in aperiendo, neque vero potuit, & adversum se tamen aperiri januam, quæ non fuit ante, vicinus æquo animo non fert motus invidentia quadam, qua etiam moti quidam sæpe non fuerunt e regione ædium suarum construi ædes novas, e quibus sit conspectus in suas. Vid. Cujac. 13. *obs.* 27.

JAVOLENUS Ictus, de quo infra sub art. *Priscus.*

IBI, in interdicto *unde ibi* quemadmodum accipiendum sit, exponitur in *l.* 1. §. 37. *D. de vi & vi arm.*

Adpellatione eorum, quæ *ibi* sunt, neque ea, quæ ad tempus, vel casu in eo loco sunt, neque numi & nomina continentur, sed quæ perpetuo ibi sunt posita, quæ, quamquam ad tempus vel casu absit, non eo minus tamen continentur *l.* 44. *l.* 76. *l.* 78. §. 1. *D. de legat.* 3. Proinde si debitor pactus sit, ut quæcumque in prædia, pignori data, inducta, invecta, importata, *ibi* nata, paratave essent, pignori essent, ii dumtaxat servi, qui hoc animo inducti erant, ut ibi perpetuo essent, non temporis caussa adcommodarentur, obligari censebuntur *l.* 32. *D. de pignor.* Quæ ut *ibi* sint illata fuerint *l.* 7. §. *ult. D. in quib. causs. pign.*

Ibi pro *eo*, in aliquem locum. Quum ibi venerimus *l.* 1. *in fin. D. de orig. jur.* Vid. & *l.* 18. *C. de fid. instr. l. ult.* §. *ult. D. de Leg. Rhod.* Veteres sane reciproce *eo* & *illo* usi sunt pro *ibi l.* 32. §. 1. *D. ad Leg. Jul. de adult. l.* 7. *in fin. D. de ann. legat.* & propromiscue dixerunt: Irrupere in ædes, & *in ædibus*: Plaut. Amphitr. *Act.* 4. *SC.* 3. *v.* 14. Pergere in ædes, & *in ædibus*. Idem *ibid. v.* 18. In hostium potestatem, & in potestate pervenire *l.* 12. *D. qui test. fac. poss.* Sub jugum, & *sub jugo* mittere. Liv. *lib.* 3. *c.* 28. adeoque particulas motum ad locum, & situm in loco significantes sæpe confuderunt. HEIN.

ICERE, unde participium *ictus*, id est, percussus, vel vulneratus *l.* 5. *D. ad Leg. Aquil.*

ICOSAPROTUS, magistratus municipalis. Uti enim *Decaproti*, *decem primi*, ita *icosaproti*, *viginti primi l. ult.* §. 26. D. *de mun. & hon.* Ipsum munus, quo fungantur, *Icosaprotia ibid.*

ICTUS lapilli. Vid. art. *lapillus.*

ID est, plerumque non definiendi gratia, sed exempli loco & παραδειγματικῶς ponitur, ut in *l.* 7. §. 8. *D. de pactis l.* 8. *C. de vulg. & pup. subst. l. pen. D. de ann. leg. l.* 2. *D. de supell. leg. l.* 3. *in fin. D. de except. l.* 3. *C. ad Leg. Jul. de adult. l.* 9. §. *ult. D. ad Leg. Jul. pecul.* Sic apud Caium *lib.* 2. *Inst. tit.* 8. §. 3. Adgnati sunt per virilem sexum propinquitate conjuncti, *id est*, consanguinei fratres.

Alias διασαφητικὸν est vel explicativum, ut in *l.* 9. *pr. D. de min.* ubi, corpora potius habere interdum permittendum, *id est*, si grande damnum sit minoris. Interdum ergo idem valet, *id est*, ac *scilicet*, ut *in l.* 4. §. 27. *D. de usurp. l.* 16. *D. de re jud. l.* 1. *D. de legit. tut. l.* 68. *in fin. D. de usur. & aliis locis.* Petr. Faber *lib.* 1. *semestr. c.* 17. & aliam huic formulæ significationem tribuit, per quam nimirum latior vocabuli significatio coarctetur, eoque refert exemplum *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam. Sed etsi exauctoraverit, id est, signa militaria detraxerit.* Quem hujus formulæ usum, quamvis exemplo destitui putat Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 273. ipse tamen postea *p.* 487. similem loquutionem *in l.* 29. *D. de liber. causs.* deprehendit. *Hein.*

IDEOQUE non semper illative ponitur, sed aliquando per solam continuationem §. 1. *Inst. de exher. lib. l.* 2. §. 2. *D. de pact. l. ult. D. de condict. caus. dat.*

ΙΕΙΟΧΕΙΡΟΝ, scriptura privata, vel chirographum *l.* 12. *C. qui pot. in pign.*

ΙΔΙΟΚΤΗΤΑΡΙΟΙ, ut aiunt Græci interpretes *in l.* 4. *C. de agric. & censit.* sunt bonorum propriorum possessores. Vid. in Basilic. *eod. tit.*

ΙΔΙΩΤΗΣ, rudis. Glossa Cyrilli: ΙΔΙΩΤΗΣ ὁ μὴ τεχνίτης, *rusticus*, *rudis*. Et ita accepit Hadrianus apud Dosithæum *lib.* 3. *sent.* §. 13.

Aliquando tamen is est ἰδιώτης, qui non militat. Sic *in Novell.* 8. *c.* 6. ΙΔΙΩΤΑΙ vertuntur *privati*, opponunturque iis, *qui in militiis constituti sunt. Hein.*

IDONEE cavere quid sit, explicat *l.* 4. §. 8. *D. de fideic. libert.*

Idonei pro *idonee ei* in quibusdam codicibus *in l.* 11. §. 15. *D. de legat.* 3.

IDONEUS, *a*, *um* in genere est aptus, habilis, sufficiens. Sic *Idoneus* accusator *l.* 15. §. 6. *D. ad Leg. Jul. de adul.* auctor Cic. *lib.* 2. *ad Attic. epist.* 22. *Idonea* caussa *l.* 14. §. 2. *D. quod met. causs.* domus *l.* 10. *D. de alim. vel cib. leg.* exceptio *l.* 14. *C. ad SC. Vellei.* fides probationis *l. ult. C. Debit. vend. pignor. imp. non poss. Idonea* cautio *l.* 50. *D. de manum. test. l.* 59 §. *ult. D. mandat. Idoneus* defensor, alienæve rei expromissor nemo sine satisdatione intelligitur *l.* 110. *D. de regul. jur. l.* 46. §. 2. *D. de procur.* §. 1. *Inst. de satisd.* Et hoc est, quod ait Paullus, eum qui rem alienam defendit, numquam locupletem haberi *l.* 166. *D. de reg. jur.* Nam is, qui suscipit defensionem, etsi consularis, non videtur tamen idonee defendere, nisi satisdare fuerit paratus *l.* 51. §. *ult. l.* 52. *l.* 53. *D. de procur.* Sed neque femina, neque miles, neque qui re publicæ caussa abfuturus est, aut

aut morbo perpetuo tenetur, aut magistratum initurus est, aut invitus judicium pati non potest, idoneus defensor intelligitur *l. 54. D. de procurat.* Minor utique viginti quinque annis, qui habet curatores, sui non est idoneus defensor *l. 5. D. de reb. auct. jud. possid.* *Idoneus* homo, seu vir integræ existimationis, & minime proborsum significat *l. 42. D. de verb. signif. lib. ult. D. de tab. exhib. l. 11. D. commod.* Si minus idoneis hominibus navem commisit *l. 16. §. ult. D. de rei vind.* *Idoneus* servus *l. 20. D. commod l. 41. D. famil. erisc.* socius *l. 6. D. pro soc.* testis *l. 40. D. de test.*

Idoneum in specie idem est ac locuples & solvendo esse. Proinde *idoneus* & *inops* pugnant *l. 27. §. 2. D. de minor.* *Idonea* bona *l. 1. §. 17. D. de separat.* eoque significatu *idoneus* absolute dicitur, qui solvendo est *l. 66. §. 4. D. de furt. l. 7. §. ult. D. de dol. mal.* Si *idonei* culpa detegatur *l. ult. D. rem. pupill. salv. for.* ubi vulgo legitur *idonea culpa*. Vid. Cujac. 8. *obs.* 30. *Idonei* curatores *l. 30. §. ult. D. de excus. l. 39. §. ult. D. de minor.* *Idoneus* debitor *l. 52. §. 9. D. de furt.* *Idoneus* facultatibus *l. 6. C. de susp. tut.* *Idonei* plerumque non tam patrimonio quam fide quoque æstimantur *l. 112. §. ult. D. de verb. obl.* Re & fide idoneus *l. 9. C. Theod. de patr. horreor.* *Idoneus* fidejussor *l. 7. D. qui satisd. cog.* *Idonea* hereditas *l. 5. D. de separat.* Idoneus heres *l. 14. D. de minor.* *Idoneis hominibus* pecuniam credere *l. 3. C. de usur.* nisi quis *nominibus* rescribere malit. Sane enim *idonea nomina* legimus *l. 13. §. 1. D. de admin. & per. tut.* Si uterque magistratus idoneus est *l. 45. D. eod. tit.* *Idonea* pignora *l. 33. D. de usur.* *Idoneus* promissor *l. 112. §. ult. D. de verb. obl.* *idonea* satisdatio *l. 1. §. 36. D. depos.* successor *idoneus l. 15. D. ad municipal.* Talis est semper fiscus *l. 2. D. de fund. dot.* *Idoneus* tutor *l. 15. §. ult. D. de excus.* & passim. Si venditor *idoneus* non est *l. 4. §. 1. D. de adpell.*

Comparativus *idoneior*, vel, ut in melioribus editionibus, *idonior* legitur *l. 4. §. ult. D. de in diem addict. l. 42. C. de episc. & cler. l. 18. D. de testam. tut. l. 3. §. 12. D. de lib. hom. exhib. l. 2. D. de popul. act. l. 5. §. 11. D. de jur. immun.* Quamvis vero eam formam ex veteribus Charisius *lib. 1. p.* 88. & ex recentioribus Ger. Jo. Vossius *de Analog. lib. 2. c. 27.* rejiciant, eam tamen usum esse Tertullianum *de pallio c. 3. & de anima c.* 18. observarunt Salmas. in *Not. ad Tertullian. de pall. p.* 223. Bynkersh. 1. *obs.* 25: & Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 387. HEIN.

IDUS, decima quinta in mensibus Martio, Maio Julio, & Octobri, decima tertia in ceteris mensibus dies. *Idus* septembres *l. 122. §. 1. D. de verb. oblig. l. 89. D. de solut.*

JECORIS inspectio in sacrificiis sub capitis pœna prohibita *l. 9. C. Th. de pagan. sacrif.* Vid. infra *inspectio*.

JEJUNA prædia opimis opponuntur *l. 3. C. Th. de censit.* Junct. *l. 4. C. Inst. eod. tit.* Jejunæ & desertæ possessiones *l. 5. §. sane C. Th. de collat. donat.*

JEJUNITAS *l. 4. §. 4. C. Th. de suar. pecuar.*

JESUS *Christus*. Si quis Jesum Christum scripsit heredem *l. ult. C. de SS. EE.* De S. Henrico Imp. *vitæ ejus auctor. cap.* 21. apud. Lodovic. *script. rer. Bamb. T. 1. p. 296. Solum quippe Deum sibi elegit heredem.* Id de eo dictum, quod in condendis, locupletandisque episcopatibus admodum fuisset liberalis. Vid. *Matth. 15. v.* 40.

IGNAVIAM prætendentes audiri non oportet *l. 78. §. 2. D. de legat.* 2.

IGNI & aqua accipi *l. 66. §. 1. D. de don. int. vir. & ux.* interdici *l. 59. §. 4. D. de hered. inst.* Vid. supra sub *aqua*.

IGNOMINIA, auctore Non. Marcello, *est nominis nota. Cic. lib. 2. de republ. Censoris judicium nihil fere damnato adfert, nisi ruborem. Itaque ut omnis ea judicatio versatur tantummodo in nomine, animadversio illa ignominia dicta est.* Sic enim ille Ciceronis locus apud Nonium emendari potest. Isidorus etiam eamdem notionem hujus verbi adfert *lib. 5, etymol. c.* 27. Itaque pro Censoris nota *ignominia* verbo usus est Cicero non semel in oratione pro *Cluent. c.* 43.

Refertur & inter militares animadversiones a Festo *lib. 4.* Sic ignominia mitti *l. 6. §. 7. D. de re milit.* Ita & Liv. *lib. 3. c. 5.* Antiates mille milites, quia serum auxilium post prælium venerant, cum ignominia dimissi. *Ignominiæ* caussa missus *l. 2. D. de his qui not inf.*

Ignominia pro infamia *l. 36. D. de obl. & act. l. 5. D. de decur. l. 42. D. ad Leg. jul. de adult.*

Ignominia pro dedecore. Non modica filii ignominia est, si parentem servum habet *l. 1. D. de liberal. caus.*

IGNOMINIOSA missio ab Ulpiano definitur, quoties is, qui mittit, addit nominatim, ignominiæ caussa se mittere *l. 2. §. 2. D. de his qui not. infam.* *Ignominiosæ* missionis caussa est, quum qui propter delictum sacramento solvitur *l. 13. §. 2. D. de re milit.*

IGNORANTIA juris, & facti, Vid. art. *error*.

IGNORATIO pro ignorantia *leg. 11. D. de divers. temper.*

IGNOSCERE, ait Seneca, *lib. 2. de clement. c. ult.* est, quæ judicas punienda, non punire Cicero *Epist. 15. ad Brut.* Sed sceleris pœnam prætermittere, (id enim est, quod vocatur ignoscere) etiam si in cæteris rebus tolerabile est, in hoc bello perniciosum puto. *Ignoscitur* ei, qui se ulcisci voluit provocatus *l. 14. §. 6. D. de bon. libert.* Ignovit

vit lex Aquillia servo, qui domino paruit, periturus si non fecisset. Add. *l.* 11. §. 6. *D. quod vi aut clam. l.* 157. *D. de reg. juris.*

IGNOTUS juris sui, id est, ignarus *l.* 2. §. *ult. D. de jur. fisc.* Postquam *ignotus* pater, ubi degit *l.* 10. *D. de rit. nupt.* Ostendit Bynkersh. 7. *obs.* 24. Græcum esse hoc dicendi genus, quod ideo & Basilici hic servarint *l.* 28. *tit.* 4. *l.* 7. αγνωτος ο πατηρ επω γε εστι, και ει περιεστιν. Addit, eumdem hellenismum non modo in pandectis nostris frequenter occurrere, veluti *l.* 22. §. 8. *D. solut. matrim. l.* 3. *D. de dot. prælég. l.* 33. *D. de legat.* 3. verum etiam apud Tacitum *Annal. lib.* 2. *c.* 57. *lib.* 15. *c.* 54. *c.* 60. *c.* 66. & Auctorem *dial. de corrupt. eloq. c.* 16. HEIN.

ILICO. Vid. *Illico.*

ILIENSIS Minerva hæreditatem capiendi jus habuit ex SC. vel Constitutione principum, Ulp. 22. *fragm.* 6. Ita enim ibi legendum esse pro *Miliensem*, primus vidit Hadr. Turneb. *lib.* 7. *Adv. c.* 31. cui deinde suffragati sunt Cujac. 10. *ob.* 5. Pet. Faber. 3. *semestre* 4. & Schulting. *Jurispr. vet. antejust. p.* 635. ubi & quædam de hac Dea, ejusque cultu notavit, *Hein.* Ceterum *Illum*, ut ait Servius *in lib.* 3. *Aen. v.* 1. *in Phrygia minore fuit.* Unde *Illienses*, quibus & propter inclytam nobilitatem civilitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ plenissimam immunitatem tributam, ait Callistratus *l.* 17. §. 1. *D. de excusat.* Suet. *in Claud. cap.* 24. *Illiensibus, quasi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit. Illiensibus* concessum est, ut qui matre Iliensi est, sit eorum municeps *l.* 1. *D. ad munic.*

ILLACRYMARI. Præsidii in cognoscendo neque excandescere adversus eos, quos malos putat, neque precibus calamitosorum illacrymari opportet *l.* 19. §. 1. *D. de offic. præs.*

ILLÆSUS Vid. *Inlæsus.*

ILLATIO mortui *l.* 2. §. 3. *D. de religios.* testatoris *l.* 4. *eod. tit.* id est sepultura.

ILLE in Pandectis idem valet ac ὁ δεῖνα apud Græcos. Eo articulo enim quævis persona, vel res, cujus propriam adpellationem commemorare nihil attinet, exempli gratia demonstratur. *Illis* callendis *l.* 47. *D. de verb. obl.* In civitate *illa*, domo *illius*, mense *illo*, consulibus *illis l.* 3. *D. de accus.* Ovid. *de art. amand. lib.* 1. *v.* 227. *Ille vel ille duces & erant, quæ nomina dicas.*

ILLECTA stipula, id est, quæ messe facta ad spicilegium remanet, nondum lecta, seu collecta *l.* 30. *D. de verb. signif.*

ILLICITUM *l.* 1. *D. de just. & jur.* quale est, quod per Leges, SCa, Edicta, Constitutiones Principum, non licet, quod vetitum, & prohibitum est.

ILLICO & *postea* stipulari opponuntur *l.* 10. §. 6. *D. mand.*

ILLIDERE Vid. *inlidere.*

ILLIGARE se periculo *l.* 1. §. 35. *D. depos.*

ILLO pro illic *in l.* 23. §. 1. *D. ad leg. Jul. de adult.*

ILLOTIS manibus *l.* 1. *D. de orig. jur.* Deducta loquutio ex Deorum sacris, ad quæ sine præparatione (cujus pars erat manuum ablutio) nefas fuisset accedere, ceu patet ex Hesiod. *lib.* cui titulus est εργα, και ημεραι.

ILLUSCESCERE. Si illuxerit, id est, si probatum fuerit *l.* 10. *C. de præd. minor.*

ILLUMINARI dicitur fides *l.* 6. *C. de accus. l. un. C. Th. si cert. pet. de chirogr.* & veritas *l.* 10. §. 5. *D. de quæst. l.* 10. 12. *C. eod. tit.* id est, in luce poni.

ILLUSTRIS, titulus dignitatis *l.* 6P. 62. *C. de decur.* Tribuitur hic titulus præfectis urbi, quæstoribus, magistris militum, magistris officiorum, comitibus rerum privatarum, comitibus domesticorum, principibus agentium in rebus *l.* 32. *C. de adpell. l.* 2. *C. de temp. adpell. l.* 2. *C. ubi caus. fisc. l. un.* 3. *ne rei milit. comit. l.* 11. *C. de adsess. l.* 8. *C. de defens. civit. l.* 1. *C. de advoc. div. jud. l. ult. C. de decur. l. ult. C. de suscept.* Erat autem *Illustrium* dignitas aliis omnibus superior, ceterasque omnes antecedebat, ut adparet cum ex *l. un. C. de rat. oper. publ.* & ex *l. ult. C. de sport. l.* 1. *C. ubi Senat.* tum ex *Novell.* 23. Hinc *Illustratus* dignitas apud Cassiodor. 6. *Var. epist.* 11. & *Illustratus* gradus *l.* 11. *C. de judic.*

IMAGINARIUM dicitur in libris nostris, quod tantum dicis caussa, & in speciem fit. Sic in imaginariam servilem caussam deduci dicitur filius familias emancipandus *l.* 3. §. *ult. D. de capit. minut. junct.* Caii Instit. *lib.* 1. *tit.* 6. §. 3. & Ulpian. *fragm. tit.* 10. §. 1. Vid. supra *emancipatio. Imaginarii* contractus vocantur, in quibus fides facti simulatur, non intercedente veritate *l.* 54. *D. de oblig. & act.* Imaginarius emtor, qui nomen dumtaxat alienæ emtioni adcommodat, nihil de suo impendens *l.* 4. §. 2. *&* §. 7. *D. de manumiss. l.* 10. *D. de distr. pign.* Sed *imaginarios* nuncios Imperatores adpellant, divortia non vere, & ex animo, sed specie tantum & simulate facta *l.* 3. *C. de repud. Imaginaria* venditio est, in qua nummorum aliquid, specie pretii, numeratur, quum aliud revera agatur, quam ut emtio contrahatur *l.* 55. *D. de contr. empt. l.* 1. §. 6. *D. de quæst. l.* 20. *C. de don. int. vir. & ux. l.* 48. *C. Th. de hæret. Imaginariæ* venditiones adpellantur etiam, in quibus numus unus, autem idem alter, dicis caussa ad similitudinem pretii intercedebat, quemadmodum in emancipationibus, adoptionibus, & testamentis fiebat, ut traditur *in* §. 6. *Inst. quib. mod. jus pat. pot. solv. pr. Inst. de testam. l. ult. C. de emancip. l. ult. C. de adopt.* Caii *lib.* 1. *Inst. tit.* 6. §. 3.

IMAGINES argenteæ *l.* 19. §. 8. *D. de aur. arg. leg.* Quales plerumque erant Lares, sive civitatum, sive familiarum privatarum. Spon. *Miscell. p.* 114. *Laribus publicis dedit imagines argenteas duas.* Petron.

tron. *Satyr. c.* 2. 29. *In cujus ædicula erant Lares argentei positi.* Unde *imagines* argenteas cum *in d. l.* 19. *D. de aur. arg. leg.* tum *in l.* 6. *in fin. D. eod. tit.* pro Laribus accipiunt. Ev. Otto *de tutel. viar. P.* 1. *c.* 11. *p.* 210. & P. Burmannus ad Petron. *ibid.*

Imagines Cæsaris nondum consecratæ *l.* 5. *D. ad Leg. jul. Majest.* Permultum enim quod ad crimen majestatis attinet, intererat, consecratæ essent principum imagines, nec ne. Illæ mancipari, vel vendi sine piaculo non poterant, hæ impune veniebant. Sic apud Tacit. 1. *Annal.* 73. profitetur Tiberius, non contra religiones fieri, quod effigies Augusti, ut alia nominum simulacra venditionibus hortorum, ac domuum accedant. Ælium quoque Pertinacem, urgente inopia, distraxisse Commodi statuas, ut militi donativum præstaret, refert Zonar. *Annal. Tom.* 2. *p.* 212. Immo ipsum Augustum modestiæ caussa conflasse statuas, sibi positas, auctor est Suet. *in Aug. c.* 52. Nec defuisse, qui id avaritiæ caussa facerent, patet exemplo Maximini Imp. apud Herodian. *lib.* 7. *hist. c.* 3. Quod vero ad consecratas attinet, nefas videbatur, conflare Principum statuas *l.* 6. *D. ad Leg. jul. majest.* nisi reprobatas *l.* 4. §. 1. *D. eod.* quamvis crimen non contraheret, qui vetustate corruptas reficiebat *l.* 5. *pr. D. eod. tit.* Nimirum existimabant veteres, consecrationem numen inferre simulacris, adeo ut spiritus sub statuis, & imaginibus consecratis delitescere, crederent. Cyprian. *de vanit. idol.* Conf. *Figrel. de stat. illustr. Rom. c.* 4. *p.* 26. *c.* 29. *p.* 249. *c.* 32. *p.* 171. 277. Hein. Et ita accipe *Imagines* Imperatoris jam consecratas *in l.* 6. *D. ad Leg. jul. majest.*

Imagines majorum *l.* 22. *C. de administ. tut.* erant expressi vultus in atriis expositi, & nomina familiæ longo ordine, ac multis stemmatum illigata flexuris, in parte prima ædium collocati. De quo prisco Romanorum more Seneca *lib.* 7. *controv.* 6. Plin. *lib.* 33. *cap.* 2. Juvenal. *Sat.* 8. *v.* 19. Ejusmodi imagines festis diebus apertas, profestis tectas fuisse, indicat M. Seneca *lib.* 7. *contr.* 6.

IMBIBERE animo *l.* 9. *C. Theod. de malef. & mathem.* Eam notionem, quæ significat constituere, vel capere consilium, huic verbo sepænumero tribuunt veteres, ceu ostendit Muret. *Var. lect. lib.* 1. *c.* 6. Hein.

IMBUERE, interprete Nonio, initiare significat. *Imbui* studio *l. ult. C. de alim. pupill.*

IMITATOR sacri oris, & divinorum vultuum adpetitor dicitur falsæ monetæ auctor *l.* 6. *C. de indulg. crim.*

IMMEMORIA ἀμνησία, oblivio. Quum reversus locum thesauri *immemoria* non repeteret. Ita enim legendum, nec tibi rescribendum *in memoria*. Quam enim Papinianus hic *immemoriam* vocat, eam, paucis interjectis, vocat memoriæ infirmitatem. Et sane analogiæ hoc vocabulum congruit, quum *immemor immemorabilis*, *immemoratus* sint notissima. *Hein.*

IMMERGERE se oneribus hæreditariis *l.* 20. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. her.*

IMMINERE. Sæpe *imminentis* libertatis *l.* 1. *D. si is qui test. lib. ess. juss.* Alias dicitur imminere, id quod impendet noxium futurum, passim in jure nostro. *Imminere* pro curare, vigilare. *Immineant* censuales *l.* 1. *C. Th. de stud. lib. urb. Rom. Imminente* judice, id est, interveniente, & partes suas interponente *l.* 84. §. 1. *D. de legat.* 1. Ita quoque *imminere* litibus dicuntur viatores, quibus injungebatur a magistratibus sollicitudo in jus vocandi, & judicata exigendi *l.* 12. *C. de prox. sacr. scrin.*

IMMINUERE, valde minuere *l.* 50. §. 1. *D. de judic.* Et ita *Imminutum* jus legationis dixit Cic. 1. *Verr.* 93. ad quem locum Ausonius: *Qui potestatem in administrando non defenderit, imminuti magistratus, veluti majestatis læsæ reus est.* Et ita Mamercum, Dictatorem, qui censuram, quinquennalem prius, annuum fecerat, a Censoribus tribu morum, & ærarium factum, quod magistratum populi Romani minuisset: Liv. *lib.* 4. *c.* 24. refert.

IMMINUTUM pro *non deminutum*, dixit Paull. *l.* 44. *pr. D. de bon. libert. Ut undique patronus suum jus habeat imminutum* id est, salvum, & integrum. Quamvis vero alii auctores vix proferri possint, qui ita usi sint hoc vocabulo, pluribus tamen exemplis probatum est a Salmasio *ad Vopisc. Aurelian. c.* 29. Gronov. *ad Liv. lib.* 12. *c.* 39. & Duckero *de Latin. vet. ictor. p.* 371. talia participia composita cum *in* ancicipitis esse notionis, & tum adfirmare, tum negare. HEIN.

IMMISCERE se administrationi *leg.* 6. *C. de negot. gest.* caussis alienis *l.* 1. §. 5. *D. de postul.* negotiis alienis *l.* 3. §. 10. *D. de negot. gest.* rei ad se non pertinenti *l.* 26. *D. de reg. jur.* tutelæ, vel curæ *l. ult. C. si tut. vel cur.*

Immiscere se (hæreditati) præcipue dicuntur sui, ac necessarii hæredes *l.* 11. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 5. §. *ult. D. quod cum eo, qui in alien.* quemadmodum extranei adire, & pro hærede gerere §. 5. *Inst. de her. qual. & diff. l.* 8. *C. de jur. delib. l.* 14. §. 8. *D.* Tametsi iisdem modis illæ personæ se *immiscent*, ac extranei *pro herede gerunt*, quos modos vid. supra *sub art. heres.* Sed & *immiscere* se fratris impuberis hæreditati dicitur, qui a parte pupillariter substitutus est *l.* 40. *D. de adquir. vel omitt. her.*

IMMISSIO aquæ & fumi *l.* 8. §. 5. *D. si serv. vind.*

IMMITTERE se, pro conferre se in aliquem locum. Si quis aliquem evitans, in tabernam proximam se immisisset *l.* 2. *D. si quadrup. paup.*

Immittere, caussam dare. Quod corpus ejus in aliquam valetudinem immitteret *l.* 14. §. 1. *D. de Ædil. edict.*

Immittere, id est, ædificando, vel alio opere manufacto quid imponere alicui loco. Immittere autem & *projicere* separantur *l.* 5. §. 10. *D. de nov. op. nunc.* Similiterque servitutes *immittendi*, *projiciendique* diver-

versas facit *l. 6. D. si mens. fals. mod.* Plane inter *projectum & immissum* id interesse, aiebat Labeo, quod *projectum* esset id, quod ita proveheretur, ut nusquam (super alieno) requiesceret, veluti tigna, & trabes, quæ *immitterentur l. 242. §. 1. D. de verb. signif.* Et ita *immissa* accipe *l. 15. §. 2. D. de precar. Immittendi* jus *§. 2. Inst. de action.* servitus *l. 1. D. de serv. præd. urb.* Tignum in parietem immittere *leg. 16. D. commun. præd.* Si tigni immissi servitutem ædes tuæ debent *l. 6. D. de serv. præd. urb.* Eos qui jus luminis *immittendi* non habuerunt, operto pariete communi nullo jure fenestras *immisisse l. 40. D. eod. tit.*

Sed & immitti cloaca privata in publicam, itemque in viam dicitur *l. 1. §. 9. D. de cloac. l. 2. §. 26. D. ne quid in loc. publ.* Interdicto, quo Prætor, in via publica immittere aliquid vetat, etiam qui cloacam immittit, & qui fossam in suo facit, ut ibi aqua collecta in viam decurrat, tenetur *l. 2. §. 27. D. eod. tit.*

IMMO correctionem inducit Titius, immo Seius hæres esto *l. 47. D. de hered. inst.* Stichus, immo Pamphilus liber esto *l. 21. D. de manum. test.* Cujac. *Tract. 4. ad African. l. ult. D. si serv. vind.*

Aliquando ea particula non correctionem inducit, sed exceptionem, & ita fere perpetuo ea utitur Julius Paullus *in Libris epitomatis Labeonis πιθανῶν*. In iis enim frequentissimæ formulæ: *Immo l. 28. 29. 30 D. de capt. & postl. l. 28. D. de probat. & præsumpt. l. 91. D. de solut. l. 23. D. de acceptil. l. 84. D. de jur. dot.* Immo contra *leg. 5. D. de instr. vel instr. leg. l. 91. D. de furt. l. 61. D. de adquir. rer. dom. Immo* forsitan & contra *leg. 49. D. de usurp. & usuc.* Immo contra accidet *l. 51. D. de bon. libert. Immo* puto *l. 21. D. si serv. vind.* Immo quæritur *l. 10. D. ad Leg. Rhod. l. 78. D. de rei vind.* Bynkersh *3. obs. 6.* HEIN.

IMMOBILES res *l. 23. D. de usurp. pr. Inst. de usucap. l. 15. D. qui satisd. cog.* Dicuntur etiam *res soli*, seu *solo contineri*, veluti prædia, fundus, domus. Ἀκίνητα eodem modo Græci dicunt.

IMMODERATE uti servo *l. 17. §. 1. D. de Ædil. edict.*

IMMOLARE. Qui hominem immolaverint, exue ejus sanguine litaverint, bestiis objiciuntur Paull. *lib. 5. Sent. tit. 23. §. 16.* De qua ἀνθρωποθυσίᾳ, apud Romanos vetita, plura ad eum locum collegerunt viri docti, inprimis Schulting. *jurispr. vet. p. 511.* HEIN.

IMMUNITAS est vacatio munerum publicorum, SCis, constitutionibusve principum concessa. Paullus enim notat, *munus* interdum dici onus, quod quum remittitur, vacationem militiæ, munerisque præstare, inde *immunitatem* adpellari *l. 18. D. de verb. signif. Immunitas* autem vel *personis* datur *l. 4. §. 3. D. de censib.* vel *generi*, & *posteri l. 1. §. 2. D. de jur. immun.* seu generaliter eo jure, ut *ad posteros* transmittatur *l. 4. D. eod. tit.* vel generaliter *locis* & civitatibus *l. 4. §. 3. D. de censib.* seu *rebus l. 3. §. ult. D. eod. tit.* Decimæ immunitas *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit. ult. §. 9.* Iliensibus plenissima immunitas tributa est, ut etiam tutelæ excusationem habebant *l. 17. §. 1. D. de excusat.* Immunitas personalium sive etiam civilium munerum *l. ult. §. 29. D. de mun. & hon.* Immunitas ne hospitem militem reciperent *d. leg. ult.* Immunitas operum publicorum pro immunitate a collatione ad opera publica *l. 6. Cod. Theod. de oper. publ.*

Immunitas Ecclesiarum, cœmeterii, & rerum ad eas pertinentium. Ea prohibentur judices sæculares in ecclesiarum domibus judicia exercere *c. ad audientiam 5. de immunit. eccles.* Multo minus in ipsis Ecclesiis, vel cœmeteriis judicia criminalia, seu caussæ agitari debent, in quibus agitur de effusione sanguinis, seu de pœna corporali, quod ab Episcopo sub comminatione excommunicationis prohibendum est. Jo. IX. in Concil. Ravennatensi præsente Lamberto Imperatore ann. 889. *c. ut in 1. eod. tit.* Sed & in iis locis fieri prohibentur omnes alii actus forenses, vel alias profani *C. cum ecclesiæ 5. eod. tit. c. decet. 2. eod. tit. in 6.* Qua immunitate & aliis privilegiis gaudet Ecclesia etiam nondum consecrata, dummodo in ea divina mysteria celebrantur *c. Ecclesiæ 9. eod. tit.* Sæculo decimo tertio, si aliqui ob varia commissa crimina spe immunitatis confugebant ad ecclesias, distinguendum erat inter servos & liberos. Si servus confugerat ad Ecclesiam, debebat Domino post præstitum clericis de impunitate servi juramentum ad servitia restitui. Si autem confuga homo liber erat, nulli mancipatui subjectus, quantumcumque gravia crimina perpetrasset, non poterat violenter ab Ecclesia extrahi, nec propterea damnari ad mortem, vel pœnam ordinariam mutilationis, sed Rectores Ecclesiæ debebant illi obtinere vitam & membra. Poterat tamen ratione sui delicti alia legitima pœna adfici *c. inter alia eod. tit. in 6.* Ab ea immunitate vitæ, & membrorum excipiebantur publici latrones, vel nocturni depopulatores agrorum, qui dum in viis publicis homines aggrediuntur, ab ecclesiis extrahi possunt *c. immunitatem 10. eod. tit.* Neque ea immunitate gaudent, qui spe impunitatis homicidia, vel mutilationes membrorum in ipsis Ecclesiis, aut cœmeteriis perpetrant *c. non minus 4. eod. tit.* Alexander III. anno 1179. in generali Concilio Lateranensi, cui Imperator Fridericus I. interfuit, sub pœna excommunicationis prohibet, ne onera graviora Ecclesiis imponantur, nisi Episcopus, & Clerus tantam necessitatem, vel utilitatem publicam aspexerint, ut absque ulla exactione ad revelandas communes utilitates, vel necessitates, ubi laicorum non suppetant facultates, subsidia per Ecclesias existimet conferenda c. *immunitatem 10. eod. tit.* Quam constitutionem Innocentius III. in Concilio generali Lateranensi anno 1216. illimitate, & indefinite explicat, atque intelligi vult de omnibus, qui Ecclesias, & Ecclesiasticos viros *talliis*, seu *collectis*, & exactionibus, & aliis aggravare nituntur. Prætere-

ea declarat, ut si Episcopus etiam voluerit communi utilitati, vel necessitati de bonis ecclesiasticis providere, Romanus Pontifex prius consulatur *c. adversus 6. eod. tit.* Bonifacius VIII. longius progressus excommunicavit etiam ipsos clericos, qui sine consensu sedis Apostolicæ hujusmodi exactiones solverint *c. clericis 3. eod. tit. in 6.* quam tamen Bonifacii VIII. constitutionem revocavit Clemens V. *c quoniam eod. tit. in Clement.* & Benedictus XI. qui pœnam excommunicationis restringit ad eos, qui ejusmodi exactiones petunt sine consensu sedis Apostolicæ, monetque a Concilio Lateranensi circa tales subventiones solum exceptum fuisse casum necessitatis, vel utilitatis communis, ubi laicorum ad id non suppetunt facultates. Adde constitutionem Alexandri IV. an. 1260. *c. quia nonnulli 1. eod. tit. in 6.* Sicut autem laicis non licet exigere *tallias* a clericis, ita nec Prælatis ecclesiasticis, licet *procurationum*, aut servitiorum titulo, quæ debent legato Apostolico, vel alteri, plus exigere a subditis, ut illud in sua lucra convertant *c. quia plerique 8. eod. tit.* Instante, vel jam ingruente periculo urbis nullus Clericus sub prætextu immunitatis Ecclesiasticæ, aut privilegii personalis excusatur, quin ab Episcopo compelli debeat ad murorum vigilias *cap. pervenit 2. eod. tit.* Episcopus non permittat, ut colloni Ecclesiæ relicta cultura agrorum ecclesiasticorum aliis dominis operam suam locent *c. judicatum 3. eod. tit.* Temporales Domini, qui suis subditis prohibent, ne personis Ecclesiasticis aliquid vendant, aut ab eis emant, aut eis frumenta molant, aut panem coquant, aut alia obsequia præstent, ipso facto excommunicationi subjacent *c. eos qui 5. eod. tit. in 6.* Judices, vel Præfecti, qui in foro Ecclesiastico litigare volentes in caussis, quæ ratione negotiorum, personarum, vel rerum de jure, vel de antiqua consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinent, impediunt, eosque ad judicium sæculare recurrere, vel a lite desistere compellunt, excommunicationi ipso facto subjacent *c. quoniam 4. eod. tit. in 6.* Dn. Amort. *Elem. jur. can. lib. 3. tit. 49.*

IMMURMURARE. Qui noxiis quæsita graminibus, & diris immurmurata secretis mentis & corporis venena composuit *l. 6. C. Th. de indulg. crim.* Inde murmur magicum, de quo Jac. Gothofr. *Comm. ad l. 5. C. Th. de malef. & math.*

IMMUTILATA voluntas, id est, integra, cui nihil detrahitur *l. 4. in fin. C. de post. her. inst.*

IMPACTA navis in scapham *l. 29. §. 1. D. ad Leg. Aquil. Impacti* in carcerem *l. 13. D. de custod. & exhib. reor.*

IMPAR matrimonium, teste Ulpiano 17. *fragm. 4.* adpellabatur, si major quinquagenaria minori sexagenario nupsisset. Verum Justinianus ejusmodi nuptias, quæ inter masculos, & feminas majores vel minores sexagenariis vel quinquagenariis lege Julia & Papia Poppeæa prohibitæ erant, ratas esse voluit *l. 27. C. de nupt.* Et hoc est, quod in *l. 12. C. de legit. her.* idem ait: Quum & anteriore nostra lege hujusmodi nuptias permisimus, impares eas videri minime concedentes: Ita Brisson. Multis erroribus implicatum illud Legis Juliæ, & Papiæ Poppeæ caput in ordinem redegit Hein. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. lib. 2. c. 3. p. 152. seq.* ubi ostendit, primum Lege Julia & Papia cautum fuisse, ut sexagenarii masculi, & quinquagenariæ feminæ, nec non spadones a pœnis ejus Legis liberi haberentur. Ulp. *tit. 16. §. 3.* Non ergo horum nuptias prohibuerat lex illa, sed potius senes pœnis Legum exemerat. Sed sub Tiberio porro SC. Perniciano, vel Persiciano cautum fuerat, ut sexagenariorum & quinquagenariarum, nec non spadonum nuptiæ non essent, & si essent, vir & uxor pœnis cælibatus perpetuo tenerentur. Ulpian. *ibid.* At Claudius Imp. postea ei SC. obrogavit, teste Suet. *in Claud. c. 23.* & eatenus quidem, ut qui major sexagenario minorem quinquagenario duxisset, perinde haberetur ac si minor sexaginta annorum uxorem duxisset. Ulpian. *ibid.* sequutum deinde SC. Calvitianum, vel Calvisianum, quo constitutum, ut non eadem esset ratio nuptiarum quinquagenariæ majoris cum minore sexagenario, id potius haberetur impar matrimonium, & nec ad capiendas hæreditates, nec ad dotes legatas conjugibus proficeret, sed dos potius, mortua muliere, caduca esset. Ulpian. *Ibid. Impar.* ergo matrimonium non fuit quodlibet, a personis imparis ætatis contractum, ceu sibi persuaserat Jac. Gothofr. *ad Leg. Jul. & Pap. p. 332.* sed si imberbis vetulam duxisset. Postremo hic addit idem Hein. non primum Justinianum pœnas harum nuptiarum sustulisse, sed ante eum jam Constantini M. temporibus illas corruisse videri, pœnis cœlibatus, orbitatisque generali Lege sublatis *l. un. C. Th. de infirm. pen. cœlib.*

Impar etiam matrimonium Boeth. *in Topic. Cic.* vocat, quod civis Romana cum Latino, vel peregrino, vel servo, quibuscum connubium non est, contraxit. Ita Apuleius *lib. 6. metamorph. p. 183.* de nuptiis Cupidinis, & Psyches ancillæ: Jam faxo, inquit, nuptias non impares, sed legitimas, & jure civili congruas. Idem *lib. 5.* Impares porro nuptiæ, & in villa, sine testibus, patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri.

Impar numerus arbitrorum *l. 17. §. 6. D. de recept. arb.* testium *l. 21. §. ult. D. de test.* id est, non sufficiens.

IMPARTIRI, vel *impertiri* passive. In caussa adulterii dilatio postulatio *impartiri* non potest, Paull. 2. *sent. 27. §. 17.* Ubi quidem Cujacius legere maluit *impetrari*. Sed Ulpianus quoque *l. 7. D. de fer.* dixit: Dilatio *impertiri* solet. *Hein.*

IMPEDIRE. Invicem sibi impedient *l. 34. D. de usufr.* plane ut apud Varron. de *ling. lat.* Novitati non impedit vetus consuetudo: *Impeditus* morbo *l. 75. §. 1. D. de judic.*

IMPEN-

IMPENDEO, ere. Ob metum impendentis damni, Paull. 5. *sent.* 10. §. 1.

IMPENDIUM & *impendia*, sumtus, & impensas significant *l.* 14. §. 1. *l.* 29. *D. commun. div. l.* 1. §. 2. *D. de ventr. in possess. mitt.*

IMPENSA. *Impensarum* species sunt tres. Aut enim *necessariæ* dicuntur, aut *utiles*, aut *voluptuosæ*. Ulpian. *tit.* 6. §. 4. *l.* 1. *De impens. in rem dot. fact.* *Necessariæ* dicuntur, ait Paullus, quæ si factæ non sint, res aut peritura, aut deterior futura esset *l.* 79. *D. de verb. signif.* item, ut Ulpian. *tit.* 6. §. 15. quibus non factis, dos imminuitur. Sic necessariæ impensæ habentur aggeres facere, flumina avertere, ædificia vetera fulcire, & reficere, arbores in locum demortuarum reponere *l.* 14. *D. de impens. in rem dot.* Ulp. *tit.* 6. §. 15. In necessariis etiam impensis habentur moles in mare vel flumen projectæ, pistrinum, vel horreum, necessario factum, si ædificium ruens, quod habere mulieri utile erat, refecerit, si oliveta rejecta restauraverit, vel ex stipulatione damni infecti, ne committatur, præstiterit, vel in valetudinem servorum impenderit, vel si vites propagaverit, vel arbores curaverit, vel seminaria pro utilitate agri fecerit *l.* 1. §. *ult. l.* 2. *l.* 3. *D. de impens. in rem dot.* Ulpian. *l.* 8. *D. de pign. act.* Si necessarias, ait, impensas fecerim in servum, aut in fundum. In servum, puta, si medicis, quum ægrotaret, pecunias dederim. Enim vero cibaria mancipiis dotalibus data, item modica ædificiorum refectio, agrorum quoque cultura, nec non impensæ quærendorum, cogendorumque fructuum caussa factæ in specie quidem necessariarum impensarum sunt, verumtamen hæ a superioribus differunt, quod dotem non deminuunt, propterea quod ipsæ res ita præstari intelliguntur, ut non tam impendas in eas, quam, deducto eo, minus ex his percepisse videaris *l.* 15. *l. ult. D. de impens. in res dot.* Fructus enim, ejusmodi impensis deductis, accipi, docuimus supra sub art. *fructus*.

Utiles impensæ sunt, quæ meliorem dotem faciunt, deteriorem esse, non sinunt, ex quibus reditus mulieri adquiratur, sicuti arbusti pastinatione, ultra quam necesse fuerit, item doctrina puerorum, & pistrinum vel horreum insulæ dotali adjectum *l.* 79. *D. de verb. signif.* Ulpianus *tit.* 6. §. 16. *Utiles impensæ* sunt, quibus non factis, quidem deterior dos non fuerit, factis autem fructuosior effecta est, veluti si vineta, & oliveta fecerit. Exempla alia vide in *l.* 5. §. *ult. l.* 6. *l.* 14. *D. de impens. in res dot. l. ult. D. de jur. dot.* Ad utrumque genus spectant *l.* 39. *l.* 51. *D. de hered. pet. l.* 7. §. *ult. D. solut. matrim.*

Voluptuariæ impensæ vel voluptuosæ sunt, quæ voluptatis caussa in speciem ornatumque augendum factæ sunt, non etiam fructum augent, quibus neque omissis res deterior fieret: Vid. Ulpian. *tit.* 6. §. 14. & 17. *l.* 7. *l.* 14. *D. de impens. in res dot. fact. l.* 39. *D. de hered. pet.*

Si quis ita legaverit: Si P. Cornelius *impensam*, quam in fundo Seiano feci, heredi meo dederit: *Impensæ* verbo pretium non significari, sed eos dumtaxat sumptus, quos in fundum, postea quam emtus esset, fecit testator, ait *l.* 40. §. 1. *D. de condit. & dem.*

Impensa, pro re, in quam impensæ factæ *l.* 30. §. 2. *D. de don. int. vir. & ux.* Immo hæc notio occurrit, quoties impensa tolli dicitur *l.* 9. *D. de impens. in rem dot. l.* 39. §. 1. *D. de hered. pet.* Nec enim impensas, sed rem, in quam impendia facta, tollimus. Hein.

IMPERARE *Imperantes* habere dicitur medicus, qui ægros curandos habet. Ita Alfenus *in l.* 26. *D. de oper. libert* Medicus libertus, ait, quod putaret, si liberti sui medicinam non facerent, multo plures *imperantes* sibi habiturum. Varro *lib.* 1. *de re rust. c.* 60. *Itaque*, ait, *in hoc genere coloni potius anniversarios habent vicinos, quibus imperant, medicos, fullones, fabros.* *Imperare* tamen ægris medicos, ait Senec. *lib.* 1. *de ira c.* 16. his verbis: *Si intrassem valetudinarium, exercitus & sciens, non idem imperassem omnibus per diversa ægrotantibus.* Et ipsum *imperandi* verbum medicis convenire, notat Donatus *in Andr. Ter. Act.* 3. *sc.* 2. ad hæc verba: *Quod jussi ei dare bibere, ei quantum imperavi, date*, ubi scholiastes: Vide, ait ille, ut auctoritatem & jactantiam medicorum imitatur dicendo, *Quod jussi*. Et non sufficiebat, sed etiam *imperavi*, dixit, simul hæc, quæ solent medici promittere frequenter, *mox ego huc revertar*. Inde est, quod medicum, *Imperatorem vitæ necisque* adpellet Plin. *lib.* 19. *c.* 1. & unam artium medicinam Imperatoribus quoque *imperare*, tradat idem *lib.* 24. *c.* 1. *in fin.* Addendi hic Obert. Giphan. *Obs. ling. lat. verb. Imperator & imperans p.* 113. Alciat. *lib.* 7. *Parerg. c.* 13. Lycklama *Membran. lib.* 2. *eclog.* 19. Car. Du-Fresne in Glossar. *hac voce*.

IMPERATORES olim, stante republica, duces belli, rebus prospere gestis a militibus adpellatos, & salutatos, docuit Brisson *lib.* 4. *Formul. c.* 32. *p.* 23. P. Et ita Florentinus: Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent *l.* 4. §. 1. *D. de stat. hom.* §. 3. *Inst. de jur. person.* Hujus autem nominis honore, non nisi legitimo hostium numero cæso, quemquam adfici, moris fuisse, testatur Dio Cass. *lib.* 37. *p.* 48. de Antonio loquens his verbis: Καὶ αὐτοκράτωρ ἐπὶ τῇ νίκῃ, καί τοι τὸν ἀριθμὸν τῶν πεφονευμένων ἐλάττονα παρὰ τῶν νενομισμένων ὄντα, ἐπεκλήθη. *Ipse hujus victoriæ caussa Imperator, quamquam cæsorum numerus constituto minor esset, adpellatus est.* Nec vero nisi semel cuiquam hanc adpellationem ex una, eademque adpellatione contigisse, tradit idem Dio *lib.* 9. *p.* 679.

p. 689. ubi de Claudio ejuſque expeditione Britannica: Αυτοκρατωρ, inquit, πολλακις επωνομασθη παρα τα πατρια. ȣ γαρ εστιν ȣδενι πλεον η απαξ εκ τȣ αυτου πολεμȣ την επικλησιν ταυτην λαβειν: *Imperator ob hæc aliquoties dictus eſt, contra inſtitutum Romanorum, neque enim ſæpius, quam ſemel, licet uno de bello id nomen adſumere.*

Quis autem fuerit legitimus ille numerus, ob quem *Imperator* dux exercitus conſalutari potuerit, diſci poteſt ex Appiani *lib.* 2. *de bello civ. p.* 455. *edit. Henr. Steph.* ubi de ritu illo ex inſtituto agens: Εστι δε τιμη τοις στρατηγοις τȣδε το προσαγορευμα παρα των στρατιων, καθαπερ αυτοις επιμαρτυρȣντων αξιως σφων αυτοκρατορας ειναι, και την δε την τιμην, οι στρατηγοι παλαι μεν επι πασι τοις μεγιστοις εργοις προσιεντο, νυν δ' ορον ειναι, τηνδε τη ευφημια πυνθανομαι τȣς μυριȣς πεσειν: *Id honoris olim ducibus conferebatur a ſuis militibus, tamquam virtutis teſtimonium quem illi poſt quodvis præclarum belli facinus admittebant, noſtra autem ætate, ut audio, nemini contingit hujuſmodi adclamatio, niſi cæſibus hoſtium decem millibus.* Ex quo loco diſcimus, nullum olim certum numerum finiiſſe leges, at Appiani ætate (floruit autem Trajani temporibus) decem hoſtium millia cæſa eſſe oportuiſſe, ut huic honori locus eſſet. Res ita ſe habet. Tempore liberæ reipublicæ non cæſorum hoſtium numerus, ſed ipſius victoriæ præſtantia conſiderabatur. Et hinc Cicero *Philipp.* 14. *c.* 5. *At ſi quis Hiſpanorum, aut Gallorum, aut Thracum mille, aut duo millia occidiſſet, non cum hac conſuetudine, quæ increbuit, Imperatorem adpellaret Senatus?* Ac proinde ſuæ ætatis morem ob oculos habuit Dio Caſſius, dum Antonio eum honorem contigiſſe miratur, ignarus ſcilicet, eo tempore qualemcumque numerum ſuffeciſſe. At ex quo Cæſares ſibi *Imperatoris* nomen, tamquam præcipuum, ſumſerant, non viſum eſt amplius id nomen privatis convenire. Auguſtus equidem id quibuſdam tribui paſſus fuerat: Tiberius vero uni Junio Blæſo, quem ad ſuam uſque ætatem poſtremum eo honore ornatum eſſe teſtatur Tacitus 3. *Annal.* 73. *Tiberius id Blæſo tribuit, ut Imperator a Legionibus ſalutaretur priſco erga duces honore, qui bene geſta republica gaudio, & impetu victoris exercitus conclamabantur, erantque plures ſimul Imperatores, nec ſuper ceterorum æqualitatem. Conceſſit quibuſdam & Auguſtus id vocabulum, at tunc Tiberius Blæſo poſtremum.* Nec tamen plane ſublatum id inſtitutum voluerant Cæſares, ſed, ut rarius tribueretur, grandem illum decem millium numerum finiverunt, ceu ex laudato Appiani loco luculenter intelligimus. Ceterum quamvis in uno eodemque bello non ſoleret victor, niſi ſemel *Imperator*, conſalutari, nihil tamen impediebat, quo minus id iterum, ac ſæpius fieret, ſi quis diverſis expeditionibus victoriam reportaſſet. Auguſtum ſane ſemel & vicies Imperatorem eſſe conſalutatum, teſtes ſunt Dio *lib.* 52. 494. & Tacit. 1. *Annal.* 9. Hein.

Poſtea ad Principes rerum potitos *Imperatoris* vocabulum translatum eſt, initio orto a Julio Cæſare, quem a Senatu perpetuo hoc prænomine, quod ad poſteros quoque tranſiret, ornatum, ipſemet Dio *lib.* 43. *p.* 235. ſcribit. Hujus verba ex latina interpretatione ſic ſe habent: Imperatoris quoque nomen, non pro antiqua tantum conſuetudine, qua cum alii, tum ipſe quoque id ſæpius ex bello reportaverat, neque ea ratione, qua vocantur ii, quibus merum aliquod imperium, aut alia quædam poteſtas defertur, ſed eo modo, quo nunc iis datur, qui ſummum obtinet imperium, tamquam proprium quid eidem impoſuerunt. Sueton. *in Jul. cap.* 76. *Non enim honores modo nimios recepit, ut continuum conſulatum, perpetuam dictaturam, morum præfecturam, prænomen Imperatoris.* Et hoc *Imperatoris* prænomen a Julio Cæſare ad reliquos deinceps Principes, ceu proprium, non aliter ac Cæſaris manaſſe, idem Dio ſignificat. Ac plane populo Romano inviſum Regum nomen vitante, non potuerunt modeſtiore, gratioreque adpellatione ad rempublicam opprimendam accedere. Fuit hæc Cæſarum ſeu modeſtia, ſeu aſtutia, verbi lenitate invidiam facti mollire, & ſub conſularis, tribunicæ, pontificalis, cenſoriæ poteſtatis ſpecie omnia ſenſim in jus ſuum redigere, regiumque dominatum vi ipſa ſibi vindicare, eo nomine adſumto, quod quilibet ex ſenatoribus, qui, quum exercitui præeſſet, rem bene geſſiſſet, virtute abſequi poterat.

Sane quoties apud Ulpianum legis *Imperator noſter*, uti *l.* 43. *D. de jur. fiſc. l.* 1. §. *ult. D. de pollicit. l.* 1. *l.* 3. §. *ult. D. de cenſib. l.* 1. §. 3. *D. de calumn. l.* 1. §. 9. *D. de legat.* 3. *l.* 9. *D. de excuſ. l.* 3. *D. de quæſt. l.* 2. *D. ad SC. Tertull.* & *Collat. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 16. §. 9. Antoninum Caracallam intellige, uti ipſemet Ulpianus indicat, quum ait: *Imperator* noſter Antoninus Auguſtus *l.* 14. §. 15. *D. de offic. proconſ.* Add. *l.* 6. §. 1. *D. de pollicit. l.* 5. *D. de adpell. recip. l.* 3. *D. de don. int. vir. & ux. l.* 1. §. 1. *D. de ſuis & legit. her. l.* 2. §. *ult. D. ad SC. Tertull.* Sub hoc Imperatore enim Ulpianum plerumque opera ſua edidiſſe, per inductionem, quam vocant, probavit Ant. Schulting. *in Not. ad Jo. Bertrandi vitam Ulpiani p.* 546. *ſeq.* faſſus tamen *p.* 551. libros de adulteriis poſt Antonini Caracallæ imperium prodiiſſe, quia in illis Imperatorem iſtum divum vocet *l.* 13. §. 3. *D. ad Leg. jul. de adult.* Quare verba hæc Ulpiani: *Imperator noſter cum Divo patre ſuo reſcripſit*, uti *l.* 1. *D. de pollicit. l.* 1. §. 10. *D. de quæſt. l.* 7. §. 10. *D. de interd. & releg.* ita accipienda ſunt: Divus Severus, & Antoninus ſcripſerunt.

Impe-

Imperator dominator, ac moderator orbis adpellatur, Reineck. *tract. de regim. sæcul. & eccles. lib.* 2. *Clas.* 3. *c.* 7. unde Monarcha, & Vicarius Dei in terris *l.* 2. §. *sed quia* 18. *C. de vet. jur. enucl.* & mundi dominus dicitur *l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de jact. Novell.* 105. *c.* 2. quare pomum imperiale in coronatione sua a Palatino Rheni offertur. Bull. *in orat. de majest. imper. n.* 97. Jus Imperii est potestas absoluta, & extremum jus omnium earum rerum, quæ ad majestatem regni, & reipublicæ pertinent vel belli titulo, vel subditorum patientia adquisitum: Clapmar. *lib.* 1. *c.* 11. Jura imperii hæc sunt. 1. Legem aliis dare, non accipere. Pompeius lege Gabinia legibus solutus fuit. Hinc Ulpianus ait: Princeps legibus solutus est. Livius *lib.* 3. Augustus conjugem lege Voconia legibus solvit Dionys. 58. & liberos legibus annariis. Tacit. *lib.* 1. *Annal.* & licet legibus solutum esse (2) jus sit, Princeps exemplo suo custos & legum moderator esse debet. Regis ad exemplum totus componitur orbis, ait Claudianus. Leges Imperator dat, & non nisi a summo Deo accipit. Carolus V. Imperator sic ad S. P. Leonem X. scripsit, non esse ex dignitate Augusti leges accipere, minisque terreri ab his maxime, qui imperio suo subjecti, & toties victi graviore poena digni censerentur. Jovius *in vita Leonis*: Eadem majestas est, ne quis leges imperii violet. Istorum, inquit Imp. Justinianus, alterum alterius imperio semper eguit, & tam res militares legibus, quam ipsæ leges armorum præsidio servatæ sunt. Sic Const. dixit armari jura gladio. (3) Magistratus creare, in quo maxima Imperii majestas, atque dignitas elucet. Modestinus *l. un. D. ad leg. jul. ambit.* Ad curam principis magistratuum creatio pertinet, non ad favorem populi. (4) Jus rerum sacrarum. Apud Romanos jus hoc ad reges, & Imperatores attinebat. Rex sacrorum præses esto. Leo S. Pontifex ad Imperatorem Leonem: Debet, inquit, Imperator incunctanter advertere regiam potestatem tibi non solum ad mundi regimen, sed maxime ad ecclesiæ præsidium esse collatam. (5) Summi Imperii jus est, monetam cudedere. Poeta *lib.* 3. de Friderico Imperatore: Rege figuratam regis pater esse monetam Cæsaris, & domino sub Cæsare fulget imago. Quare gravissime puniuntur illi, qui nummorum circulos circumcidunt, de quo extat constitutio Imp. Constantini *in C. Theod.* & majestatis pœna tenentur, qui nummos corruperunt *l.* 2. *C. de fals. mon.* (6) Jus vitæ & necis. Et cum in regali solio residet is vitæ, necisque omnium dominus. Q. Curtius *de reb. gest. Alex. M. lib.* 4. Augustinus *de fato*. Imperatori soli licet revocare sententiam, & reum mortis absolvere, & ipsi ignoscere. Et *in l.* 2. *C. de sent. poss. restit.* ad Licianum in insulam deportatum Antoninus Augustus inquit: Restituo te in integrum provinciæ tuæ. Ut autem scias, quid sit in integrum restituere, honoribus & ordini tuo, & omnibus ceteris te restituo. (7) Jus & legatos mittendi, & recipiendi, quod Diis immortalibus Poetæ tribuunt. Virgil. Interpres Divum fert horrida jussa per auras. Ex hoc legationis jure legati sancti sunt, & inviolabiles. Livius de Legat. Tarquini *lib.* 1. (8) Jus summi imperii est extrema provocatio, quod Augustus jure tribunicæ potestatis sibi reservavit. Tacitus *lib.* 4. *Annal.* Tunc adpellabatur ad principem ex toto fere terrarum orbe *l.* 45. *D. de condit. & dem* Apostolus ad Cæsarem adpellavit. Unde illud in Act. Hic homo servari poterat nisi provocasset. Claudere jura manu apud Ictos familiare est. (9) Jus imperii est bella inferre. Apud Romanos bellum decernere non licuit nisi maximis comitiis. Mutata vero republica lege Julia majestatis tenebatur qui bellum sine principis jussu gereret *l.* 3. *ad leg. jul. majest. l. un. C. ut armorum usus*, & *Novell.* 17. (10.) Summi Imperii jus est vectigalia indicere, & penes solum principem est *l.* 10. *D. de publican. l.* 3. *C. vectig. nov. instit. non poss. l. un.* §. 3. *D. ad leg. jul. de ambit.* Hujus generis est jus nundinarum, de quo lex *est C. de nund. & mercat.* Hæc jura summi Imperii sunt. Aliqui jus instituendi regios cursores addunt *tit. C. de curs. publ.* Ne acta publica penes aliquem sint, quam Principem, & in archivo. Hodie cura eorum apud Cancellarium est in omnibus fere regnis. Qui Imperatores salutabant, sacram purpuram adorare dicebantur *l.* 1. *C. de App. præf. præt.* Purpurea inscriptio solius erat Imperatoris *l.* 6. *C. de divers. rescr.* Imperatoris insignia sunt excubiæ, arma, comitatus militum, diadema, sella, crux: qui enim insignia habet, imperium habet: Cujac. 20. *obs.* 37. Pro solius principis salute vota concipiebatur *l.* 1. *C. de obl. vot.* Imperatores Romani etiam Christiani se æternos, sanctos, divinos adpellabant *l.* 2. *C. de Fabric.* Qui per Romanum Imperatorem pejerebat, fustibus cedebatur *l. si duo* §. *ult. D. de jurejur.* Nec quis impune principem etiam hostem interficiat. Occidi, ait S. David, eum, qui nuntio allato de morte Sauli, præmium sibi dari postulabat, quanto magis homines impios, qui interfecerunt virum justum in domo sua, & lecto dormientem? Regum causam communem esse, cædem principis ulcisci, perpendantur Darii regis verba Alexandro exposita, a Besso lethaliter vulnerati, exempli communemque omnium regum esse caussam, quam negligere illi indecorum esse, & periculosum; quippe cum in altero justitiæ ejus, in altero etiam utilitatis caussa versetur. Pavescant regum infestissimi parricidæ (cum Guthero dicam) & qui infami rebellione principis fulmen contemnunt. Discant impii sceleris gregales scriptores, nullam male de principe merendi justam esse usquam caussam posse, nullum tantum facinus, quod parricidio, aut conspiratione sit vindicandum. Vindicem ubique adel-

adesse Deum, primi & maximi criminis ultorem gravissimum, qui impiorum facinora judicat, discutit, & damnat, æternique fulminis ignibus conscio tradit.

Imperator Romanus Regibus dominatur, & præest. Regibus enim Electores comparantur. Præter alia jura hæc Majestati Imperatoriæ competunt. (1) Electores creat arg. *c. un. quis dicat. Dux. Marchio &c. c. 2. feud. 2. feud.* 1. (2) Creat & Principes, Duces, Comites, Barones *c. cit.* (3) In toto Romano Imperio nobilitat *l. quoties 3. C. ubi Senat.* & cum indigno dispensare videtur *l. idem Ulpianus* §. 1. D. *de excusat. tut. l. 3.* D. *de natal. restit.* nec inquiri debet, an Princeps dignum elegerit *l. 2. C. de crim. sacrileg.* (4) Facit Notarios, & Tabelliones. Borcholt. in *c. un. quæ sint regal. n.* 4. & Doctores sine sollemnitate Coler. *part.* 2. *process. c.* 1. (5). Infames restituit ad famam *l. 10. C. de sentent. pass.* Contra quemlibet Magistratum jus habet pœnas capitales remittendi *l. 4. l. 31.* D. *de pœn.* alias pœnæ in judicum arbitrio non sunt *l.* 13. D. *de poen.* (7). Nothos & spurios legitimandi *Novel. 53. c. 3. & tit.* D. *de natalib. restit.* (8) Jus publici mercatus tribuit *l.* 2. D. *de nund. l. un. C. eod.* (9) Salvum conductum concedere potest *l.* 4. D. *de pœn.* (10). Jus fisci habet: Peregrin. *de jure fisci lib.* 4. *tit.* 1. (11). Ferias generales constituit *l. 4. C. de fer.* (12). Privilegia concedit, confirmat, interpretatur. (13) Regalia jura confert 1. *feud.* 13. & 2. *feud.* 10. *l. 5. C. de dignit.* (14) Academias, & universitates erigit, eisque privilegia concedit *Auth. habita C. ne fil. pro patr. Part. 1. ord. cam. tit.* 3. (15). Licet ab ipso non detur appellatio *l.* 1. §. 1. D. *a quib. appell. non lic.* ab ejus rescriptis, si ad preces falsas impetrentur *tit. C. si contr. jus & utilit. publ.* provocandi facultas non denegatur *l. 2. C. de adpellat.* Ad melius informandum Imperatorem adpellari potest *l.* 18. §. 2. D. *de minor. l.* 17. D. *de jur. Patron.* Nec sic sententia Imperatoris arguitur, non enim adversus principem, sed relatoris calliditatem, aut iniquitatem provocatur *arg. l.* 1. §. 1. D. *quand. apell.* Dn. Giron.

IMPERFECTUM flagitium, id est, non consummatum *l.* 1. §. *ult.* D. *de extr. crim.*

IMPERIALITER βασιλικῶς *l. un.* §. 14. *in fin. C. de caduc. toll.*

IMPERIALIUM *sententiarum in cognitionibus prolatorum* Paullus libros sex scripserat. Iidem videntur hi libri cum illis, quos in Indice Florentino *Sententiarum* ἤτοι *factorum* βιβλία ἕξ adpellari animadvertimus. Proferuntur quædam ex his Libris, sed servato vetere titulo *l. ult.* D. *de cond. & dem. l.* 10. D. *de manumiss. l.* 240. D. *de verb. signif.* Vocantur etiam libri Decretorum *l. ult.* D. *de hered. inst. l. ult.* D. *ad SC. Trebell. l.* 24. D. *de jur. patron.* *Hein.*

IMPERIUM aliquando significat αὐτοτελῆ ἡγεμονίαν ἢ ἐξουσίαν *merum imperium, vel potestatem*, ut loquitur Dio Cass. *lib.* 43. *p.* 235. Eleganter autem Ammianus Marcellinus *lib. 29. c.* 15. definivit, *Imperium* aliud nihil esse, quam curam salutis alienæ. Curatius tamen *civile Imperium* a ceteris omnibus secernes, si dixeris, esse jus ea generaliter regendi, quæ ad civitatem, ejusque finem spectant.

Imperium pro iis, quæ regimini, imperioque subsunt. Sic ampliari Imperium hominum, adjectione potus, quam pecuniarum copia, malle se dixit Hadrianus Imp. in *l. ult.* §. 3. D. *de bon. damn.*

Imperium etiam pro auctoritate, & potestate magistratuum qualibet accipitur. Ita Imperio Magistratus adoptari dicuntur, qui apud Prætorem, vel Præsidem adoptantur *l. 2.* D. *de adopt.* §. 1. *Inst. eod. tit.* Vid. Noodt *De Jurisdict. & Imp. lib. 1. c. 2.* ubi textus colligit, in quibus synonymice vocabula imperium, & jurisdictio sumuntur, quemadmodum hodie sumi notum est.

Alias Imperium accipitur jus coercendi, leges nempe factis applicandi cum effectu, quodque in exsequutione, quam vocamus, consistit, & ita a Jurisdictione in specie sic dicta est diversum, quæ per se exsequutione, pœnæque irrogatione destituitur. Et ita: Imperium habere magistratus dicuntur, veluti Consul, Præfectus urbi, Prætor, Proconsul, & ceteri, qui coercere aliquem possunt, & in carcerem duci jubere *l. 2.* D. *de in jus voc.* Et contra sine imperio esse dicuntur minores magistratus, qui hanc potestatem non habent *l. 32.* D. *de injur.* Ita ut imperium dici possit potestas armata. Sigon. de *jur. Civ. Rom. lib. 1. c. 2.* Conf. Averan. *Interpr. jur. lib. 1. c. 3.*

Hoc autem *Imperium* vel *merum* est, vel *mixtum*. Hoc est jus modice coercendi, ideo *mixtum* adpellatum, quod jurisdictioni est admixtum, seu cohæret, ut loquitur *l.* 1. §. *ult.* D. *de offic. ejus, cui mand. est jurisd.* ne scilicet illa nulla sit. Nam jurisdictio sine modica coercitione nulla est *l. ult.* D. *eod. tit.* Hinc mandata jurisdictione privato, etiam imperium, quod non est *merum*, videtur mandatum *d. l. ult.* §. 1. *eod. tit.* Siquidem cui jurisdictio mandata est, ea quoque concessa videntur, sine quibus jurisdictio explicari non potest. Ne putes tamen jurisdictioni omni cohærere, vel inesse imperium. Sunt enim magistratus municipales, quibus negant auctores nostri ea, *quæ magis imperii sunt*, non *quæ magis jurisdictionis l.* 4. D. *de jurisd. l. 26. pr.* & §. 1. D. *ad municipal.* Quæ ut recte intelligantur, adeundus est Gundling. *in Pand. p.* 150. §. 6. & 8. Sufficit vero hic adnotasse: Si cui jurisdictioni cohæret imperium tantum quidem, ne ea penes exercentem sit inefficax, tum id modica coercitione finiri,

finiri, idque illud esse, quod *mixtum* adpellatur. Contra, quum mixtum hoc imperium vix alicui sit concessum nisi in finem, ut ipse efficaciter jurisdictionem explicet. Hinc recte ex sententia Ulpiani dixeris, Mixtum esse Imperium, cui etiam jurisdictio inest *l. 3. D. de jurisdict.*

Imperium vero merum *mixto* opponitur, quod *non merum* dici modo vidimus. Estque merum Imperium habere gladii potestatem ad animadvertendum in facinorosos homines *d. l. 3. D. de jurisd.* Hunc autem Ulpianus a symbolo imperium merum definit: Consueverant namque Romani iis, quibus imperium committebant, gladium tradere: Senec. *de clem. lib. 1. c. 2.* Verum quum hoc symbolum ad jurisdictionem quoque pertineat, haud ita commoda videtur hæc Ulpiani definitio, cujus loco hæc videtur adhibenda, Esse merum imperium, quod non jurisdictioni, hujus tuendæ caussa admiscetur, nec adeoque modica coercitione finitur, sed ad pœnas etiam capitales erogandas extenditur. Hinc ei etiam, qui jurisdictionem non habuit, merum videas competisse imperium, veluti in Urbe Quæsitoribus rerum capitalium. Quod autem dixi, quod non jurisdictione, hujus tuendæ causa admiscetur, eo non significare volui eidem personæ competere non posse utrumque, jurisdictionem & imperium merum; Nam in provinciis hoc cum juris dicendi potestate in eadem persona conjunctum est. Cui vero imperium merum, nec jurisdictio competit, nulla ne cognitio data est? An nudum exsequutionis imperium penes eum est? Sane Ulpianus ipse in *l. 6. D. de offic. Proconf.* cognitionem mero imperio vindicat. Nec vox *animadvertere* cognitionem semper excludit: Contra solam aliquando cognitionem innuit *l. 15. §. 28. D. de injur. l. 1. §. 1. D. de minor.* In significatu plenissimo igitur accipienda vox illa, ut & cognitionem, & exsequendi jus complectatur. Vid Vurf. sel. *jurispr. defi. §. 89. n. c.*

Imperium pro jussu *l. 4. D. de reg. jur.*

Imperii summi notentur species, & adjuncta. Species sunt tres Monarchia, Aristocratia, Democratia. Potestas videlicet est vel penes paucos, vel pene multos, vel penes unum Plato *lib. 6. de republ.* Herodot. *lib. 1. Aristot. lib. 3. Politic. cap. 7.* Isocrat. *orat. 3. ad Nicocl.* Tacit. *lib. 4. Annal.* Monarchia est imperium, quod ab uno regitur: Aristot. *1. Politic. 23.* & aliis in locis Monarchiam optimum imperium esse multi affirmant 1. Quod sit simplicissima, reducatque illa multitudinem subditorum ad unitatem naturalem, vitetque dissensionum pericula Liv. *lib. 26. Hist.* Regnum est res inter Deos, hominesque pulcherrima. 2. Quod si antiquissima Justin. *lib. 1. hist.* & Sallust. *in Catilin.* Reges namque in terris nomen imperii id primum fuit. Adamus ante diluvium, post diluvium vero caput extulit Nimrodus, a quo originem reges repetunt. 3. Quod & communissima, validissima, & maxime civilis. Tacit. *lib. 1. Annal.* Discordantis sæpe patriæ post aliud haud remedium fuit, quam si ab uno regeretur. Salmas. *in defensione regia cap. 8.* Regnum est imperium, quod princeps comiter administrat. Nimirum, ut cives libertatis suæ compotes, principum legibus volentes obsequantur. Talia sunt regna Hispaniæ, Germaniæ, Galliæ &c. Dominatus est imperium, quod princeps severiter administrat. Sinarum, Tartarorum, Indorum, Turcarum Reges dominatum usurpant: Gothofred. *in Archontolog. Cosmica lib. 2. p. 169.* Bertius in *tabulis* contractis *lib. 6. p. 685.* Aristocratia est imperium, quod a proceribus regitur. Olim tale imperium habebant Spartani, & Massilienses a Græcis profecti: Strabo *lib. 4. Geograph.* Democratia est imperium, quod a populo regitur. Adjuncta imperii sunt modi, quibus ad imperium pervenitur, successio scilicet, & electio. Successio est, cum quis a natalium jure imperat: Tiraquellus, Cirierius, Laudensis *de jure primogenituræ.* Tholosanus *lib. 7. de republica.* Vernuleius *lib. 1. Politiæ tit. 7. cap. 5.* Zosimus *lib. 2. hist.* estque patrimonialis, vel legitima. Patrimonialis est, quæ obtinet inter populos bello subactos. Tale erat vetus Hebræorum regnum, quod Deus Regi Davidi, velut proprium donaverat, & deinceps filio ejus Salomoni, licet natu minori conferebat 2. *Samuel* 7. 8. *Regum* 1. *Psalm.* 2. 7. 28. 45. Legitima est, quæ obtinet inter populos sponte subjectos. Talia regna sunt Gallicani ex instituto Hogonis Capeti, & Suecicum a Gustavo VVasa ordinatum. Serrarius *in Inventar. Galliæ fol. 555.* Loccensius *lib. 6. Histor. Suec.* Electio est, cum quis suffragiorum jure imperat, ut Germanorum Imperator. Duplex est lata, vel restricta. Prior, cum peregrinus eligitur indigena. Dom. Abb. Giron.

Imperii Lex in *l. 3. C. de testam.* lex Regia intelligitur, qua populus in Imperatorem omne suum imperium potestatemque contulisse, ratumque jussisse, quod constitueret, dicitur a Pomponio in *l. 2. §. 11. D. de orig. jur.* De qua lege regia, quod varia in jure nostro nomina fert, plura dixit Heinecc. *in Syntagm. Antiquit. l. 2. §. 65.* & in *hist. jur. l. 4. §. 168. seq.*

Imperia. Toralia, *imperia* in *l. 5. pr. D. de supellect. legat.* corrupte dici Hotomanus existimat pro Toralia impervia, i. e. densa, & non rara. Joseph. Scaliger *ad 1. Varr. de re rust.* veterem lectionem tuetur, toraliaque *imperia* vocari a Paullo censet, veterum more *a* in *e* mutato, *imparia*, quæ & paterfamilias sibi servat præterea, quæ sunt quotidiani usus, eadem forma, qua trapetes impares esse oportere præcipit Cato, hoc est, præter illos, quorum quotidie usus esset, ut si in illis quotidianis aliquid fractum sit, aut aliquid reficiendum sit, ea præsto sint, quæ in illorum locum sufficiantur. Trapetes, inquit, bonos privatos impares esse oportet, id est, oportet esse trapetes præter illos quotidianos in singulis torcularibus. Paria nempe vocari debent, quæ habentur quotidianæ

næ usioni, imparia ergo quæ præter illa adhibentur. Ideoque idem Cato, quæ supra imparia, dixit alibi supervacanea. Præla, inquit, temperata quinque, supervacanea tria. Idem *ibid.* suculas quinque, supervacaneam unam. Addidit igitur Jurisconsultus *imparia*, ne tantum ea, quæ in usum quotidianum insternerenrur, comprehenderet, sed & ea quoque intelligeret, quæ aliquando ad eosdem usus depromi possent. Cujacius *lib.* 10. *obs. c.* 13. notat *Imperia* in Basilicis προσκεφάλαια esse, & forsitan scribendum esse *impelia* pro *impilia*, atque adeo hac voce non tantum πῖλα significari, ut *obs.* 5. *cap.* 11. docuit, sed etiam pulvinos, nec male hic *impilia*, cum & coactiores, durioresque sunt. Homiliæ Scholasticæ ἐστώσαμεν τὴν κλίνην, καὶ δι αὐτὸ σκληρὸν ἐστιν ἐξῆς ναξαμεν, καὶ προσκεφάλαιs ἐντλαξαμεν.

IMPETIGINOSUS *l.* 6. §. 1. *D. de Ædil. edict.* qui *impetigine* laborat. Hujus autem morbi Cornel. Celsus *lib.* 5. *c. ult.* species quatuor facit, unam, quæ similitudine scabiem repræsentat, sed magis exulcerata est, & varias similes pustulas habet, videnturque in ea esse quasi bullulæ quædam, ex quibus interposito tempore squamulæ resolvuntur; alteram papulæ fere similem, sed asperi rem, rubicundioremque figuras varias habentem, quæ *rubrica* cognominatur; tertiam, quæ crassior est, & durior, & magis tumet, in summa cute finditur, & vehementius rodit, *Nigra* cognomen est; quartam, quæ curationem omnino non recipit, distantem colore, nam subalbida est, & recenti cicatrici similis, squamulasque habet pallidas, quasdam subalbidas, quasdam tenticulæ similes. Hæc Celsus. Quibusdam videtur impetigo eadem esse, quæ Græci λειχὴν, id est, summæ cutis asperitas, cum leni pruritu. *Impetiginum* autem remedia prodit Plinius *lib.* 20. *c.* 9. *lib.* 22. *c. ult. lib.* 23. *proœm.* & *lib.* 25. *c.* 7.

IMPETRABILE postulatum pro eo, quod justum, & æquum est, adeoque impetrari potest *l. ult. C. Th. de petit.* De voce *impetrabilis*, vide Durandum Casellium 1. *var.* 9.

IMPETRATIO obscura pro subreptione *l.* 10. *C. Th. de oper. publ.*

IMPETUS. Si quis inopinato fortunæ impetu rem familiarem amiserit *l.* 4. *D. ut in poss. legal.*

Impetus prædonum *l.* 23. *D. de reg. jur.* id est, incursus.

Impetus pro animi effervescentia. *Impetu* delinquitur, quum per ebrietatem ad manus, aut ad ferrum venitur *l.* 11. §. 2. *D. de pœn.*

IMPILIA *l.* 25. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* & in nonnullis Plinii editionibus *lib.* 19. *hist. nat. c.* 2. ubi hæc leguntur: Teophrastus auctor est, esse bulbi genus circa ripas amnium nascens, cujus inter summum corticem eamque partem, qua vescuntur, esse laneam naturam, ex qua *impilia* vestesque quædam conficiuntur. Sunt autem *impilia* socci lanei, de quib. Selden. in *Uxor. hebr. lib.* 1. *c.* 14. Add. Ant. Bynæum *de Calc. hebr. lib.* 1. *c.* 4. §. 3. *p.* 183. *sequ.* HEIN.

IMPINGERE. Impacti in carcerem *l.* 13. *D. de custod. & exhib. reor.*

IMPIUS pro eo, qui patriam vitat, seu fugit *l.* 2. *C. Th. si curial. relict. civ.*

Impius. terminus, pro morte videtur poni in *l.* 11. *C. Theod. de domest. & protect.* Impius enim hac figura est sævus, immitis. Hor. *Epod.* 5. 13. Impube corpus, quale possit *impia* movere Thracum pectora.

IMPLERE ætatem *l.* 20. §. 2. *D. de ann. legat.* annum vel annos *l.* 13. §. *ult. D. de tut. & cur. l.* 40. *D. ad SC. Trebell.* militiam, vel stipendia *rubr. C. quib. muner. l.* 2. *C. de re mil.* possessionem, vel usucapionem *l.* 7. *D. pro emt. l.* 7. *D. de usurp.* sollemnia *l.* 10. *C. de administr. tut.* sollemnia accusationis *l.* 11. §. 5. *D. ad Leg. jul. de adult.*

Implet animus, quod deest possessioni *l.* 3. §. 3. *D. de adquir. vel amit. possess.* id est, supplet.

Impleto asse, id est, expleto & distributo. Paul. 3. *Sent.* 4. §. 6. Impletus numerus liberorum *l.* 2. §. 1. *D. de vacat. & excus. mun.* cui nullus deest.

Implere pro exsequi. Sic implere cautionem *l.* 24. *D. de usu & usufr. leg.* collationem *l.* 1. §. 13. *D. de collat.* conditionem *l.* 13. *D. de manum. test.* contractum, vel conventionem *l.* 1. *C. de furt. l.* 2. *D. pro emt.* fidem *l.* 4. *D. de manum.* functiones *l.* 140. *C. Theod. de decur.* judicium uxoris defunctæ *l.* 15. *C. ad Leg. falcid.* numerationem *l.* 1. *D. qui potior.* officium debitum *l.* 21. §. *ult. D. ad SC. Silan.* placitum *l.* 1. *C. commod.* quantitatem *l.* 27. §. 16. *D. ad SC. Trebel.* partem religionis *l.* 3. *C. arbitr. tut.* satisdactionem *l.* 2. *D. de custod. & exhib. reor.* stipulationem *l.* 2. *D. de fidejuss.* testamentum *l. ult. C. famil. ercisc.* venditionem *l.* 46. *D. de act. emt.* voluntatem *l.* 8. §. 6. *D. de cond. inst.*

Implere interdum est probare *l.* 23. *D. de prob. l.* 1. *C. eod. tit. l.* 1. *C. de condict. ob turp. caus. l.* 3. *C. de non num. pecun.* & ita *implere* accusationem *l.* 14. *D. ad SC. Turpill.* adfirmationem *l.* 5. *C. de lib. causs.* caussam adpellationis *l.* 2. *C. quand. provoc.* delationes *l.* 5. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* exceptionem *l.* 19. D. *de probat. & præs.* intentionem *l.* 19. D. *de probat.* quod intenderit *l.* 3. § 3. D. *de test.* litem *l. ult. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* petitionem *l.* 30. §. *ult.* D. *de except.* probationem *l.* 26. §. *ult.* D. *depos.* Quinctil. *Decl.* 7. Ego vero Judices, ex hoc, qui recusat dives quæstionem, partem probationis impleris. Lactant. *lib.* 7. *c.* 8. Parum habent firmitatis ad probandam, & implendam veritatem. Eodem significatu *implere* professionem *l.* 42. §. *ult.* D. *de jur. fisc.* provocatis certamen *l.* 6. *C. de his, qui ut indign.* sollemnia.

IMPLICARI molestiis hereditariis *l.* 4. §. 11. D. *de dol. & met. exc.* negotiis hereditariis *l.* 22. D. *si*

quis

quis omiss. caus. Quæ implicantur rebus soli l. 30. §. 1. D. de usurp.

IMPLICITUS statu liberi casu libertatis l. ult. C. si ex nox. caus. Implicita facti quæstio l. 52. D. pro soc.

IMPLORARE auxilium l. 13. §. ult. D. ad SC. Treb. & passim beneficium l. 1. C. si advers. solut. compensationem l. 2 C. de compens. decretum l. 39. §. 9. D. de admin. & peric. tut. edictum l. 1. §. ult. D. ut in possess. legat. judicium liberale l. 3. §. 10. D. de adquir. vel amitt. possess. legem Falcidiam l. 87. §. ult. de legat. 2. restitutionem in integrum l. 86. D. de adquir. vel amitt. her.

IMPONERE conditionem alicui, vel etiam legato l. 4. §. 1. D. de hered. inst. l. 86. D. de condit. & dem. libertatis caussa l. ult. D. de liber. causs. l. 8. D. de donat. l. 33. l. 37. D. de bon. libert. Quæ liberto imponuntur l. 1. §. 5. D. quar. rer. act. Imponitur servo, ancillæve merces pro opera l. 14. D. de usu. & hab.

Imponere necessitatem l. 4. §. 5. D. de offic. proconf. onus l. 15. C. de prob. operas l. 7. §. 1. de oper. libert. pœnam l. 1. §. 1. D. de effract. quadrans heredi l. 49. D. de jur. fisc. rationem Falcidiæ l. 6. l. 8. C. ad Leg. Falcid. servitutem l. 105. D. de cond. & dem. fundo, quem quis vendat l. 9. D. de servit.

Imponere libertatem l. 7. §. 8. D. de don. int. vir. & ux. l. ult. D. qui & quib. manum. vindictam servo l. 19. §. 3. D. de castr. pecul. l. 14. D. de manum. l. 12. §. 2. D. de liber. caus. id est, servum vindicta manumittere. Horat. lib. 2. Serm. sat. 7. v. 26. seq. Vindicta terque quaterque Imposita haud usquam misera formidine privat.

Imponere ædificium areæ l. 39. D. de legat. 2. fenestras, & ostia in ædificia l. 59. C. de rei vind. merces in navem l. 2. §. 2. D. de Leg. Rhod. de jact. pecora prædiis, puta stercorandi caussa l. 14. D. de impens. in res dot. fact. nomen fundo l. 106. D. de verb. obl. servum in machina l. 5. §. 10. D. commod. superficiem in solo l. 18. §. 4. D. de damn. infect. tectorium parietibus l. 44. D. de usufr. ædificio tegulas l. 18. D. de act. emt. vend.

Imponere manus. Vid. infra manus.

IMPORTARE actionem, crimen, id est inferre leg. ult. §. ult. D. de divort. l. 9. §. 1. D. de statu lib.

Importare ignominiam, infamiam, id est, irrogare l. 5. D. de decur. l. 7. D. de publ. jud. l. 22. D. de his qui not. infam.

Importata vi fluminis l. 9. §. 2. D. de damn. inf. id est, illata.

IMPORTUNE repetere l. 17. §. 3. D. commod. id est, intempestive, ut ibidem explicatur.

IMPORTUNITATES in l. 7. C. Th. quor. adpellat. vocant Imperatores importunas, inanes, & frustratorias, non tam adpellationes, quam ludificationes, ut dicuntur l. 1. D. eod. tit.

IMPORTUNO tempore, vel loco offerre pecuniam l. 36. D. de solut. Cic. lib. 2. de orat. c. 5. Aut importunum tempus in tanto ocio, quod raro datur.

IMPOSITIO pilei, id est manumissio l. 10. C. de testam. manum. Vide infra sub pileus.

IMPOSSIBILIUM nulla est obligatio l. 185. D. de regul. jur. Quod impossibile est, neque pacto, neque stipulatione potest comprehendi l. 32. D. eod. tit. Si homo mortuus sisti non potest nec pœna rei impossibilis committatur l. 68. D. de verb. oblig. Vid. l. ult. §. 4. D. de verb. obl.

Impossibilis conditio Græco sermone ἀδύνατος l. 20. D. de condit. instit. l. 104. §. 1. D. de legat. 1. Eam definit Paull. lib. 3. Sent. tit. 4. §. 1. quæ per rerum naturam admitti non potest. At impossibilis conditio dicitur variis modis. Est impossibilis, cui natura impedimento est, quominus existat, veluti, si quis ita dixerit, si digito cælum attigero, dare spondes §. 11. Inst. de inutil. stipul. l. 16. §. ult. D. de injust. rupt. Sed & impossibilis conditio intelligitur, quæ jure impleri non potest l. 137. §. 6. D. de verb. oblig. Qui ita heres institutus est, si servum hereditarium non alienaverit, siquidem solus heres scriptus sit, sub impossibili conditione institutus videtur l. 4. §. ult. D. de condit. instit. Municipibus si jurassent, legatum est. Hæc conditio non est impossibilis l. 97. D. de condit. & demonst.

Conditio vero impossibilis, prout variis negotiis adjicitur, diversos producit effectus. Nam quoad contractus non solum stipulationes impossibili conditioni adplicatæ nullius momenti sunt, sed etiam ceteri quoque contractus, veluti emtiones, locationes impossibili conditione interposita, æque nullius momenti sunt l. 31. D. de oblig. & act. Impossibilis conditio, quum in faciendum concipitur, stipulationibus obstat l. 7. D. de verb. oblig. Consentit l. 1. §. 9. D. de oblig. & act. l. 29. D. de fidejuss. l. 11. Inst. de inutil. stip. Hæc ita in contractibus se habent: At in supremis tabulis non æque. Etenim sub impossibili conditione factam institutionem placet non vitiari l. 1. D. de condit. instit. Si in non faciendo impossibilis conditio institutione heredis sit expressa, heres erit, perinde ac si pure institutus sit l. 50. §. 1. D. de hered. instit. Si quis ita institutus sit, si monumentum post mortem testatoris in triduo proximo mortis ejus fecisset, quum monimentum in triduo perfici non possit, dicendum erit, conditionem evanescere, quasi impossibilem l. 6. D. de condit. instit. Idem dicendum de eo, quod sub impossibili conditione legatum est, siquidem tale legatum pro puro habetur l. 5. D. quand. dies legat. Et huc faciunt l. 135. D. de reg. jur. l. 104. §. 1. D. de legat. 1. l. 3. l. 6. §. ult. de condit. & demonstr. l. 45. D. de her. instit. l. 16. §. ult. D. de injust. rupt.

Impossibile aliquando idem est ut difficile, ut in l. 2. D. de his qui effud. l. 60. §. 2. D. locat. l. 6. C. de curat. furios.

IMPO-

IMPOSTORES in antiquo Lexico ἐπιθέται, itaque pro deceptoribus *l.* 4. §. 2. *D. de Ædil. edict. l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cogn.*

IMPOSTURA callida mathematicorum. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 2. Si quis imposturam fecerit, aut collusionem in necem alterius, stellionatus potest adpellari *l.* 3. *D. de stellion.* Trebell. Pollio *in Gallen. c.* 12. Quum quidam gemmas vitreas pro veris vendidisset ejus uxori, atque illa, re prodita, vindicari vellet, surripi quasi ad leonem venditorem jussit. Deinde e cavea caponem emittit, mirantibus cunctis rem tam ridiculam, per curionem dici jussit: *Imposturam fecit, imposturam passus est.* Deinde negotiatorem dimisit.

IMPOTENTER se gerere *l.* 9. §. *ult. D. de offic. procons.* ut is qui sui potens non est, impos sui apud priscos dictus. Quinctilian. *lib.* 2. *c.* 3. Ne quid impotentior faciat.

IMPRECARI *l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cogn.* ubi & -

IMPRECATIONES incantationibus æquiparantur.

IMPRESSIO pro concussione. Si per impressionem quis rei suæ fecerit cessionem *l.* 11. *C. de his, quæ vi.* Paull. 5. *Sent.* 1. §. 1. Impressione alicujus terroris. Cic. *ad famil. lib.* 5. *epist.* 2. Non judicio, atque disceptatione, sed vi, atque impressione avertere.

IMPRIMERE. Indicia ferro impressa, id est, stigmata fronti inusta apud Caium *Inst. lib.* 1. *tit.* 1. §. 3.

IMPROBABILIS pro improbo. Proxenetæ emtionibus, & venditionibus, commerciis, contractibus licitis, utiles, non improbabili more se exhibent *l. ult. D. de proxenet.*

IMPROBARE est reprobare, ut loquitur *l.* 9. *D. de neg. gest.*

IMPROBE est non probe, vel parum probe, non jure, injuste, inciviliter, mala mente, contra bonam fidem.

IMPROBITAS. Nemo de improbitate sua consequitur actionem *l.* 12. §. 1. *D. de furt.*

IMPROFESSUS servus *l. ult.* §. 1. *D. de publican.* Quinctil. *Decl.* 341. Cujus professio facta non est, ut fraudaretur jus vectigalis.

IMPROVISUS casus *l.* 36. §. 2. *D. de testam. mil.*

IMPRUDENS, & *prudens* invicem pugnant *l.* 66. §. 4. *D. sol. matr.* ut *imprudens*, & sciens apud Terent. *Hecyr. Act.* 5. *sc. ult.* Damna fatalia, quæ imprudentibus accidunt, id est, nihil tale opinantibus, & præter spem, & cogitationem *l.* 5. §. 3. *D. pro soc.* Imprudentis cædis damnatus. Quinctil. *Declam.* 249. & *in argumento Declam.* 305. Imprudens emere dicitur, qui bona fide rem a non domino emit *l.* 24. §. 1. *D. de act. emt. l.* 19. §. 3. *D. de neg. gest. l.* 31. §. 1. *D. de reb. cred. l.* 38. *l.* 58. *D. de rei vind.* Imprudens vendidisti, id est, ignorans *l.* 41. §. *ult. D. de contrah. emt.* vel insciens *l.* 17. §. 4. *D. de Ædil. edict.*

Imprudentes pro imperitis juris *l.* 17. §. 4. *D. eod. tit.*

IMPRUDENTER minus considerate *l.* 21. §. *ult. D. de negot. gest.* Qui casu teli hominem imprudenter ferierit. *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 1. §. 7.

IMPRUDENTIA adsessoris *l.* 2. *D. quod quisque jur. in al.* judicis *l.* 51. *D. de evict. & passim.* id est, imperitia.

Imprudentia alias pro quavis ignorantia ponitur, ut & Donatus *in Terent. prol. Eunuchi* notat. Cic. *lib.* 2. *Rhet. ad Herenn. c.* 16. Si autem imprudentia reus se dicat peccasse, primum quæretur, utrum potuerit scire, aut non potuerit, deinde utrum casu fecerit. Idem *in partit. orat. c.* 37. Imprudentiam ait esse aut in casu, aut in quadam animi permotione. Et hoc sensu *imprudentiæ* fere in omnibus pœnalibus judiciis succurritur *l.* 100. *D. de reg. jur.* Per imprudentiam, id est inconsulto, oscitanter, ex errore *l.* 22. §. 7. *D. rem. rat. hab. l.* 4. §. 3. *D. de dol. mal. & met. except. l.* 10. *D. de condict. indeb.*

IMPUBES dicitur mas minor annis 14. femina vero minor 12. Caius *lib.* 2. *Inst. tit.* 2. §. 2. *princ. Inst. quib. mod. tut. fin.* Macrob. 1. Saturnal. 6. Post annos bis septem ipsa ætas necessitate pubescit, tunc enim moveri incipit vis generationis in masculis, & purgatio fæminarum. Tertul. *lib. de virgin. veland. Tempus etiam echnici observant, ut ex lege naturæ jura sua ætatibus reddant, nam feminas quidem a* 12. *annis, masculum vero a duobus amplius ad negotia mittunt, pubertatem in annis non sponsalibus, aut nuptiis decernentes.* SCO Silaniano torqueri non debet, sed terreri tantum debet masculus impubes vel habena, vel ferula cædi *l.* 1. §. 33. *D. ad SC. Silan.* Verum tamen impuberes ab anno septimo usque ad annum undecimum proximi censentur infantiæ, similes plene furioso, & infanti, quantum ad delinquendi affectum attinet. Quia hujus ætatis pueri bonum, & malum non adhuc possunt discernere, adeoque intellectu carent §. 9. *Inst. de inutil. stip.* Ab anno duodecimo usque ad annum 14. impuberes censentur proximi pubertati, & doli capaces, adeoque furtum, & injuriam admittere possunt *l.* 111. *D. de reg. jur. l.* 23. *D. de furt.* Sane impuberis est ministerium, si forte vel librarius, vel nomenclator, vel calculator sit, vel histrio, vel alterius voluptatis artifex *l.* 7. §. 5. *D. de oper. libert.*

IMPUDENTIA ejus, qui diversa duobus testimonia præbuit *l.* 27. §. 1. *D. de Leg. Cornel. de fals.*

IMPUDICITIA. Ad impudicitiam servos compellere *l.* 2. *D. de his qui sui vel al. jur. impudicos* facere dixit *l.* 9. §. *ult. D. de injur.*

IMPU-

IMPUDICUM visum est *pr. Inst. quib. mod. tut. fin.*

IMPUGNARE judicium *l. 2. D. de his quæ ut indign. l. 87. D. de legat. 1.* jus civile *l. 5. D. de pact. dot.* utilitatem pupilli *l. 42. D. de adquir. vel omitt. hered.*

IMPULSUS. Si quid alterius impulsu damnum dederit *l. 7. §. 3. D. ad Leg. Aquil.*

IMPUNITAS. Crimina impunitate coalescunt *l. ult. C. Th. de defens. civ.*

IMPURE *Impurius* ad patriam reverti, id est, cum nota, & dedecore *l. 1. C. Th. de stud. lib. urb. Rom.*

IMPURUM flagitium. Paull. 2. *Sent.* 26. §. 13.

IMPUTARE est alicui acceptum, vel expensum ferre. Sed & *imputari* alicui dicitur, quod ei oneri, damnove esse debere affirmatur. Sic si medio tempore tutor solvendo esse desierit, imputabitur contutoribus, cur non egerint cum eo *l. 9. §. 4. D. de tut. & rat. distr.* Sibi imputare debet creditor, qui satisdationem admisit vice solutionis *l. 1. §. 1. D. quib. mod. pign. vel hypoth.* Imputatur etiam alicui id, quod ipsius culpa, vel facto evenit. Sic non permittendum ei, caussari tempestatem, vel vim fluminis, si quid sit, quod ei imputetur *l. 2. §. 8. D. si quis caut. in jud. sist.* Qui negligenti amico rem custodiendam tradidit, non ei, sed suæ facilitati imputare debet §. 3. *Inst. quib. mod. re contr. obl.*

Imputare pro reputare. *Imputare* sorti *l. 26. D. de condict. in deb.* peculio *l. 21. D. de pec.*

Imputari verbum in computatione Falcidiæ duobus modis accipitur. Imputari enim primum est, in quadrantis computationem venire, & ita in Falcidiam imputari id dicimus, quod hæredi ad quartam explendam computatur *l. 19. l. 29. l. 91. D. ad Leg. Falcid. l. 26. D. de bon. libert. l. 44. D. de solut. l. 8. §. 12. D. ad SC. Vellei.*

Imputare quadranti *l. 76. D. ad Leg. Falc.* in quartam hæreditatis, quam per Legem Falcidiam hæres habere debet *l. 91. D. eod. tit.* in ratione Legis Falcidiæ *l. 25. D. eod. tit.* quemadmodum in Trebellianica imputare portioni quadrantis in *l. 58. §. 5. & §. 6. D. ad SC. Trebell.* Aliquando *imputari* dicitur in Falcidiam, quod Falcidiam patitur *l. 1. §. 8. D. ad Leg. Fal.* quod nempe patitur deductionem quartæ.

Porro *imputari* dicimus diem *l. 40. D. de cond. & dem. l. ult. §. 1. D. quis ord. in bon. poss. l. 4 §. 5. D. de statul.* in numerum *l. 60. §. 1. D. de rit. nupt.* tempus *l. 3. C. quib. non objic.*

IMA scelerum nequitia *l. 5. C. de hæret.* *Imus* fundus, id est, infimus *l. 31. D. de serv. præd. rust.*

IN aliquando denotat terminum ad quem, idemque est ac *usque in*. Sic in adventum successoris *l. 10. D. de offic. proconf.* in quam ætatem *l. 69. §. 1. D. de legat. 3.* *In annos decem* liber esse jussus *l. 49. D. de cond. & dem.* satisdare *l. 15. pr. junct. §. 2. D. de damn. infect.* In calendas possidere *l. 12. D. de precar.* *In diem* finitæ litis *l. 3. §. 5. D. de lib. exhib.* mortis *l. 72. §. 2. l. 91. §. 1. l. 92. l. 93. §. 3. D. de legat. 3.* finitæ tutelæ *l. 53. D. de admin. & per tut.* In diem vitæ nostræ *l. 57. D. de don. int. vir. & ux.* id est, quoad vixerimus.

In diem vitæ testatoris, id est, usque in diem mortis *l. 14. §. 2. D. de legat. 3.*

In etiam significat tempus, quo quid fieri debet. In diem addicere *l. 1. & tot. tit. D. de in diem addict.* In diem confertur obligatio *l. 44. D. de obl. & act.* de hypotheca convenit *l. 12. §. 2. D. qui potior.* In diem dare, & *præsenti die* opponuntur *l. 22. D. de condit. inst.* *In diem* deberi dicitur, quod die certa dari debet. *In diem* debitor *l. 16. D. de hered. pet. l. 14. D. de liber. leg.* debitum *l. 27. D. qui & a quib.* hæredem instituere *l. 3. D. de hered. inst.* relicta legata *l. 73. §. ult. D. ad Leg. falcid.* rogatus restituere *l. 6. §. ult. l. 22. §. 2. D. ad SC. Trebell.* stipulari *l. 22. D. de obl. & act.* In tempus capiendæ hæreditatis institui hæredem *l. 62. D. de hered. inst.* In id tempus adquiri, quo *l. 32. D. de serv. præd. rust.*

In aliquando certum casum denotat. In mortem differri, id est, in casum mortis *l. 22. D. ad SC. Trebell. l. 31. §. 2. D. de mort. causs. don.*

In pro *intra*: In diebus, sine addito, intra biduum *l. 217. §. ult. fin. D. de verb. signif.* *In* centum diebus in cretionis formula sic accipiendum, ut & centesimus dies contineatur *l. 1. §. 8. D. de success. edict.* In diebus triginta proximis *l. 3. §. 11. D. de statu lib. l. 40. D. de contr. emt.* in decem mensibus *l. 29. D. de lib. & post.* in pubertatem *l. 2. ad fin. D. de vulg. & pup. subst.*

In mortem quoque inquisitio tendat *l. 40. Cod. Th. de hær.* id est, in idem etiam tempus, quo quis mortuus erit.

In pro *post*. In annos *leg. 41. §. 15. D. de fideicomm. lib.* in tempus *l. 56. §. 1. seq. ad SC. Treb.*

In pro de. Criminibus, in quibus videntur argui *l. 27. in fin. C. Th. de petit.* Eodem referri solet locus Caii *l. 73. pr. fin. D. ad Leg. falcid.* *Necesse est legatariis, cum hærede in portione legatorum pacisci*, vel, ut Florentiæ legitur, *in portionem*, nec non *l. 6. §. 4. D. de jur. patron.* Jusjurandum, quod liberto *in* hoc impositum est. *Hein.*

In instrumentum significat. *In* gladio *l. 1. §. 3. D. ad leg. Cornel. de sicar.*

In pro inter, vel in numero. In testibus §. 9. *Inst. de testam. ordin.* *In* suis hæredibus habere, id est, suorum numero *l. 78. §. 1. D. de reg. jur.*

In bello amissum id est propter caussam belli *l. 1. D. de incend. ruin. nauf.*

In difficili esse, pro difficile esse *l. 29. §. 15. D. de lib. & postum.* Sic & Liv. *lib. 3. c. 65.* Moderatio tuendæ libertatis in difficili est. Eodem modo idem

lib.

lib. 3. *c.* 8. dixit, *in* facilli est, nec minus frequentes formulæ: *In proclivi*, *in expedito*, *ex facili*, *e difficili*, de quibus Ducker. *de Lat. vet. ictor. p.* 390. HEIN.

In eo esse, ut *l.* 30. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. hered. l.* 44. *D. de pact. l.* 24. *D. quæ in fraud. cred.*

In hoc adoptare, ut *l.* 7. §. 2. *D. de bon. damn.* Similes loquutiones vide in *l.* 31. §. 2. *D. de mort. causs. don. l.* 3. *l.* 14. *D. de manum. vind. l.* 21. *D. de fideic. libert. l.* 4. *D. de pact. dot. l.* 75. *D. mand.*

In libertate esse aliud longe est, quam *liberum esse*. In libertate enim sunt, qui se liberos putant, & se pro liberis gerunt, quamvis servi sint *l.* 7. §. *ult. l.* 11. *l.* 12. *l.* 28. *D. de liberal. caus.* Quod eleganter exponitur a Quinctiliano *Declam.* 342. & 343. unde multa ad interpretationem superiorum legum desumi possunt. Sic & aliud est in *possessione* esse, aliud *possidere*. Denique rei servandæ caussa, legatorum, damni infecti non possident, sed sunt *in possessione* custodiæ caussa *l.* 10. *D. de adquir. possess.*

In pendenti esse, pro pendere, vel incertum esse *l.* 15. §. 1. *D. de usufr. l.* 43. §. 2. *D. de adquir. rer. dom.* Sic & *in suspenso* tenere, dixit Seneca *de ira lib* 2. *c.* 33. Tacit. 1. *hist.* 78. Add. Ducker. *de Latin. vet. ictor. p.* 386. *seq.* Hein.

In præsenti l. 17. §. 10. *D. de Ædil. edict. In præsentia* Senec. *epist.* 110. Terent. *Phorm. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 14. Provisum est, ut in præsentia hæc hinc abeat, & Cic. passim. *In* præsentiarum *l.* 1. §. 1. *D. de tab. exhib. l.* 2. §. 31. *D. ne quid in loc. publ. l.* 11. §. 8. *de interrog. in jur. fac. l.* 1. §. 15. *D. de magistr. conven. l.* 1. §. 9. *D. quod vi, aut cl.* Usi eadem formula sunt Cato *de re rust. c.* 144. Corn. Nep. Tacitus, & Apuleius, quamvis de analogia certent viri docti, & adhuc sub judice lis sit.

In reliquum, id est, deinceps *l.* 3. *C. Th. de prox. Com. dispos. lib.* 6. *tit.* 26.

In se torqueri, id est, contra se *l.* 1. §. 19. *D. de quæst.*

Quamvis vero notæ sint regulæ grammaticorum de præpositione *in* vel accusativum, vel ablativum regente, sæpe tamen casus quartus pro sexto ponitur, ut *in* accusationem pro in accusatione *l.* 22. §. 1. *D. ad Leg. jul. de adult. in* dotis caussam esse *l. ult.* §. *ult. D. de pact. dot* Conventicula *in* domos pro in domibus *l.* 58. *C. Th. de hæret. lib.* 16. *tit.* 5. *In* functionem permanere *l.* 16. *C. Th. de murileg. & gynæc.* Quum in moram promissor esset *l.* 8. *D. de novat.*

In possessionem esse, dixit Cic. *In* mentem esse Plaut. apud Gell. *lib.* 1. *c.* 7. sicut & apud alios optimi commatis auctores ejusmodi loquutionum multa copia est. Exempla congessit Philipp. Paræus in *Lexic. Plaut. hac voce.*

Usus hac forma. Cic. *pro Quinctio c.* 5. *pro Arch. c.* 5. Sed & Plaut. *Aulul. Act.* 4. *sc.* 8. *v.* 6. dixit, collocare in arborem. Gell. *lib.* 1. *c.* 7. & *lib.* 9. *c.* 14. scribere in ordinem, ut in *l.* 1. *pr. D. ad Leg. jul. de vi priv.* Sedere in eum ordinem. Add. Jo. Frid. Gronov. *ad Liv. lib.* 2. *c.* 14. Nic. Heines. *ad Ovid. Epist. Parid. v.* 137. Bronckhus *ad Propert. lib. v. Eleg.* 7. *v.* 50. Nec minus sæpe casum sextum pro quarto positum videas. In Senatus consulto incidit *l.* 1. §. *ult. D. ad SC. Turpill.* Succedere in loco *l.* 1. §. 7. *D. de conj. cum emanc. lib.* In rationibus referre *l.* 53. *D. de manum. testam.* In Deorum numero referre Cic. *lib.* 1. *de nat. Deor. c.* 12. Similia exempla collegit Gronov. pater *in Senec. nat. quæst. lib.* 4. *p.* 327. HEIN.

Sæpe huic præpositioni jungitur sub finem *ve*. *Inve* littore *l.* 1. §. 17. *D. de flum.* Inve eum locum *leg.* 1. *D. ne quid in loc. sacr. l.* 2. *D. ne quid in loc. publ.* Inve ripa *leg.* 1. *pr. D. de flum. Inve* se *leg.* 9. §. 2. *D. de rec. arbitr.* Inve stipulatum ejus *l.* 33. §. *ult. D. de legat.* 3. Inve vinculis *l.* 23. *D. ex quib. caus. major.*

INÆDIFICARE locum *l. ult. D. de pign. act.*

INANE metaphorice dicitur, quod inutile est sine vi, & sine effectu *l.* 19. *D. de bon. poss. cont. tab.* Et ita *inanis* actio adpellatur, quam inopiam adversarii, vel aliqua exceptio, ratioque excludit, vel eludit *l.* 6. *D. de dol. mal. l.* 24. *D. de liberal. causs.* Ac proinde *inanis* actio, & utilis opponuntur *l.* 24. *D. mand.* & apud Paull. 2. *Sent.* 15. §. 1. *Inanis* cautio nulla sequuta numeratione *l. ult. C. si pign. convent. Inane* fit chirographum solutione. *Inane* nomen hæredis, id est, nudum, & sine re *l.* 2. *Cod. de inoff. donat.*

INANISSIMA, turpissimaque doctrina vocatur Manichæorum metæologia a Diocletiano, & Maximiano Augg. *lib.* 1. *C. Hermog. de malef. & machem.* & in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 15. §. 3. ubi sine ratione Pet. Pithoeus legi mavult *immanissima*. Nam eodem sensu & magicas artes *inanes* vocat Plin. *lib.* 18. *hist. nat. c.* 7. & *inania* Tacit. 2. *Annal.* 27.

INANITER residere apud aliquem dicitur, quod vel omnino sine caussa, vel sine justa caussa apud eum est *l.* 6. *C. Th. de pact. lib.*

INARARE pro arare posuit Ulpianus *l.* 9. *D. quod vi aut cl.* quum alias sit terræ arando quid immiscere, ut apud Caton. *de re rust. c.* 23. Columell. *lib.* 2. *c.* 2. & 5. Pallad. in *Septembre tit.* 3. & Plin. *lib.* 18. *hist. nat. c.* 18. & 25. Vid. Ducker. *de Latin. vet. Ictor. p.* 420. ubi non ineleganter primam illam syllabam in *inarare*, ex præcedente littera *im* natam esse suspicatur. *Hein.*

INARGENTATI lecti *l.* 3. §. 3. *D. de supell. leg. l.* 100. §. *ult. D. de legat.* 3.

INAUGERE *l.* 27. *in fin. D. de lib. causs.*

INAU-

INAURATA basilica *l.* 21. *C. de oper. publ.* inaurati lecti *l.* 3. *D. de supell. leg.* id est, auro obducti.

Aut in *l.* 14. *D. de contr. emt.* ubi *inauratum* aureo opponitur his verbis: *Auro legato ea, quæ inaurata sunt, non debentur*: Inauratum non videtur auro obductum, sed argentum, vel æs auro mixtum. Alias hanc legem vix in gratiam reduces cum *l.* 51. §. *D. eod. tit.* Sane & Catull. *in Epithalam. Thet. & Pel. v.* 5. aureum vellus vocare *auratum*, & Ennium plane *inauratum*, observavit Bynkersh. 6. *obs.* 14. HEIN.

INAURES in *l.* 27. *&* *l.* 32. §. *ult. D. de aur. arg. leg.* ab aurium foraminibus ita nuncupatæ ex quibus pretiosi lapilli pendebant, auctore Isidoro *lib.* 9. *etymol. c.* 30. Solebant enim veteres foratis auribus gemmas, & lapillos inserere. Tertull. *de cultu fem. lib.* 1. *c.* 8. In graciles aurium cutes calendarium expendunt. Idem *eod. libro c.* 5. anxie forari margaritas consuevisse, ait, ut penderent. Sed & in libro *de pallio c.* 4. Autem foratu effeminari meminit. Plin. *lib.* 9. *c.* 35. *de elenchis* loquens: Hos digitis suspendere, ac binos, & ternos auribus feminarum gloria est. Cyprianus *de habit. virgin.* An vulnera inferre auribus Deus voluit, quibus innocens adhuc infantia, & mali sæcularis ignara cruciatur, ut postea de aurium cicatricibus, & cavernis pretiosa grana dependeant? Plaut. *Epidic. Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 33. *Non meministi, me inaurem ad te adferre natali die.* Sed hæc omnia ad feminarum cultum pertinent. Masculos enim aures habere foratas turpe habebatur, eoque nomine male audiebant Carthaginienses, aliique barbari, inauribus sese jactantes. Inter Lucillii fragmenta & illud est: *Nequam est, aurum aures cujus vehementius ambit.* Plaut. in *Pœnul. Act.* 5. *sc.* 2. *v.* 20. *Atque, ut opinior, digitos in manibus non habent. Ag. Quid jam? Mi. Quia incedunt cum anulatis auribus.* HEIN.

INCALESCENS genus *l.* 15. §. *ul. D. de test.* pro eo, qui in hermaphrodito prævalet, ut loquitur *l.* 19. *D. de stat. hom.* Hinc Rittersh. *ad Paull. recept. sent. lib.* 3. *tit.* 4. legendum putat *invalescentis* sexus, quod & probabilius videtur, maxime quum & Basilica hic habeant, ει τα . α ρενεν επικρατει εν αυτω *si virilia in eo prævaleant.* Attamen & scholiastes ibi legit πιτυρωμενης φυσεως, *incalescentis naturæ, vel sexus.* Vid. Schulting. *Jurispr. vet. antej. p.* 344. HEIN.

INCANTARE *l.* 1. §. 3. *D. de extraord. cogn.* Tritum est illud XII. Tabularum caput: Qui malum carmen incantassit apud Plin. *lib.* 28. *c.* 2.

INCENDIARIUS, qui consulto incendium infert. Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 3. §. 6.

INCENDIORUM enim quædam fortuito sunt *l.* 11. *D. de incend. ruin. naufr.* quæ & fortuita vocantur *l.* 28. §. 12. *D. de pœn.* & apud Symmach. *lib.* 10. *epist.* 27. Quædam culpa inhabitantium fiunt *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.* Quædam consulto, ut Paullus ait *lib.* 5. *Sent. tit.* 3. §. 6. seu data opera *l. ult. D. de incend. ruin. naufr.* dolo *l. ult. D. de offic. præf. vigil.*

Adversus incendia autem, excubias nocturnas, vigilesque commentum esse Augustum, refert Sueton. *in Aug. c.* 30. & Paullus *l.* 1. *l.* 3. *D. de offic. præf. vigil.*

INCENSITI *l. un. C. de Classic.* idem qui *incenseti* vocantur *l. un C. Theod. eod. tit.* ubi: Ex *incensetis* vel *adcrescentibus*. In *l.* 1. 7. *C. Th. de incessibus, vel adcrescentibus* scribitur manifesto mendo; Barbarum porro est *incensibus* illud, pro quo *incessibus* incuria librariorum scriptum esse ajunt. Sunt autem *incensiti* qui ob inopiam in tabulas censuales non referebantur. *Incensi* vero erant, qui censum militiæ caussa subterfugiebant. Ulp. *Reg. tit.* 11. §. 11. Maxima capitis deminutio est, per quam & civitas, & libertas amittitur, veluti cum *incensus* aliquis venierit. Cic. *pro Cæcin. c.* 38. Quum autem *incensum* vendit, hoc judicat, quum ii qui in servitute justa fuerunt, censu liberentur, eum qui, quum liber esset, censeri noluerit, ipsum sibi libertatem abjudicasse. Idem Cic. pro Flacc. *incensa prædia* dixit. Sed ibi *incensa* sunt combusta, incendio deleta. De *incensis* illis & *incensitis* vid. plura apud Ez. Spanh. *Orb. Rom. Exercit.* 2. *c.* 5. *p.* 158. *seq.*

INCENSORES messium *l.* 16. §. *ult. D. de pœn.* & apud Paull. *lib.* 5. *Sent. tit.* 20. §. 5.

INCENTIVUM *c. ut clericorum. De vita & hon. cler.*

INCERTUM, quod non potest sine formidine oppositi vel adfirmari, vel negari. *Incertum* vero aliquid est vel absolute, quod nihil certi habet, ad quod referatur, ut alea, & fortuna l. 7. *D. de hered. vel. act. vend.* vel relate ad certam rem, vel personam *l.* 11. *D. eod. tit.*

Incerti actio condictione ex variis caussarum figuris datur. Nam si quidem stipulatio incerta est, quæ ex stipulatu hoc casu datur actio, *incerti* actio est *pr. Inst. de verb. oblig.* Et ita si stipulatus sis, vacuam possessionem tradi, fructus postea captos actione incerti ex stipulatu consequuturum te, ait *l.* 4. *D. de usur.* Quum quis in judicio sisti promiserit, neque adjecerit pœnam, si status non esset, *incerti* cum eo agendum est, in id, quod interest *l. ult. D. si quis in jus voc.* Si pœna non fuerit adjecta compromisso, sed simpliciter sententia stari quis promiserit, incerti adversus eum erit actio *l.* 27. §. *ult. D. de recept. arb.* Nec ex stipulatu modo, sed & ex testamento *incerti* actio est, ut in specie *l.* 8. *D. de usufr. ear. rer.* Sed etsi hæres vetitus sit agere cum eo, qui negotia defuncti gel-

gessit, *incerti* ex testamento legatarius agit, ut ei negotiorum gestorum actio remittatur *l.* 7. §. 6. *D. de libert. leg.* Si quis ita stipulatus: Stichum aut decem, utrum ego volam, Stichum legaverit: *Incerti* actio legatario adversus hæredem competit, per quam compellat hæredem expetiri *l.* 75. §. *ult. D. de legat.* 1. Usufructu itineris, actus, viæ legato, *incerti* actio erit cum hærede, ut legatario, quamdiu dixerit, eundi, agendi, ducendi facultatem præstet.

Incerti condictio servitutem etiam constituendarum nomine datur. Quum iter excipere deberem, fundum liberum per errorem tradidi, *incerti* condicam, ut iter mihi concedatur *l.* 22. §. *ult. D. de condict. ind.* Si tibi liberum prædium tradidero, quum serviens tradere deberem, etiam condictio *incerti* competit mihi, ut patiaris eam servitutem, quam debuit, imponi *l.* 8. *D. de act. emt.* Si binarum ædium dominus dixisset, eas, quas venderet, servas fore, sed in traditione non fecisset mentionem servitutis, *incertum* condicere potest, ut servitus imponatur *l.* 35. *D. de servit. præd. urb.* Incerti condicitur cautio præstita *l.* 16. §. 1. *D. de minor.* Omissa cautio fructuaria *incerti* condictione condicitur *l.* 5. §. 1. *D. de usufr. ear. rer.*

Præterea *incerti* condictio liberationis consequendæ gratia competit. Nam qui sine caussa obligantur, *incerti* condictione consequi possunt, ut liberentur *l.* 3. *D. de condict. sin. causs.* Si falso existimans se damnatum dare, promiserit, incerti condicere potest, ut liberetur *l.* 5. *D. de act. emt. vend.* Si quis debitorem, qui doli mali exceptione tueri se poterat, per ignorantiam circumventum, delegaverat, tenebitur condictione, vel *incerti*, si non pecunia soluta sit, vel *certi* si soluta sit *l.* 12. D. *de novat.* Si pecuniam, quam me tibi debere existimabam, jussu tuo spoponderim ei, cui donare volebas, *incerti* condictione stipulatorem compellam, ut mihi acceptam faciat stipulationem *leg.* 2. *pr.* D. *de donat.* Idem erit, si ei, quem creditorem tuum putabas, jussu tuo pecuniam, quam me tibi debere existimabam, promisero *l.* 2. §. 1. D. *eod tit.* Si sine deductione impensæ in domum legatam, antequam legati dies cederet, factæ, hæres domum tradiderit, poterit incerti condici, quasi plus debito dederit *l.* 40. §. 1. D. *de condict. indeb.* *Incerti* agetur stipulationis utiliter interponendæ gratia *l.* 121. D. *de verb. oblig.* Incerti condictione agit is, cui pignori res data sit, si ea surrepta est *l.* 12. D. *de condict. indeb.*

Alias *incerti* actio, condictiove est *præscriptis verbis* actio. Sic civilem *incerti* actionem, id est, præscriptis verbis, sufficere legimus *l.* 7. D. *de pact.* civili intentione *incerti* agendum est *l.* 6. D. *de præscr. verb.* Incerti condictione, id est, præscriptis verbis *l.* 19. §. *ult* D. *eod. tit.* quod dicitur *incerti* judicio in *l.* 9. *C. de donat.* Actio *incerti* civilis *l.* 23. *D. commun. divid. l.* 22. *C. de donat.*

Incerta quoque actio pro *incerti* dicitur *l.* 3. *C. de inutil. stip.*

Incerti agere, id est, ad exhibendum *l.* 33. *D. depos.*

Incertus contractus *l.* 1. §. 6. *D. de pecun. const. l.* 9. *D. de reb. cred. l.* 18. *D. de acceptil.* qui proprium, & speciale nomen non habet.

Incertus vel incerta dies dicitur is de quo ambigitur, an exstiturus sit. Sic si dies incerta adjecta sit legato, quasi, quum pubes erit, quum in familiam nupserit, quum magistratum inierit *l.* 21. *D. quand. dies leg.*

Aliquando *incertus* dies dicitur, qui certo quidem futurus est, sed ambigitur quando. Ita dies incertus est, cum ita scribitur *Hæres meus cum morietur, dato.* Nam diem incertum mors habet ejus *l.* 1. §. 1. *D. de cond. & dem.* Quod sub incerto die debetur, veluti, si cum moriar, dare promisero *l.* 17. *l.* 17. *D. de condict. indeb.*

Incertus homo legari, promittive dicitur, qui generaliter, & indistincte legatur, promittiturve *l.* 13. *D. de legat.* 1. *l.* 25. §. 17. *D. famil. ercisc. l.* 3. *D. qui sine manumiss.*

Incerta pars, quæ, quota sit, non adparet, veluti Quidquid mei juris in eo fundo est. Quidquid Titius possidet *l.* 3. §. 2. *l.* 26. *D. de adquir. vel. amitt. possess. l.* 32. §. *ult. D. de usurp.*

Incertæ partis vindicatio datur, si forte legi Falcidiæ locus sit in testamento *l.* 76. §. 1. *D. de rei vind.*

Incertus pater *l.* 3. *C. solut. matrim.* §. *pen. Inst. de nupt.* Dubium vocat Ovid. *lib.* 2. *Trist.* 2. 253. qualis vulgo quæsitorum pater. Certus enim is demum pater, quem justæ nuptiæ demonstrant. Quamobrem spurium quemdam lapides in vulgus jactantes, Cynicus hoc scommate repressit *Cave patrem ferias* Diog. Laert. *lib.* 6. *segm.* 62. Nec minus facere ejusdem sectæ alter eam, quæ vulgo sui copiam faciens ex vago illo complexu gravida facta, partum ediderit, non magis certo cui quam patri partum adsignare posse ait, quam eam, quæ per spinas incedens icta fuerunt, adserere, quæ potissimum spina pupugerit.

Incerta persona, Ulpianus *Reg. tit.* 24. §. 18. Incertæ personæ legari non potest, veluti quicumque filio meo filiam suam in matrimonio collocaverit, ei homini tot millia dato. Justinianus §. 25. *Inst. de legat.* Incerta persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat, veluti si quis ita dicat: Quicumque filio filiam suam in matrimonium dederit, ei hæres meus illum fundum dato. Illud quoque, quod ita relinquebatur, qui post testamentum factum primi Coss. designati essent, æque incertæ personæ legari videbatur. Idem *eod.*

eod. §. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari, quia placebat, nominatim servos liberari.

Incertum pretium, id est, non definitum nec per se, nec per relationem ad aliam quantitatem. Unde Incertum non est pretium, si quis ita emtor rogaverit: Quanti tu eum emisti? quantum pretii in arca habeo *l.* 7. §. 2. *D. de contr. emt.* Vid. infra sub art. *pretium*.

Incertam quantitatem continet stipulatio judicatum solvi, & rem ratam habiturum dominum, & damni infecti, & his similes *l.* 2. §. 2. *D. de prat. stip.*

Incerta res *l.* 30. §. 5. *D. ad Leg. falcid.* id est generaliter legatæ.

Incerta stipulatio est, ubi non adparet, quid, quale, quantumque est in stipulatione *l.* 75. *D. de verb. oblig.* Si ita stipulatus fuero, pecuniam te mihi crediturum spondes? *Incerta* est stipulatio, quia id venit in stipulationem, quod mea interest *l.* 68. *D. de verb. obl.* Qui ex pluribus fundis, quibus idem nomen impositum fuerat, unum fundum, sine ulla nota demonstrationis stipulatur, *incertum* stipulatur.

Incertum absolute pro ipsa incertitudine ponitur. Sic *incertum* ætatis, ac restitutionis *l.* 48. *D. de fidejuss.* antiquitatis *l.* 1. *C. Th. de respons. prud.* belli Tacit. *lib.* 4. *c.* 23. cautionis *l.* 16. §. 14. *D. ad SC. Trebell.* conditionis *l.* 11. *D. de bon. poss. sec. tab.* contentionis *l.* 1. *C. Th. de equ. curul.* litis *l.* 20 *C. d. mand.* maris Tacit. *lib.* 3. *Annal. c.* 54. rei .. 12. *D. de act. emt.* successionis *leg.* 14. *D. de transact.* venerationis Apulei. *lib.* 4. *metam. p.* 156. Add. Voss. *de vet. serm. lib.* 1. *c.* 26. Ob. Giphan. *ad l.* 1. *C. de pact.* Andr. Alciat. *parerg. jur. lib.* 9. *c.* 20.

INCESSANTER sine intermissione *l.* 28. *C. Th. de cohortal.*

INCESSIS. Ex *incessibus*, atque adcrescentibus *l.* 7. *in fin. C. Th. de tyronib.* Vid. supra art. *incensiti*.

INCESTARE pro polluere. *Incestare* sacramenta, quod de rebaptizantibus usurpatur *l.* 2. *Cod. Th. ne sanct. bapt. iter.* *Incestare* publicos oculos, & confundere aspectum *l.* 13. *C. Th. de re milit.* infaustis adspectibus oculos hominum *l.* 13. *C. Th. de sepulcr. viol.* Virgil. 4. *Aen. v.* 150. totamque *incestat* funere classem.

INCESTUM, *i*, vel *incestus*, *us*. Utraque enim declinatione uti Jurisconsultos, ipse Brissonius *in parerg. c.* 54. observaverat. Sed non est hæc forma jurisconsultis propria. Ipse enim Cicero non modo *incestum* dixit *Partit. orat. c.* 34. & *pro Milone cap.* 22. verum etiam incesta *lib.* 4. *Tuscul. Quæst. c.* 35. & *incestis lib.* 2. *de Legib. cap.* 16. Sed & Livius promiscue dixit *incesta lib.* 4. *cap.* 44. & *incesto lib.* 8. *c.* 15. nec non *incesti lib.* 2. *c.* 42. Vid. Du Ker. *de Latinit. jurisc. pag.* 337. Præterea & adjectivum *incestus*, *a*, *um* in jure nostro frequentissimum esse, exempla docebunt. HEIN.

Incestum vero committere dicitur, si quis ex his, quas moribus prohibemur uxores ducere, duxerit *l.* 39. *D. de rit. nupt.* Ulpian. *Reg. tit.* 5. §. 7. Si quis eam, quam non licet, uxorem duxerit, incestum matrimonium contrahit. Justinianus §. 1. *Inst. de nupt.* Inter eas personas, quæ parentum, liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt, veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem, vel matrem & filium, vel aviam & nepotem, & usque ad infinitum. Et si tales personæ inter se coierint, nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Idem habet Caius *l.* 1. *Inst. tit.* 4. §. 8. Ex quibus intelligitur *incestas* proprie esse nuptias inter propiores, cognatos, & adfines. Alias enim nuptiæ jure civili prohibentur tamquam *indecora*, vel *noxia*. Illæ prohibitæ erant (1) inter senatores senatorumque liberos, & libertinas, aliosque vilioris conditionis, vel turpis vitæ personas *l.* 44. *pr. D. de rit. nupt.* (2) Inter ingenuum, & eam, quæ artem ludicram, lenocinium, vel quæstum corpore fecerat, nec non a lenone manumissam, vel in adulterio deprehensam, vel judicio publico damnatum *leg.* 43. *D. eod. tit.* (3) Inter adulterum, & adulteram, raptorem, & raptam *l.* 26. *D. eod. tit. l. un.* §. 1. *C. de rapt. virg. Nov.* 134. *c.* 12. (4) Inter vitricum, & privigni viduam *l.* 15. *D. de rit. nupt.* (5) Cum ea, quam uxor post divortium ex alio viro peperit §. 9. *Inst. de nupt.* Tamquam *noxia* prohibentur nuptiæ I. Christiani cum Judæa, vel contra *l.* 6. *C. de jud.* II. Tutoris vel curatoris, filiive ejus cum pupilla, vel adulta, rationibus nondum redditis *l.* 59. *seq. D. de rit. nupt.* III. Præsidis vel alius cujuscumque, qui officio publico præest in provincia, cum muliere provinciali *l.* 57. *leg.* 63. *D. de rit. nupt.* IV. Clericorum aliorumque, qui castitatis voto sese obstrinxerunt *l.* 44. *Cod. de episcop. & cler. Nov.* 6. *c.* 1. §. 7. *Incestum* autem vel jure *gentium*, vel *civili* committitur. Jure gentium incestum committit, qui ex gradu descendentium uxorem duxerit *l. ult. D. de rit. nupt.* Jure vero civili, quoties soli juris civilis observatio intervenit, veluti quum ex latere eam ducimus, quam vetamur, vel adfinem, quam propter publicam honestatem impedimur *d. l. ult. D. de rit. nupt.* & *l.* 38. §. 1. *D. ad leg. jul. de adulter.* Si noverca privigno, nurus socero pecuniam dotis nomine dedit, jure gentium incestum committitur *l. ult.* 2. *ult. D. de condict. sin. causs.* nimirum, quod hæ personæ inter se parentum, liberorumque loco sunt *l.* 16. *D. solut. matrim.* §. 7. *Inst. de nupt.* Spartian. *in Antonin. Carac. cap.* 10. de ejus cum Julia noverca nuptiis agens: *Ad parricidium*, inquit, *junxit incestum*.

Et hoc est *incestum*, quod per nefarias nuptias contrahitur. Interdum vero citra ullam matrimonii conjunctionem, solo nefario coitu, *incestum* committitur. Etiam si concubinam quis habuerit sororis filiam, licet libertinam, *incestum* committitur *l. 56. D. de rit. nupt.* Sueton. *in Neron. c. 5.* Incestique cum sorore Lepida sub excessit Tiberii reus. Non. Marcell. *Incestum* usu dicitur flagitium in adfines admissum.

Rectius hæc omnia se habent, quam sententia Cujacii, qui quum in *l. 1. D. de conc.* leg flet, eas personas, quas uxores habere non liceret, concubinas haberi potuisse *lib. 5. obs. c. 6.* etiam proximas cognatas & adfines non quidem duci in matrimonium, at in concubinatu tamen haberi potuisse, statuit, idque probare nititur ex *l. 16. D. de his, quæ ut indign.* ex qua colligit Cocceium Cassianum V. C. primum Rufinam in matrimonio, ac deinde ejus filiam, privignam suam, in concubinam habuisse. Sed Rufina ipsa fuerat Cassiani concubina, ejusque filiam vulgo quæsitam ante concubinatum Cassianus nepti suæ heredem substituerat, uti pluribus ostendit Hein. *in Comm. ad Leg. Jul. & Pap. Pop. lib. 2. c. 1. p. 108. seq.*

Denique *incesti* crimen vel solum est, vel adulterio conjungitur *l. 39. §. 5. D. ad Leg. Jul. de adult.* Add. *l. 38. eod. tit. l. 5. D. de quæstion.*

Incesta etiam Vestalium virginum dicebantur, ut apud Plin. *lib. 28. c. 2.* & Sueton. *Domit. c. 8.* Quo exemplo Isidor. *lib. 5. orig. c. 26.* Incesti, ait, judicium in virgines sacratas, sive in propinquos sanguine constitutum est. Idem *lib. 9.* Incestus propter illicitam commixtionem vocatur, quasi incestus, sicut qui virginem sacram, vel adfinitatis suæ proximam stupraverit.

INCHOARE, incipere, seu novi quid adgredi. Hinc rem cœptam perficere, & novam inchoare opponuntur *l. 42. D. de adquir. vel omitt. her.* Nova quoque negotia inchoare, & vetera explicare, adversantur *leg. 21. §. 2. D. de negot. gest.* itemque factam donationem confirmare, & novam inchoare *l. 96. §. ult. D. de donat. int. vir. & ux.* ut & inchoare negotia, & consummare *l. 21. §. 2. D. de negot. gest.* *Inchoatum* crimen *l. 13. C. ad Leg. Jul. de adult.* Inchoatalis *l. 5. D. rat. rem hab.* quæstio *l. 32. D. de min.* usucapio *l. 24. D. de usurp. & usuc.*

INCEDERE, antepenultima correpta, pro cadere, vel decidere. Si bos in fossam inciderit *l. 7. §. 8. D. quod vi aut clam.* in laqueum aper incidit *l. 55. D. de adquir. rer. dom.* Incidit glans in fundum *l. 9. §. 1. D. ad exhib.*

Metaphorice *incidere* dicimur in ea, in quæ casu, & eventu magis, quam voluntate, aut judicio devenimus. Etiam si mater in caussam furtivam inciderit *l. 3. C. de usuc. pro emt.* Cum coherede non contrahimus, sed in eum incidimus *l. 25. §. 16. D. famil. ercisc.* Quum non adfectione societatis incidimus in communionem, ut evenit in re duobus legata *l. 3. D. pro soc.* Incidere in fures *l. 50. §. ult. D. de furt.* in furorem *l. 44. §. 6. D. de adquir. rer. dom.* in tempestatem, & vim fluminis *l. 2. D. si quis caut. in judic. sist.* in adversam valetudinem *l. ult. D. de rei vind.* Pupillus non ipse contraxit, sed in tutorem incidit *l. ult. D. rem. pupill. salv.* Incidit quis in tempus pupilli *l. 38. D. de min.*

Incidere pro pertinere. Quidquid per vim fit, aut in vis publicæ, aut in vis privatæ crimen incidit *l. 152. D. de reg. jur.* Incidere in eam definitionem *l. 27. D. de aur. arg. leg.*

Incidere dicuntur in jura, qui contra ea peccati quid committunt, sed & facta *incidunt* in legem, quæ legi sunt obnoxia *l. 60. D. ad Leg. Falcid.* In justam accusationem incidit *l. 5. C. de accusat.* Incidit in injuriarum actionem *l. 44. D. de obl. & act.* *Incidere* in Aquilliam *l. 34. D. de obl. & act.* in caussam commissi *l. 16. §. 1. D. de publican.* in Corneliam *l. 13. §. ult. D. de Leg. Corn. de sicar.* in criminis suspicionem *l. 2. C. de furt.* in edictum *l. 8. §. ult. D. de edend.* in interdictum *l. 20. D. quod vi aut clam.* in legum laqueos *l. ult. C. de bon. quæ lib.* in legem *l. 8. D. quod met. caus.* & apud Quinctilian. *Declam. 263.* in obligationem *l. 81. D. de solut.* in pœnam *l. 7. D. de serv. export.* in senatus consultum *l. 22. §. 7. D. de Leg. Corn. de fals.* in sententiam edicti *l. 20. §. 1. l. 27. D. si quis omiss.* in verba constitutionis *l. ult. D. qui pet. tut.* in severitatem legis *l. 8. C. de Leg. Cornel. de fals.* in Turpillianum *l. 14. §. 1. D. de bon. libert.* in voluntatem SC. *l. 73. §. 1. D. de hered. inst.*

Incidere denique dicitur, quod contingit, accidit, evenit. Quicumque casus inciderit *l. 39. §. 1. D. de fideic. libert.* Incidunt caussæ *l. 8. §. 8. D. de transact.* & apud Cic. *de offic. lib. 3. c. 3.* Quæcumque incidisset controversia *l. 6. §. 1. D. quod cujusque univ. nom.* Incidentia damna *l. 30. §. 5. D. ad Leg. Fal.* Justa deliberatio incidit *l. 13. §. 1. D. ad SC. Trebell.* Ubi falsi examen inciderit *l. 22. C. ad Leg. Corn. de fals.* Ex facto cum incidisset *l. 39. D. de furt.* Scio, illud aliquando incidisse *l. 3. §. 2. D. de minor.* Si qua illa incommoditas ei post arbitrium susceptum incidat *l. 16. D. de recept. arb.* Incidente infirmitate, vel necessaria protectione *l. 18. §. 1. D. de judic.* Multa merita incidere possunt *l. 15. §. 1. D. de manum. vind.* Incidit quæstio *l. 3. C. de ord. judic.* Ex facto incidit species talis *l. 83. D. de legat. 1.*

Incidere, antepenultima producta, significat excidere, exsecare, concidere. *Inciditur* lapis, vel terra *l. 1. §. 1. D. de riv.* Inciso lino *l. 28. §. 1. D. de lib. leg.* *Incidere* tabulas *l. ult. D. de injust. rupt. irrit. l. ult. D. de his quæ in test. del. l. 16. §. ult. D. de his quæ ut indign. l. 11. §. ult. D. de bon. possess. sec. tab. l. 20. §. ult. D. de test. mil.* non est, ipsas ceratas tabulas, ipsum-

ipſumve linum concidere, & in partes ſecare, ſed linum, quo ligatæ erant tabulæ, ſeu quod tabulis ter quaterve erat circumductum, incidere, & rumpere, ut docent *l. 3. §. 23. D. de SC. Silan. l. 1. §. 10. & §. 11. D. de bon. poſſ. ſec. tab.* Plerumque enim teſtatores non ea mente, ut inteſtati morerentur, tabulas incidebant, ſed, ut aperirent, & quod in iis ſcriptum erat, re cognoſcerent, deinde eas rurſus ſuo ſigno, & ſigillo ſignabant, ut conciderentur *l. 1. §. 3. D. de his, quæ in teſtam.* ut adparet ex *d. l. 20. §. ul. D. de teſt. mil.* At *incidere* teſtamentum in *l. 15. §. 1. D. de teſt. mil.* eſt dolere.

INCILE, IS, eſt locus depreſſus ad latus fluminis, ex eo dictus, quod incidatur. Inciditur enim vel lapis, vel terra, unde primum aqua ex flumine agi poſſit *l. 1. §. 1. D. de riv.* Menagio *Amæn. jur. civ. c. 39.* potior videtur originatio Voſſii, qui ab *inciendo* derivat. *Incile* ducere *l. 1. §. 5. D. ne quid ex flum. publ.* Prima *Incilia*, vel principia foſſarum, quibus aquæ ex flumine, vel ex lacu in primum rivum communem pelli ſolent *l. 1. §. 8. D. de aqu. quotid. & æſtiv.* Cato *de re ruſt. c. 155.* In monte foſſas inciles puras habere oportet. Et mox: Incilia aperire, aquas deducere. Columella *lib. 1. c. 9.* Si olea in olivo ſit, incilia excitantur, quæ limoſam aquam ad codicem deducant. Sed de illo loco Catonis ſuſpicatur Briſſonius vocem *foſſas* e gloſſemate eſſe, non ab auctore. Feſtus: *Incilæ*, vel ut alii legunt, *incilia*, foſſæ, quæ in viis fiunt, ad deducendam aquam, ſive derivationes de rivo communi factæ. Apulei. *lib. 9. de aſin. aur. p. 221.* Rurſum ad viam prodeunt lacunoſis incilibus voraginoſam.

INCISIO proprium architecturæ vocabulum *l. 3. C. Th. de excuſ. artif.* Græci κατατομας, εγκομματα, εγκοπας, χαλκοπας dicunt, quibus nempe Architecti fabricationi modum dant.

INCIVILE dicitur, quod iniquum, injuſtum, novum, & rationi, æquitatique conſentaneum non eſt. Curatoris libertum eam pupillam, cujus patronus res adminiſtrat, uxorem ducere, ſatis incivile eſt *l. 66. §. ult. D. de rit. nupt.* *Incivilis* debitoris audacia. *Inciviles* pœnæ, quibus invitus homo facere non poteſt *l. 9. §. 19. D. de pœn.*

INCIVILITER, & *civiliter* opponuntur *l. ult. §. ult. D. quod met. cauſ.* ubi inciviliter extorta dicuntur, quæ quis ab adverſario per vim, adparitione præſidis interveniente, coactus eſt dare: *Inciviliter* cuſtodiendo athletam *l. ult. §. 2. D. eod. tit.* Inciviliter inſtituti rivi *l. 2. D. de extraord. cogn.*

INCLAMATUS. Per longioris temporis intervalla inclamatus advertat confutari debere *l. un. C. Th. ſi cert. pet. de chirogr.*

INCLEMENS fortuna de naufragio *l. 5. C. Th. de naufrag.*

INCLINARE, proclivem eſſe, ad aliquid. *Inclinandum* eſt *l. 22. §. 1. D. inoff. teſt. l. 81. §. 3. D. de legat. 1.* In contrarium inclinat pater *l. 8. §. 1. C. de bon. quæ lib.* Inclinat Julianus in hoc *l. 42. D. de adquir. vel omitt. her.* In hanc ſententiam inclinat *l. 7. §. 2. D. de pecul.*

Inclinari, paſſive, labi, peſſum ire. Sic miſeræ humilitatis *inclinari* deſpectu *l. 41. Cod. Theod. de epiſc.* Ne plebi mixta dignitas inclinetur *l. 12. Cod. Theod. de Legat.* ubi nulla neceſſitate alii tentant, *inquinetur*. Si arbor ex vicini fundo vento inclinata in tuum fundum ſit *l. ult. D. de arb. cæd.*

INCLUDERE judicio actiones *l. 130. D. de reg. jur.* hominem in arcula *l. 11. §. ult. D. ad Leg. Jul. pecul.* *Incluſæ* litteris interrogationes *l. 6. D. de cuſtod. & exhib. reor.*

INCLYTUS, A, UM, vel *Inclitus*. Id Servius Græcum vocabulum eſſe notat *ad Aen. lib. 6. v. 781.* *Nam* κλυτον, inquit, *glorioſum dicunt*. Inclytæ civitates *l. ult. Cod. de commerc. & mercat.* *Inclyta* nobilitas *l. 17. §. 1. D. de excuſ.* *Inclyta* urbs, id eſt, Conſtantinopolis *l. 11. C. de adſeſſor.*

INCOGNITA cauſſa condemnare Cic. *de Nat. Deor. lib. 2. c. 29.* *Incognitum* legibus *l. 21. in fin. C. de legib.*

INCOLA eſt, qui in aliquam regionem domicilium ſuum contulit, quem Græci παροικον adpellitant. Nec tantum hi, qui in oppido morantur, incolæ ſunt, ſed etiam, qui alicujus oppidi finibus ita agrum habent, ut in eum ſe, quaſi in aliquam ſedem, recipiant *l. 239. §. 2. D. de verb. ſignif.* *Incola habetur* ο εν αγρω καταμενων, ο γαρ εκειτις της πολεως, εξαιρετοις μη χρωμενος, ουτος ου νομιζεται ειναι: Incola *habetur, qui in agro permanet*. At qui extra agrum illius civitatis *præcipuis non utitur, non exiſtimatur eſſe incola l. 35. D. ad municip.* Vetus Gloſſarium Græcum: *Incola* ο παροικος, ο και αλλαχου εν πολει, η εν χωρα την οικησιν εκτησατο, *qui & alibi in urbe, vel ruri domicilium poſſidet*. Mulier, quamdiu nupta eſt, incola ejuſdem civitatis videtur, cujus maritus ejus eſt *l. ult. §. 3. D. ad municip.* Incolæ quos ſibi quæque civitates vindicant *l. 37. D. eod. tit.* Add. *l. 2. D. de veteran. l. 7. §. 10. D. de interd. & releg.*

Incola porro a cive, & municipe ſeparatur *l. 20. l. 29. l. 34. D. ad municip. l. 6. in fin. l. ult. §. 22. D. de mun. & hon. l. 11. C. de adpell.* Nam *cives* vel origo, vel manumiſſio vel adlectio, vel adoptio, *incolas* vero domicilium facit *l. 7. C. de incol.*

INCOLATUS *l. 34. D. ad municip. l. 5. l. 12. l. 46. l. 52. l. 141. C. Th. de decur.* ubi in *l. 52.* male, ut videtur, legitur *incolonatus*.

INCOLERE. In ea provincia, quam incolit *l. 7. §. 11. D. de interd. & releg.*

INCOLORATE reſtitui deſiderantem *l. 18. D. de minor.* *Colorate*, inquit Ducker. *de Latin. vet. juriſc. p. 322.* *habet Quinctilian. Decl. 285.* *Colorate* adfert

quidem iste tale patrocinium. Itaque nec *incolorate* rejiciendum opinor. Hein.

INCOLUMIS, *e.* tum de rebus, tum de personis dicitur. Sic *incolumis* actio perseverat *l.* 1. *C. de com mun. rer. alien.* Incolumes ædes, id est, integræ, non vitiosæ *l.* 13. §. 2. *D. de dam. infect.* Ut quartam partem debitæ ab intestato portionis præstet incolumem *l.* 2. *C. de inoff. test.*

Incolumes liberi *in l.* 1. §. *ult. l.* 2. §. 1. *D. de vacat. & excus. mun. l.* 30. *D. de solution. l.* 1. *C. qui num. liber.* Speciatim sunt superstites, uti explicatur in *pr. Inst. de excusat. tut.* vel vivi, ut *l.* 2. §. 4. *D. eod. tit.* Quinque *incolumium* liberorum pater *l.* 4. *D. de mun. & hon. l.* 1. *C. de Legation.* Cic. *lib.* 1. *de Invent. c.* 30. Nemo est, qui non liberos suos, & incolumes, & beatos esse cupiat.

INCOMMODARE. Si incommodatur ad usum manus *l.* 14. §. 6. *D. de Ædil. edict.* Incommodare navigationem *l.* 1. §. 15. *D. de flumin.* id est, difficiliorem facere.

INCOMMODE. Non *incommode* dici potest l. 1. §. 4. *D. de collat.* potest adhiberi distinctio *l.* 95. §. 5. *D. de solut.* Quicumque locus in palatio privatis ædificiis incommode occupatus est *l.* 45. *C. Th. de oper. publ.*

INCOMMODITAS incidit arbitro *l.* 16. *D. de recept. arb.* Incommoditas rivi *l.* 1. §. 6. *D. de itin. actuq. priv.*

INCOMMODUM, substantive, quævis molestia, & onus. Hinc opponuntur *commodum*, & *incommodum* personæ *l.* 137. §. 4. *D. de verb. oblig.* commoda, & *incommoda* hereditaria *l.* 1. *D. de bonor. possess.* Junguntur etiam commodum, & *incommodum* emtoris *l.* 7. *D. de peric. & commod.* Secundum naturam est, cujusque rei incommoda eum sequi, quem sequuntur incommoda *l.* 10. *D. de re ul. jur.* Inter heredes commoda, & *incommoda* communicantur *l.* 19. *D. famil. ercisc.* Reipublicæ incommodum est, curias hominum paucitate languescere *l.* 32. *C. Theod. de decurion.* Incommodum dare *l.* 26. §. *ult. D. de oper. libert.* sustinere *l.* 37. *D. locat.* sentire *l.* 4. *D. de novat.* Illud *incommodi* sequitur *l.* 5. §. 4. *D. de nov. op. nunc.* Sine *incommodo* publico *l.* 14. *D. de servit.* rei familiaris *l.* 96. *D. de legat.* 1. Cum aliquo incommodo *l.* 1. §. *ult. D. si usufr. pet.*

Incommodum pro pœna. Sic *incommodum* deportationis *l.* 92. *C. Theod. de decurion.* Quinque librarum auri mulctetur incommodo *l.* 18. *C. Th. de diverf. offic.*

INCONCUSSA æternitas *l. ult. C. Th. de cens.* firmitas *l.* 30. *in fin. C. de donat.* possessio *l.* 4. *C. quib. non objic.*

Inconcussum jus *l.* 5. *C. de liberal. causs.* robur *l.* 50. *C. Th. de oper. publ.*

INCONGRUENS est, uxorem marito annulum præstare *l.* 33. §. *ult. D. de donat. int. vir. & ux.* Incongruens insinuatio *l.* 13. *in. fin. C. de test.*

INCONGRUUS judex *l.* 1. *C. de jurisd. omn. jud.* Ea voce præter Veget. *lib.* 2. *c.* 19. utuntur Apuleius *lib.* 3. *de habit. doctr. Plat.* & Symmach. *lib.* 4. *epist.* 8. ut adeo a censu Latinorum non videatur penitus excludenda, quamvis *incongruens* latinis dici non negemus. Ad *incongruam* sibi fortunam adspirare *l.* 138. *C. Th. de decur.*

INCONSIDERANTER *l.* 3. §. 17. *D. de susp. tut.*

INCONSULTE, imprudenter, inconsiderate. Non *inconsulte* accidens damnum, sed fato *l.* 11. §. 4. *D. de minor.* Ne minores *inconsulte* libertatem amittant *l.* 16. *C. de liberal. causs.* Inconsulte jurare *l.* 2. *C. de Leg. jul. majest.*

INCONSULTO & *consulto* opponuntur *l.* 1. §. 1. §. 3. *D. de his quæ in test. del.* Sic *inconsulto* deletum nomen heredis *l.* 1. *D. si tab. test. null. exst.*

INCONSULTUS, *a*, *um*. Ut *inconsulti* animi a repudio mittendo detrimento retrahantur *l.* 8. *C. de repud.* Inconsultus calor calumniæ vitio caret *l.* 1. §. 5. *D. ad SC. Turpill.* Si inconsulto dolore adulterum interemit *l.* 4. *C. ad Leg. jul. de adult.* Inconsulto errore lapsus *l.* 6. *Cod. si maj. fact. alienat. fact. sine decr. rat. hab.* Inconsulta facilitas *l.* 11. §. 4. *D. de minor.* Inconsulto Prætore *l.* 5. §. 4. & §. 5. *D. de reb. eor. qui sub tut. vel cur.*

INCONVENIENS, incongruens, & indecorum *l.* 34. *D. de oper. libert.* Inconveniens bellico operi *l.* 23. *C. Th. de decurion.* id est, ineptus.

INCONVULSA simplicitas *l. un. C. Th. de Hirenarch.*

INCORPORALES res *corporalibus* adversantur. Sunt autem tales res, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes, quoquo modo contractæ, item servitutes prædiorum urbanorum, & rusticorum *l.* 1. §. 1. *D. de rer. divis.* §. *un. Inst. de reb. corp. & incorp.* Servitutes etiam prædiorum rusticorum, etiam si corporibus accedunt, incorporales tamen sunt *l.* 14. *D. de servit.* Incorporales res traditionem, & usucapionem non recipere manifestum est *leg.* 43. §. 1. *D. de adquir. rer. dom.* Eædem enim possideri nec intelliguntur, ceu ex *l.* 4. §. 27. *D. de usurp. & usuc.* diximus.

INCORPORATIO bonorum ad fiscum devolutorum *l.* 1. *l.* 12. *l. ult. C. Th. de bon. proscript.*

INCORRUPTA ordinis adstipulatio *l.* 117. *C. Th. de decur.* obligatio *l.* 26. §. 4. *D. de condict. indeb.* villa *l.* 25. §. 3. *D. locat. conduct.* fides instrumentorum *l.* 11. *C. de fid. instr.*

Incorruptum depositum *l. ult. D. depos.* jus *l.* 9. *D. de liberal. causs.*

INCREDIBILITAS, Incredibilitatis prætextu patientiam adumbrare *l.* 29. *D. ad Leg. jul. de adult.* Alibi vix legitur hoc vocabulum. Immo in hac ipsa

sa *l. 29.* vulgata editio habet *incredibilitatis*, quo vocabulo & Apulei. *lib.* 1. *metam. p.* 11. usus est, *Hein.*

INCREMENTUM, generaliter pro quolibet augmento ponitur. Et ita alluvio definitur esse incrementum latens §. 30. *Inst. de rer. divis.* similiterque in alluvione latitare incrementum, ait Ulpianus *in l.* 9. §. 4. *D. de usufr.*

Incrementum actionis, quæ per inficiationem crescit, id est duplum *l.* 20. §. 4. *D. de hered. pet.*

Incrementum Nili *l.* 10. *D. de extr. crim.* quod teste Plinio *lib.* 5. *cap.* 9. est cubitorum decem & octo. Vide etiam eumdem Plin. *lib.* 18. *c.* 18.

Incrementum specialiter pro accessionibus, fructibus, vel usuris usurpatur. Cum *incremento* fideicommissum præstare *l.* 43. §. 1. *D. de legat.* 2. Cum incremento restituere hereditatem rogatus heres *l.* 3. §. 5. *D. de SC. Trebell.* Suet. *in Aug. c.* 66. Legata, vel partes hereditatum a quibuscumque parentibus relicta sibi, aut statim liberis eorum concedere, aut, si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum cum incremento restituere consueverat. Μετα προσοδων, dixit Dio *lib.* 56. *p.* 591. ubi Suetonii verba modo citata Græce referuntur ita: Και τοις παισιν ων μικρων ετι οντων, τας πατερας των ουσιων εκεκληρονομηκει, προσεταξε παντας, μετα των προσοδων, επειδαν ανδρωθωσιν αποδοθηναι, οπερ που και ζων εποιει, ει γαρ τινα τεκνα εχοντα διεδεξατο, τοις παισιν αυτου παντας, ει μεν ηδη τοτε τελειοι ησαν, ουτως, ει δε μη, μετα τουτο παντα απεδιδου, Pueris etiam, quorum paternas, ipsis adhuc puerilem ætatem agentibus, hereditates adierat, patrimonia cum incremento jussit reddi, simul ac virilem ætatem attigissent, quod idem superstes etiam observaverat, ut, si cujus heres fieret, cui liberi essent, omnino his paterna bona, vel statim, si adulti essent, vel postea omnia restituerat.

Incrementum usurarum *l.* 24. *D. depos.*

INCRESCERE. Crescere eam aquam, quæ colorem mutet, & increscat *l.* 1. §. 16. *D. de aqu. & aqu. pluv. arc.* Quæ verba cum sensum non habeant, pro *increscat nigrescat* reponendum est cum Rad. Fornero *Reg. quotid. lib.* 1. 1. *c.* 16. Nam & quod de colore mutato præcedit, id postulat, & ea emendatio satis convenit, veterum sententiæ, qui aquam fluctibus nigrescere existimabant. Gell. *lib.* 1. *c. ult. Hein.*

INSCRUSTARE parietem *l.* 13. *D. de serv. urb. præd.* id est, crusta marmoris operire, uti loquitur Plin. *lib.* 35. *cap.* 6. seu marmore, in tenues crustas, seu lamellas secto, tegere, quod utique in usum luxuria invexit. M. Senec. *lib.* 2. *Controv.* 1. In hoc ergo, ait, exitus varius ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat. Lucan. *lib.* 10. *v.* 114. *Nec summis crustata domus, sectisque nitebat Marmoribus*. L. Senec. *Epist.* 86. Pauper sibi videtur ac sordidus, nisi Alexandrina marmora Numidicis crustis distincta sint. Plinius autem *lib.* 35. *c.* 30. ut marmor in eam rem secaretur, tradit his verbis: Arena hoc fit, & ferro videtur fieri, serra in prætenui linea premente arenas, versandoque tractu ipso secante. Adde Isidor. *lib.* 19. *c.* 13. Hinc

INCRUSTATIONES, quæ in impensis voluptuariis numerantur *leg.* 79. *D. de verb. signif.* & a tectoriis eo differunt, quod illæ solido de marmore, subductis & subtractis crustis, parietes operirent, his vero e marmore contuso, cribrisque excreto, & arenato, cum calce mixto, parietes inducerentur, diligentique fricatione levigarentur, ut Vitruv. *lib.* 7. *Architect. c.* 6. docet.

INCUBARE, ut Serv. *in lib.* 1. *Æn. v.* 93. ad hæc verba: *Ponto nox incubat atra*. Scribit, proprie est, per vim rem alienam velle retinere. Unde.

INCUBATIO detentio rei *l. ut. C. ne rei dom.* Incubatio diuturna *l.* 15. *C. Th. de jur. fisc.* quæ in eadem lege longi temporis præscriptio dicitur. Et

INCUBATOR adpellatur injustus possessor. B. Augustinus *Homil.* 30. *Non erit vox justi possessoris, sed impudentis incubatoris improbitas*. Et ita incubatores pro injustis detentoribus *in l.* 20. *C. Th. de pagan sacrif.* Hinc & Serv. *in lib.* 7. *Æn. v.* 266. tyrannum, & suorum temporum loquendi *imperii incubatorem* interpretatur.

INCULPATIM *l.* 20. *Cod. Th. de palatin. sacr. larg.*

INCULPATUS, qui culpa caret *l.* 34. §. 4. *D. de legat.* 2. Macrob. 4. *Saturn.* 7. Omnis culpæ privatio inculpatum facit. Hinc honestæ, & inculpatæ vitæ testis, & *notatus*, & reprehensibilis adversantur *l.* 3. *D. de testib.* Inculpata est mora *l.* 9. §. *ult. D. de usur.* id est, reprehensione caret. Inculpatæ tutelæ moderatio *l.* 1. *C. unde vi.*

At *in lib. feud.* 1. *tit.* 19. §. 1. his verbis: Si unus *inculpatus* fuerit, una de his nominatis culpis, item *in Leg. Salic. tit.* 43. Si cujus servus in futurum fuerit *inculpatus &c.* item *Leg. Burg. tit.* 8. *de ingenuis inculpatis*, hoc vocabulum idem ac *culpatum* significat.

INCULTI agri *l.* 7. *D. de jur. delib.*

INCUMBERE rei est eam detinere *leg.* 2. *C. de fruct.* Ita *incumbere* bonis alienis *l.* 3. §. 15. *D. de susp. tut.* pignori *l.* 55. *D. de furt.* possessioni bonorum *l.* 1. §. 1. *D. ut legat. seu fideic.* civiliter aut nutu liter *l.* 3. §. *ult. D. de exhib.* corpore & animo *l.* 19. *D. de adquis. poss.*

Incumbere alicui dicitur id, cujus onus ei injunctum, necessitasve imposita est. Si heredi defensio mortis incumbit *l.* 5. §. *ult. D. de SC. Silan.* Incumbit onus probandi *l.* 20. *C. de probat.* probatio *l.* 1. *l.* 2. *D. eod. tit.*

INCUNCTABILE est, id est, nullam habet dubitationem *l.* 21. *D. de testib.*

INCUNCTANTER *l. 20. D. de manum. vind. l. 58. Cod. Th. de haret.*

INCURIA necatus *l. 5. §. ult. D. ad SC. Silan.* id est, per servorum incuriam negligentiam. Incuria supponentis ignem Paull. *lib. 5. Sent. tit. 20. §. 5.*

INCURRERE incidere. Incurrere aculeos legis *l. 1. C. ut intr. cert. temp.* in legem Paull. *lib. 5. Sent. tit. 23. §. 2.* periculum Paull. *lib. 1. Sent. tit. 12. B. §. 1.* majestatis crimen *l. 1. C. de priv. car.* Si quis stilum proscriptionis incurrerit *l. 7. C. de bon. proscript.*

Incurrere intervenire. Quamvis temporis *incurrat* compendium *l. 17. §. ult. D. de castr. pec.* incurrebat hæsitatio *l. 42. D. de mort. causs. don.* Nihil præjudicii cuicumque incurret *l. 12. §. 2. C. de reb. cred.* Si nulla fraudis incurrat suspicio *l. 3. D. de separat.* In his quæ extra testamentum incurrerent *l. 16. D. de cond. & demonstr.* Incurrit tractatus *l. ult. D. si pars hered. pet.* partium *l. 13. §. 1. D. de donat. int. vir. & ux.* Lapsum temporis incurrere *l. 2. C. Th. de tempor. curs.*

Si fune rupto, aut cum a nullo regeretur navis incurrisset *l. 29. §. 4. D. ad Leg. Aquil.*

INCURSUS fluminis Plin. *lib. 10. Epist. 73.* hostium *l. 15. §. 1. D. locat.* latronum *l. 24. D. locat.* prædonum *l. 1. §. 1. D. de obl. & act.* id est, impetus, ut *l. 23. in fin. D. de reg. jur.* Reciprocos pœna sortiatur *incursus l. 7. C. Th. de accus. & inscript.* obscura phrasis, de cujus genuina significatione disputat ibi Jac. Gothofred. Verba legis hæc sunt: *Hi, quos custodia delatæ criminationis includit, intra unius mensis spatium audiantur inquisitione completa, ne si delati criminis caussam segnius judicantis lenitudo distulerit, reciprocos pœnæ sortiatur incursus.* Ibi forte pro *sortiatur* reponi satius est *sortiantur*, ut sensus sit, ne hi, qui ob delationem a se factam in custodiam missi sunt, judicis dilatione diutius detineantur, neque ita, quod pœnæ accusatus meretur in eum, qui detulit, quodammodo redundet. Solebat enim accusator custodia inclu i, ceu patet ex *l. ult. C. de accus.* his verbis: Quisquis ille est, qui crimen intendit, in judicium veniat, nomen rei indicet, vinculum inscriptionis arripiat, custodiæ similitudinem, habita tamen dignitatis æstimatione, patiatur.

INCUS, *dis*, est, ut ait Papias, instrumentum, *quo fabri ferrum domant.* Si incudem, aut malleum fregit faber *l. 2. §. 1. D. de leg. Rhod.*

INCUSTODITÆ ædiculæ *l. 19. D. ad Leg. Jul. pecul.*

INDAGO, significatu proprio est retium, seu plagarum ambitus, quo silvæ, collesque a venatoribus, ferarum includendarum caussa, cinguntur. *Indaginem* plagis positis a venatore emere *l. 11. §. ult. D. de act. emt.* ubi *indaginem* emere est spem ex indagine posita emere, quemadmodum supra de retis jactu dictum est, art. *jactus.* Tibull. *lib. 4. Eleg. 3. v. 7.* Densos *indagine* colles Claudentem. Ovid. *lib. 7. metamorph. v. 767.* Venimus, & latos *indagine* cinximus agros. Lucan. *lib. 6. v. 42.* Et vasta silvas *indagine* clausit. Silius Italic. *lib. 10.* Tacitoque premens vestigia rostro Lustrat inaccessos venantum *indagine* saltus. Idem *lib. 13.* Mœnia flexa sinu, spissa vallata corona, Alligat, & telis in morem *indaginis* ambit. Stat. Papin. *lib. 3. silv. 5. v. 8.* Non grege Massylo, curvaque *indagine* clausus. Idem *lib. 2. Thebaid. v. 553.* Ut clausas *indagine* profert in medium vox prima feras. Symmach. *lib. 2. epist. 37.* Interea loci ferarum domos *indago* sollicitat.

Indago pro indagatione, seu investigatione, inquisitione *l. 22. C. ad Leg. Corn. de fals.*

INDEBITE, injuste, nulla ratione *l. 8. Cod. de profess. & med.* Alio sensu hæc vocula reperitur *in l. 25. §. ult. D. de preba.* eo scilicet, quo *indebito* dixit Ulpianus *l. 25. D. de condict. indeb.* de eo, quod non debetur, quamvis pro adverbio adjectivum *indebita* nonnullæ editiones reponant.

INDEBITUS *a, um, Indebitæ lucis usu pandæ mora*, induciæ, quæ reis condemnatis conceduntur *l. 7. C. Th. quorum adpell. non recip.*

Indebiti actio *l. 8. D. de aliment. vel cibar. leg.* quæ passim *condictio indebiti.* Indebitum autem solutum accipimus, non tantum quod omnino non debetur, sed & quod alii debetur, si alii solvatur *l. 65. §. ult. D. de condict. indeb.* immo & quod per aliquam exceptionem perpetuam peti non potest *l. 26. §. ult. D. eod. tit.* Vetus Glossarium Græcum *Indebitum* interpretatur κα α πλανην κα αξλ...ιν *per errorem solutum.* Nam per errorem, non item consulto dati, repetitio est *l. 54. D. de reg. jur.* Unde idem Vetus Glossarium; *Indebiti*, ait, *condictio*, ου κινω εις απαιτησιν τε κατα πλανην καταβληθεντος ωσπερ ει κα α πλανην εδοξε τινα χρεωστειν νομισματα αυτι, και καταβαλειν αυτα, quam moveo, ad repetendum id, quod per errorem solutum, veluti si per errorem quis putarit, se debere centum, quum quinquaginta debeat, & tantum solverit. *Indebitum* vero solutum, quum de repetitione agitur, est non debitum per errorem solutum *§. 6. Inst. de oblig. quæ quasi ex contr.* § 1. *Inst. quib. mod. re contr. oblig.* Et ita *indebitum* solutum accipe *in l. 50. D. de solut. l. 16. D. rat. rem hab.* Vid. supra sub art. *condictio.*

Indebitus honor dicitur, qui ante tempus adripitur *l. 4. Cod. Th. de decur.*

INDECORE *l. 48. D. de oper. libert.* & apud Cassiod. *l. 2. Var. c. 34.*

INDECORUM est, patrem a filio regi *l. 12. D. de tut. & cur. dat.*

INDEFENSUS, *a, um. Indefensa* persona *l. 5. §. 20.*

§. 20. *D. ut in poſſeſ. legat.* reſpublica *l. 1. C. de jur. reip.*

Indefenſum jus *l. 49. §. 1. D. de hered. pet.*

Indefenſus recte dici non poteſt, qui dominum præſentem non habuit *l. 2. D. de cuſtod. & exh. reor.*

INDEMNATUS cuſtodia defunctus *leg. 9. D. qui teſt. fac. poſſ.* id eſt, antequam de eo judicium redditum, & pronunciatum eſſet, ut *l. 2. §. ult. D. de bon. eor. qui ant. ſent.* Cic. *pro domo c. 4.* Poteſt igitur damnati pœnam ſuſtinere indemnatus. Et in *L. Piſon c. 13.* Indemnati civis, atque integri capitis proſcriptio.

INDEMNIS adpellatur, qui damnum non ſentit, qui nullo damno adficitur. Sic *indemnis fieri l. 5. §. 16. D. de tributor. act.* diſcedere *l. 27. D. de Ædil. edict.* Indemnem præſtare *l. 17. D. de admin. & peric. tut.* Hinc

INDEMNITAS damni reſtitutio *l. 33. D. de dol. mal.* De *indemnitate* cavere, id eſt, ſatiſdato cavere alicui, *indemnem* eum futurum, ejus negotii nomine, quo de agatur *l. 16. §. 14. D. ad SC. Trebell. l. 29. D. fam. erciſc. l. 29. D. de jur. dot.* Indemnitatem conſequi judicio *l. 1. §. 5. D. de contrar. tut. act.* præſtare *l. 63. D. de legat. 2.* repromittere *l. 1. C. de conven. fiſc. debit.* ſervare *l. 38. D. de Ædil. edict.* Indemnitati proſpicere *l. 3. C. famil. erciſc. l. ult. C. de in lit. jur.* ſatisfacere *l. 36. §. ult. D. ad municipal.* Indemnitatis ſecuritatem conſequi *l. 3. C. de conven. fiſc. debit.*

INDEPTUS. Vid. Infra *indipiſci*.

INDERE. *Indita* actio *l. 25. D. de adpel. & conſult. l. 9. C. Theod. eod. tit.* id eſt, actio inſerta, vel in acta relata. *Index* quid in aurum, argentum, æs publicum *l. 1. D. ad Leg. jul. peculat.* Pretium, quod dotali inſtrumento inditum eſt *l. 6. C. ſolut. matrim.* Si vera ſunt, quæ precibus indidiſti *l. 18. C. de prob.*

INDEVOTA *deſidia*. Ita pro devota reſcribit Jac. Gothofr. interpretaturque per moram in tributis exigendis, transferendiſque commiſſam *l. und. C. Th. de offic. vicar.*

INDEVOTIO *heredis* legitur *in l. 1. in fin. D. de penu leg.* quæ tamen verba Triboniani magis, quam Ulpiani phraſin ſapiunt, ut ex *l. ult. C. de fideic. libert. l. ult. C. de teſt. manum. l. 35. C. de don.* colligitur. Quamquam *indevotionis* vocem a barbarie adſerit Ambroſ. *de Elia c. 17.* quo peregrinum quidem receptum tamen bibendi pro ſalute principis morem, jam inde ſuis temporibus invaluiſſe oſtendit. *Quid memorem, ait, ſacramenta, quæ violare nefas arbitrantur: Bibamus, inquiunt, pro ſalute Imperatorum, & qui non biberit, ſit reus indevotionis. O pia devotionis obſequium!* Alia quædam de hoc vocabulo adnotavit Duker. *de Latin. vet. ICtor. p. 362. ſeq.* falſus tamen, nec *devotionem* nec *indevotionem* uſquam apud bonum auctorem hac notione legi.

Indevotio & ei, qui vitat, & fugit patriæ munera, tribuitur *l. 119. C. Th. de decur.*

Indevotionem exercere adverſus creditorem debitor dicitur, qui exactionem recuſat, ſeu debitum ſe adgnoſcere negat. Contra *devotionem* ſuam oſtendere dicitur, qui debitum adgnoſcet *in l. ult. C. de duob. reis ſtipul.*

INDEX, ut Aſconius Pædian. *in Divinat.* explicat, eſt, qui facinoris, cujus ipſe eſt conſcius, latebras indicat, impunitate propoſita. Græci μηνυτὴν ab eadem origine dicunt, & ita apud Ciceronem, Salluſtium, Livium, Tranquillum vox hæc accipienda eſt. *Ab indice nominati* Plin. *lib. 10. Epiſt. 97.*

Alias *Index*, ſcripturæ alicujus exemplum, ex authentico deſcriptum ſignificat *l. 2. D. de fid. inſtrum.* Paull. *lib. 5. Sent. tit. 12. §. 11.* Cujacius *lib. 5. obſerv. c. 25.* aliique magis putant brevem quamdam eſſe ſubnotationem ex ampliori pleniorique ſcriptura delibatam.

Ab hoc porro diverſum eſt, *per indicem*, quod παροιμιακῶς uſurpatur pro *ſummatim*, & διὰ συντόμου παραδόσεως explicat Theophilus *§. ult. Inſt. de publ. jud.* Aſcon. Pædian. *in Verrin. 3.* Antequam cauſa ageretur, quaſi per *indicem* res exponebant. Uſus eadem voce Juſtinianus *l. 1. §. 12. C. de vet. jur. enucl.* HEIN.

Index Legis apud Cic. Philipp. *1. c. 8.* eſt, quod *ſummarium* vulgari ſermone dicitur. Sic & librorum *indices* Cic. *lib. 2. de orat. c. 14.* Gell. *lib. 20. c. 11.* quos a Græcis συλλάβους adpellari ait idem Cicero *lib. 4. ad Attic. Epiſt. 4.* nimirum, quod breviter & ſummatim indicant, quid illis contineatur. Unde Juſtinianus *Conſtit. de concept. D. §. 12.* commentarios in Digeſta conſcribi vetans: *Per indices, inquit, tantummodo titulorum ſubtilitatem, quæ παράτιτλα nuncupantur, quadam admonitione ejus facere permittit.* Sed monet hic Heinecc. παράτιτλα quidem non eſſe ſummaria titulorum. De ea re vide infra ſub voce παράτιτλα.

INDICARE, interprete Ulpiano, eſt deferre, arguere, accuſare, & convincere *l. 197. D. de verb. ſignif.* quæ referenda eſt *ad l. 3. §. 13. & 14. D. de SC. Silan. & Claud.* quod inſcriptio ipſa oſtendit. Græci in eumdem ſenſum utuntur verbo ἐνδείκνυσθαι, ut ex *l. 3. D. de via publ.* patet. *Indicare* conſcios ſuos *l. ult. D. ad exhib.* fugitivos dominis *l. 15. D. de præſcript. verb.* fugitivum, vel furem *l. 4. §. ult. D. de condict. ob turp. cauſ. l. 48. §. 1. D. de furt.* Inſpectio tabularum *indicat l. 2. §. 5. D. teſtam. quemadm. aper.* Hinc

INDICATIO *l. 13. §. 3. D. de act. emt.*

INDICERE interdum ſignificat injungere. Sic onus indicere alii *l. 13. §. 5. D. de decur.* *Indicta*

collationes *l.* 8. §. 2. *D. de vacat. & excuf. mun.* feriæ *l.* 26. §. 7. *D. ex quib. cauf. major.* Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 16. Imperativæ feriæ funt, quas Coff. vel prætores pro arbitrio poteftatis *indicunt*. Serv. *in lib.* 1. *Æn. v.* 636. ad eum verfum: *Simul Divum templis indicit honorem*, id eft, juffit fieri fupplicationes. Et bene indicit, quia Trojani inopinato venerant. Feriæ autem aut legitimæ funt, aut *indictæ*. Indici autem dicuntur, quia paupertas majorum ex collatione facrificabat, aut certe de bonis damnatorum. Mulctæ *indicendæ* jus *l.* 2. *C. de mod. mulct.* id eft irrogandæ, ut loquitur *l.* 6. §. 9. *D. de offic. præfid.* Indici munera, id eft, injungi, ut adparet ex *l.* 6. §. *ult. D. de mun. & hon.* Eodem fignificatu munera indicuntur *l.* 2. *C. de mun. patrim. & paffim.* Similiter operas *indicere* liberto patronus dicitur, dum illi operas, quas edat, aut præftet, imponit, diemque illarum præftationi ftatuit *l.* 23. §. *ult. D. de oper. libert. & paffim.* In his fpeciebus, quæ poftea indicuntur *l.* 28. *D. de ufu & ufufr.* Indixiffe viduitatem *l.* 2. *C. de inftit. & fubft. & rubr. C. de ind. viduit. & Leg. jul. Mifcell. toll.*

Indicere, denunciare. *Indictum* bellum *l. ult. D. de legation.*

Indicere nomen. *Indictum* iis nomen pro inditum eft in *l. ult. pr. D. de bon. damn.* Aliæ editiones ibi habent *inductum*. Quidni una litterula extrita leges *inditum*? HEIN.

INDICIUM interdum fignificat mercedem operæ exhibitæ ad indicandum fervum fugitivum. Nam, ut ait Ulpianus in *l.* 15. *D. de præfcript. verb.* Solent, qui noverunt, fervos fugitivos alicubi celari, indicare eos dominis, ubi celentur. Solent & mercedem hujus rei accipere, & fic indicare. Et mox: Si pactio intercefsit ob *indicium*, hoc eft, ut fi indicaffet, adprehenfufque effet fugitivus, certum aliquid datur. Idem *l.* 4. §. *ult. D. de condict. ob. turp. cauf.* Si tibi *indicium* dedero, ut fugitivum meum *induces*, vel furem rerum mearum Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 31. §. 24. Apuleius *lib.* 6. *Metam. p.* 176. Si quis a fuga retrahere, vel occultam demonftrare poterit fugitivam, conveniat Mercurium prædicatorem accepturus *indicii* nomine ab ipfa Venere feptem fuavia. Idem *lib.* 7. *p.* 199. ejufdem argumenti, quod ejufmodi indicii nomine datur *indicinæ* præmium vocat. *Indicium* ergo, ut ex fupra dictis locis patet, tam id, quod mercedis, præmiique nomine ob indicandum furem, fugitivumque datur, quam ipfum indicationis factum defignat. Illud autem indicii præmium, feu mercedem Græci μήνυτρα vocant. Dio Chryfoft. in Orat. quæ Εὐβοϊκὸς ἢ κυνηγὸς infcribitur; Οὐδὲ τὰ φυγάδας τῶν ἀνίων, οὐδὲ κλεπτῶν, ἢ δραπετῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς. Nec præcones rerum venalium, furtorum, fugæve *indicii* præmium promittentes in viis publicis. Lucianus ἐν δραπέταις *in fugitivis p.* 604. *Tom.* 2. Ἀλλὰ καιρὸς ἀποδιδόναι τὰ μήνυτρα ὡς ἐγώγε πάνυ σαφῶς, ὃν ζητεῖτε, οἶδα. Sed tempus eft, ut mihi detis *indicinæ* præmium. Ego enim plane novi, quem quæretis.

Indicium etiam criminis nunciationem magiftratui factam fignificat. Et ita Vindicem Vitelliorum fervum conjurationem *indicio* fuo detexiffe, ait Pomponius *l.* 2. §. 24. *D. de orig. jur.* Conjurationem Sergii Catilinæ mulier detexit, & M. Tullium confulem *indicium* ejus inftruxit *l.* 8. *D. ad Leg. jul. majeft.* & ita *indicium* accipe in *l.* 39. *D. ad. Leg. Falcid. l.* 6. §. 3. *D. ad SC. Turpill. l.* 1. §. 16. *D. de quæftion.* Proinde qui crimen nunciat, defert, detegit, *indicium profiteri* dicitur, ut in *l.* 24. *D. de Leg. Cornel. de falf. l.* 1. *D. ad Leg. Cornel. de ficar.* & apud Plin. *lib.* 3. *epift.* 16. & Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 3. Attamen contra hunc receptum loquendi morem Marcianus *l.* 5. §. 4. *D. ad Leg. Cornel. de ficar. indicium confiteri* ufurpat his verbis: Qui falfa indicia confeffus fuerit, confitendaque curaverit, quo quis innocens circumveniretur. Sane eodem fenfu *indicium* deferre Q. Curtius non femel ait, veluti *lib.* 5. *c.* 11. *lib.* 6. *c.* 7. & *c.* 9. Pariter Seneca *lib.* 1. *de clement. c.* 9.

Præterea *indicia* funt figna, vel argumenta ad fidem faciendam idonea, feu per quæ aliquis coarguitur, convincitur, comprobatur *l.* 30. *C. de evict.* fic: *Indicia* certa, quæ jure non refpuuntur, non minorem probationis, quam inftrumenta continent fidem *l.* 19. *C. de rei vind.* Amiffis inftrumentis cetera probationum indicia jure prodita non habentur irrita *l.* 15. *C. de jur. dot.* Vid. & *l.* 3. *C. de nupt.* Quinctilianus *lib.* 3. *Inft. orat. c.* 9. fignum, quod Græci vocant σημεῖον id proprie effe tradit, quod ex eo, de quo quæritur, natum fub oculos venit, quod quidam *indicium*, quidam veftigium nominarunt, per quod alia res intelligitur, ut per fanguinem cædes. Ibid. Signorum alia indubitata, & neceffaria, quæ aliter habere fe non poffunt, quæ Græci vocant τεκμήρια, alia non neceffaria, & dubia, quæ σημεῖα.

Indicia, id eft, notæ, feu verborum compendia. Scripturæ quibufcumque verbis, vel *indiciis* inveniantur relictæ *l. ult. C. commun. divid.*

INDICTIO pro onere, quod imponitur. Sic *indictio* operarum *l.* 6. *C. de oper. liber.* In fpecie eft onus, quod patrimoniis indicitur, annuaque penfitatio, quæ pro poffeffionibus præftatur. Afcon. Pædian. *in Verrin.* 1. *Omne genus penfitationis in hoc capite pofitum eft, canonis, oblationis, indictionis.* Si qua tributorum, aut vectigalis, indictionifve quid nomine præftare oportet *l.* 13. §. 6. *D. de act. emt. vend. Indictionis* canonicæ tributum *l.* 14. *C. Th. de proxim. comit. difpof.* Indictiones ergo erant anniverfariæ tributorum, & annonarum præftationes, pen-

pensitationesve, quarum onus quisque pro modo possessionum adgnoscebat. Itaque patrimoniorum ea munera erant *rubr. C. de Indict. Indictiones* non personis, sed rebus indici solent *l. 3. C. de ann. & trib.* Ac plane onus id fructuum fuisse, perinde ac tributa, & alia, quæ referuntur in *l. 27. §. 3. D. de usufr.* ostendit Paullus in *l. 28. D. de usu & usufr. legat.* in qua, fundo, cujus ususfructus legatus erat, temporarias indictiones indictas fuisse, proponit.

Sane collationes quasdam *per magistratus* ex improviso indictas, quasdam vero e lege factas, docet Papinianus *l. 8. §. 3. D. de vacat. & excus. mun.* Illas *extraordinarias indictiones* vocant Imperatores *l. 10. C. de mun. patr.* nimirum quæ extra ordinem imperabantur, ut loquitur *l. 6. D. de vacat. & excus. mun.* Altera ergo species *indictionum canonicarum*, altera *extraordinariarum* nomen habebat, ut loquuntur Impp. *l. 1. C. de indict.* Ceterum quod supra consuetudinariam functionem augmenti nomine indicebatur, *superinductum* vocabant *l. 1. & rubr. C. de superind. l. 15. C. de excus. mun.*

Indictio etiam significat spatium XV. annorum in orbem circumactorum, seu quindecim annorum, in se revolutorum iterationem, cujusmodi partitione tempora numerari, computarique Constantinus instituit. Unde & ἐπινέμησιν a Græcis, & κύκλον adpellatam, vero propius accedit. (Vid. Fr. Raguel. *ad Decis. Justin. p. 5.*) quamvis & aliam ἐπινεμήσεως notationem quibusdam magis placere, scio, quam nec improbo. Exstat certe Græca hæc vox *in Novell.* 47. *c.* 1. & *Novell.* 74. *in epilogo.* Latina vero *l. 3. 7. 8. 9. 11. 161. C. Theod. de indulg. debit. & passim. eod. C.* Fit autem *indictionis* quintæ decimæ mentio *l. 3. C. Th. eod. tit.* quem numerum *Indictiones* non excedebant, sed ad primum exinde annum earum computatio revolvebatur. Ceterum *indictionis* duas notationes Georg. Cedrenus adfert, ridiculam unam *p. 268.* ab Actiaca victoria deductam, alteram *p. 178.* æque rejiciendam ab *indicando*, ac demum: Græcia (ait juxta versionem latinam,) ab eventu nomen imposuit, ut ἐπινέμησιν adpellaret. Antiquitus enim tributum subditis non ita impositum erat, ut ejus fixa esset, & immutabilis ratio, sed juxta frugum proventum humaniter iis imponebatur, ita ut, eo tenuiore, minus penderent, neque eo uberiore census augeretur: Itaque exactoribus proportione tribuebant, idque tunc, quando necessitas postulabat. Hæc Cedrenus. Ut ut sit, Indictionum computationem, a mense Septembri inchoatam, constat, ejusque rei locuples testis est D. Ambrosius cujus libro *de Noe c. 17.* verba sunt hæc. Etsi a Septembri mense annus videatur incipere, sicut *indictionum* præsentium usus ostendit. Idem *lib. 10. epist. 83. Indictio Septembri mense incipit.* Vulgo autem *Indictionum* auctor Constantinus laudatur. Cedrenus tamen *p. 268.* Theodosii principatu morem hunc, abrogatis explosisque Olympiadibus, cœpisse scribit, hoc modo juxta Latinam interpretationem: Tum Olympiorum desiit festivitas, quarti cujusque anni exitu solita celebrari, instituta eo tempore, quo Manasse Judæ rex fuit, & usque ad imperium Theodosii perducta, cœperuntque numerari *indictiones*, quarum principium in decimum quintum annum imperii Augusti incidit.

Indictio latinis adpellatur numerus quindecim annorum, annis Christi addi solitus, ad cavendum errorem, qui de temporibus forte oboriri poterat, institutus. Triplex indictionum usus observatur apud scriptores. Alia enim a Kal. Septembribus proficiscitur, eaque Constantinopolitana dicitur, altera ab VIII. Kal. Octobris, quæ Constantiniana & Cæsarea, tertiaque Pontificia seu Romana & a Kal. Januarii consurgit; quæ diversitas etiam notatur in diplomatibus Imperatorum & in bullis Pontificum, licet Macer *Reg. magistri. 54. 55. 59.* scribat, quod Pontificia initium sumat a die nativitatis Domini, id est, post tres menses indictionis imperialis inceptæ, quæ prima vice in Concilio Constantiensi in usu posita fuit.

INDICTITIA onera apud Cassiod. *lib. 1. Var. cap. 14.*

INDICTUS, *a, um.* *Indicta* caussa, id est, incognita.

Indictum pro interdicto legitur *l. 1. C. Theod. & Just.* de commeatu, nisi forte id librarii potius sit vitium. Hein.

INDIFFICILI *l. 29. §. 13. D. de lib. & postum.* qua loquendi forma non modo Ulpianus alibi usus *l. 4. §. 1. D. hered. inst.* Sed & Tertullianus imitatus est eum *de cultu femin. c. 9.* Dignoscere inquit, in *facili* est. Vid. supra sub *in.*

INDIGERE. Qui graviore animadversione indigent *l. 1. §. 7. D. de offic. præf. urb.* Quæ postea emergunt, auxilio indigent *l. 11. §. 8. D. de interrogation.* filium non indigere exheredatione a sequentibus gradibus *l. 4. §. ult. D. de hered. inst.* Si tutelæ ætas indigeat *l. 3. D. de tutel.* Indiget venia fortuito factum incendium *l. 11. D. de incend. ruin. naufr.*

INDIGNE esse præteritum, id est, nullo merito suo *l. 5. D. de inoff. testam.* Non *indigne* uxorem sortiturus sit *l. 20. §. 1. De manum. vind.* id est, non contra conditionis suæ statum, dignitatemve.

INDIGNUS, *heres*, non dignus judicio testatoris. Quinctil. *Declamat.* 308. Porro in jure civili *indigni heredes* ex his caussis habentur, si defuncti mortem ulti non sunt, vel judicium ejus impugnaverint, vel id egerint, ut per negligentiam, & culpam suam defunctus moreretur, vel in fraudem fisci fidem

fidem adcommodaverint, vel bona viventis adhuc alienaverint. His enim ex caussis hereditas ab heredibus, quasi ab indignis aufertur *tit. D. & C. de his quæ ut indign. l. 26. D. de SC. Silan. l. 23. D. de jur. patron. l. 8. §. 14. D. de inoff. test. l. 46. D. de jur. fisc.* Paull. *lib. 5. Sent. tit.* 12. §. 2.

INDIPISCI pro adipisci *l. ult. C. Th. de honor. eod. l. 1 §. C. Th. de bon. proscr. l. 11. C. Th. de Palatin. l. 77. ejusd. C. de decur. & passim.*

INDISCRETA dignitas pro pari *l. 1. C. Th. de præf. præt.* Indiscreta obsequia, id est, alimenta, quæ tum ex fisco, tum ex re principis privata parentibus egenis præbebantur *l. 1. C. Th. de alim. quæ inop. patr. de publ. pec. deb.*

INDISCRETE, ἀδιακρίτως, indifferenter *l. 25. D. de probat. l. 5. C. de quæstion.*

INDISCRETIM *l. 47. C. Theod. de Episc. & cler. l. 18. C. Th. de extraord. & sordid. mun.*

INDISTINCTE interdum idem est, ac generaliter. Si *indistincte* homo legatus sit *l. 3. D. qui & a quib. Indistincte* pauperes scripti heredes *l. 49. §. 3. de episc. & cler.* Alii codices habent *indiscrete*. Alias, ut in *l. 49. D. de adquir. rer. dom. indistincte* est absolute, omnino, & sine ulla distinctione. *Indistincte* ipsi vero defensio danda est *l. 33. D. de noxal. act.* Indistincte datus curator, id est, simpliciter, non specialiter in rem, seu litem *l. 3. §. ult. D. de tutel.* Quoties *indistincte* quid solvitur *l. 5. D. de solut.* id est, quoties debitor ex pluribus caussis unum debitum solvit, nec dicit, quod potius debitum voluerit solutum, ut *l. 1. D. eod. tit.*

INDIVIDUUM adpellatur, quod divisionem non recipit. Si factum, de quo cautum, individuum sit, veluti iter fieri *l. 2. §. 1. D. de verb. oblig.* id est, si in partes dividi non possit, ut *ibidem* Paullus loquitur. Cui opponitur, quod divisionem recipit. Et ita *individuæ* sunt servitutes præter usumfructum *l. 1. §. 9. D. ad Leg. Falcid. l. 7. D. eod. tit. l. 72. D. de verb. oblig.* Individuum viæ jus est *l. 6. D. quemadm. serv. amitt.* Et ita individuum accipe in *l. 80. §. 1. D. ad Leg. Falcid. l. 46. §. 1. D. de administr. & peric. tut.* Hoc quoque sensu matrimonium *individua* consuetudo dicitur *l. 1. D.* quo nomine quodvis arctius consortium venit, quando homines una vivunt, nec unus ab alterius latere facile discedit. Quemadmodum ergo *dux militi testis gestorum individuus est.* Ammian. Marcellin. *lib. 16. c. 32.* quemadmodum amicus *cum amico* individuo contubernio vivit, Apulei. *Apolog. p. 320.* ita & matrimonium individua vitæ consuetudo dicitur. Vid. Marqu. Freher. *Verosimil. lib. 1. c. 11. Hein.* Vid. *indivisum.*

Interdum *individuum* significat, non quod dividi non potest, sed quod indivisum est, ut in *l. 32. §. 6. D. de administr. & peric. tut.* Pro communi & individua hereditate annonas præstitit. Unus individuum commune pro solido possidens *l. 3. C. in quib. causs. cessat. long. temp.*

Indivisi adpellatione aliquando significatur, quod divisum non est. Sic Judex familiæ erciscundæ nihil debet indivisum relinquere *l. 25. §. 20. D. famil. ercisc.* Pro *indiviso* pars *l. 7. §. 3. l. 8. §. 3. D. quib. mod. pign.* Pro partibus *indivisis l. 5. D. de stipul. servor.*

Interdum *indivisum* adpellatur, quod divisionem non recipit. Sic *indivisa* pignoris caussa, id est, ut, parte debiti soluta, non luatur pars pignoris *l. 65. D. de evict.* Si res vel naturaliter *indivisæ* sunt, vel sine damno divisio earum fieri non potest *l. 26. §. ult. de legat. 1.* In solidum defendenda est venditio, cujus indivisa natura est *l. 39. D. de verb. oblig.* Usus itineris, actus, aquæductus usus indivisus est *l. 17. D. de servit.* Quales sunt in genere servitutes. Hinc de servitute plures in solidum tenentur, & agunt *l. 17. D. de servit. l. 2. §. 2. de verb. oblig.* Nec pro parte servitus legari, aut adimi potest *l. 11. D. de servit.* nihilo magis pro parte potest adquiri *l. 3. in fin. D. Commun. prædior.* Unus ex dominis communium ædium servitutem illis non potest imponere *l. 2. D. de servit. l. 19. l. 34. D. de servit. rust. præd.* etsi pro parte retineri queat servitus *l. 8. §. 1. D. de servit. l. 30. §. 1. de servit. urb. præd.* jam scilicet adquisita; Nam si promissa sit servitus, totum habenti fundum, isque partem fundi alienet antequam servitus actu constituatur, promissio in irritum cedit *l. 11. D. de servit.* Ergo si plures domini servitutem cedant, ex novissima demum cessione superiores confirmabuntur; etsi dum ultima exspectatur, qui pro sua parte cessit, benigna ratione prohibeatur uti jure cesso, idque cessionario permittere cogitur *d. l. 11. D. de servit. rust. præd.* Ceterum si fundus plurium pro diviso communis sit, nihil vetat, singulis partibus imponi servitutem, *quia non sunt partes, sed fundi l. 6. §. 1. D. Commun. prædior.* Dixi, quando plures domini partibus indivisis, singuli constituunt servitutem, nihil agi, quamdiu omnes cessionem non peregerunt. Ultima peracta consolidatur, & absolvitur servitus, reliquæ cessiones particulares tantisper, dum ultima superveniat, suspenduntur *d. l. 11. D. de servit.* atque tum demum, ubi ultima peragitur, reliquæ cessiones cum hac novissima conjunguntur. Ideo, si præcedentes, vel una ex illis in eodem statu non substiterint, sed morte cedentis, aut alienatione partis fundi mutationem receperint, ultima cessione nihil agitur. Atque ideo si duo domini diversis temporibus mortui legaverint servitutem, nihil agitur, quia non, ut actus viventium, ita & defunctorum actus suspenduntur, sed mors, quæ est ultima linea rerum, abrumpit conjunctionem, ut notabiliter docet Paullus in *l. ult. D. commun. præd.* addens tamen hanc limitationem, ut si utriusque domini, a quo

legata

legata fuit servitus per partes, hereditates eodem tempore adeantur, tum adhuc cessiones particulatim factæ conjungantur, ac ita servitutis constitutio convalescat. Ex hac individua servitutis natura sequitur etiam, quod servitus tota sit in toto fundo, eademque tota in singulis partibus; adeo ut si fundus, cui servitus debetur, particulatim vendatur, omnes partes servitus sequatur, eaque singuli recte utantur, si modo res ita ferat *l.* 23. §. 3. *D. de servit. rust. præd.* Idem est in servitute passive considerata: Quippe ita per fundum est diffusa servitus, ut omnes glebæ serviant, ait Javolenus in *l.* 13. §. 1. *D. eod. tit.* Quod ita quidem subtiliter, & quasi *in potentia* vere dictum, in *actu* tamen *exercito* civiliter accipiendum, ut qua parte fundi primum servitus determinata est, ea parte consistat, ceteræ partes agri liberæ sint *d. l.* 13. §. 1. Vid. Ulr. Huber. *præl. ad Pand. lib.* 8. *tit.* 4. *n.* 2. *& seq.*

INDOTATA *l.* 9. §. 1. *in fin. D. de jur. dot. & passim.* dote cassa, quæ dote caret, ut apud Terent. *in Adelph. Act.* 3. *sc.* 2.

INDUBIÆ probationes *l.* 11. *C. de fid. instrum.*

INDUBITANTER *l.* 2. §. 7. *D. de bon. poss. sec. tab.*

INDUBITATE *l.* 7. *D. famil. ercisc. & passim.*

INDUBITATI juris est *l.* 49. *D. de re milit. Indubitatum* est *l.* 8. *D. de negot. gest.*

INDUCERE, novi aliquid introducere. Sic æquitas merum jus compensationis inducit *l.* 36. *D. de admin. & peric. tut.* Constitutio D. Pii hoc induxit *l.* 37. §. 3. *D. de legat.* 3. Tullus Hostillius primus in rem publicam induxisse quæstores dicitur *l.* 1. *D. de offic. Quæst.* Jusjurandum & actionem, & exceptionem inducit *l.* 28. §. *ult. D. de jurejur.*

Inducere, intromittere. *Inducere* aquam *l.* 31. *D. de servit. præd. rust.* familiam *l.* 1. §. 13. *de ventr. in possess. mitt.* in possessionem *l.* 33. §. *ult. l.* 52. *l.* 53. *D. de adquir. possess.*

Inducere superinducere. *Inducere* vitricum filiis mater dicitur, quæ ad secundas nuptias convolat, extantibus ex priore matrimonio liberis *l.* 1. *C. ubi pupill. educ. deb.* Sic & pater novercam liberis inducere dicitur, apud Plin. *lib.* 6. *epist.* 38. *&* 39. Filia ab octogenario patre exheredata, intra undecim dies, quam ille novercam ei, amore captus, induxerat. Eodem loquendi genere Diodorus Sicul. *lib.* 12. *p.* 79. Τοῖς, ait, μητρυιὰν ἐπαγαγόντας τοῖς κατὰ τῶν ἰδίων τέκνων ... *Eum, qui novercam liberis ex se natis induxisset, senatu consilioque patriæ omnino submovendum statuit. Superinducere* liberis novercam, dixit Seneca *lib.* 3. *Declam.* Quinctilian. *in argum. Declam.* 381. & *arg. Declam.* 34.

Inducere pueros primis litteris, id est, imbuere, instituere *l.* 11. §. *ult. D. de mun. & hon.*

Inducere, inferre. Qui injuriam adversus liberos suo testamento inducunt *l.* 4. *D. de inoff. test. Inducere*, obducere, tegere. Inducere tectorium *l.* 38. *D. de rei vind.* Et ita *inducere* munus comitate orationis, id est, ornare munus oratione: Plin. *lib.* 1. *Epist.* 8. quem locum eleganter exposuit Schefferus in *Lect. Academ. pag.* 69.

Inducere, impellere, vel illicere. Calore inducti *l.* 7. §. *ult. D. ad Leg. jul. repetend.* Dolo inductus *l.* 48. *D. de fidejuss.* si generum socer specie futuræ dotis induxerit *l.* 94. §. *pen. D. de jur. dot.* Et per hoc in fraudem legatarii inducantur *l.* 95. §. *ult. ad Leg. falcid.*

Inducere, cancellare, obliterare, expungere, linea ducta tegere *l.* 22. *C. de solut. l.* 3. *D. de his quæ in test. del. Inducere* nomen heredis *l.* 12. §. *ult. D. de his, quæ ut indign.* tabulis publicis *l.* 7. §. *ult. D. ad Leg. jul. pecul.* testamentum *l.* 15. §. 1. *D. de test. mil. l.* 2. *D. de his quæ in test. del.* Hinc.

Inducere est etiam tollere, abolere. Sic Inducta totius temporis caussa *l.* 37. *in fin. D. de administr. & per. tut. Induci* cognitio dicitur, quæ ex actis tollitur, & aboletur *l.* 9. *D. de jur. fisc.* seu quæ circumducitur, ut est in *l.* 27. §. 1. *D. de liberal. causs. l.* 73. §. 1. *D. de judic. l.* 45. *D. re judic.* Induci judicium *l.* 7. *D. de hered. pet. Induci* locatio, quæ fit irrita: Cic. *lib.* 1. *ad Attic. Epist.* 17. Asiani, qui de censoribus questi sunt, nimium magno conduxisse, ut *inducatur* locatio postulantes. Liv. *lib.* 39. *cap.* 44. Quas locationes quum Senatus precibus & lacrymis publicanorum victus, induci, & de integro locari jussisset.

INDUCIÆ dicuntur, ut ait Paullus *l.* 89. *D. de capt. & postl. reverf.* quum in brevi, & præsenti tempore convenit, ne invicem se lacesserent. Varro vero, ut est apud Gell. *lib.* 1. *c.* 25. *inducias* definiebat pacem castrensem, paucorum dierum, vel belli ferias. Ipse vero Gellius pactitiam belli cessationem, quæ Græcis ἐπεχειρία, quod eo tempore non pugnetur, & manus cohibeantur. Donat. *in Eunuch. Terent. Act.* 1. *sc.* 1. Induciæ, ait, sunt pax in paucos dies, vel quod in diem dentur, vel quod in dies otium præbeant. Attamen centum annorum inducias apud Liv. *lib.* 1. *c.* 15. & *lib.* 7. *c.* 20. & in annos triginta *lib.* 9. *c.* 37. & in annos quadraginta *lib.* 2. *cap.* 18. *lib.* 7. *c.* 22. *lib.* 10. *cap.* 37. Inducias, quæ a pace differunt, interpretari velim pactum quo jus lacessendi ad tempus suspenditur, pax vero est, qua in perpetuum caussæ belli, quod geritur, fit abolitio, ita ut ex ea bellandi jus natum, aut prætensum penitus tollatur. Hinc in induciis factis manet belli caussa utrinque prætensa, & jus lacessendi ex ea natum revivificit effluxo tempore induciarum. Contra, pace celebrata, jus bellandi non est nisi ex nova belli caussa justificata. Hinc induciæ, ut recte dicuntur inter hostes, ita & qui

qui inducias habent in statu belli versantur. Contra pax non dicitur nisi inter amicos eosve saltim, qui nocendi animum minime præ se ferunt, & ea bellum excludit: Si induciæ non cum universo populo bellanti, sed cum quodam ejus exercitu, vel castro, vel præsidio, aut in aliquem finem transitorium, veluti ad sepeliendos mortuos factæ sint, *armistitium* esse dixerim.

Induciæ etiam pro qualibet dilatione usurpantur. Et ita *induciæ* quadrimestres *l. 3. C. de usur. ei judic.* semestres *l. 26. C. de fidejuss.* unius anni *l. 1. C. in quib. causs. milit. for. præsc.* quinquennales *l. ult. C. qui bon. ced. poss.* viginti dierum *l. 62. Cod. Theod. h. ret.*

Inducias pro intervallis, seu intermissione furoris Imperatores dicunt. Furiosum in suis induciis ultimum condere elogium posse placuit *l. 9. C. qui testam. fac. poss.* Breves, & majores morbi induciæ *l. 9. C. de curat. furios.*

INDUCTIO, litura *l. 2. C. de his quæ in test. del. l. 1. §. 1. D. eod. tit.*

INDUERE. Induti nomen Christianitatis *l. ult. C. Th. de apost.* & *l. 4. C. Justin. eod. tit.* Elegans est ille verbi usus, quo *induere* pro simulare accipitur. Liv. *lib. 1. c. 56.* Cujus simulationem induerat. Seneca *de benef. lib. 2. c. 2.* Induit sibi animi sui vultum. Plura exempla attulit Gronov. *ad Tacit. Annal. lib. 1. c. 7.* HEIN.

Induere nomen successionis *l. 2. §. ult. D. ad SC. Tertull.* At vix locus est huic verbo *induere*, & pleræque editiones habent inducere, quod magis probabile. *Hein.*

INDULGENS. *Indulgentior* annus *l. 2. C. Th. de fer. l. 7. C. Just. eod. tit.*

INDULGENTIA, id est, benigna concessio, per quam pœnæ liberatio contingit *l. 10. Cod. Theod. de indulg. crim.* Ita enim deportati, in metallum damnati, aut alias servi pœnæ effecti indulgentia principis restitui dicuntur *l. 2. l. 3. l. 11. C. de sent. pass.*

Indulgentia pro quavis gratia, & beneficio quocumque. Beneficium Imperatoris, quod a divina ejus indulgentia proficiscitur *l. 3. D. de constit. princ.*

Indulgentia debitorum, id est, gratia, qua debitores a debitis tributis, & publicis functionibus absolvebantur, de qua integer exstat titulus 38. *in Cod. Th. lib.* 11. Erat autem harum indulgentiarum genus triplex, *reliquorum*, seu præteriti temporis, *in futurum*, immunitates scilicet a publicis functionibus, & *mixtum*, partim in præteritum, partim in futurum. Vid Jac. Gothofred. *Paratitl. ibid.* Ceterum indulgentia eo sensu sæpissime in numis, & sæculi quarti scriptoribus occurrit, ceu ostendit Gisb. Cuper. *ad Lactant. de mort. persequut. c.* 34.

Indulgentia secunda de iterato baptismate in *l. 4. pr. C. Th. ne sanct. bapt. iter.*

Indulgentia ecclesiasti a quo differat a *dispensatione*, Vid. in art. *dispensario.*

INDULGERE, concedere, tribuere, dare. Sic *indulgere* advocatos petentibus, *Indulgetur* honori personarum, & majestati Dei *l. 32. §. 4. de recept. arb.*

Indulgere condonare. Propter Crispi, atque Helenæ partum criminibus indulgemus *l. 1. C. Th. de indulg. crim.* Quum lex in præteritum quid indulget *l. 22. D. de legib.*

INDULTUM, concessio, condonatio. *Indultum* adnotationis *l. 39. C. Th. de navicular.* legis *l. 1. C. Th. de quinquen. præscr. l. 22. C. eod. tit. de navicul.* principis *l. 1. C. Th. si nupt. ex rescript. pet.* sacrum *l. 2. C. Th. de indulg. crim.*

INDUSTRIA socii plerumque tanti est, ut plus societati conferat, quam pecunia *l. 29. D. pro soc.*

De *industria*, data opera *l. 62. §. 1. D. de evict. l. 3. D. de pignorat. act.* Donat. *in Andr. Terent. Act. 5. sc. 6.* De industria, ait, id est scientia, & providentia. Ea enim, quæ discimus, & scimus operatione genita, industria quædam scimus.

INDUSTRIUM se præbere *l. 1. C. qui & advers. quos.*

INEFFICACITER condemnatus *l. 2. pr. D. quæ sent. sin. adpell.*

INEFFICAX actio *l. 13. D. de jur. dot.* ademtio *l. 14. §. ult. D. de alim. leg.* decretum *l. 3. D. de collus. deteg.*

INEMTUM, cujus venditio ex lege dicta resolvitur, seu aliqua conditione existente, pro infecta habetur, quo fit, ut ad venditorem pristinum ejus dominium redeat. Sic res inemta fit *l. 5. D. de leg. commiss. l. 7. C. de pact. int. emt. & vend.*

INEPTIA. Ob ineptiam remotus tutor *l. 3. §. ult. D. de suspect. tut.*

INERS obsequium *l. 10. Cod. Theod. de re milit.* ubi inertis obsequii studium tribuitur iis, qui juvenes militiæ idoneos penes se, quocumque obtentu retinent, militiæque, & patriæ muneribus subducunt.

INERTIA alterius non debet alteri jus corrumpi *l. 9. D. de liberal. causs.* Ob *inertiam* remotus tutor *l. 3. §. ult. D. de suspect. tut.*

INESSE dicuntur aliquando quæ, tametsi verbis expressa non sint, tacite tamen intelliguntur. Hinc *expressum esse*, & *inesse* sibi sæpe opponuntur. Conditiones extrinsecus, non e testamento venientes, id est, quæ tacite *inesse* videantur, non faciunt legata conditionalia *l. 99. D. de condit. & demonstr.* Diversa caussa est voluntatis expressæ, & ejus, quæ inest *l. 138. §. ult. D. de verb. oblig.*

INEXCUSABILIA onera *l.* 50. §. 1. D. *de judic.* quæ remitti non possunt, Ita & *inexcusabilis* necessitas *l.* 5. *C. Theod. de legat. & decret.*

INEXPIABILIS pœna *l.* 9. *C. Theod. de hæret.* ultio *l.* 9. *C. Theod. de tiron.*

INEXPLETA aviditas *l.* 1. *C. Theod. de offic. rect. prov.* Ita & veteres scriptores loquuntur. Stat. Papin. *lib.* 2. *Thebaid. v.* 518. *Inexpleta* alvus. Sed *inexpletum lacrymans* adverbialiter dixit Virgil. *Aeneid.* 8. *v.* 559. Hein.

INFAMARE, alicujus famam lædere. Quodcumque quis dixerit, ut alium infamet *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* Hæc res nonnumquam infamat *l.* 79. D. *de judic.* est etiam infamiam irrogare. *Infamatur* uterque *l.* 66. D. *de rit. nupt.* & contemptui exponere, ut quos vitæ humilitas infamaverit Paull. *recept. sent. lib.* 5. *tit.* 15. §. 1.

INFAMIA quamvis famæ & existimationis labem significat. Proinde ad infamiam alicujus fieri (quod generaliter edicto prætor vetuit,) intelliguntur hæc, si in invidiam alicujus veste lugubri utatur, aut squalida, aut si barbam demittat, vel capillos submittat, vel si carmen conscribat, aut proponat, vel cantet aliquid, quod pudorem alicujus lædat *l.* 15. §. 27. D. *de injur.* Ad infamiam pertinet injuriam, quum pudicitia attentatur *l.* 2. §. 2. D. *eod. tit.*

Infamiam etiam contemtum, & quodvis probrum, & dedecus significat. Quo sensu hæretici dogmatis infamia dicitur *l.* 1. §. 2. *C. Justin. de summ. Trinit. l.* 2. *C. Theod. de fid. cathol.*

Infamia etiam ignominiam, & famæ inflictam notam demonstrat *tot. tit.* D. *de his qui not. inf.*

INFAMIS, *e*, & de personis & de rebus dicitur. *Infamis*, quando persona ita dicitur, idem est, ac famosus, & ignominiosus, qui integræ famæ non est, sed notatus *l.* 1. *C. de infamib. l.* 8. D. *de accus. l.* 2. D. *de offic. adsess.* Qui autem infames sint, explanatur *tit. de his qui not. inf. tit. C. ex quib. caus. infam. irrog. l.* 1. *l. ult.* D. *ad Leg. Jul. de vi privat. l.* 10. §. 2. D. *de poen. l.* 12. D. *de decurion.*

Infamis, quando res dicitur, idem est, ac quod infert ignominiam, vel famam, & existimationem lædit. Sic *Infamissima* utilitas tribuitur procuratoribus alienarum facultatum *l.* 34. *l.* 92. *C. Theod. de decurion.* Erat enim hoc servile munus, ac proinde tales fundorum procuratores servis passim junguntur *l.* 2. *Cod. Theod. de pign. l. un. C. Th. de pecul. l. un. C. Th. quod jussu.* Non ergo intelligendi procuratores, qui in judicio operam amicis præstant, ceu docuit Jac. Gothofr. *in Commentar. ad l.* 92. D. *de decurion.*

INFANDÆ, & ferales mentes apostatarum *l.* 5. *C. Theod. de apostat.* Infandissimus tyrannorum Maximus *l.* 7. *C. Th. de infirm. his, quæ sub tyrann.*

INFANS fari non posse creditur, & *infantis* adpellatione continetur, qui infra septimum ætatis annum est *l.* 1. §. 2. D. *de admin. & peric. tut.* Add. *l.* 18. *C. de jur. delib.* Vetus Glossar. Græcum: *Infans* νήπιος τῶν ἑπτὰ ἐτῶν. *minor septem annis.* Ac plane Const. Harmenopulus infantem interpretatur ἑπταέτη, septennem *lib.* 6. *tit.* 6. §. 7. eoque modo infantis ætas exaudienda est *in l.* 55. D. *de usufr.* Proximo vero infantiæ Theophilus *in* §. 9. *Inst. de inutil. stip.* accipit τοὺς ἀρξαμένους λαλεῖν καλῶς, ὁποῖοι εἰσιν οἱ ἑβδόμου ἢ ὀγδόου ἄγοντες ἐνιαυτόν; *Incipientes recte fari quales sunt, qui septimum vel octavum annum agunt.* Sic & apud Græcos παιδίον intelligi ἑπτὰ ἄχρι ἐτῶν, ὀδόντων ἐκβολῆς, *usque ad annum septimum, quo dentes excidunt primulum* Moschopul. *in libro* περὶ σχεδῶν, & *in libro*, qui συλλογὴ τῶν Ἀττικῶν ὀνομάτων inscribitur, tradit, qua in re sequutus est Hippocratem, qui hominis ætatem in septem gradus distribuit, finemque primæ putavit septimum annum. Censorin. *de die natal. c.* 14. Laudatur iste Hippocratis locus a Philone *de creat. mund. p.* 16. ipsoque Moschopulo περὶ σχεδῶν *p.* 14. Attamen Græci non eamdem semper servant loquendi rationem. Nam Aristophanes Grammaticus apud Eustathium observat, Βρέφος esse eum, qui modo natus sit, παιδίον, ὃ ἡ τιθήνη τρέφει, *quem alat nutrix*, παιδάριον, qui jam ambulat, & loquatur, παιδίσκη, qui sit ætatis illi proximæ, παῖδα denique, qui jam per disciplinas encyclicas cursum peragere possit. HEIN.

INFANTILIS vestis *l.* 25. §. 9. D. *de aur. arg. mund. leg.* Usus hoc adjective etiam est Justinus *lib.* 17. *extr.* Infantilibus blandimentis inductus. Et infantilem uterum dixit Apulei. *lib.* 5. *pag.* 164. Hein.

INFAVORABILIS, *infavorabiliter l.* 6. D. *de collat. honor. l.* 2. §. 6. D. *de decur.*

INFAUSTI adspectus *l.* 5. *C. de sepulcr. viol.* damnatique hæreticorum conventus *l.* 34. *C. Theod. de hæret. Infaustis* defunctorum obsequiis occupati *in l.* 12. *C. Theod. de veteran.* iidem, qui copiatæ vocantur *l.* 1. *C. Th. de lustr. collat.* de quibus supra sub verbo *Copiata. Infaustum* officium tribunorum per Africam, ad requirendos vagos, & desertores missorum *l.* 17. *C. Theod. de desert. & occult.* Infausta hospitalitatis præbitio *l.* 6. *C. de metat.* *Infaustus* præsumtor de tyranno *l. ult. C. Th. de Episc.* infaustas voces jactare *l.* 9. §. 1. D. *de his quæ ut ind.*

INFECTIO pro colore *l. ult. C. Th. de vest. olover.* Ejusdem infectionis filo, id est, eodem colore tincta.

INFECTUS, vel uti *in l.* 12. §. 2. D. *de captiv.* legitur, *infactus, a, um,* quod nondum factum est. Hinc pro infectis haberi dicuntur, quæ nulla sunt *l.* 3. *C. qui manum. non poss. l.* 20. *C. de don.*

don. int. vir. & ux. Sic *infectum* æs apud Festum *lib. 16. in verbo rodus signato* opponitur. *Infecti* argenti adpellatio rudem materiam continet, id est, non factam *l. 19. §. 11. D. de aur. arg. Infecto* argento legato fractum, vel collisum continetur *l. 27. §. 3. D. eod. tit.* Si infectum argentum legatum est, quod ejus ita fractum est, ut eo, quod ad rem comparatum est, non possis uti sine refectione, id legatum videtur *d. l. 27. §. 4. D. eod. tit.* Si quis infectum argentum petat, & massam argenteam dicere, & pondus debebit ponere *l. 19. D. de furt.* (Vid. supra sub voce *argentum*) Ita & *infectæ* materiæ pondus, signatæ numerum, factæ speciem dici oportet *l. 6. D. de rei vind.* & si purpura *infecta* sit, vel lana, pondus adjiciendum *l. 1. §. 40. D. depos.*

Infectum damnum, quod nondum factum est, sed futurum veremur *l. 2. D. de damn. infect. l. 1. D. de rip. mun.* Vid. supra sub art. *damnum*.

Aliud est *infectum* ab *inficere*, de quo Vid. infra.

INFERIORES creditores, id est, posteriores *l. 24. §. ult. D. de reb. auct. jud. possid.*

INFERIUS testamentum pro posteriore. Eoque modo *superiori*, id est, priori adversatur *l. 3. §. 4. D. de injust. rupt. irrit. test. l. 19. D. de test. milit.*

INFERRE pedem finibus *l. 18. §. 2. D. de adquir. vel amitt. possess.* monimento corpus *l. 2. C. quæ res pign.* ossa tumulo Tacit. *Annal. lib. 4. c. 42.* pro quo *inferre* absolute usurpatur *leg. 6. §. 1. D. de divis. rer. l. 20. §. 1. D. de adquir. vel omitt. her. l. 30. D. de adquir. possess. l. 3. §. 3. D. de sepulcr. viol. l. 6. §. 6. D. commun. divid.* De inferendo mortuo interdictum. Vid. infra art. *de mortuo inferendo*.

Inferre cædem Paull. *Sent. lib. 5. tit. 23. §. 8.* concussionem *l. 1. C. de delict.* damnum *l. 41. D. de Ædil. edict.* injuriam *l. 1. D. de liberal. caus.* jusjurandum, id est, deferre *l. 11. C. de reb. cred.* Et ita: Si reus actore *inferente* juraverit *l. 28. §. ult. D. de jurejur. Inferre* manum alicui *l. 13. D. de re milit.* metum mortis *l. 8. D. quod met. caus.* necessitatem *l. 55. §. 2. D. ad SC. Trebell.* stuprum, vel adulterium *l. 12. D. ad Leg. Jul. de adult.* vim *l. 45. §. 4. D. ad Leg. Aquil.* vulnus *l. 7. §. ult. D. de injur.*

Inferre pro solvere *l. 34. §. ult. D. de statul. l. 42. §. ult. D. de jur. fisc. Inferre* justam æstimationem *l. 14. §. ult. D. de jur. fisc.* injuriæ æstimationem Paull. *lib. 5. Sent. tit. 4. §. 9.* partem debiti *l. ult. D. qui pot. in pign.* pecuniam l. 13. D. *de pollicit. l. 17. §. 4.* D. *de usur.* pensiones *l. 58.* D. *de usufr.* plus debito *l. 101.* D. *de solut.* pœnam *l. 12.* D. *de manumiss. l. 20. fin.* D. *de Lege Cornel. de fals.* pretium *l.* §. 2. D. *de adquir. rer. dom.* quantitatem debitam *l. 3. C. de jur. fisc.* summas *l. 40.* D. *de statul.* vectigal *l. 7. in fin.* D. *de publican.* usuras *l. 1. C. de his quib. ut indign.*

Inferre in rationes, vel rationibus *leg. 12.* D. *de liberat. legat. l. 22. §. 8.* D. *mandat.* Si non intulit rationibus creditoris pecuniam *leg. 38.* D. *de negot. gest.* Quod amplius fuerit, rationibus heredis, heredumve morum inferatur *l. 32. §. 4.* D. *de usu & usufr. legat.*

Inferre, id est, intendere, movere. *Inferre* accusationem *l. 1. §. 10.* D. *ad SC. Turpill.* actionem *l. 39. D. de admin. & peric. tut.* controversiam *l. 1. C. de his quib. ut indigni* crimen *l. 11. l. 18. C. ad Leg. Jul. de adult.* Auctor ad Herenn. *lib. 4. cap. 35.* Accusatoris officium est, inferre crimina. *Inferre* litem *l. 44.* D. *de judic.* quæstionem *l. ult. C. de servit. pign. dat.*

INFESTARE alterius domum *l. 15. C. Th. de metat.*

INFESTARI per latrunculos *l. 3. §. 2.* D. *de incad. ruin. nauf.*

INFESTUM nomen delatorum *l. 24. C. Th. de petition.*

INFESTUS *l. 11. §. 8.* D. *de legat. 3.* Non amare nec tamquam inter infestos *l. 28. §. 2. D. de donat. int. vir. & ux.*

INFICERE contagione repetitionis (baptismi) homines, semel munere divinitatis ablutos *l. 4. pr. C. Theod. ne sanct. baptism. iter.*

Infecta cruore conchylii pellis, & tunicæ *l. ult. C. Th. de vest. olover.* id est tincta.

INFICIARI in genere est negare. Interdum est creditum, vel depositum abnegare, ut *l. 3.* D. *depos.* Festus *lib. 9. inficiari*, ait, est creditum fraudare. Quinctil. *Declam. 245. Depositum qui inficiatus fuerit, quadruplum solvat. Inficiari est depositum nolle solvere.* Inficiando depositum nemo facit furtum *l. 47.* D. *de furt.* Si rem depositam loco non moveris, vel inficiandi animum habeas *l. 3. §. 8.* D. *de adquir. vel amitt. poss.* Quod autem illis locis inficiari depositum, hoc abnegare dicitur *l. 1. D. furt. l. 11. D. depos.* & apud Plin. *lib. 10. Epist. 97.* & Tertull. *ad Scapul.*

Ad *Inficias* ire *l. 44. §. 4. D. famil. ercisc.* Quod inficias ire absque præpositione, dicunt Terent. *Adelph. Act. 3. sc. 2.* Quinctilian. *lib. 3. Inst. orat. c. 7.* Gell. *lib. 16. c. 19.*

INFICIATIO *l. 1. §. 4.* D. *de his, qui effud.* pro *negatione facti*, ut Cicero loquitur. Sic *inficiatione* duplicantur actiones damni injuriæ ex Lege Aquilia, & interdum depositi; & eorum, quæ venerabilibus locis relictæ sunt §. 26. *Inst. de act.* Hinc inficiatione crescens caussa *l. 23. §. 10.* D. *ad Leg. Aquill.*

INFICIATOR, qui debere se negat, nec bonam fidem adgnoscit, sed frustratur & tergiversatur.

fatur. Cicero *de orat. lib.* 1. *c.* 37. Ut si ille inficiator probasset judici, ante petitam pecuniam, quam esset cœpta deberi. Seneca *de benef. lib.* 2. *c.* 17. Quum alter tristis sit, & sollicitus, qualis esse inficiator, & fraudulentus solet. Quinctil. *lib.* 7. *c.* 2. An petitorem calumniari, an reum inficiatorem esse. Martial. *lib.* 11. *epigr.* 9. *In jus, o fallax, atque inficiator eamus.*

INFIDÆ advocationes *l.* 16. *D. de pœn.*

INFIGERE vulnera *l.* 32. *D. ad Leg. jul. de adul. Infixa* inædificatis junguntur *l.* 21. *D. de instr. vel instr. leg. Infixa* navis *l.* 7. *D. de incend. ruin. nauf.* In Florentino Codice est *inficta* navis. Et ita quidem loqui, & scribere consuevisse veteres, pluribus exemplis docuerunt Cujac. *lib.* 9. *obsc. c.* 9. & Jac Durantius Cassell. *lib.* 2. *Var. cap.* 15. Sed quum, quod ad sensum attinet, perinde sit, utramvis accipias lectionem, absonum esset, de lectione vera disceptare velle. Hein.

INFINDERE Sylvam *l. ult. D. de jur. immun.* Usus eodem vocabulo Virgilius *lib.* 5. *Æn. v.* 142. *Infindunt pariter sulcos.* Magis tamen proprie jurisconsulti de ligno & sylva, quam poeta de sulcis, videntur usurpasse. HEIN.

INFINITUM, quod finem aut modum certum non habet. At plerumque tamen magis ἀόριστον, quam id, quod fines & extremum non habet, significat, idemque est ac indefinitum, vel immodicum. Ad *infinitum* extenditur æstimatio *l.* 8. §. *ult. D. rem rat. hab.* Personæ, quæ in numero parentum liberorumque sunt, sive proximi, sine ulterioris gradus sint, usque ad infinitum *l.* 53. *D. de rit. nupt. In infinitum* jurare, id est, sine ulla taxatione, ut ipsa explicat *l.* 68. *D. de rei vind. l.* 4. §. 2. *D. de in lit. jur.* In infinitum donatem Paull. *lib.* 6. *Sent. tit.* 11. §. 6. In infinitum objicitur exceptio *l.* 4. §. 17. *D. de dol. & met. except.* Nec enim in infinitum obligatus esse debet *l.* 13. §. *ult. D. de damn. infect.* In infinitum procedere verba *leg.* 18. §. 3. *D. de instr. vel instrum. leg.* Lex in infinitum capere permittit *l.* 7. §. 1. *D. de Leg. jul. cep.* Non onerandus est heres in infinito *l.* 1. §. 11. *D. ut legat. seu fideic. causs. cav.* In infinito hoc modo multos sanos esse negaremus *l.* 1. §. 9. *D. de Ædil. edict.* In infinito, videlicet per quamlibet fundi partem ire agere licebit *l.* 9. *D. de servit.* In infinito supra suum ædificium imponere *leg.* 24. *D. de serv. præd. urban.* Sic & infinita vel immoderata æstimatio *l.* 40. *D. de damn. infect.* Infinita æstimatio est libertatis *l.* 178. §. *ult. D. de reg. jur.* Infinita custodia *l.* 4. §. *ult. D. de peric. & commod. rei vend.* Non infinita pecunia, sed modica *leg.* 192. *D. de verb. signif.* infinito pretio emere *l.* 61. *D. ad Leg. Falcid.* infinitæ species unius generis *l.* 3. §. 21. *D. de adquir. vel amit. possess. Tempus infinitum, & certum* adversantur *l.* 91. *D. de condit. & demonstr.* Infinitæ usuræ Paull. *lib.* 2. *Sent. tit.* 14. §. 3.

INFIRMARE, facere ut effectum non sortiatur. Sic *infirmare* testamentum dicitur Testator, qui efficit, ne valeat *l.* 2. *D. de his, quæ in test. del.* vel etia ii quorum caussa infirmum fit. Sic Non in totum testamentum infirmant filii, sed tantum eum gradum, qui ab initio non valuit *l.* 43. §. 2. *D. de vulg. & pup. subst. Infirmari* dicitur actio per exceptionem *l.* 112. *D. de reg. jur.* confessio *l.* 29. §. 1. *D. de donat.* contractus *l.* 46. §. 2. *D. de jur. fisc.* donatio *l.* 11. §. 5. *D. de don. int. vir. & ux.* exceptio replicatione *l.* 4. §. *ult. D. si quis caution.* factum *l. ult. C. si in fraud. patr.* fideicommissum *l.* 18. *D. de legat.* 3. institutio Paull. *lib.* 3. *Sent. tit.* 4. §. 7. legatum *l.* 108. §. 9. *D. de legat.* 1. libertas *l.* 29. *D. de manum. test.* obligatio *l.* 136. *D. de verb. oblig.* promissio *l.* 9. *C. de contrah. stipul.* Res facti infirmari jure civili non potest *l.* 1. *D. de adquir. vel amitt. possess.* sententia *l.* 1. *D. de fer.* scriptura *l.* 4. *C. de jur. & fact. ignor.* Sæpe *infirmari* & id dicitur, quod non valuit *l.* 43. §. 2. *D. de vulg. & pup. subst. l.* 15. *D. de condit. inst. l.* 46. §. 2. *D. de jur. fisc.*

INFIRMITAS. Si propter infirmitatem (imbecillitatem) retinere equi impetum non potuit, vel sustinere mularum impetum *l.* 8. §. 11. *D. ad Leg. Aqu.* ubi infirmitatem culpæ adnumerari, Caius ait, puta quod infirmitatis parum memor aliquid susceperit quis, quo alteri nocetur §. 4. §. 5. §. 6. §. 7. §. 8. *Inst. de Leg. Aquil.*

Infirmitas ædificii *l.* 43. *D. de damn. infect.* ætatis *l.* 8. *D. de minor.* corporis *l.* 17. *D. de oper. libert.* fœminæ *l.* 2. §. 2. *D. ad SC. Vellei.* humana *l.* 1. §. 4. *D. de oblig. & act.* memoriæ *l.* 44. *D. de adquir. vel amitt. possess.* sexus *l.* 18. *D. de jur. fisc.*

Infirmitas pro adversa valetudine. Si ex infirmitate decesserit *l.* 30. §. *ult. D. de adim. leg.* & ita accipe id vocabulum in *l.* 2. *D. qui sine manumiss. l.* 2. §. 43. *D. ad SC. Tertull. l.* 18. *D. de judic. l.* 6. *D. de his, qui sui, vel alien. jur.*

INFLARE, pro augere. Vectigalia, quæ calor licitationis ultra modum solitæ conductionis inflavit *l.* 9. *D. de publ.*

INFLIGERE damnum *l.* 50. *D. ad SC. Trebell.* macinam *l.* 26. *D. de pœn.* pœnam *l.* 1. *D. ad Leg. jul. de adult.* summam pœnæ nomine *l.* 1. *C. de fiscul. usur.* usuras *leg.* 3. §. 4. *D. ubi pupill. l.* 11. *l.* 17. §. 3. *D. de usur.* Vid. supra sub art. *adfligere.*

INFLUERE. Aqua si in partem aquagii influxit *l.* 9. *D. quemadm. servit. amitt.*

INFODERE. Infossa dolia fundo *l.* 45. §. *ult. D. de act. emt.*

INFORMARE, de novo excitare, vel condere *l.* 1. *C. Th. de oper. publ.* Nullus judex novum opus informet. At *informare* actiones petitoris in *l.* 12. *C. Th. de fid. test.* dicitur reus, qui titulum suæ possessionis actori edit.

INFORTUNIO alieni criminis stringi *l.* 1. *pr. C. Th. de bon. proscript.* *Infortunium* naufragii *l. ult. C. de naut. fœn.*

INFRA, id est, alio posteriore legis capite *l.* 2. *D. ad Leg. Aquil.*

INFRINGERE actionem æquitate defensionis *l.* 12. *D. de dol. mal. & met. except.* Infringitur datio *l.* 10. *D. de reb. dub.* fides venditionis *l.* 2. *C. commun. rer. alienat.* immunitas *l.* 11. §. 2. *D. de mun. & hon.* jus libertatis *l.* 71. §. 3. *D. de condit. & demonstr.* officium tutoris *l.* 5. §. 8. *D. de admin. & peric. tut.* testamentum testimonio suo *l.* 5. §. 15. *D. de his, quæ ut indign.* Hereditas materteræ petita non infringit alterius hereditatis petitionem *l.* 3. *C. de pet. her.* Infringitur spes *l.* 9. §. 3. *D. de statu lib.*

INFRUCTUOSÆ arbores *l.* 13. §. 4. *D. de usufr.* Infructuosus fundus *l.* 13. *D. de reb. eor. qui sub tut.* Infructuosum rationi suæ prædium *l. ult.* §. *ult. D. de legat.* 3.

INFULÆ pro quavis dignitate accipiuntur. Sic *infulis* dicati *l.* 122. *C. Theod. de decurion.* *Infulæ* dignitatis *l.* 27. 42. 155. *C. Theod. eod. tit.* *Infulæ* duumviratus, aliorumque honorum *l.* 19. *C. Theod. de appell.* Infulas adfectati honoris amittere *l.* 8. *Cod. Theod. de cohortal.* Infulæ imperiales *l. ult. in fin. C. de quadr. præscr.* potestatis *l. un. C. Th. ne sine juss. princip.* Infularum splendore decorati *l. ult. C. Th. de palat. sacr. larg.*

INFUNDERE. Infusum venenum per vim *l.* 1. §. 19. *D. de SC. Silan.*

INGENIUM, indoles, natura, habilitas, prudentia. Circa advocatos, diligentem esse oportet, sed cum ingenio *l.* 9. *D. de offic. proconf.* Inter artifices longa est differentia ingenii, & naturæ l. 31. *D. de solut.* Ex natura, ingenioque ejus, cui relictum est, statuendum erit *l.* 12. *D. de legat.* 3. Magno ingenio de jure aperto respondit *l.* 105. *D. de condit. & demonst.* Simulatæ observationis ingenia, & fraudes depellere *l.* 6. *Cod. Theod. de curios.* Mentiri callide paupertatis ingenium *l.* 1. *Cod. Theod. de censitor.* Servilis ingenii nequitia *l.* 3. *C. de libert. & eor. liber.* Subtili ingenio auferatur l. 2. *C. de commerc.* Auctoritatem dignitatis ingenio suo augeat *l.* 19. *D. de offic. præsid.*

Ingenium etiam ingenitam cuique animali vim denotat, ut in *l.* 34. §. 9. *D. de Ædil. edict.* Si nata sit mula eo ingenio, ut alterum jugum non patiatur.

Quin nomen hoc ad ea quoque, quæ anima, & sensu carent, transfertur, ut in *l.* 6. *C. de bon. proscr.* *Ingenium* ruris. Virgil. *lib.* 2. *Georg. v.* 177. *Nunc locus arvorum ingeniis.* Ingenium loci apud Ovid. *ex Ponto lib.* 2. *v.* 52. Tacit. *lib.* 6. *Annal. cap.* 41. Locorumque ingenio sese contra imbelles regias copias tutabantur. Sallustius *lib. Hist.* apud Non. Marcell. Castrisque collatis pugna tamen ingenio prohibebantur, scilicet ingenio loci. Apulei. de mundo *lib.* 1. *p.* 56. ingenia loci, qualitatemque dixit, & *de Deo Socr. p.* 47. ingenium regionis. Flor. *lib.* 2. *c.* 6. Observato loci ingenio. Idem *lib.* 2. *c.* 16. Ingenium situs dixit Gellius *lib.* 12. *cap.* 1. Ingenia lactis, & proprietates. Eadem loquutione usi sunt Columella *de re rust. lib.* 6. *c.* 1. ubi ingenium animi in pecudibus, Gell. *lib.* 3. *c.* 6. ingenium palmæ. Add. Tertull. *de habit. mulier. cap.* 2. Pompon. Mela *de sit. orb. lib.* 1. *cap.* 13. Quidquid enim rei cuidam, veluti ingenitum, & naturale erat, id veteres ingenium adpellabant.

INGENUITAS statum ingenuorum, eorumque conditionem significat *l.* 2. §. *ult.* *l.* 5. *D. si ingen. esse dic.* Hinc ingenuitas, & libertinitas opponuntur *l.* 2. §. 1. *D. eod. tit.* *l.* 12. §. 1. *D. quand. adpell.* Ingenuitatis jura *l.* 4. *D. de jurejur.* Instrumenta *l.* 2 §. *ult. D. quib. ad libert. procl.* status *l.* 3. *D. de natal. restit.*

INGENUUS is est, qui statim ut natus est, liber est, seu, ut ait Imperator, qui cum libertate solem adspexit *l.* 14. *Cod. de fideic. libert.* ita dictus, quod ipsi quasi ingenita est libertas, quasi dicas *liberum ingenitum*, id est, nativum. Quidquid enim nativum, non factitium est, veteribus erat *ingenuum*. Sic ingenui fontes apud Lucret. *lib.* 1. 2. 230. opponuntur puteis fossis. Ingenuæ agri opes apud Prudent. *hymn. ante cib. v.* 51. sunt fructus in agro nati. Ingenui crines apud Statium *lib.* 2. *Sil.* 1. *v.* 43. sunt nativi & proprii oppositi adscititiis, & peregrinis, eo tempore maxime usitatis. Quemadmodum ergo ingenuum dicebatur, quidquid non erat factitium, ita & homines liberi id nomen ferebant, qui non facti, sed statim, ut nati essent, liberi erant. Qualis est, qui natus est ex matre, quæ tempore partus, vel conceptionis, vel intermedio libera fuit *pr. Inst. de ingen.* *l.* 5. §. 2. *D. de stat. hom.* *l.* 11. *C. de oper. libert.* Hinc ingenuus est, sive ex duobus ingenuis natus sit, sive ex libertinis duobus, sive ex altero libertino, & altero ingenuo. Item qui ex matre libera, licet patre servo natus est *pr. Inst. de ingen.* & apud Caium *lib.* 1. *Inst. tit.* 1. *pr.* Nec officit ingenuitati manumissio: si quis ingenuus natus inde in servitutem detrusus fuerit §. 1. *Inst. eod. tit.* e. g. a latronibus captus *l.* 13. *pr. D. qui testam. fac.* Nec liberi olim permittente jure vetere a patre venumdati, vel noxæ dediti, item obærati, addicti creditoribus, posteaque manumissi, libertini sunt, sed ingenui.

Dicebantur præter eos *ingenui*, qui licet tales non essent, ingenuorum fruerentur juribus, quales erant natalibus restituti *l.* 3. *D. de natal. restit.* aut qui jus aureorum annulorum acceperant ab Imperatore *l.* 4. 5. 6. *D. de jur. aur. annul.* aut

qui

qui ingenui ſententia judicis erant judicati, quamvis tales non eſſent *l.* 25. *D. de ſtat. hom.*

Ingenuum Græci ευγενη adpellant. In cujus verbi interpretatione plerique juris ignorantia lapſi ſunt, ut apud Galenum *in libro de cognoſcendis, curandiſque animi morb. c.* 9. *p.* 134. *Tom.* 6. Το δ' ευπλουτω πρωτευειν ουκ αρετης, αλλα τυχης εργον, ητις και δουλους, και απελευθερους εργαζεται, ημων των ονομαζομενων ευγενων πλουσιωτερους: Divitiis excellere, non virtutis, ſed fortunæ eſt, quæ & ſervis, & libertinis dat operam, nobis, qui ingenui dicimur, multo opulentioribus. Ubi male interpretes *generoſi*, & *nobiles*.

INGERERE offerre, inferre. Unde quum eo ſenſu ingerere occurrat in *l. ult. C. Th. de indict.* verbum *inferre* pro eo repoſuit Tribonianus *l. ult. C. Inſt. eod. tit.* Qualis mutatio etiam obſervatur in *l. un. C. de oblat. veter.* juncta *l. un. C. Th. eod. tit.* Huc pertinent illa Cujus ſe defenſor ingerit *l.* 21. §. *ult. D. ex quib. cauſſ. maj.* Ingerere libellos adpellatorios *l.* 56. *C. Th. de adpell.* maledictum, aut convicium Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 4. §. 20. manus audaces *l.* 8. §. 3. *C. de repud.* numerum perſonarum *l.* 6. *C. Th. de cuſtod. reor.* operas ſuas invito *l.* 25. *D. de procurat.* pœnam *l.* 6. *C. Th. ad Leg. Jul. repetund.* aliquid refutatoriis *l.* 11. *C. Th. de adpell.*

INGLORIUS. Inglorius eſſe non patimur *l.* 9. *C. Theod. de domeſtic.* Gloſſa Cyrilli ακλεης, *inglorius*.

INGRATA teſtamenta vocabantur eorum, qui bene de ſe meritis honorem teſtamento non habuerant, nec eos legato ullo erant proſequuti. Ideoque primipilariorum, quos ipſe promoviſſet, teſtamenta, ut ingrata, reſcidiſſe Caligulam, refert Sueton. *in Calig. c.* 28.

INGRATI actio hæredibus patrimonii, ſicut ipſis manumiſſoribus, defertur *l.* 3. *Cod. de libert. & eor. lib.* qua nempe libertus ingratus in ſervitutem revocabatur §. 1. *Inſt. de cap. demin. l. un. C. de ingrat. lib.* Lege quidem Ælia Sentia actio prodita erat adverſus libertos ingratos, ut in latumias darentur ad perpetuas operas. Vid. Doſith. *Sent. & Ep. D. Hadriani III.* 3. *p. m.* 862. *ſeq.* Jac. Cujac. *Obſ. lib.* 10. *c.* 33. Jan. Vinc. Gravin. *de Leg. & SC:is p.* 528. *ſeq.* Iidem ut in ſervitutem revocarentur, Claudius Imperator invexit Suet. *in Claud. c.* 25. quod quidem non videtur expreſſa quadam conſtitutione, vel SCo definitive, ſed extra ordinem quoſdam ingratos libertos ita mulctaſſe. Sane temporibus Neronis quum ad ſenatum referretur, ut liberti ingrati revocarentur in ſervitutem, id pleriſque diſplicuit, additumque nihil aliud læſo patrono concedi, quam ut viceſimum ultra lapidem in oram Campaniæ libertum poſſit relegare. Tacit. *Annal. lib.* 3. *c.* 26. Eoque jure uſi videntur Romani, donec Commodus Imperator, quod extra ordinem fecerat Claudius, edita conſtitutione induceret *l.* 6. *D. de agnoſc. lib.* Jac. Ræyard. *conjectan.* Vid. Hein. *Antiq. Rom. ad Inſt. lib.* 1. *tit.* 6. §. 9. *& not.* Theodoſianus & Valentinianus in *Novell. tit.* 6. antiquas, aiunt, ſanctiones ſic opprimere ſub *ingrati* actione libertos, ut ab hæredibus defunctorum præcipiant in ſervitutem revocari, veluti injuriarum & ſuperbiæ reos. *Ingratus* autem libertus eſt, qui patrono obſequium non præſtat, vel res ejus filiorumve tutelam adminiſtrare detrectat *l.* 19. *D. de jur. patron.* Plane ut ingratus a patrono puniri non poteſt, qui ſuis nummis emtus eſt ab eo, a quo manumiſſus eſt *l.* 7. *C. de oper. libert.* Liberta ingrata non eſt, quod arte ſua contra patroni voluntatem utitur *l. ult. D. de obſeq. parent.*

Ingratus in *l.* 36. §. *ult. D. mand.* pro invito, & nolente. Unde *ingratis* adverbialiter acceptum apud Plaut. *Milit. glor. Act.* 2. *ſc.* 5. *v.* 39. & alibi paſſim, & Terent. *Heaut. Act.* 3. *ſc.* 1. *v.* 37.

INGRAVARE. Per ſingulos obolos, libræ unius auri diſpendiis *ingravetur*, id eſt, mulctetur, afficiatur *l.* 2. *C. Th. de aquæd.*

INGRAVIS valetudo *l.* 3. *pr. D. de SC. Silan.* Vid. ſupra *indifficilis*.

INGREDI bona debitoris *l.* 14. *D. ex quib. cauſſ. in poſſeſ. eat* poſſeſſionem *l.* 44. §. *ult. D. de adquir. vel amitt. poſſeſ.*

Ingredi, auſpicari. *Ingreſſus* annum *l.* 48. *D. de cond. & dem.* conſulatum *l.* 36. *D. eod. tit.*

INGRESSUS, *us* pro introitu & initio. Quæſtura ingreſſus eſt, & quaſi primordium gerendorum honorum *l.* 1. §. 3. *D. de offic. quæſt.* Dum in judicio honor petitur, qui in ingreſſu ſacramenti offerri debuit *l.* 1. §. 5. *D. de extraord. cogn.* Ingreſſus litis *l.* 15. *C. de judic.*

INGRUERE. Ingruentis conſilium Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 4. §. 8. Si hiems ingruerit *l.* 6. §. *ult.* D. *de ſervit. præd. ruſt.*

INHABILIS tam perſona quam res minus idonea dicitur. *Inhabilis* ad agendum *l.* 1. §. *ult.* D. *quod cujuſq. univ. nom.* Inhabile iter *l.* 4. §. 5. D. *ſi ſerv. vind.* Inhabilis tueri rempublicam *l.* 11. D. *de decur.*

INHABITARE domum *l.* 14. *C. de uſur. l.* 4. §. 6. D. *de damn inf.* partem (domus) *l.* 5. D. *de his, qui effud.* in fundo *leg.* 78. D. *de legat.* 3.

INHABITATORES perpetui, qui non divertendi, ſed habitandi cauſſa, in caupona ſunt *l.* 1. §. *ult.* D. *furt. adv. naut. caup. & ſtab.*

INHÆRERE officio *l.* 8. *Cod. Theod. de numerar.* Inhæret cauſſa ſtipulationi *l.* 13. D. *judic. ſolv.*

INHIARE fortunis alienis *l.* 21. *C. mand.* Inhiantibus populis *l.* 4. *Cod. Theod. ne quid. publ. lat. num.* id eſt, occurrentibus undique hominibus, magnoque ſa-

crorum vultuum visendorum desiderio studioque confluentibus.

INHIATIO, cupiditas, vel desiderium. Inhiatio inverecunda petentium *l.* 15. *Cod. Theod. de petition.*

INHIBERE verbum nauticum esse tradunt grammatici, erroremque suum ultro aiunt agnovisse Ciceronem *lib.* 13. *ad Attic. Epist.* 21. quod eo pro Latino usus sit. Alex. Mor. *in præfat. Euseb. Thesauro temporum Scalig. præmissa pag.* 1. 13. Ex eo vero Ciceronis loco patet, verbum hoc illum non tamquam nauticum, & parum Latinum damnasse, sed *quod arbitratus esset, sustineri remos, quum inhiberi essent remiges jussi*, quum postea cor.m viderit, *non sustineri, quum inhibeant. Sed alio modo remigare*. Rejicit ergo non vocem, sed usum ejus pro κατ' ἐξοχὴν, quam similitudo illa vel metaphora, a nautis petita, plane non exprimit. Plura ad eum locum notant viri docti, qui omnino sunt ab elegantiæ studiosioribus adeundi. *Hein.*

In jure nostro id verbum pro prohibere, vel impedire accipitur. Sic *inhibentur* actiones *l.* 31. *D. de noxal. act.* alienatio *l.* 56. §. *ult. D. de jur. dot.* arbiter *l.* 32. §. 10. *D. de recept. arb.* conamen *l.* 22. *C. mandatis* cursus usurarum *l.* 4. *C. de usur. pupil.* donatio *l.* 7. *D. de donat.* exactio *l.* 3. *C. de novat.* nuptiæ *l.* 16. 16. *D. de sponsal.* opus *l.* 9. *D. commun. divid.* persecutio *l.* 44. *D. de vulg. & pupil. subst.* petitio *l.* 47. *D. de oper. libert.* restitutio *l.* 6. *C. de pact.* vindicatio *l.* 10. *D. de reb. eor. qui sub tut.* usucapio *l.* 24. *D. de usur.*

INHONESTE nubere *l.* 63. *D. de condit. & dem.* vivere *l.* 48. §. *ult. D. de verb. signif.*

INJECTIO manus erat vetus ritus rem suam vindicandi. Quod cum rudiore sæculo extra jus, & privato arbitrio fieret: postea in ipso jure ille ritus adumbratus est, quoties lis erat de vindiciis. Tunc enim is, qui sibi vindicias dari postulabat, rei præsenti, vel ejus symbolo, veluti glebæ injiciebat manum. Ad quem morem sæpissime alludunt poetæ. Virgil. *Æn. lib.* 10. *v.* 419. *Injecere manum Parcæ*. Ad quæ verba Servius: *Sermone juris*, inquit, *usus est. Nam manus injectio* dicitur, quoties, nulla judicis auctoritate exspectata, *rem nobis debitam vindicamus*. Ex quo loco simul patet, sæpe sibi homines hoc jus manus injiciendi stipulatos esse, ne opus esset judicii ambagibus. Ovid. *Amor. lib.* 1. 4. *Et dicam, mea sunt, injiciamque manum*. Et *lib.* 2. *eleg.* 5. *v.* 30. *Injiciam dominas in mea jura manus*. Martial. *lib.* 1. *Epigr.* 5. *Et quum se dominum vocabit ille: Dicas, esse meos manuque missos*. Inde ergo intelligitur, stipulationem illam, qua veteres sibi manus injectionem, venditio mancipio, excipiebant, ad id comparatam fuisse, ut ciceret venditori mancipium sine judicis auxilio sibi vindicare, si legibus contractus non stetisset emtor. *Hein.*

Injectionem manus excepisse venditor dicitur *l.* 10. §. 1. *D. de in jus voc.* qui eam legem in vendendo mancipio dixit, ut, si mancipium prostitueretur, manus in id injicere sibi liceret, & id abducere *l.* 1. *D. qui sine manumiss. l.* 1. §. 4. *C. de Lat. lib. toll.*

INJICERE quid in collum *l.* 7. *D. ad Leg. jul. de vi publ.* conditionem *l.* 13. §. *ult. D. de statul. l.* 12. §. *ult. D. de manum. test. l.* 34. §. *ult. D. de adquir. vel amitt. hæ ed.* conditionem legato *l.* 6. *D. de legat.* 1. manus in servum *l.* 9. *D. de serv. export. l.* 2. *Cod. eod. tit. l.* 20. §. 1. *D. de manum.* Vid. intra sub. art. *manus*.

INIMICITIÆ capitales. Solebant veteres, si quæ graves inter eos inciderint simultates, amicitiam sollemni ritu quadam ratione renunciare, & inimicitias præsentibus superstitibus profiteri. Quem morem evidenter visus est Suetonius expressisse *in vita Claudii*, cum scriberet Germanicum Pisoni amicitiam renunciasse. Verba Suetonii hæc sunt: At ne tunc quidem ultra progressus, quam ut amicitiam ei renunciaret mandaretque domesticis ultionem, si quid sibi accideret. Ad hunc morem videtur etiam Valerius Maximus respexisse *lib.* 4. Ait enim, Tiberium Gracchum Tribunum plebis inimicitias ex professo cum Africano & Asiatico Scipionibus gessisse. Idem Valerius *eod. lib.* sic de Metello Macedonio scribit: Acerrime cum Scipione Africano Macedonicus discusserat, eorumque ab æmulatione virtutis profecta contentio ad graves testatasque inimicitias progressa fuerat. Nec id quoque visus est Sidonius Appollinar. ignorasse, qui sic *Epistolarum lib.* 7. scribit. Inimicitias indictas honeste exercet, tarde credit, celeriter deponit: Cicero etiam auctor est, inimicitias olim denunciari solitas: Sic enim pro Lucio Flacco scribit: Etenim cum a clarissimis viris justissimis inimicitias sæpe cum bene meritis civibus depositas esse vidissem, non sum arbitratus quemquam amicum reipublicæ, posteaquam Lucii Flacci amor in patriam perspectus est, novas hinc inimicitias nulla accepta injuria denunciaturum. Senec. *lib.* 10. *Epist.* Inimicitias mihi denuncias, si quicquam ex his, quæ quotidie facio, ignoraveris. Idem *de ira lib.* 3. Hortensius simultates tibi indiceret, & Cicero, si derideres carmina ejus, inimicus esset. Et hæc quidem quum ita sint, nunc intelligibile est, quales *inimicitias* adpellaverint Jurisconsulti capitales *l.* 18. *in fin. de procur. l.* 15. *D. de recept. arb. l.* 6. *D. de excus. l.* 3. §. 9. *D. de adim. vel transf. leg. l. ult. D. de his, quæ ut indign.* & §. *item si propter Inst. de excusat.* Eas nimirum, quas alter alteri testato denunciaverat. Certe quia sanguinem, & vindictam spirabant ex professo, indeque capitales adpel-

pellatæ omnino videri possunt. Nec aliud voluisse visus est Seneca, cum sic *de ira lib.* 3. scriberet: Quid juvat tamquam in æternum genitos iras indicere, & brevissimam ætatem dissipare. Rævard. *Varior. lib.* 5. *c.* 15. Vid. supra art. *capitalis*.

INIMICORUM quæstioni fides haberi non debet, quia facile mentiuntur *l.* 1. §. 24. *D. de quæst.*

INIQUITAS loci *l.* 1. §. 1. *D. si quadr. paup.* id est, asperitas. *Iniquitas* judicantium *l.* 1. *D. de adpell.* ponderum *l.* 32. *C. Theod. de suscept.* repentini casus *l.* 3. *C. de inoff. test.* sententiæ *l.* 18. §. 1. *D. de mun. & hon.*

INIRE, ingredi, capessere. *Inire* consulatum *l.* 19. *D. de condict. indeb.* honorem *l.* 11. *D. de pullicit.* magistratum *l.* 45. *D. de procir.* officium *l.* 39. §. 9. *D. de administr. & peric. tut.*

Inire æstimationem *l.* 41. *D. ad Leg. Aquil.* computationem *l.* 68. *D. ad Leg. Falc.* consilium *l.* 43. §. 7. *D. de Ædil. edict.* numerum Paull. *Sent. lib.* 4. *tit.* 14. §. 3. navigationem *l.* 3. *D. de mort. causs. don.* quantitatem bonorum *l.* 1. §. 6. *si cui plusquam per leg. Falcid.*

Inire communionem *l.* 67. *D. pro soc.* consortium *l.* 52. §. 8. *D. eod. tit.* contractum metu *l.* 7. *C. de his, quæ vi & met.* conventionem *l.* 1. *C. de duob. reis* negotiationem *l.* 1. *D. de negot.* societatem *l.* 65. §. 3. *D. pro soc.*

INITIARE. *Initiata* his cunabulis auctoritas *l.* 1. *D. de offic. præf. præt.* opera *l. ult. C. de oper. publ.* Initiati orthodoxorum ritu *l.* 6. *C. Theod. ne sancti. baptism. iter.* curiæ sacris *l. ult. C. Th. quemadm. mun. civ.* Initiatus sponte, & qui consortio majorum retinetur, opponuntur *l.* 16. *C. Th. de divers. offic.*

INITIUM justum pro titulo *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.*

Ab *initio* inutile legatum fuisse, & ex accidenti postea in eum casum pervenisse, opponuntur *l.* 51. *D. ad Leg. Falcid.* Quæ ab initio inutilis fuit, institutio, ea post facto convalescere non potest *l.* 210. *D. de regul. jur.*

Ab *initio* idem est, quod dicitur in continenti *l.* 13. *C. de pact.* & ex tempore contractus *l. pen. C. de pact. int. emt. & vend.*

Ab *initio* caussam agere *l.* 19. *D. de adpell.* id est, ex integro. sicuti in *l.* 24. *in fin. D. depos.*

INJUNGERE, imponere, mandare. *Injungere*, conditionem personæ *l.* 69. *D. de condit. & demonstr.* curam *l.* 8. *D. de alim. & cibar. leg.* educationem *l.* 1. §. *ult. D. ubi pupill.* munus *l.* 1. *C. quo quis. d. ord.* necessitatem *l.* 25. §. 4. *D. de Ædil. edict.* satisdationem *l.* 1. §. 11. *D. ut legat. seu fideic.* separationem *l.* 12. §. 7. *D. de inst. vel instr. leg.* servitutem *l.* 9. *D. comm. præd.*

Injungere, adferre, inferre, irrogare. *Injungere* damnum *l.* 135. *D. de verb. signif.* pœnam Ulp. *Reg. tit.* 1. §. 2. *l.* 2. *D. de prevar. l.* 7. §. 21. *D. de interd. & releg. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 14. §. 3. servitutem, id est, in pœnam servitutem, cui irrogare *l.* 6. §. *ult. D. de pœn.*

Injungere, adjungere. *Injuncta* morti possessio *l.* 13. §. 5. *D. de aquir. vel omitt. poss.* Eamdem hujus verbi notionem probant ex *l.* 2. §. 19. *D. de orig. jur.* ubi Pomponius: *Et his Dictatoribus Magistri equitum injungebantur sic, quemodo regibus tribuni celerum.* Sed dubiæ sanitatis est hic locus, & in plerisque codicibus legitur adjungebantur, Bynkersh. *Prætermiss. p.* 38. Hein. *Injuncta* Domui aurea *l.* 58. *D. locat.*

INJURIA, ait Ulpianus, ex eo dicta est, quod non jure fit. Omne enim quod non jure fit, injuria fieri dicitur. Interdum injuriæ adpellatione damnum culpa datum significatur, ut in Lege Aquillia dicere solemus *l.* 1. *D. de injur.* Idem Ulpianus in *l.* 3. §. 1. *D. ad Leg. Aquill.* Injuriam autem hic accipere nos oportet, non quemadmodum circa *injuriarum* actionem, contumeliam quamdam, sed quod non jure factum est, hoc est, contra jus, id est, si culpa quis occiderit. Et mox: Igitur injuriam hic accipiemus damnum, culpa datum etiam ab eo, qui nocere noluit. Justinian. *pr. Inst. de injur.* Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit. Specialiter alias culpa, quam Græci ἀδίκημα dicunt, sicut in Lege Aquillia damnum injuriæ accipitur. Unde quod a quadrupede datur, injuria factum non dicitur, sed proprio nomine *pauperies* adpellatur. Nam ut denuo ait Ulpianus, pauperies est damnum sine injuria facientis datum, nec enim potest animal injuriam fecisse, quod sensu caret *l.* 1. *D. si quadr. paup.* §. 2. *Inst. eod. tit.* Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 26. Nulla est injuria nisi a consilio profecta. Nocere itaque nobis possunt (muta animalia) & ferrum, aut lapis injuriam quidem facere non possunt. *Injuria* igitur tam denotat quod dolo quam quod culpa fit contra jus alterius. Hinc per injuriam, id est, per vim, ex bonis alienis aliquid auferre *leg.* 3. §. 2. *D. ad Leg. Jul. de vi priv.* Ea autem significatione, qua injuria culpam significat, accipe *l.* 9. §. 2. *D. de minor. l.* 6. *D. naut. caup. stab. l.* 19. *D. commod. l.* 41. *D. locat.* Unde Legis Aquilliæ actio damni injuriæ actio vocatur *l.* 1. *D. de publican. l.* 54. *D. de adquir. rer. dom. l.* 10. *in fin. D. de edend. l.* 6. §. 1. *D. naut. caup. stab. l.* 111. *D. de reg. jur.* Cujus actionis fit mentio apud Ciceron. *pro Q. Roscio c.* 11. & Quinctilian. *Declam.* 13. & *Declam.* 385. de qua etiam vide supra sub art. *damnum*. Damnum autem injuria non videtur dedisse, qui defendendi sui caussa vicini ædificium orto incendio disturbavit *l.* 3. §. *pen. D. de incend. ruin. naufr. l.* 49. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.*

Injuria pro damno quolibet & incommodo. Sic *injuria* necessitatis, voluntati opponitur *l.* 4. *C. Th. de aur. coron.* Inde *Injuriosa* necessitatis sors *l.* 1. *C. Th. ne quid publ. tatit. nunc.*

Interdum & iniquitatem *injuriam* dicemus. Nam quum jus inique, vel injuste sententiam dixit, injuriam ex eo dictam, quasi *non juriam l.* 1. *D. de injur.* Justinianus *pr. Inst. de injur.* Injuria, ait, alias dicitur iniquitas & injustitia, quam Græci ἀδικίας vocant. Quum enim prætor vel judex non jure contra quem pronuntiat, injuriam accepisse dicitur. Quæ verba sumta videntur ex Paulli libro singulari *de injuriis*. uti adparet ex *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. Sic adversus injuriam adpellare *l.* 7. §. 1. *D. de minor. Injuria* quæ fit emtori non debet auctorem contingere *l.* 50. *D. de evict.* Ab eo, cujus ea de re notio fuit, injuriam passus *l.* 6. *C. de excus. tut.*

Specialiter etiam *injuria*, ut ait Ulpianus, dicitur contumelia *l.* 1. *D. de injur.* quæ a contemnendo dicta est, quam Græci ὕβριν adpellant *pr. Inst. de injur.* Talis injuria fit, aut re, aut verbis. Re quoties manus inferuntur, verbis, quoties non manus inferuntur, sed convicium fit. Omnisque injuria aut in corpus infertur, aut ad dignitatem pertinet. In corpus fit, quum quis pulsatur, ad dignitatem, quum comes matronæ abducitur, ad infamiam, quum pudicitia attentatur *l.* 1. §. 1. *D. eod. tit.* Paullus *libro sing. de injur.* ut est in *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 2. §. 5. Edictum, inquit, de injuriis ad injuriam pertinet, quæ contumeliæ caussa fit. Fit autem injuria vel in corpore, dum cædimur, vel verbis, dum convicium patimur, vel cum dignitas læditur, ut quum matronæ, vel prætextatæ comites abducuntur. Justinianus §. 1. *Inst. de injur.* Injuria committitur, non solum, quum quis, pugno puta, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit, sed & si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, quum nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat, nihil eum sibi debere, vel si quis ad infamiam alicujus libellum aut carmen scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret, sive quis matrem familias aut prætextatum, prætextatamve adsectatus fuerit, sive cujus pudicitia attentata esse dicetur. Auctor. *Rhet. ad Herennium lib.* 4. *c.* 25. Injuriæ sunt, quæ aut pulsatione corpus, aut convicio aures, aut aliqua turpitudine vitam alicujus violant. Idem *lib.* 2. *c.* 26. falsam esse ait definitionem, si quis dicat, injuriam esse nullam, nisi quæ ex pulsatione aut convicio constet. Sic quodcumque quis fecerit, vel dixerit, ut alium infamet, erit actio injuriarum *l.* 15. §. 27. *D. de injur.* Quibus ex omnibus adparet injuriam definiri debere quodvis dictum aut factum, ad alterius contumeliam dolo malo directum, ita ut dicto etiam scriptura, facto pictura etiam famosa contineatur. Eadem in *simplicem* & *atrocem* dividitur §. 9. *Inst. l.* 7. §. 7. 8. *l.* 8. *l.* 9. *D. de injur.* & hæc vel ex facti atrocitate, vel ex loco, ubi contumeliose quis habitus est, vel ex persona, cui illata, æstimatur §. 9. *Inst. l.* 7. §. *ult. D. de injur.* Injuriarum autem caussa non publici judicii, sed privati, continet querelam *leg.* 7. *de injur.* quamquam extra ordinem criminaliter agi ex eadem possit *l.* 5. *l.* 3. §. 1. *l. ult. D.* §. 8. 10. *Inst. de injur.* Injuriarum actio magis vindictæ, quam pecuniæ, habet persequutionem *l.* 2. §. 4. *D. de collat. honor.*

Injuria majestatis pro crimine majestatis *l.* 4. *C. Th. de indulg. crim.*

Injuriam matrimonii sui exsequi *l.* 15. §. 6. *D. ad Leg. Jul. de adult.* Est hoc idem, ac adulterum, adulteramque accusare, immo & occidere adulterum. Papinianus vero *apud Auct. Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 4. §. 12. id elegantius exprimit *injuriam lecti & domus non traslatitie persequi*. Similique loquutione usus Constantinus M. maritum, accusatorem adulteri adulteræque non minus eleganter *genialis tori vindicem* vocat *l.* 30. *pr. C. ad Leg. Jul. de adult.* HEIN.

Injuria quæstionis *l.* 10. *Cod. Th. de fid. test. & instr.* quæ & *injuria corporis* adpellatur *l.* 39. *l.* 75. *C. Th. de decur.* idemque *corporalis d. l.* 10. *de fid. test. & instr. l.* 47. *l.* 80. *l.* 190. *C. Th. de decur.*

Injuriæ adpellationem & munera personalia veniunt *l.* 36. *S. Th. de Episc.*

Eleganter *injuria* injustam liberorum exhæredationem significat *l.* 40. *D. de inoff. testam.* ubi jurisco usultus: Non consentiendum est, inquit, parentibus, qui injuriam adversus liberos suos testamento inducunt. Et *l.* 8. *pr. D. eod. tit.* scribit Papinianus: Inofficiosi querelam patrem filii sui nomine instituere non posse, invito eo, ipsius enim injuriam esse. Usus eadem loquutione est Valer. Maxim. *lib.* 7. *c.* 8. Vid. Ev. Otto *Papinian. lib.* 6. *c.* 2. *p.* 57. *seq.* HEIN.

INJURIOSUS, facilis ad contumeliam faciendam, conviciumque dicendum *l. ult. D. de offic. proc. Cæs. l.* 14. *D. pro soc.* Impune tibi eum injuriosum esse non patietur *l.* 8. *C. de Sentent. pass.* id est, non feret eum injuriam tibi inferentem.

INJUSTUS, *a*, *um*. *Injusta* adpellatio, non jure, neque recte, neque justa ex caussa, interposita *l.* 6. *D. de his, qui not. infam.*

Id quod ex *injusta* caussa apud aliquem est, condici potest *l.* 6. *& rubr. D. de condict. ob turp. vel injust. caus.* id est, quod non ex justa caussa ad quem pervenit *leg.* 1. *D. de cond. sin. caus.*

Injusta & *justa* possessio opponuntur *l.* 2. *l.* 3. *D. uti possid. Injusta* est possessio, si quis vi, vel clam possidet *l.* 7. §. 4. *D. commun. divid.*

Injustum matrimonium contra leges contractum *l.* 1. *D. und. vir. & ux.*

Injustum repudium apud Quinctil. *Inst. orat. lib.* 7. *c.* 5. *& Declam.* 62.

Injustum testamentum in *rubr. D. de injust. nupt. irrit. fact. testam.* accipe, quod non jure factum est, ubi sollemnia juris (externa) defuerunt, ut loquitur Papinia.

pinianus *l.* 1. *D. eod. tit.* & Paullus *l.* 5. *D. de his, quæ ut indign.* & Justinianus §. 5. *Inst. quib. mod. test. infirm.* Et ita injustum testamentum exaudiendum est *l.* 2. §. 1. *D. testam. quemadm. aper. l.* 26. *D. de inoff. testam. l.* 47. *D. de hered. pet. l.* 9. *C. de suis, & legit. her.* quod & *non justum* adpellatur *l.* 1. *D. de except. rei jud. Injustum* etiam dicitur testamentum, quod inutile, & nullius momenti est, prætetito eo, qui in potestate erat *l.* 3. §. 3. *l.* 6. §. 2. *D. de injust. rupt. irrit. fac. test.* conjuncta *l.* 3. *D. de lib. & postum. l.* 9. *C. de suis & legit. hered.*

Injusta uxor. Vid. art. *uxor.*

INLACRYMARI. Vid. supra *illacrymari.*

INLÆSA existimatione *l.* 27. *D. de procurat. Inlæsæ* res *Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 10. §. 9. *Inlæsis* horteis *l.* 1. *C. de legat.*

INLECEBRÆ. Familiarium rerum carere *inlecebris. l.* 63. *C. Theod. de Decurion.* Careant emolumentis, quæ ex donationibus, vel morientium voluntate alternis solebant *inlecebris* fraude, & circumventione percipere *t.* 49. *C. Theod. de hæret.*

INLECTUS. Vid. supra *illectus.*

INLIBATA conscientia *l.* 1. *C. Theod. de Episcop. judic.*

INLIDERE. Si quis puerum saxo inlisisset *l.* 7. §. 3. *D. ad Leg. Aquil.*

INLIGARE muneribus, vel officiis *l.* 156. *C. Theod. de decurion.* curiæ nexibus *l.* 161. *C. Theod. eod. tit.* obsequiis, & functionibus *l.* 47. *C. Theod. de hæret.* Nullus sane solis materni sanguinei *inligetur l.* 137. *C. Th. de decurion.*

INLUDERE commodis curiarum *l.* 43. *C. Theod. de decurion.* Alia officia *inlusurus l.* 62. *C. Theod. eod. tit.* Publicis *inludere* functionibus per suam fugam *l.* 119. *C. Th. eod. tit.* Si eos spes falsi honoris *inluserit l.* 24. *C. Theod. eod. tit.*

INLUSTRARE, & *inlustris.* Vid. *illustrare. illustris.*

INLUVIES. Erepto splendore ejus (Eutropii) & consulatu, a tetra *inluvie*, & a commemoratione nominis ejus, & cænosis sordibus vindicatio *l.* 17. *C. Th. de pœn.*

IMMANE aurum, id est, immensum *l.* 7. *C. Th. de tyron.*

INNATA libertas, id est, ingenuitas *l.* 17. *C. Th. de tyron. Innatum* in publico, publicum est *l.* 65. §. *ult. D. de adquir. vel amitt. possess.*

INNECTERE. Veteranorum filios curialibus muniis *innectendos l.* 15. *C. Th. de decurion.* Sacramentis *innexi l.* 105. *in fin. C. Th. eod. tit.*

INNOCENS, expers criminis, *integer vitæ, sceleris purus*, ut Horatius loquitur *lib.* 1. *Od.* 22. *v.* 1. *l.* 5. *D. de pœn.* Quamvis ex juris principiis & is innocens credatur, cui defuit accusator, quamvis non defuerit inimicus *l.* 6. *C. Th. de famos. libell.* Quibus adfinia sunt illa apud Paullum *recept. sent. tit.* 12. §. 5. Certæ humanæ rationis est, favere miserioribus, & prope *innocentes* dicere, quos absolute nocentes pronunciare non possumus. Sunt ergo *innocentes*, qui numquam criminis accusati, prope *innocentes* servi communes, qui ab alterutro tantum domino vincti fuerunt. Si qui vero accusati judicium salvi evasissent, ii eleganter vocantur *ambusti*. Valer. Max. *lib.* 8. *cap.* 1. Vid. Schulting. ad *Paulli locum p.* 424. *Hein.* Boni, atque innocentis viri officio fungi *l.* 4. §. 1. *D. fam. ercisc.*

Innocentes etiam dicuntur res, quæ sunt innoxii usus, vel nemini nocent. Ut *innocens* ignis *l.* 9. §. 3. *l.* 11. §. 1. *D. locat. Innocens* industria *l.* 12. *C. Theod. de lustr. collat.*

INNODATUS nexibus municipalis ordinis *l.* 180 *C. Theod. de decurion.*

INNOTESCERE. Ut *innotesceret* Prætor, curam agere *l.* 3. 1. *D. naut. caup. stat.* Sunt qui sibi hic Græcismum videntur observare, ut *innotesceret prætor curam agere, reprimendæ improbitatis*, idem sit, ac *innotesceret prætorem curam agere*. Scip. Gentil. *lib.* 1. *parerg. c.* 6. Et sane non infrequens ista constructio in jure nostro. Saltim ejus manifestissima exempla exstant in *l.* 22. §. 8. *D. solut. matr. l.* 3. *D. de dot. præleg. l.* 33. *D. de legat.* 1. nec non apud Tacit. Annal. *lib.* 2. *c.* 67. Diffentire manifestus: Et *lib.* 15. *c.* 54. Magnæ cogitationis manifestus. At mihi tamen verosimilius videtur, *innotescere*, verbum alioqui neutrum transitive hic accipi, pro *notum facere*. Sic *insuescere* pro adsuefacere apud Horat *Lib.* 1. *serm. sat.* 4. *v.* 105. Insuevit pater optimus hoc me, ut fugerem. Item *requiescere* pro quietem facere, apud Virgil. *Eclog.* 8. *vers.* 4. Propert. *lib.* 2. *eleg.* 22. *vers.* 47. Glossarium vetus *Vilescit*, ἐξευτελίζει. Ita & *lucere cereum* Plaut. Gurcul. *act.* 1. *sc.* 1. *v.* 9. *lucere novæ nuptæ*. Idem. *Casin. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 30. *Prælucere faces*, Martial. *lib.* 12. *epigr.* 42. [illegible] dixerunt. Adde Guil. Bud. *Comment. lingu. Græc. p.* 1103. & Salmas. *ad script. Hist. Aug. p.* 270. Hein.

INNOVARE. Placuit cum de adpellationibus judicatur, altero ex litigatoribus in lite defuncto, menses quatuor *innovare*, & nova tempora prorogari *l. un C. Theod. si pend. adpell.* Symmach. *lib.* 10. *epist.* 45. Orta præscriptio est, quæ assereret *novari tempora* possessore mortuo debuisse.

INNOXII, & nocentes opponuntur *l.* 11. §. 1. *D. de public. judic.* Qui quum aliter tueri se non possent, damnum culpa dederint, innoxii sunt *l.* 45. §. 4. *D. ad Leg. Aquill.*

Innoxium esse delictum non debet *l.* 6. §. 7. *D. de offic. præs.* id est, impune, vel a pœna vacuum.

Innoxium ignem habere *l.* 11. §. 1. *D. locat.*

INNUBERE nubere *l.* 1. *C. Th. de revoc. donat. l.* 1. *C. Th. de secund. nupt.*

INOFFICIOSUS libertus *l.* 1. D. *de jur. patron. l. ult.* D. *de in jus voc.* qui in officio debito peccat.

INOFFICIOSUM testamentum, quod recte quidem factum est, sed non ex officio pietatis, ut loquitur Marcianus *l.* 2. D. *de inoffic. test.* vel ut Paull. *lib.* 4. *sent. tit.* 5. §. 1. *quod frustra liberis exheredatis, non ex officio pietatis videtur esse conscriptum.* Hujus enim verbi de *inofficioso* vis illa est docere, immerentem se, & ideo indigne præteritum, vel exheredatione summorum *l.* 5. D. *de inoffic. test.* Denique inofficiosum testamentum dicere, hoc est, adlegare, quare exheredari, vel præteriri non debuerint *leg.* 3. D. *eod. tit.* Resque hoc colore defenditur, quasi parum sanæ mentis fuerit, quum testamentum inique ordinaret *l.* 2. *l.* 5. *l.* 13. *D. eod. tit. leg.* 36. D. *de legat.* 3. De *inofficioso* testamento agunt liberi, qui queruntur, aut inique se exheredatos, aut inique præteritos *pr. Inst. de inoff. test.* Sed & aliæ personæ querela inofficiosi experiuntur, veluti parentes utriusque sexus, sive exheredati injuste sive præteriti *l.* 1. *leg.* 30. D. *de inoff. test.* fratres & sorores germani, & consanguinei, exheredati aut præteriti, si ipsis persona infamis, vel levis notæ macula laborans præelata sit *l.* 27. *C. de inoff. test.* Ut igitur *inofficiosi* querela sit actio, qua ii, quibus debetur portio legitima, injuste exheredati vel præteriti, agunt contra heredes institutos, ut testamentum eo colore, quod testator non sanæ mentis fuerit, rescindatur. Eadem adpellatur hereditatis petitio *leg.* 20. §. 2. *l.* 34. D. *eod. tit.* Vid. infra sub art. *querela.*

INOLESCERE. *Inolita* licentia *l.* 21. *C. Th. de prat. & quæst.* In moribus *inolescendis*, similiter passive dixit Gell. *lib.* 12. *c.* 1.

INOPIA pro quovis defectu. *Inopia* probationum *l.* 3. *C. de reb. cred.* Est etiam in specie paupertas. Sic propter *inopiam* adversarii inanis actio *l.* 6. D. *de dol. mal.*

INOPINABILE, quod nemo temere opinatus esset futurum. Si quid inopinabile natura adinvenerit *Novell.* 72. *c.* 5. §. 1. *extr.*

INOPINATA caussa *l.* 3. D. *de condict. indeb.* Si aliquid *inopinatum* emergat *l.* 7. D. *de fer.* Ex *inopinato l.* 24. §. 16. D. *de fideic. libert.* Jura constitui oportet, ut dixit Theophrastus, in his, quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον, *ut plurimum* accidunt, non quæ ἐκ παραλόγου, id est, *ex inopinato l.* 3. D. *de legib.* *Inopinatus* fortunæ impetus *l.* 5. D. *ut in possess.*

INOPS. *Inopes* onera patrimonii ipsa non habendi necessitate non sustinent *l.* 4. §. 2. *C. de mun. & hon.*

INORMITAS vehiculi vel ponderis, pro *enormitas l.* 30. *Cod. Theod. de curs. publ.* sicut *inormis* pro *enormis*, prisca dictione, Spartiano quoque usurpata in *Aelio Vero c.* 1. ubi plura ejusmodi exempla congessit Salmas. in *Not. p.* 61. & post eum Lud. de la Cerda *in Advers. sacr. cap.* 134. *sect.* 13. Add. Car. Du-Fresne *Gloss. lat. h. v.*

INQUIETARE in genere est turbare, vexare, interpellare; atque etiam controversiam alicui quæstionemve movendo. Ita: Eum qui bonis cessit, ne quidem ab aliis, quibus debet, posse inquietari *l.* 4. D. *de cess. bon.* & hoc sensu passim id verbum legitur in Libris nostris.

Nec personæ modo, sed & bona, inquietari ob debita dicuntur *l.* 5. *C. an serv. ex suo fact.* itemque donationes *l.* 1. *Cod. de revoc. donat.* facultates *l.* 5. *C. Th. de jur. fisc.*

Inquietare pro violare. Eum, qui hanc formam ausus fuerit inquietare *l.* 3. *C. Th. de frum. urb. Constantinop.*

INQUIETATOR. Si quis in ullam rem inquietator extiterit *l.* 1. *C. de primicer. & secundocer.*

INQUIETUDO *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.* *Inquietudinem* inferre *l.* 36. *C. de donat.* sustinere *l.* 5. *C. de ingen. manum.*

INQUILINUS est, qui conductis ædibus habitat, & proprie urbani prædii conductorem significat *l.* 37. D. *de adquir. vel amitt. possess. & passim.* Ac plane Applan. *lib.* 2. *de bell. civ. p.* 428. ubi Ciceronem a Catilina ἐγκαυλινόντων, inquilinum adpellatum esse, refert, statim addit, *inquilinum* Romanorum lingua adpellari ἐν ἀλλοτρίαις οἰκίαις ἐνοικοῦντα, *alienas ædes inhabitantem.* Unde a *colono*, id est, *fundi conductore*, inquilinum separari, vidimus supra, voce *coloni*, ut & confirmat *l.* 25. §. 1. *C. de adquir. possess. l.* 6. §. 1. D. *de precar. l.* 1. §. 1. D. *de migrand.* *Inquilini* castrorum *l.* 17. §. *ult.* D. *de excusat.* Superficiarius quasi inquilinus est *l.* 3. §. 3. D. *de nov. op. nunc.*

Inquilini, pro his, qui prædiis adscribuntur, iisque adhærent *l.* 112. D. *de legat.* 1. ubi Cujacius eodem trahit *l.* 4. §. 8. D. *de cens. l.* 17. §. *ult.* D. *de excusat.* Elegante translatione. Seneca *Epist.* 108. eos, qui multos annos apud philosophos persederint, pertinacissimos quidem & adsiduos, sed qui ne colorem quidem duxerint, *non discipulos*, sed inquilinos philosophorum vocat.

INQUINARE amplissimum ordinem *l.* 1. D. *de collus. deteg.* Quo scelus inquinat *leg.* 2. *C. de dignit.* *Inquinare* segetem alienam *l.* 27. §. 14. D. *ad Leg. Aquill.* vestimenta *l.* 27. §. 18. D. *eod. tit.*

Eleganter emta a Judæis Christiana mancipia *inquinari* emtorum dominio dicuntur *l.* 5. *C. Th. ne Christ. mancip. Jud. hab.*

INQUISITIO in genere est investigatio, excussio, scrutatio. Sic inquisitio census *l.* 5. *Cod. Th.* fugitivorum *l. ult.* D. *de fugit.* rei, quæ sub custodia nostra est *l.* 3. §. 13. D. *de adquir. vel amitt. possess.*

Ex *inquisitione* vero dari confirmarique tutor cura-

ratore dicitur, qui caussa cognita, & moribus, fide, facultatibus ejus æstimatis, magistratuum decreto datur, vel confirmatur *l. 1. §. 17. C. de ventr. in possess. mitt. l. 14. §. 5. D. de solut. l. ult. C. de auct. præst. l. 4. C. de tut. qui satisd. cog.* Inquisitionis fides *l. 28. §. ult. D. de testam. tut. l. 13. §. ult. D. de tut. & cur. dat.* Per inquisitionem idonei pronunciati *l. 5. D. de confirm. tut.*

Sed & *inquisitio* fit in delicta. Sic inquisitionem in eos, qui se hæreticorum erroribus dederunt, facere: Edict. Justiniani 2. *c.* 1. pr. Carol. Du-Fresne *Glossar. h. v.* Et *inquisitio*, hac parte, in specie dicitur, quæ ex mero judicis officio est ad investiganda delicta, ut boni mores conserventur. Ita quidem jure etiam civili procedere contendit Oldendrop. ex *l. 13. D. de offic. præsid.* ubi Ulpianus: Congruit bono, & gravi Præsidi curare, ut pacata atque quieta provincia sit, quam regit, quod non difficile obtinebit, si sollicite agat, ut malis hominibus provincia careat, eosque conquirat, nam & sacrilegos, latrones, plagiarios, fures conquirere debet, & prout quisque deliquerit, in eum animadvertere, receptoresque eorum coercere, sine quibus latro diutius latere non potest. Idem Oldendrop. somnium esse ait quod alii dicunt hic de generali inquisitione, non de speciali agi. Quomodo enim in genere aliquid pervestigabit magistratus, quod fructum adferat reipublicæ, nisi perveniat tandem ad specialem inquisitionem adversus hunc vel illum. Quod item dicunt, sine legitimis indiciis specialem inquisitionem non procedere, id observandum est etiam in illa, quam ipsi vocant generalem. Nam nullus omnino potest in suspicionem adduci, nisi ex caussa secundum juris definitionem verisimili, quæ cum adest, quilibet judex potest, sive dicas generaliter, sive specialiter, inquirere veritatem. Solum id observa, quid requiratur ad legitimam inquirendi caussam, ne credas aniles rumores sufficere ad lædendam hominis famam, conditionem, vel vitam. Multo minus satis est malorum hominum diffamatio, qui vel invidia, vel qua vis fraude proximum necare conantur falsis delationibus. Hæc quidem Oldendorpius. Verum quod *in d. l. 13. D. de offic. Præs.* inculcatur, ut Præses noxios homines *conquirat*, id minime inquisitionem illam, in processu quem vocant inquisitorum, usitatam significat, ceu ostendit Thomas *in dissert. de orig. process. inquisitor. §. 39. & seq.* ubi alios juris civilis textus allatos expendit, inter quos eminent illa Constantini Imp. *l. 1. C. de cust. reor.* in quacumque caussa reo exhibito, sive accusator existat, sive eum publicæ sollicitudinis cura perduxerit, statim debere quæstionem fieri, ut noxius puniatur, innocens absolvatur. Quibus idem Imp. statim subjungit: Quod si accusator aberit ad tempus, aut sociorum præsentia necessaria videatur, id quidem debet, quam celerrime procurari. Quorum verborum antecedentium sensus ex sequentibus ita est exponendus: Celerrime debet expediri processus accusatorius, sive *accusator existat*, seu *statim præsens sit*, sive absente accusatore reus exhibeatur, ab irenarchis cum elogio. Interim quam celerrime debere accusatorem absentem evocari ut accusationem instituat. Adde Gothofr. *ad l. 1. C. Theod. cod. tit.*

Sane hodie ex sententia juris canonici invaluit fere ubique inquisitorius ille processus, ipso accusatorio longe frequentior, & usitatior, quo judex sine accusatore ex officio inquirit in veritatem criminis, nec judex actor est, sed sola fama, & ideo litis contestatione non est opus, & suscipitur inquisitio ex sola gravium personarum relatione *cap. qualiter, & cap. ult. de accusat.* Non igitur tantum in casu extraordinario famæ, & clamoris publici, sed etiam ad delicta occulta eruenda, quæ per *denunciationem*, quam vocant *simplicem*, delata sunt, adhibetur. Antequam autem ad *specialem* contra rem procedatur inquisitionem, constare ex actis debet de legitimo ejus fundamento, præmittenda *generalis* inquisitio, utrum crimen commissum sit? & si de eo constat, quis illud commiserit? ac sub quibus circumstantiis. Atque hunc in finem testes summarie accipiuntur, ad instruendam *specialem* inquisitionem, pro qua tamen declinanda reus merito audiendus, defensione pro *avertenda inquisitione* oblata, quippe quæ hodie magni præjudicii est. Denique ubi ad specialem inquisitionem indicia sufficere videntur, hæc juxta modum præscriptum est peragenda, & caute observandum, ne nulliter procedatur *c. 12. de accusat.* qui modo hic est, ut præsens sit is, contra quem inquisitio facienda, per contumaciam tamen absens condemnari potest, quod extraordinaria tantum plectatur pœna. Deinde exponenda ei capitula, de quibus inquisitio suscepta, & sic necessaria ad illa examinandus est, hic vero respondere tenetur, recipiendi testes, dicta & nomina testium ei publicanda, ut contra excipere possit, denique defensio ejus admittenda *c. un. eccles. benef. sin. dim. conf. c. 24. de accusat.*

INQUISITIO, Tribunal. vid. hac voce.

INQUISITOR, qui inquirendi in reum caussa in provinciam mittitur apud Plin. *lib. 3. Epist. 9.*

Inquisitor ecclesiasticus. Vid. sub art. tribunal.

INREVERENS, miles *l. 13. §. 4. D. de re milit.*

INSANIA, dementia. Si maledictum adversus Imperatorem ex *insania* processit, miseratione dignissimum est *l. 1. C. si quis Imp. maledix.* Quid vero intersit inter insaniam, & furorem, docet Cic. *Tusc. Quæst. lib. 3. c. 5.*

Insania pro errore pestilente. *Insania* novæ præsumtionis *l. 22. C.Theod. de prat. & quæst.* sacrificiorum *l. 2.C.Th. de pagan.*

INSCIENS dominus *in l. 34. D. de usurpat.* idem quibusdam, *ac sciens* esse videtur, notante Dion. Gothofredo, eique adstipulante VVissenbachio *Exerc. ad Dig. Part. 2. disp. 20. thes. 10.* ut particula *in* sit παραθετικη, quemadmodum in lege Manilia, quam e codice MSC. Hygini restituit Lips. *Elect. lib. 1. c. 15.* Et similia ejus notionis videri posse *l. 1. §. 2. D. migrand.* ubi *infrequens* interdictum valde frequens *l. 29. §. pen. D. de lib. & post.* ubi *indifficilis* casus pro valde difficili, nec non *l. 3. pr. D. ad SC. Silan.* ubi *ingravis* valetudo pro gravissima occurrit. Enim vero legis Maniliæ caput 5. in mendo cubare, ipse Lipsius observavit. De *difficilis* & *ingravis* idem videtur Alciato *lib. 4. de verb. signif. sub fin.* In *l. 1. §. 2. D. de migr.* nihil est, quod nos a vulgari vocabuli *infrequens* significatione recedere cogat. Malim igitur, dictæ *l. 34.* aliam medelam quæri, aut, donec melior reperiatur, textum inserta particula non negative legi, cum Cujacio *lib. 5. obs. c. 18.* inter quem, & Jo. Robertum quæ disputata sint patet ex *lib. 1. Controv. c. 19.* Hæc Brissonius. Sed quid opus est tanto tumultu, quum hic textus *l. 34. D. de usurpat.* & sine emendatione, & tam inusitata vocabuli notione recte se habeat? Ait Alfenus Varus castissimæ latinitatis auctor: *Si servus insciente domino rem peculiarem vendidisset, emtore usucapere posse.* Si legas *non inscientem*, vel *inscientem* accipias pro *sciente*, vel conscio domino, quid opus erat, monuisse emtorem posse usucapere, quum servus, sciente & non prohibente domino, rem peculiarem vendens, dominium procul dubio transferat? Loquitur ergo procul dubio de casu quodam, quo & insciente domino vendente servo emtor sit in conditione usucapiendi. At vero talem casum jam Accursius evidentissimum ostendit *l. 10. C. quod cum eo, qui in al. pot.* Nam si liberam habens peculii administrationem servus equas, aliasve res peculiares vendidit, rata esse dicitur venditio. Quis ergo neget emtorem tunc usucapere posse? Si servo non fuerit libera administratio, nec dominium insciente domino transferre potuit servus, nec emtor justum est possidendi initium, scienti servilem venditoris conditionem, quia res furtiva est *l. 56. §. 3. D. de furt.* Si vero nec servus animo amovendi, furandive, sed quia credidit, id dominum non nolle, vendiderit, & emtor istas res bona fide, vel ignarus conditionis ejus acceperit, nulla est ratio, cur emtor usucapere nequeat, quum res furtiva sine animo, consilioque furandi non intelligatur. Ita recte Accursii sententiam defendisse videtur Robert. *recept. lect. lib. 2. cap. 18. & Controv. lib. 1. c. 19.* HEIN.

INSCIENTIA *l. 38. in fin. D. de judic. l. 23. C. de loc. cond.* Inscientia medici, id est, imperitia *l. 52. D. ad Leg. Aquil.* Quod verbum occurrit apud Cic. *lib. 2. de invent. c. 2. lib. 1. de orat. c. 45. & 54.* ubi plerique olim legerunt *inscita*. Sed veram lectionem Victorius, aliique viri docti pridem restituerunt. *Hein.*

INSCRIPTIO in crimen, quæ similitudine supplicii accusatores obligat *l. ult. C. de injur.* Unde inscriptio pro *subscriptione* illa, quæ ab accusatore fiebat *l. 5. §. 5. D. ad SC. Terpill. l. 1. C. eod. tit. l. 8. C. unde vi l. 1. l. 19. C. qui accus. non pos.* Symmach. *lib. 1. Epist. 49.* Quid habet conditionis inscriptio, nostris præ ceteris, juris publici conditores *cet.* Provisum enim est, ne quis temere in alieni capitis discrimen irrueret, in se idem prima pœnæ sponsione vinciret.

Ad eamdem inscriptionem pertinent verba Gratiani, Valentiniani, & Theodosii Impp. *l. 2. D. de exhib. & transm. reis*: Ex longinquo si quis acciendus, non prius insimulanti adcommodetur adscensus, quam sollemni lege se vinxerit. Durum illud inscriptionis vinculum accusatoribus injecerunt etiam Germanicæ originis gentes in Leg. Visigoth. *lib. 2. tit. 1. §. 1. & Leg. Bajuvar. tit. 8. c. 17.* Vere ergo Romana est formula subscriptionis, quam ex Odoranni, Monachi Senonensis, schedia, seu compilatione ecclesiastica exscripsit Brissonius de *Formul. lib. 5. §. 189. p. 442.* Igitur ergo ille adversum te in rationibus publicis adsisto. Si te injuste interpellavero, eadem pœna, quam in te vindicare pulsavi, me constringo, atque conscribo partibus tuis esse damnandum, atque subiturum. Et pro rei totius firmitate manu propria firmo, & bonorum virorum judicio roborandum trado. Hein.

Inscriptio dicitur etiam libellus accusatorius. Hinc *Inscriptionum* libelli *l. 2. §. 8. & ult. D. ad Leg. Jul. de adult.* paginæ *l. 3. C. qui accusar. non poss.* item.

Inscriptiones absolute *l. 16. C. de accus. & inscript.* Formulam hujusmodi libelli inscriptionum suppeditavit Paullus *l. 3. pr. D. eod. tit.*

Inscriptio etiam titulum, operi alicui, vel sepulcro præfixum significat *l. 2. l. 3. in fin. D. de oper. publ.* *Inscriptiones* monimentorum *l. 6. C. de relig. & sumt. fun.*

INSCRIPTUS, pro accusato, adversus quem accusator se in crimen inscripsit *l. 2. C. Theod. de abol.*

INSCULPERE. Si insculpenda gemma data sit *l. 13. §. 5. D. locat.*

INSECTARI calumniosis criminibus innocentes *l. 6. §. 2. D. de offic. præsid.* famam alienam libello dato principi *l. 15. §. 29. D. de injur.*

INSECTATIO criminis *l. 26. C. Theod. de cohortal.*

IN-

INSEQUENTES sibi pro *se in l.* 3. §. 9. *D. de suis & legit.*

INSEPULTUS *l.* 12. §. 2. *l.* 14. §. 7. *D. de religios. l.* 38. *D. eod.* Insepultam facere sepulturam, dixit Optat. Milevit. id est, de indignis defunctis nullam in altari commemorationem facere, imo illos sepultura privare.

INSERERE arbitrium stipulationi *l.* 3. *C. de dot. promiss.* mandato caput tale *l.* 1. *D. de tem. mil.* conditionem legato *l.* 11. *D. de legat.* 2. diem stipulationi *l.* 13. §. *ult. D. de damn. infect.* libello epistolam *l.* 1. *C. de contrah. & committ. stipul.* doti pactum *l.* 10. *C. de jur. dot.* pactis pœnam *l.* 41. *C. de transact.*

INSIDERE. Insidens regionis visceribus prædator *l.* 9. *C. Theod. de exsequut. & exact.* pro quo *in l.* §. *C. just. eod. tit. insidians* præter necessitatem reposuit Tribonianus.

INSIDIÆ ædificiorum *l.* 2. §. 2. *C. de vet. jur. enucl.* piratarum *l.* 18. *D. commodat.* tutorum *l.* 1. *Theod. de in integr. rest.* venenorum *l.* 4. *Cod. Th. de indulg. crim.* Multorum insidiis expositum minorum ætatum consilium *l.* 1. *D. de minor.* Insidiis medici necatus *l.* 5. §. *ult. D. de SC. Silan.* Si qua opera mœnibus, vel publicis operibus, ita cohæret, ut ex his incendium, vel *insidias* vicinitas reformidet *l.* 13. *C. de oper. publ.*

INSIDIARI pudicitiæ *l.* 5. *D. ubi pupill. educ. vel mor.* alienæ verecundiæ *l.* 41. *C. Theod. de episc.* id est, calumniosam accusationem instituere. Hominem homini *insidiari* nefas *l.* 3. *D. de just. & jur.*

Reperitur etiam *insidiare* in forma activa *l.* 28. §. 11. *D. de pœn.* ubi Callistratus: Qui saluti dominorum suorum *insidiaverint*. De eo loco ex instituto Scip. Gentil. *lib.* 1. *Parerg. c.* 18. Voss. *de analog. lib.* 3. *c.* 7. Ducker. *de latin. vet. ICtor. p.* 328. Sed Haloander ibi habet, *insidiaverunt*, quæ lectio valde probabilis est. Ceterum non raro veteres deponentibus etiam forma activa usi sunt, ut *molior*, & *molio*: Valer. Maxim. *lib.* 5. *c.* 10. *ex Rom.* 2. *arbitror*, & *arbitro* Plaut. Stich. *Act.* 1. *sc.* 3. *v.* 87. & *Pseudol. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 57. ut alia ejus generis omittamus exempla, quæ post Vossium adtulit Perizon. *ad Sanctii Minerv. lib.* 3. *c.* 2. & 3. Non ergo solo e cum erit illud *insidiaverit*, quamvis exemplo destituatur. *Hein.*

INSIDIOSA loca *l.* 36. §. 1. *D. de rei vind. leg.* 4. *D. de mort. cauff. don.*

Insidiosa artes *l.* 49. *C. Theod. de decur.*

INSIDIOSE dissimulare *l.* 43. *D. de contrah. emt.* id est callide, & fraudulenter.

INSIGNIA pro quibusve signis. Utriusque caussæ quædam habeat insignia §. 1. *Inst. de donat. Insignia* luctus *l.* 15. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* In specie *Insignia* sunt ornamenta, symbola dignitatis. Appianus *lib.* 1. *de bell. civil. p.* 417. σημεῖα τῆς ἀρχῆς, *signa magistratus*: Dio vero Cassius *lib.* 46. *p.* 238. τὰ ἀρχικὰ, *signa magistratus*, & κοσμήματα τῆς ἡγεμονίας, *ornamenta curationis publicæ* vocat Cicero *pro Sext. c.* 6. Se illis fascibus, ceterisque insignibus summi honoris, atque imperii esse ornatos. Idem *Epist.* 1. *ad Quintum fratrem c.* 4. Majoraque præferant fasces illi, ac secures dignitatis insignia, quam potestatis. Sic *Insignia* consularia *l.* 2. *pr. D. de his qui not. infam.* consularitatis *l.* 2. *C. Theod. de senat. & gleb. collat.* dignitatum *l.* 25. *C. Theod. de decurion.* claræ domus *l.* 27. *C. Theod. de Episc.* honoris *l.* 4. *C. Theod. de decurion.* palatini laboris *l.* 73. *C. Theod. eod. tit.* magistratuum *l.* 1. §. 3. *D. de postul.* militaria *l.* 2. §. 2. *D. de his qui not. infam.* ordinis Paull. *sent. lib.* 5. *tit.* 25. §. 12. prætorum *l.* 15. *C. Theod. de prætor.* præturæ *l.* 12. *C. Theod. eod. tit.* proconsularia *l.* 1. *D. de offic. procons.*

INSIGNIS, dies *l.* 8. *D. ad SC. Turpill.* id est, celebris, & festus.

Insignes latrones *l.* 16. *D. de adpell.* id est, famosi, ut *l.* 28. §. 16. *D. de pœn.*

INSIGNITUS macula *l.* 10. *C. Th. de tironib.*

INSIMULARE crimen in aliquem conjicere, accusare. Si quis socius criminis insimulatus fuerit *l.* 1. *C. Theod. de exhib. reis*. Hinc

INSIMULATIO accusatio: Quia nonnulli ex ordine Senatorio maleficiorum insimulatione, atque invidia stringebantur *l.* 10. *C. Th. de malef.* Insimulatio congrua *l. ult. C. Th. de apostat.*

INSINUARE, notum facere. *Insinuatum* est quosdam patres *l.* 3. *C. Th. de matern. bon.*

Insinuare judici desiderium *l.* 9. *C. Th. de decurion.* fidem *l.* 24. *C. Theod. de hæret. Insinuata* divino Petro, Apostolo religio *l.* 2. *C. Th. de fid. cathol. l.* 1. *C. Justin. eod. tit.* Insinuavit voluntatem suam testator *l.* 11. §. 2. *D. de legat.* 3. Verbum hoc illo significatu tantum Lampridio, Spartiano aliisque recentioris ævi scriptoribus familiare fuisse, observant Salmas. *ad Jul. Capitol. in vero c.* 1. & Ducker. *de Latin. Vet. ICtor. p.* 439. HEIN.

Insinuare, apud magistratus actis intervenientibus intimare, & publicare *l.* 30. *l.* 31. *l.* 36. §. *ult. C. de donat.* §. 2. *Inst. de donat.*

Insinuare litem, id est, denunciare *l.* 1. *C. Th. de denunciat.*

INSISTENTIUM, id est, in via stantium densitas *l.* 5. *C. Th. de sepulcr. viol.*

Insistere possessioni *l.* 1. *D. de adquir. possess. l.* 2. *C. Th. de his, qui super relig.* Insistere mora pestiferæ perseverationis *l.* 1. *C. Th. de his, qui super relig.*

INSITA conditio legato *l.* 82. *D. de cond. & demonstr.* id, est, adjecta, inserta.

INSO-

INSOLENTER agere, aut cupide *l.* 5. C. *Theod. de offic. Rect. prov.*

INSOLENTIA. Supplicia ab insolentia judicum reperta *l.* 3. C. *Theod. de exaction.* Insolentia curiosa *l.* 33. *D. de usur.*

INSOLITUM esse fieri *l.* 18. *D. de minor. l.* 2. C. *de quæstion. l.* 27. *D. de poen.*

INSONS victima *l.* 10. *l.* 12. C. *Theod. de pagan.*

INSPECTARE. Inspectatur conditio, id est, inspicitur, spectatur *l.* 2. *D. de usur.*

INSPECTATIO pro inspectio *l.* 12. §. 9. *D. de capt. & postlim.* Ita & Seneca *Natur. Quæst. lib.* 6. *c.* 4. Quorum dulcis mihi inspectatio.

INSPECTIO æqua rerum, ac personarum, quæ privatam degunt vitam in publicis functionibus *l.* 3. C. *Theod. de immunit. conc.* Inspectiones, discussionesque *l.* 11. *l.* 12. C. *Th. de censit. per æquat.* Inspectio fidelis *in l.* 1. C. *Th. finium regund.* est, quæ fit ab agrimensoribus ex fide terminorum *oculis suis subjectis locis*, ut loquitur *lex.* 8. §. 1. *D. eod. tit.* Hinc in veteribus lapidibus, & scriptoribus *in re præsenti*.

Inspectio jecoris *l.* 9. C. *Th. de pagan. Ne quis inspectione jecoris, extorumque præsagio, vanæ spem promissionis accipiat.* Pro eo extorum *inspicia* dixit Tertullian. *lib.* 1. *poem. adv. Marcian. v.* 13. sollemni in his sacrificiis voce, notant Barthio *lib.* 25. *Adv. c.* 11. Adde de hoc augurandi genere Alex. ab Alexandro *Genial. dier. lib.* 5. *c.* 25.

Inspectio militis *l.* 28. *Cod. Theod. de erogat. militar. annon.* ubi inspectio est census, recensio, lustratio. Alioquin συνδαντικῶς annona militaris *inspici* dicitur. Lamprid. *in Alexandr. Sever. c.* 15. Annonam militum diligenter inspexit. Ita & *respicere.* Vulcarius in *Avidio Cassio cap.* 6. Arma militum septimo die semper respexit, vestimenta etiam, & calceamenta.

Inspectio & peræquatio *l.* 6. C. *de advoc. divers. judic. Novell. Theod. & Valent. de postul.*

Inspectio rationum *l.* 4. C. *de fid. instrum.* tabularum *tit. D. quemadm. testam. aper.* etiam earumdem lectionem comprehendit *l.* 2. §. 4. *D. test. quemadm. aper.*

Inspectio pro visione, & quod Græci θεωρίαν vocant *l.* 63. §. 3. *D. de adquir. rer. dom. l.* 31. §. 1. *D. depos. l.* 44. §. 1. *D. de obl. & act. l.* 91. *D. de verb. oblig.*

INSPECTOR, cui venalis res, pretii exquirendi, explorandique caussa, vel statuendi apud se, an emere velit, inspicienda datur *l.* 10. §. 1. *D. commod.* conjuncta *l.* 17. §. 2. *D. præscr. verb.* Eodem nomine veniunt, qui ad inspicienda provincialium prædia revelandaque, vel quæstioni subjicienda a Principe mittebantur *rubr.* C. *de censib. & censit. & peræquat. & inspect. l.* 2. C. *Theod. de indulg. tribut. l.* 31. *l.* 33. C. *Th. de annon. Novell. Theodos. & Valent. de revelat. adærat.*

INSPIRATIO. Ex tribus electionum formis una est, quæ per inspirationem, sive viam Spiritus S. dicitur fieri *in decretal. lib.* 1. *c.* 42. *tit.* 6. cum scilicet communiter, & ab omnibus concorditer, quasi divino spiritu afflatis, nullo discrepante, aliquis eligitur, absque aliquo tractatu, ex quo nempe præsumi possit aliqua persuasio, vel suggestio in gratiam eligendi. Vid. supra *electio*.

INSTANS æstas *l.* 1. §. 8. *D. ne quid in flum. publ.* id est, præsens, vel ejus temporis, quo interdictum redditur. *Instans* enim non de futuro tantum, sed & de præsenti dici, veterum testimoniis probavit Coel. Rhodigin. *Lib.* 8. *Lect. Antiq. c.* 15. *p.* 428. *Instans* annus *l.* 7. §. 1. *D. solut. matrim.* id est, annus, quo fit divortium, seu annus currens, ut vulgo loquimur, Ab instanti octava indictione *l.* 173. C. *Th. de decur. Instans* periculum *l.* 6. *D. de mort. caus. don.* id est, imminens, impendens.

INSTANTER & sæpius petere *l.* 1. *D. de libell. dimissor.*

INSTANTIA est diligentia, & aure rem persequendi studium. Sic diligenti studio, instantiaque complere incepta opera *l. ult.* C. *de oper. publ.* Præses provinciæ efficaci instantia compellet *l.* 6. C. *de postlim. revers.* Instantiam repetentis dimissorias constitutiones desiderat *l.* 1. *D. de libell. dimiss.* Stricta instantia falsum arguere *l. ult.* C. *ad Leg. Corn. de fals.* HEIN.

In specie *instantia* est diligens, & adsidua debiti repetitio. Sic instantia creditoris recuperati sunt cullei *l. ult.* §. *ult. D. de pign. act.* Cum instantia humanum se exactorem præbere *l.* 33. *D. de usur.*

Est etiam *instantia* ipsum susceptum judicium. Ut Reus putans se bona *instantia* uti §. 1. *Inst. de pœn. temp. litig.* Jurat enim de calumnia reus, id est, se putare, quod propitio jure adversus actorem consistat, actionemque excipiat. *Hein.*

Denique est etiam *instantia* lis coram uno tribunali instituta. Unde aliquando a lite separatur. Salva quidem lis est, verum *instantia* tantum edicti periesit *l.* 71. §. 2. *D. de judic.*

INSTAR pro similitudine. *Instar* actionum habent stipulationes prætoriæ *l.* 10. §. *ult. D. de compensat. l.* 37. *D. de obl. & act.* conditionis habet sermo *l.* 121. *D. de verb. oblig.* Quum duæ partes ordinis in urbe positæ totius curiæ instar exhibeant *l.* 242. C. *Th. de decurion.* Donationis, an legati instar obtinere §. 1. *Inst. de donat. l.* 3. C. *Th. de dot.* Instar donationis induxit *l.* 46. *D. de legat.* Instar humanitatis exhibere *l.* 6. C. *Theod. de sepulcr. viol.* Instar judicii habet jusjurandum *l.* 26. §. *ult. D. de jurejur.* Instar legatorum obtinent *leg.* 17. *D. de mort. causs.*

cauff. don. Publiciana ad inftar proprietatis non ad inftar poffeffionis refpicit *leg.* 7. §. 6. *D. de Puplic. in rem act.* Inftar rei judicatæ obtinere *l.* 2. *Cod. de jur. fifc.* fceleris effe *l.* 16. *D. de pœn.* Sed & hoc verbum cum præpofitione *ad* conjungitur, ut *Ad inftar* actionis inftitoriæ *l. ult. C. de inftit. & exercit.* Ad *inftar* decreti *l.* 2. *Cod. quand. decret.* interdicti *l.* 4. *C. unde vi. l. ult. C. de lib. exhib. l. ult. C. de act. emt.* Quam quidem figuram improbat Servius in *lib.* 2. *Æneid. v.* 15. his verbis: *Inftar eft nomen indeclinabile, licet Probus declinaverit, ut nectaris, & caret præpofitione, ficut peregre, quamvis Serenus, lyricus, ad inftar dixerit.* Verum quum *inftar* nomen fubftantivum effe, ne Servius quidem inficietur, quid obftet, quo minus admittat præpofitionem? Præpofitioni fane junxerunt Solinus, & Apuleius *Metamorph. lib.* 4. *p.* 154. *lib.* 7. *p.* 189. *lib.* 10. *p.* 248. *& p.* 253. *lib.* 11. *p.* 267. Fatendum tamen, apud antiquiores, & melioris ævi auctores ita non reperiri.

INSTARE dicuntur accufator *l.* 18. §. 2. *D. de quæft.* creditores *l.* 1. §. 18. *D. de ventr. in poffeff. mitt. Inftare* negotio gerendo *l.* 3. *D. de inftit. act.* Vid. infra *inftitor.*

INSTAURARE, redintegrare, five ex integro quid facere. Serv. *Æneid.* 2. *v.* 15. ad Verba Virgilii: *Inftar montis equum divina Palladis arte Ædificant*: *Inftar*, ait, eft ad fimilitudinem. Unde *inftaurata*, non reftaurata dicuntur ædificia ad antiquam fimilitudinem facta. Sic *inftaurare* accufationem *l.* 3. *Cod. ad SC. Turpill.* actiones *l.* 14. *D. quæ in fraud. credit.* ædificia *l.* 29. *C. de locat.* agonem *l.* 1. *C. de expenf. publ. lud.* cauffam *l.* 6. *C. de jur. & fact. ignor.* crimen *l.* 4. *D. ad SC. Turpill.* litem *l.* 39. *C. de tranfact.* mandatum *l.* 56. §. 2. *D. mandat.* matrimonium *l.* 62. §. 1. *D. de donat. int. vir. & ux.* quæftiones *l.* 13. *C. de tranfact.* querelam *l.* 6. *C. eod. tit.*

Inftaurare, refarcire. Quidquid ille dilapidavit, ipfe de propriis rebus inftauraret *l.* 1. *C. Theod. de fufcept.*

INSTAURATIO reparatio (adpellationis) *l.* 7. *C. Th. de reparat. adpell.* Inftauratio cauffæ Paull. *Sent. lib.* 5. *tit.* 5. §. 10. itinerum *l.* 4. *C. Theod. de itin. mun.* litis *l.* 1. *C. fi adverf. libert.* militiæ *l.* 6. *Cod. de re milit.* negotii *leg. ult. C. fi adverf. tranfact.*

INSTERNERE. Quæ infternendi, injiciendive cauffa parata funt *l.* 13. §. 1. *D. de aur. arg. leg.*

INSTIGARE accufatorem *l.* 1. *D. ad SC. Turpill.* Hinc *inftigator* accufationis *leg.* 20. *D. de his qui not. inf.*

INSTIGATIONIBUS novercalibus corruptum *l.* 4. *D. de inoff. teft.*

INSTIGATUS, *us* pro inftigatione *l.* 1. §. 6. *D. fi quadrup. paup.* Quamvis non refragetur huic vocabulo analogia, inter rariora tamen omnino habendum videtur. *Hein.*

INSTIMULATI falfo parentes *l.* 3. *D. de inoff. teftam.*

INSTINCTUS, impulfio *l.* 5. *D. de extraord. crim.* Inftinctu libidinis *Collat. Leg. Mof. & Rom. tit.* 6. §. 4. fanctæ religionis *l.* 13. *Cod. de exact.* pro quo tamen *l.* 3. *C. de exfequut. & exact.* ea conftitutio reperitur, *inftitutum* fanctæ religionis legitur.

INSTITOR eft, qui tabernæ, locove ad emendum, vendendumve præponitur, quique fine loco ad eumdem actum præponitur l. 18. *C. de inftit. act.* adpellatus ex eo, quod negotio gerendo inftet *l.* 3. *D. eod. tit.* Pluribus eam etymologiam firmat Menag. *Amœnit. jur. civ. c.* 39. *p.* 291. Nec diffentit Juft. Jof. Scaliger in *Priap. Carm.* 68. Nec multum facit tabernæ fit præpofitus, an cuilibet alii negotiationi *d. l.* 3. Quicumque enim negotio præpofitus eft, inftitor recte adpellabitur *l.* 5. *D. eod. tit.* §. 1. *Inft. quod cum eo, qui in al. poteft.* Gloffarium: *Inftitor*, ὁ προεστὼς ἐργαστηρίου, *præpofitus officinæ.* Seneca *lib.* 6. *de benef.* Inftitores delicatarum mercium juventus corrupta locupletat. Ovid. *Lib.* 1. *de art. amand. v.* 421. Inftitor ad dominam venit difcinctus emacem.

Inftitor præterea eft fervus, mutuis pecuniis dandis, & pignoribus accipiendis præpofitus *l. ult. D. quod cum eo, qui in al. pot.* Si dominus, qui fervum inftitorem apud menfam pecuniis accipiendis habuit *l.* 19. §. 1. *D. de inftit.* Proinde menfæ numulariæ præpofitus libertus *inftitor* adpellabatur *l. ult. D. eod. tit.*

Sed & eos *inftitores* dicendos placuit, quibus veftiarii, vel lintearii dant veftem circumferendam, & diftrahendam, quos vulgo circitores adpellamus, item, fullonum, & farcinatorum præpofiti, muliones, ftabularii quoque, nec non fervus a tabernario ad merces comparandas peregre miffus *inftitorum* loco habendi funt *l.* 5. §. 1. *D. de inftitor.* Sic *inftitores* cauponum, & ftabulariorum *l.* 1. §. 5. *D. naut. caup. ftab. l.* 13. *l.* 15. *D. de inftr. vel. inftrum. leg.* Seneca *lib.* 6. *de benef. c.* 17. Sordidiffimorum quoque artificiorum inftitoribus fupra conftitutum aliquid adjicimus.

INSTITORIA actio, quæ adjectitiæ eft qualitatis, tunc locum habet, ut Juftinianus §. 1. *Inft. quod cum eo, qui in al. poteft.* monet, quum quis tabernæ forte, vel cuilibet alii negotiationi fervum præpofuerit, & quid cum eo ejus rei cauffa, cui præpofitus erit, contractum fuerit *tit. D. & C. de inftitor. act. l.* 3. §. 1. *D. quib. ex cauff. in poffeff. eat. l.* 5. *D. de minor.* Vetus Gloffar. Græcum. *Inftitoria* ἀγωγὴ κατὰ τοῦ ἐστηκότος αὐτοῦ ὑπεξετὸν, ὡς λαντέμιον, ... actio, quæ datur adverfus eum, qui poteftati fuæ fubjectum præpofuit tabernæ, vel fimili negotiationi.

Sed & *utilis inftitoria* actio datur in fpecie *l.* 16. *l.* 19. *D. de inftitor. l.* 5. *l. ult. C. eod. tit l.* 13. §. 25.

§. 25. *D. de act. emt. l. 31. D. de negot. gest.*
INSTITUERE interdum significat intendere, inferre, movere. Sic *instituere* accusationem *l.* 14. §. 1. *&* §. 7. *D. de bon. libert. & passim.* actionem *l.* 1. *D. de act. rer. amot. & passim.* crimen *l.* 3. *C. de extraord. crim.* judicium *l. ult. D. de act. rer. amot.* litem *l.* 10. *D. de judic.*

Instituere vero, & *peragere* litem diversa facit *l.* 22. *D. de inoff. test.* Altero enim verbo initium & exordium litis, altero finis, & exitus significatur. Non sufficit litem instituere, si non in ea perseveret *l.* 15. §. 1. *D. eod. tit.* Add. *l.* 57. §. *ult. D. de condict. indeb. Instituere* petitionem *l.* 28. *D. de excusat.* inofficiosi querelam *l.* 8. *D. de bon. possess. contr. tab.*

Instituit sæpe ponitur pro cœpit, & hinc sicuti posterius, ita & prius non raro abundat. Sic *instituit* accusare *l.* 4. *l.* 1. §. 3. *D. ad Leg. jul. de adult.* agere *l.* 5. *l.* 9. *D. de except. rei judic.* Hinc in *l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur. Populus sine lege certa, sine jure certo agere instituit*, nihil aliud est, quam agere cœpit. Cic. *pro Cluent. c.* 3. Sicuti facere instituistis. Sic & Græci Επεχείρησαν ανατάξασθαι. Instituerunt componere. *Luc.* 1. *v.* 1. Ηρξατο ποιειν, *cœpit facere*. *Act.* 1. *v.* 1. αρξασθαι λαλειν, *cœpisse loqui, vel loquutus*. *Act.* 11. *v.* 15. ubi similes veterum locos contulit Casaubonus. Polyb. *lib.* 2. *cap.* 37. γραφειν επικεχειρήκαμεν, *scribere instituimus*. Add. Rupert. & Bynkersh *prætermissa ad l.* 2. §. 1. *D. de orig. jur.* Georg. Raphel. *Adnot. in Nov. Test. ex Polyb. & Arrian. p.* 158. Quantum dare filiæ instituerat [*l. ult. D. de in rem vers.* Testamentum aliud facere instituit *l.* 22. *D. de adim. leg.* Libertus duos patronos habere instituit Paull. *Sent. lib.* 3. *tit.* 2. §. §. 2. Ubi tamen dubia lectio. Codices enim quidam habent: *Libertus duos heredes instituit*. Schultingius mallet, Libertus duos patronos habens heredes instituit.

Instituere, inducere quid novi, inchoare, ordinare. *Instituere* fabricas *leg.* 16. *C. Th. de oper. publ.* lapidicinas *l.* 3. §. 5. *D. de usufr.* fullonicas *l.* 13. *D. de aqu. & aqu. pluv.* novum opus *l.* 2. §. 10. *D. ne quid in loc. publ.* pœnam *l.* 9. *D. de Leg. Pomp. de parricid.* prata Columell. *lib.* 12. *de rust. c.* 18. rivos *l.* 1. *D. de extraord. cognit.* salictum *l.* 3. *C. de arbo. furt. cæs.* segetes Varron. *lib.* 1. *de re rust. c.* 37. vectigal novum *l.* 1. *D. ad Leg. Jul. de ambit.* vineas *l.* 61. *D. locat.*

Instituere contractum, obligationem *l.* 1. *D. de reb. cred. l.* 8. §. 4. *D. ad SC. Vellei.*

Instituere heredem, id est facere, scribere, & quasi suo loco ponere, & collocare: Instituuntur autem heredes, qui primo gradu scribuntur, *substitui* dicuntur, qui secundo gradu *l.* 1. *D. de vulg. & pup. substit.* Itaque ut illi *primi*, sic hi *secundi* heredes adpellantur. *Institutum* accipimus eum quoque, qui heres scriptus non est, solummodo nuncupatur *l.* 1. *D. de hered. instit.*

Instituere procuratorem, tutorem, id est, dare Paull. *lib.* 1. *Sent. tit.* 3. §. 2. Cic. *lib.* 13. *ad famil. epist.* 61. Liv. *lib.* 1. *c.* 34.

Instituere, instruere, docere. *Instituere* disciplinis, vel arte servum *l.* 27. §. 2. *D. de usufr.* accusationem, vel caussam probationibus *lib.* 2. §. *ult. D. ad Leg. jul. de adulter. l.* 15. §. *ult. D. de quæst.*

INSTITUTIO, & doctrina conjunguntur in *l.* 31. *D. de solut. Institutio* divina *l.* 65. *Cod. Th. de hæret.* Deo & hominibus exosa *l.* 12. *C. Th. eod. tit.* grammatica *l.* 18. *C. Th. de extraord. seu sordid. mun.* profana *l.* 3. *C. Theod. de hæret.*

Institutio heredis *l.* 34. *l.* 42. §. *ult. l.* 48. *l.* 51. *l.* 70. *l.* 71. *D. de hered. inst.* Vetus Glossarium Græcum. Ενστασις εστιν ο φυτει πρωτος βαθμος του κληρονομου. Institutio est primi gradus heredis.

Institutiones suas Justinianus prima Legum cunabula, & totius legitimæ scientiæ elementa vocat §. 3. *&* 4. *proœm. Inst.* Lactant. *lib.* 1. *divinar. institut. c.* 1. *Quidam prudentes*, inquit, *& arbitri æquitatis, institutiones civilis juris compositas ediderunt*. Institutionum autem libros ad jus civile pertinentes scripserunt Cajus, Paullus, Ulpianus, Florentinus, Callistratus, Marcianus. Sunt & aliorum auctorum ejus generis libelli, veluti Quinctilian. *Institutiones oratoriæ*, Vegetii rei *militaris*, Lactantii *rerum divinarum*, Vitruvii Pollionis *Architectonicæ*, Cassiani rerum ad vitam monasticam absolvendam observandarum. Ceterum subbarbarum est vocabulum *Instituta* pro *Institutionibus*, quamvis in Codicibus MSSC. eadem inscriptio librorum Vegetii, & Cassiani legatur.

INSTITUTUM. *Instituta* pro præceptis sacris *l.* 1. *l.* 2. *C. Th. ne sanct. baptism. iter.*

Institutum, vel propositum vitæ *l.* 17. *D. de oper. libert.* publicum *l.* 4. *C. Theod. quor. adpell.* Hujus instituti, & vitæ *l.* 12. §. 4. *D. de usu & habit.* Institutum illud vitæ, & voluntatis *l.* 10. *C. Theod. de lustr. collat.* Institutum liberale κυριως de ædificio instituto. Aut, ut est plerumque liberale *institutum* habitationem suam quis ornamento urbis adjecit *l.* 7. *C. Th. de præd. navicul.*

INSTRUCTIO, fabricatio, structura, ut Instructio operis *l.* 12. §. *ult. D. de pollicitat.* pontium, itinerumque *l.* 7. *D. de sacros. eccles.*

Instructio, institutio, Sic *instructio* pupillorum vel adolescentum *l.* 3. §. 6. *D. ubi pupil. educ.*

Instructio provinciæ, id est, provisio annonæ, rerumque necessariarum ad tuendum limitem, militemque alendum *l.* 28. *C. Th. de susceptor.*

Instructio legatorum, id est, mandata, quæ legatis dantur *l.* 24. *C. Th. de legat. & decr.*

Instructio brevis relatio de modo senatoriarum posses-

possessionum, quam censuales ad palatinos sacrarum largitionum mittere tenebantur, ut constaret, quantum per novorum senatorum accessionem fisco adcrevisset *l. 2. l. 6. C. Th. de senator.*

Instructio in *l. 6. l. 9. C. Th. de adpellat.* dicitur, quidquid ad instructionem caussæ pertinet, ut exponitur *d. leg. 9.* veluti quæ probationis caussa recitantur *leg. 29. eod. tit.* Quales instructiones *necessarias*, & *universas* judex inferior ad principem, si quando ad eum esset provocatum, mittere tenebatur.

Instructio etiam est omne id, quo fundus instruitur. Paull. *Sent. lib. 3. tit. 4. §. 40.* Uxores vero eorum, qui mercedes præstare consueverunt, neque instructionis, neque instrumenti adpellatione continentur, id est, neque ad *instructum*, neque ad *instrumentum* pertinent. Hein.

INSTRUERE aliquem, id est, certiorem facere *l. 10. §. 1. D. de edend.* Ita etiam *Instruere* consilium *l. 1. §. 16. D. de quæst.* contutores *l. 14. §. 6. D. de solut.* diligentiam judicantis *l. 34. D. de admin. & peric. tut.* emtorem *l. 14. §. 2. D. de liberal. causs.* notionem præsidis *l. 1. C. Th. de offic. rector. prov.* prætorem *l. 1. §. 2. D. de magistrat. conven.* religionem cognoscentis *l. 1. §. 17. D. de quæst.* prætoris *leg. 6. §. 3. D. si quis omiss. causs.* se *l. 5. D. de jur. delib.* transgredientem *l. ult. §. 6. D. de public. jud.*

Instruere parare, juvare, idoneum reddere. Instruere accusationem *l. 14. D. de bon. libert.* aliquem ad accusationem *l. 1. §. 13. D. ad SC. Turpill.* ædes *l. 13. C. Th. de annon. civic.* balneas *l. 35. §. ult. D. de legat. 3.* calumniam *l. 1. §. 1. D. de jur. patron.* caussam *l. 21. C. de evict.* epulas Paull. *lib. 3. Sent. tit. 6. §. 44.* prælum, vel trapetum funibus *l. 19. §. 2. D. locat.* forum theatrum, stadium *l. 122. D. de legat. 1.* fugam *l. ult. D. de requir. & abs. damn.* aliquem consilio ad furtum *leg. 50. §. 1. D. de furt.* lites *l. 9. §. ult. D. de Leg. Cornel. de fals.* nimirum advocatione, vel testibus, ut in *l. 20. D. eod. tit.* *Instruere* mensuram *l. 65. §. 3. D. de adquir. rer. dom.* monimentum *l. 41. D. de legat. 3.* navem *l. 6. D. de leg. Rhod. l. 1. §. 7. D. de expens. publ. jud.* tabernas *l. 15. D. de instr. vel instrum. legat.* A quibus instructus sit fundus, pro *ea quibus instructus* in *l. 28. D. quando dies legat.*

Instruere, instituere, informare, docere *l. 3. §. 5. D. ubi pupill. educ. vel mor.* Instruere artificiis servos *l. 25. D. de pign.* legationes *l. 10. C. Theod. de legat. & decret.* Vid. sub *instruct.*

INSTRUCTUS, *a*, *um*. *Instructum* dicitur, quidquid ita rebus necessariis abundat, ut nihil desit. Unde D. Augustinus *lib. 2. Quæst. super Genes.* Græcum ἀποσκευήν *instructum* vertisse dicit. Sic *instructum* fundum legare est cum omni instrumento, & ita, ut instructus est, legare. Sane quum *instructus* fundus legatur, plus est, quam si *cum instrumento* legetur, & hoc legato uberius illud est *l. 5. l. 12. l. 27. D. de instr. vel instrum. legat.* continetur enim illo, quod in agro, vel in domo, vel in hortis est, quo dominus, vel pater familias ibi esset instructior *d. l. 12. §. 27. & §. ult. D. eod. tit.* Et ita accipe *instructos* hortos *l. 24. §. ult. D. de adim. legat.* instructa prædia *l. 2. §. ult. D. eod.* *Instructa* autem taberna in *l. 5. §. 10. D. de institor. act.* sic accipienda est, quæ, ut ait *l. 185. D. de verb. signif.* & rebus, & hominibus ab negotiandum paratis constat.

INSTRUMENTUM. Hoc nomine ea omnia veniunt, quibus caussa instrui potest. Et ideo tam testimonia, quam personæ instrumentorum loco habentur *l. 1. D. de fid. instrument.* Quæ hac adpellatione contineantur, ubi eorum gratia dilatio petitur, vide *l. 99. §. ult. D. de verb. signif.* quod fragmentum pertinet ad interpretationem *l. 7. D. de fer. l. ult. §. 1. D. de adpellat. l. 1. C. de dilat. l. 18. C. Theod. quor. adpell. non recip.* Res non instrumentis geruntur, sed in his rei gestæ testimonium confertur *l. 12. D. de probat.* Ea formant tabelliones, seu pragmatici *l. 9. §. 1. D. de pœn.* Huc pertinent *Instrumenta* ad contractum pertinentia *l. ult. C. ad exhib.* debitorum *l. 92. §. ult. D. de legat. 3. l. ult. §. ult. D. de donat.* divisionis *l. 20. D. quand. ex fact. tut.* domestica *l. 5. C. de probat.* donationis *l. 23. C. de donat.* dotis *l. 5. D. de judic. & passim.* emtionis *l. 20. C. de probat. & passim.* ingenuitatis *l. 2. §. ult. D. si ingen. esse dic.* manumissionis recte factæ *l. 25. C. de liberal. causs.* ad matrimonium pertinentia, seu nuptialia *l. 2. C. de nupt. l. 1. C. de dot. promiss.* prædiorum *l. 15. C. ad Leg. Falc.* id est, instrumenta originis, auctoritatis fundorum, & prædiorum, ut *l. ult. D. de pign. act.* vel quæ ad probationem eorum originis pertinent *l. 24. C. de fideicomm.* *Instrumentum* dissolutæ quantitatis *l. 2. C. de condict. ex leg.* Tabulæ instrumentorum reipublicæ municipii *l. 31. D. de furt.* Instrumentum solidorum decem *l. 49. D. solut. matrim.* status *l. 8. D. quod met. causs.* tabularum testamenti *l. 2. D. testam. quemadm. aper.* testationis *l. 12. C. de contrah. emt.* tutelare *l. ult. D. de fidejuss. tut.* voluntatis *l. 77. §. 26. D. de legat. 2.*

Instrumentum. Hoc nomine etiam venit quodcumque vel ad exercendum artificium, certamve negotiationem, quis instruitur, aut sine quo exerceri nequiret possessio *l. 12. D. de instr. vel instr. legat.* Et sic accipitur instrumentum agri *l. 9. §. 6. D. de usufr.* Vetus Glossarium: *Instrumentum* τὸ τῆς ἀγρῆς παρακολούθημα σμινύδια, δρέπανα, καὶ ἑξῆς, *agri accessorium, veluti ligones, falces, & similia.* Instrumentum argentariæ *l. 4. §. ult. D. de edend.*

edend. *l.* 6. *D. eod. tit.* balneariam, seu balneatorium *l.* 13. §. *ult. l.* 17. *D. de instruct. vel instrum. eg.* cauponium *l.* 13. *l.* 15. *l.* 17. §. *ult. D. eod. tit.* domus, id est, quod tempestatis arcendæ, aut incendii caussa paratur, non quod voluptatis gratia. Instrumenta enim ea esse, quæ ad tutelam domus pertinent, *ornamenti* quæ ad voluptatem *l.* 12. §. 16. *D. de instruct. vel instrum. leg.* Et ita *instrumentum*, & *ornamenta villæ* separat Cicero *pro Domo sua c.* 24. Instrumento fundi quid contineatur, exponitur plenissime *in l.* 8. *l.* 9. *l.* 10. *l.* 11. *l.* 12. & *l.* 15. *D. de instruct. vel instrum. leg. l.* 33. *in fin. D. de Ædil. edict. l.* 17. *D. de act. emt.* Gell. *lib.* 7. *c.* 10. *Instrumentum* autem, & instructus fundus, separantur *tit. D. de instruct. vel instrum. leg.* Plenius enim est & uberius *instructi*, quam *instrumenti* legatum, quum illo non loci tantum, sed & patris familias ipsis instrumentum, quod ut instructior est, habuit, contineatur *l.* 12. §. 17. *D. eod. tit.* Quæ rusticorum caussa parantur lanificæ, & lanæ & tonsores, & fullones, & focariæ, non *agri* sunt *Instrumentum*, sed *instrumenti l.* 22. §. 6. D. *eod. tit. Instrumentum* itineris Quinctilian. *in argum. Declam.* 159. lanionis, medici, navis, pictoris, piscatorium, pistorium, rusticum, & urbanum, tabernæ cauponiæ *l.* 13. *l.* 17. *l.* 18. *l.* 23. *l. ult. D. de instruct. vel instrum. legat.* Quum quæritur, quod sit tabernæ instrumentum, interest, quod genus negotiationis in ea exerceri solitum sit *l.* 23. *D. eod. tit.* Si præter merces servus in tabernam habert instrumentum, plerumque hic adparatus ex merce est, immo semper *l.* 5. §. 13. *D. de tributor. act. Instrumentum* villæ *l.* 12. *l.* 16. *pr. l.* 19. §. 1. *D. de instruct. vel instrum. legat.*

Instrumentum hoc sensu plerumque & servos, fundo, vel certæ negotiationi destinatos complectitur. Sic instrumento pistorio continentur pistores *l.* 18. §. 1. D. *de instr. vel instrum.* balneario balneatores, & fornacatores, qui balnei caminum accendunt *l.* 13. *in fin. l.* 17. §. *ult. l.* 4. D. *eod. tit.* piscatorio piscatores *l.* 17. §. 1. D. *eod. tit.* cauponio corpora quæstuaria *arg. l.* 4. §. 2 D. *de his qui not. infam.* Cujac. *lib.* 27. *obs. c.* 38. Hein.

INSUBTILI ratione motus *l.* 11. D. *de legat.* 1.

INSUBTILITER *l.* 7. §. 6. D. *de pact.* Quod non insubtiliter dici potest.

INSUERE. Insuti vestibus clavi *l.* 23. D. *de aur. arg. leg.* insuitur culleo parricida *l.* 9. D. *ad Leg. Pomp. de parricid.*

INSULA vulgari significatu locum denotat, qui undique aquis ambitur. Ac plane insulas dictas, *quod in salo sint*, observat Martianus Capella *de nupt. philol. lib.* 6. *Insula*, quæ alveo fluminis non cohæret, sed virgultis, aut alia qualibet materia ita substinetur in flumine, ut solum ejus non tangat, memorantur *in l. pen.* §. 2. D. *de adq. vir. rer. dom.* id est, *insula natans*, qualem describit Ovid. *Metamorph. lib.* 6. *v.* 333. *Quam vix erratica Delos Orantem accepit tum, quum levis insula nabat.* De ejus generis insuli plura Grot. *de jur. bell. & pac. lib* 2. *c.* 8. §. 9. *n.* 3. & Griphiand. *de Insulis c.* 6. §. 1. 43. *Insula* quæ in mare nascitur, quod raro accidit *l.* 7. §. 3. D. *de adquir. rer. dom.* §. 22. *Inst. de rer. divis.* Exempla pete ex Plin. *lib.* 2. *hist. nat. c.* 86. Liv. *Lib.* 38. *c.* 56. Nunciatumque erat, ait, haud procul Sicilia, insulam, quæ non ante fuerat, novam editam in mari esse. Justin. *lib.* 30. *c.* 4. Inter Insulas Theramenem, & Therasiam medio utriusque ripæ, & maris spatio terræ motus fuit, in quo cum admiratione navigantium repente ex profundo cum calidis aquis insula emersit. Præsidem *Insularum in leg.* 4. C. *de navicul.* & in inscriptione *l. pen.* C. *ubi de caus. stat.* nec non *in Novell.* 8. intelligimus insularum, in mare Aegeo & Jonio, & circa Asianum tractum sitarum, puta Cycladum, Rhodi, Cypri, aliarumque, ut *in l.* 33. *C. de adpell.*

Insula etiam dicitur domus, ab aliis separata, nec conjuncta vicinis parietibus *l.* 30. *D. locat. l.* 91. §. *ult. D. de legat.* 3. *l.* 2. §. 14. *D. ne quid in flum. publ.* Tacit. *lib.* 6. *Annal. c.* 45. *lib.* 1. *hist. c.* 86. nec non in Inscript. apud Reines. *Class. I.* 138. Addatur Alciat. *Commentar. ad l.* 160. *D. de verb. signif.*

INSULARIUS, modo inquilinus, uti *l. ult. D. de offic. præf. urb.* modo custos insulæ, seu ædium insulæ comprehensarum *l.* 16. §. 1. *D. de usu & habit. l.* 5. §. 1. *D. de institor. av.* Reines. *Class. I. Inscr.* 138. Quod vero Alex. ab Alexandro *lib.* 3. *genial. dier. c.* 25. & Coel. Rhodigin. *lib.* 7. *Lect. antiq. c.* 31. *p.* 390. etiam servos apolidas, & in insulas deportatos insularios a jurisconsultis adpellari scribunt, id vix ullo idoneo testimonio probant, merito proinde notati ab Alciato *Comment. in l.* 166. *D. de verb. signif.*

INSUPER, præterea, & hoc amplius *l.* 3. §. 16. *D. de suspect. tut. l.* 20. *D. de inst. vel instrum. legat.* §. 2. *Inst. de donat.* Terent. Eunuch. *Act.* 5. *sc.* 6. *v.* 12. An pœnitebit flagitii, te auctore, quod fecisset Adolescens, ni miserum insuper etiam patri indicaret?

Insuper habere pro negligere, & posthabere, sive susque deque habere *l.* 43. *D. de relig. l.* 17. *D. de hi., qui ut indign.* ut notavit Cujacius *lib.* 3. *observ. c.* 22. cui ex Gellio, Apuleio, Symmacho auctarium est adjectum: Gellius enim *lib.* 4. *c.* 1. hæc ego, inquit, quum philosophiæ me dedissem, non *insuper* habui discere. Idem *lib.* 1. *c.* 19. Tarquinius ore jam serio, atque attentiore animo eam constantiam non insuper habendam intelligit. Apuleius *lib.* 4. *de asin. aur. p.* 154. Lacrymis istis, quas parvi pendere latrones consueverant, *insuper* habitis. Idem *lib.* 1. *p.* 117. Hic est, qui diebus ac noctibus ætatulam

meam

meam illusit. Hic est, qui meis amoribus *insuper* habitis, non solum me diffamat, probris, verum etiam fugam instruit. Symmach. *in Epist.* Hæc me, atque alia hujusmodi perpulerunt, scribendi munus insuper non habere.

Fuit de hac loquutione controversia inter Cujacium, & Jo. Robertum. Ille pro una voce habet *insuperhabere*, idque interpretatur negligere, vel ut *l.* 43. *D. de relig.* habent Basilica παρῶαν *Lib.* 5. *obs. c.* 2. Robertus *lib.* 3. *Animadv. c.* 19. in omnibus juris locis *insuper habere* divisim scribendum putat, ut idem sit, ac aliquid præterea habere; & quamvis is non esset bonus iste Robertus, cui quis deferre vellet de tersa Latinitate judicium, magno tamen cum supercilio scribere non dubitat: *Gellius, Apuleius, Symmachus non sunt puræ Latinitatis auctores. Hos hinc facessere jubeo cum aliis plerisque impuris vocabulis suis.* Quasi omnes juris nostri auctores felice illa atque aurea Latinitatis ætate floruissent, ut absurdum sit, eorum Latinitatem ex Gellio, Apulejo, Symmacho illustrare velle. Raevardus Var. *lib.* 3. *c.* 3. & Taubm. *ad Plaut. Mercat. Act.* 1. *sc.* 2. *v.* 82. plane in tria vocabula *in super habere* hanc loquutione distrahunt, nec auctoritate, nec analogia, ut mihi quidem videtur, suffragante. Sed solida omnino est observatio Cujacii, quam etiam ex MSSC. firmat. Muret. *lib.* 11. *Var. lect. c.* 17. Hein.

INSURGERE leges jubemus, armari jura ultore gladio *l.* 32. *C. ad Leg. jul. de adult. l.* 3. *C. Th. eod. tit.*

INTEGER, salvus, illæsus, inoffensus, nulla macula notatus. Sic integer consensus *l.* 5. *C. pro soc.* status *l.* 1. §. 1. *D. nihil innov.* Integri nummi, id est, intacti, nondum consumti *l.* 84. *D. de solut. Integer* quadrans Ulp. *regul. tit.* 24. §. 32. *Integra* manet, fit actio *l.* 89. *D. de solut. l.* 1. §. 5. *D. de contr. tutel. act.* caussa Paull. *lib.* 2. *sent. tit.* 15. §. 1. Apud Terent. *Hecyr. Act.* 1. *sc.* 2. verba hæc: Caussa hac integra, Donatus interpretatur, *non dicta*, *Integra* defensio *l.* 3. *C. except.* dignitas *l.* 24. §. 1. *D. de serv. corrupt.* existimatio *l.* 15. *C. de his qui accus. non poss.* facultas accusandi *l.* 21. *C. ad Leg. jul. de adult.* fama *l.* 7. *D. de recept. arbitr.* frons *l.* 43. *D. de testib.* opinio *l.* 21. *D. de rei vind.* optio *l.* 4. *D. de opt. vel elect. leg.* persequutio *l.* 1. *C. de his quæ vi metuve* persona *l.* 4. *D. de popul. act.* petitio *l.* 21. *C. de solut.* repetitio *l.* 6. *C. de solut. Integra* dum res est, potest conventione nostra infecta fieri emtio *l.* 2. *D. de rescind. vend.* id est, ante pretium solutum, ut *ibid.* seu antequam res sequuta fuerit, ut *l.* 5. §. *ult. D. eod. tit. Re integra* ab emtione & venditione, utriusque partis consensu, recedi potest *l.* 1. *C. quand. lib. ab emt.* Perfecta emtio, venditio, *re integra* tantum, pacto & consensu potest dissolvi *l. ult. C. eod. tit.* id est, ante traditionem interpositam, ut *d. l.* 1. seu re nondum sequuta, ut *l.* 7. §. 6. *D. de pact.* vel si nondum impleta sunt, quæ utriumque præstari debuerunt, ut ait Pomponius *in l.* 6. *D. de contrah. emt.* Mandatum *re integra* domini morte finitur *l.* 15. *C. mand.* id est, antequam res ab eo geri cœperit, cui mandatum est *l.* 6. *D. de jurisd.* seu nondum explicato negotio, ut *l.* 9. *D. de curat. furios.* Vetus Glossarium: *Integra re*, μήπω ἀρξαμένυ ποιῆσαι τι τῦ ἐνταλθέντος, *antequam mandatarius quidquam facere cœperit.* Et alibi: ἀκεραίυ δηλαδὴ τῦ πράγματος μένοντος, *intacto adhuc manente negotio.*

Integra terra est, in quam nondum dominus pascendi gratia pecus immisit *l.* 39. §. 2. *D. de verb. signif. Integra* permanet vindicatio *l.* 24. *C. de rei vind.*

Integrum jus, id est salsum *l. ult.* §. *ult. D. ad SC. Treb.* & ita. Integri juris fratres §. 1. *Inst. de success. cognat.* sunt non emancipati, seu capitis deminutionem vivo patre non passi.

Si negotium integrum est *l.* 23. *C. de fideicomm.* id est, si nec dum hæres agnoverit judicium defuncti, nec vel transegerit, vel solverit, quod relictum est.

Integer sincerus, & incorruptus. Integra deliberatione sancimus *l.* 47. *C. Theod. de adpellat. & consult.* Integra fides *l.* 38. *D. de negot. gest. l.* 1. §. *ult. D. de Carbon. edict.*

Integra ætas est, *quæ in flore consistit, cui neque addendum jam sit*, nec quidquam *adhuc sit imminutum*, inquit Donatus *in Terent. Andr. Act.* 1. *sc.* 1. Virgil. *lib.* 9. *Aen. v.* 255. *Integer* ævi Ascanius. Et *lib.* 2. *v.* 638. *Integer ævi sanguis.* Apud Statium quoque *lib.* 5. *silv.* 2. *v.* 13. decor *integer ævi*, legitur.

Integer, sanus, incolumis. Unde *integer* claudo, lusco, & manco opponitur §. 9. *Inst. de Leg. Aquil.* Seneca *lib.* 5. *de benef. c.* 24. Quum hoc factum est, *integer* eram, postea ad Mundam in acie oculus mihi effossus est, & in capite lecta ossa. *Integra* mente, & valetudine *l. ult. D. de injust. rupt. irrit.* Horat. *lib.* 1. *Ode* 3. *At precor integra cum mente*, id est, sana, ut ibidem interpres explicat, quemadmodum & Juvenalis *Sat.* 10. loquitur. *Orandum est, ut sit mens sana in corpore sano. Integrum* ac sanum *l.* 27. *D. de act. emt. vend.*

Integrum, totum, solidum, indivisum. *Integra* dotis actio *l.* 3. *C. de pact. conv.* materia auri *l.* 33. *D. de aur. arg. leg.* Integras partes petere *l.* 77. §. 27. *D. de legat.* 2. integram pecuniam solvere *l.* 12. *C. si cert. pet.* Integro statuto tempore *l.* 32. §. *ult. D. de serv. præd. urb.* In integrum teneri, id est, in solidum *l.* 25. *D. ne re judic.*

Ex integro, rursus, vel denuo, &, ut vulgo loquimur, de novo. Sic *ex integro* agere *l.* 45. §. *ult.*

ult. D. de minor. audiri *l. 6. D. de custod. & exhib.* cavere *l. 8. §. 2. D. qui satisd. cog.* cognoscere *l. 9. C. quand. provoc. non est necess.* defensionibus uti *l. 1. C. ex quib. caus. major.* edere *l. 7. D. de edend.* experiri *§. ult. Inst. de act.* jurare *l. 33. D. de jurejur.* litigare *l. 73. §. 2. D. de judic.* locare *l. 14. D. locat.* petere *l. 25. §. ult. D. de except. rei jud.* satisdare *l. 10. D. qui satisd.* venditionem facere *l. 8. §. 1. D. de reb. auct. jud. possid.*

In Integrum in solidum. Sic In integram summam obligari *l. 122. D. de verb. oblig.* teneri *l. 25. D. de re jud.* Et hoc sensu in integrum restituere accipitur *in l. 58. D. de pact.* id est, rursus præstare, ut exponitur *ibid.*

Alias *in Integrum* restituere est priorem statum, conditionem, jusque restituere. Quod contingit primum illis, qui capti, fraudati, circumscripti sunt, ut si hæreditate patris ætatis beneficio in integrum restitutus *l. 2. §. ult. D. de minor.* Adde *l. 48. §. 1. D. de fidejuss. l. 1. §. 2. D. de collat. bon.* Sed & caussa in integrum restitui dicitur *l. 33. D. de rei judic. l. 31. D. de minor.* & ususfructus *l. 58. D. de pact.* ubi *in integrum* restituere usumfructum, & *in caussam pristinam* pro iisdem ponuntur. Singularis vero loquutio est, quando in integrum se restituere dicitur minor, qui impetrat in integrum restitutionem *l. 48. D. de minor.* Deinde & deportati, in metallum damnati, aut alias servi pænæ effecti *in integrum* restitui dicuntur, indulgentia principali apud Paull. *lib. 4. tit. 8. §. 24.* Sic ambitus damnatus, si alium convincerit, in integrum restituitur *l. 1. D. de Leg. jul. de ambitu. In integrum* restituere est honoribus, & ordini, & omnibus ceteris aliquem restituere *l. 1. C. de sent. pass.* Vid. infra sub art. *restitutio.*

INTEGRARE. Donat. *in Andr. Act. 4. sc. 2.* *Integratur*, quod in integrum redit, quod repetitur, quod instauratur. Sic *Integratur* dominium *l. 7. C. de adquir. possess.* jus debiti *l. 21. §. 1. D. de SC. Silan.* At *in l. 8. D. de tut. & rat. distrah.* his verbis. *Finita tutela jure postliminii integratur*: Papinianus *integrare* posuit pro *recipere*, ceu patebit, si jungas ex §. 2. *Inst. de Atilian. tut.* Alias *integrare*, quatenus significat renovare, reficere, denovo facere, omnino est Latinum, quo usi sunt Gell. *lib. 15. c. 2.* Lucret. *de rer. nat. lib. 2. v. 1146.* & ipse Cicero *de invent. lib. 1. c. 17.* Vid. Ducker. *de Latin. Vet. Jurisconf. p. 407.* HEIN.

INTEGRITAS, incolumitas. Integritas mentis *l. l. 21. D. qui test. fac. poss.*

INTEGRITUDO pro integritate. *Integritudo* animi *l. 1. D. de. testam. milit.* Hoc vocabulum sola analogia defenditur. Quum enim veteres, & boni auctores habeant *pinguitudo* pro pinguedine, ut Varro *de re rust. lib. 2. c. 4.* & *lib. 3. c. 9.* *dulcitudo* pro dulcedine, Cic. *lib. 3. de orat. c. 25.* & Ulpianus *l. 10. §. 10. D. quæ in fraud. credit.* cur barbarum videatur *integritudo*, quamvis id vocabulum apud meliores auctores nemo adhuc observavit *Hein.*

INTELLECTUM habere *l. 124. D. de reg. jur.* capere *l. 1. §. 3. D. de adquir. possess.* eo non carere *l. 93. §. 1. D. eod. tit.* Tenuis *intellectus l. ult. §. ult. D. de divort.* Ibi intellectus accipitur pro cognitione; seu facultate cognoscendi.

Intellectus pro sensu verborum. Videamus, qualem intellectum habet *l. 93. §. 1. de adquir. vel omitt. oblig.* *Intellectus* institutionis *l. 11. §. 6. D. ad leg. falcid.* Demonstrandi intellectus caussa *l. 3. §. ult. D. de obl. & act.*

Intellectum habere dicitur, quod intelligitur, quamvis in sensus non incurrat. Hæreditas, etiam sine ullo corpore, juris intellectum habet *l. 50. D. de hered. pet.* id est, jus intelligitur. Et ita *Intellectu*, & corpore (seu modo in sensus incurrente) partes habere, opponuntur *l. 5. D. de stipul. servor.* Estque hæc loquutio ex vetere philosophia deprompta. Veteres enim res quasdam *esse*, quasdam *intelligi* dicebant. Cicero *Topic. c. 5.* Definitionum duo sunt genera prima. Unum earum rerum, quæ sunt, alterum earum, quæ intelliguntur. *Esse* ea dico, quæ cerni, tangive possunt, ut fundum, ædes, parietem, stillicidium, mancipium, pecudem, suppellectilem, penus, cetera quo ex genere quædam interdum nobis definienda sunt. *Non esse* rursus ea dico, quæ tangi, demonstrarive non possunt, cerni tamen animo, atque *intelligi* possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem, si agnationem definias, quarum rerum nullum quasi subest *corpus*, est tamen quædam conformatio insignita, & impressa *intelligentia*, quam *notionem* voco. Et Seneca *Epist. 58.* in rerum natura, quædam *esse*, quædam *non esse*, & animo tamen succurrere, id est, intelligi tradit, quamvis non habeant *substantiam*. Omnes ergo res, quas *corporales* vocant Jurisconsulti, *esse*, *incorporales non* tam *esse*, vel in *corpore* vel *substantia* consistere, quam *intelligi* putabant.

Est etiam quod magis *intellectu*, quam eloquutionem exprimi posse dicitur *in l. 12. D. rat. rem hab. l. 13. D. de solut.* Si quis non ipse prohibitus sit, sed procurator ejus *intellectu* aliquo prohibitus ipsa videtur *l. 14. §. ult. D. de religios.*

INTELLIGENTIA sermonis *l. 20. §. ult. D. qui test. fac. poss.*

INTELLIGERE, animo consequi, mente percipere, quod agitur *l. 208. D. de verb. signif.* Donat. *in prolog. Andriæ*: Quod credimus plerumque falsum, quod intelligimus certum est.

Intelligere, existimare, statuere, censere, perspicere, scire. Nulla intelligitur mora fieri *leg. 88. D. de reg. jur.* Prædonis loco intelligendus est *leg.*

46. D.

46. *D. de hered. pet.* Non intelligitur venisse *l.* 165. *D. de verb. signif.* Intelligitur, id est, videtur, creditur *l.* 3. *D. de his, qui not. infam. l.* 56. *D. de verb. oblig. & passim.*

Intelligere, in aliquem sensum accipere, vel interpretari: *Intelligenda* est, id est, accipienda *l.* 35. *D. de cond. & demonstr.* Intelligendi sunt *l.* 228. *D. de verb. signif. Intelligere* debemus *l.* 17. §. *ult. l.* 229. *D de verb. signif.*

Etiam, quæ esse ponimus, figimusque, *intelligere* dicimur, notante Alciato *Comment. in l.* 4. *D. de reb. cred.* Sic diremto etiam matrimonio dotale prædium esse intelligitur *l.* 12. *D. de fund. dot.*

INTEMERATE. Popularibus plausibus *intemerate* servire *l.* 3. *C. Th. de spectac.* Pro quo Codex Justinianeus *in l.* 5. *eod. tit.* habet *intemperanter*. Jac. Gothofredus *intemperate* mallet.

INTEMERATUS, *a*, *um*. *Intemerata* beneficia *l.* 4. *C. Th. de itin. mun.* dignitas *l.* 25. *C. Th. de decur.* fides *l.* 2. §. 1. *C. de summ. Trinit.* jura *l.* 41. *C. de transact.* observatio *l.* 21. *C. Th. de extraord. seu sord. mun.* virginitas *l. un. C. Th. si quis eam, cujus tutor.*

Intemeratum frumentum *l.* 1. *C. Th. de can. frum. urb. Rom.*

INTEMPERANTER minores ad curiæ consortium devocare *l.* 19. *C. Theod. de decurion.* id est, indiscrete, & nulla habita distinctione ætatis.

INTEMPERANTIA vina præbere *l.* 29. *C. de adult. l.* 1. *C. Th. eod. tit.* sive intelligatur vinum merum, & ακρατον, quod ad intemperantiam invitat, sive quod intemperanter, immodice sumitur.

INTEMPESTIVA convivia adpetere *l.* 1. *C. Th. de stud. liber. urb. Rom.* quibus opponuntur tempestiva, quæ justo tempore, & loco fiunt. De his vid. Turneb. *adversar. lib.* 6. *cap.* 16. Curtius *lib.* 6. *c.* 2. Intempestiva convivia & perpotandi, pervigilandique insana dulcedo. Cicero *pro Murena cap.* 6. Intempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema saltatio. Suetonius *in Caio cap.* 45. Senatum populumque objurgavit edicto, quod Cæsare præliante, intempestiva convivia circum & theatra, & amœnos secessus celebrarent. Sed apud Curtium, Ciceronem, & Suetonium rectius legitur *tempestiva convivia*. Observavit enim Salmasius ad Vopisci *Florian. c. ult.* convivia *intempestiva* nulla exstare in veterum libris, nisi librariorum negligentia, & esse illam distinctionem inter convivia *tempestiva*, & *intempestiva*, quasi tempestiva diurna fuerint, intempestiva nocturna, nullius auctoritatis. *Tempestiva* autem convivia sunt, quæ de die ante horam solitam, & justam inibantur, atque in multam noctem, vel ad sequentem aliquando protrahebantur lucem. Vid. Grev. *ad Svet. l. c.* & in *præf. in ult. Tom. Antiq. Rom.*

INTEMPESTIVE rei commodatæ usum auferre *l.* 3. §. 3. *D. commod.* silva cæsa *l.* 48. §. *ult. D. de usufr.* misericordiam exercere *l.* 7. *D. deposi.* iter facere *l.* 9. §. *ult. D. ad Leg. Aquill.* renunciare societati *l.* 14. *D. pro soc.*

INTENDERE, pro agere, seu, ut vulgo loquimur, agendo concludere, quo sensu, jurisconsultis fere proprio, tum absolute, tum cum casu quarto ponitur. Sic *Intendere* accusationem *leg.* 30. *D. de Lege Cornel. de fals.* actionem l. 7. *D. de injur.* crimen, id est, objicere l. 14. §. *ult. D. de bon. libert.* cibariorum exactionem *Collat. Leg. mos. tit.* 10. §. 2. litem l. 44. §. 4. *D. famil. ercis.* petitionem hereditatis *leg.* 3. *D. de agnosc. & alen.* Actio, qua intendit sibi dari oportere §. 15. *Inst. de act.* Hereditatem nostram esse intendere possumus l. 3. *D. de hered. petit.* Possum *intendere* jus mihi esse, ire, agere l. 9. *D. si serv. vind.* jus esse, uti frui l. 5. *D. si ususfr. pet.* Utiliter *intendere*, sibi filiæve suæ reddi dotem l. 22. §. 9. *D. de solut. matr.*

INTENTARE accusationem l. 4. *C. ad Leg. jul. de vi publ.* actionem *l.* 13. *C. de procur.* crimen *l.* 4. *C. de accus.* Intentata depellere *l. pen. C. Th. ad Leg. jul. de adult.*

INTENTIO adpellatur, quod actor, vel accusator judicio intendit l. 17. *D. comm. divid.* l. 32. *pr. D. de pecul.* In usu nostro forensi *fines, & conclusiones* vocamus. Vetus Glossarium *Intentio* αφηγησις επαγωγης, *Intentione* (id est condictione) incerti agendum est l. 6. *D. de præscript. verb.* Sic accipe *intentionem* accusatoris l. 5. §. 10. *D. de his, quæ ut indign.* agentis *l.* 7. *C. de petit. her.* Intentio ambigua l. 69. *D. de judic.* delatoris *l.* 5. §. 13. *D. de his, quæ ut in dign.* domini l. 1. §. 2. *D. de pignor.* petitionis l. *ult. C. de edend.* dati pignoris *l.* 1. *C. de non num. pecun.* servitutum *l.* 6. §. 3. *D. si servit. vind.* vindicantis l. 4. *C. de usucap.* Libera intentione, (id est, actione) in judicium devocare l. 4. *Cod. Th. de famos. libell. Intentionem* publicæ necessitatis evadere *l. ult. C. Th. de fisc. debit.* Ab intentione repelli l. 47. *D. de hered. pet.* Intentionem adjuvare l. 7. *C. de except.* elidere l. 17. *D. de evict.* munire l. 10. *C. de except.* suam perdere l. 9. §. 6. *D. ad exhib.* suscipere l. 9. §. 6. *ad exhib.* Si quis agens *in intentione* sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertinet §. 33. *Inst. de action.* Dicendum erit, nec tenere *intentionem* l. 1. *pr. D. si mens. fals. mod.* Reus exceptionem, velut *intentionem* implet *l.* 19. *pr. D. de probat.* id est, reus in exceptione actor est, ut loquitur Ulpianus *in l.* 1. *D. de except.* In præjudiciis actoris partes sustinet, qui habet intentionem secundum id, quod intendit *l.* 12. *D. except.* id est, si in præjudiciis quæritur, quis actoris partes sustineat, Respondetur eum esse actorem, secundum cujus intentionem data, & concepta est actio, ut, si ita detur actio: *Si paret Lucium esse patronum*, Lucius actoris partes sustinebit. Quod si ita: *Si paret Gaium ingenuum esse*, Gaius Auctor intelligitur. Vid. Cujac. *lib.* 5. *obs. c.* 37. At Heineccius obscurissimam esse, & pene nullum sensum fundere ait phrasim illam: *Actoris partes sustinere eum, qui habeat intentionem secundum id, quod intendit*. Alii judicent.

Intentio pro mente, & voluntate, ut *intentio* defuncti l. 10. *D. de alim. & cibar. legat.* voluntatis *l.* 77. §. 26. *D. de legat.* 2.

INTER *certos* exheredare, id est, non nominatim, sed αοριστως, & indefinite *pr. & §.* 3. *Inst. de exhered. lib.* l. 25.

25. *D. de lib. & postum.* Quæ loquutio jurisconsultis propria est ex formula, qua testatores alios, præter filios suos, exclusuri uti solebat, *Ceteri exheredes sunto*. Theophil. *in* §. 1. *Inst. de exhered. lib.* Quum enim ceterorum istorum numero & filiæ, & nepotes, neptesque, & fratres, sororesque comprehenderentur, *inter ceteros* exheredari recte dicebantur. *Hein.*

Aliud est *inter cetera*, qua formula jurisconsulti utebantur, si quando non totam constitutionem, sed partem illius ad rem pertinentem recitarent. Tunc enim adscribebant *inter cetera*, vel si paragraphum citarent *ad locum*. Exempla, præter codicem Theodosianum, in quo frequentissimus hujus formulæ usus est, suggerunt Codex Gregor. *l.* 14. *de pact. & transact.* & Auctor *vet. Consultat. c.* 4. 5. 6. 9. Plura de ea citandi ratione Jac. Gothofred. *Comment. in l.* 3. *C. Th. de post.* HEIN.

Inter pro de, ut *Inter* sicarios Cic. *de Invent. lib.* 2. *c.* 20. Non enim oportet in recuperatorio judicio ejus maleficii, de quo inter sicarios quæritur, præjudicium fieri. Idem *pro Cluent. c.* 7. In Q. Sergii, senatoris ejus qui inter sicarios damnatus est, manus incidit. Et *lib.* 2. *de fin. c.* 16. Inter sicarios quæstionem exercere.

Ut *inter bonos bene agier oportet* notissima formula, qua in contractu fiduciæ uti solebant. Unde eadem & in formula, qua arbiter de eo contractu constituebatur, exprimi consueverat. Cicero *lib.* 3. *de offic. c.* 17. Nam quanti verba illa uti ne propter te fidemve tuam captus fraudatusve fiem? Quam illa aurea, ut inter bonos bene agier oportet, & sine fraudatione. Idem *lib.* 7. *ad famil. epist.* 12. Ubi porro illa erit formula fiduciæ, inter bonos bene agier, & sine fraudatione: *Hein.*

INTERÆSTIMATIO *in l.* 64. *pr. D. de Ædil. edict.* est pretium, seu interpretium redhibiti, vel evicti hominis, quod emtor præstat, solvitve emtori. Cujac. *lib.* 16. *obs. c.* 4.

INTERCALARE est interponere, vel inserere fastis diem, ut ratio motus solaris sibi constet *l.* 3. *D. de minor. l.* 98. *D. de verb. signif.* Macrob *l.* 1. *Saturnal. c.* 14. Hinc

INTERCALARIS dies *l.* 2. *D. de divers. temp.* & apud Plin. *lib.* 2. *c.* 8. qui, ut anni ratio solis cursui conveniret, mensi februario inseritur. Ἐμβολιμαῖον Græci vocant. Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 14. Cæsar decem dies observationi veteri superadjecit, ut annum trecenti sexaginta quinque dies, quibus sol zodiacum lustrat, efficerent, & ne quadrans deesset, statuit, ut quarto quoque anno sacerdotes, qui curabant mensibus ac diebus, unum intercalarent diem, eo scilicet mense ac loco, quo etiam apud veteres intercalabatur, id est, ante quinque ultimos februarii dies, idque bissextum censuit nominandum Isidorus *lib.* 6. *orig. c.* 16. ubi ait: Intercalares dies idcirco vocantur, quia interponuntur, ut ratio lunæ, solisque conveniat. Calare enim ponere dicitur, intercalare interponere.

Immo *calare* non est *ponere*, sed vocare a Græco καλεῖν: Hinc *incalare*, teste Festo, *invocare*. *Incalationes*, *invocationes*, *Intercalare*, *inter alia verba quid clamare*. Ita enim, ut paullo post ipse Brissonius notat, veteres carminibus nuptialibus invocabant, e. g. apud Catullum *carm.* 62. *Jo Hymen*, *Hymenæe Jo*, *Jo Hymen*, *Hymenæe*. Et *carm.* 63. *Hymen*, *o Hymenæe*, *Hymen*, *ades o Hymenæe*. Hæ invocationes, quum singulis strophis interponerentur, dictæ sunt intercalares, & ab his demum translata est hæc denominatio ad dies & menses, qui reliquis extra ordinem inserebantur. Hinc recte Scaliger *de Emen. temp. lib.* 7. Dierum intercalationem vocarunt a carmine succentivo, quod colis, & strophis absolutis iterabatur. Quam etymologiam & Vossius probat *in Etymol. pag.* 107. *Tom.* 1. *op.* Hein.

Intercalaris mensis apud Macrob. *lib.* 1. *Saturnal. c.* 13. De eo Modestinus *l.* 98. §. 1. 2. *C. de verb. signif.* Cato, inquit, putat, mensem intercalarem additicium esse, omnesque ejus dies pro momento temporis observat, extremoque diei mensis februarii attribuit Quinctus Mucius. Mensis autem intercalaris constat diebus viginti & octo. Sueton. *in Julio c.* 31. Annum ad cursum solis adcommodavit, ut 365. dierum esset, & intercalario mense sublato, unus dies quarto quoque adderetur intercalaris.

Omnia hæc multo accuratius ad rationes astronomicas, & historicas exegerunt, qui hic præ ceteris consulendi erunt Censorinus *de die natali c.* 20. & Jos. Scaliger *de emendat. temp. lib.* 4. HEIN.

Intercalaris annus apud Plin. *Hist. nat. lib.* 2. *c.* 47.

Intercalares calendæ apud Ciceron. *pro Quinct. c.* 25. & *lib.* 6. *ad famil. epist.* 14. De his erudite agit Jo. Frid. Gronovius *obs. lib.* 2. *c.* 18. & Græv. ad Cic. *pro Quinct. cap.* 25. Nimirum Decemviri instituerant, ut Februarius mensis secundus esset, intercalarius autem post Terminalia, quæ in diem istius mensis 23. incidebant, interjiceretur, ut quo die vicesimus quartus Februarii numerandus esset, eo die calendæ *intercalares* dicerentur. Macrob. *Saturnal. lib.* 1. *cap.* 15. Ergo *V. Kal. intercalare* est dies, februarii 20. *Hein.*

Intercalaris versus, teste Servio *in Eclog.* 8. *Virg. v.* 21. dicebatur, qui frequenter post aliquantulos interponitur. Tales permulti occurrunt apud veteres. Ut enim non repetam, quæ supra de epithalamiis dixi, in quibus illud *Hymen o Hymenæe*, *Hymen ades*, *o Hymenæe* utramque faciebat paginam, quis ignorat versum intercalarem Virgilii *in Ecloga* 8. *Incipe Menalios*, *mea tibia*, *dicere versus*, qui in illa ecloga octies repetitur, donec *v.* 6. huic carmini hunc finem imponit Damon: *Desine Menalios*, *jam desine*, *tibia versus*. Hinc eum imitatus Alphæsibœus, simili versu intercalari se oblectat: *Ducite ab urbe domum*, *mea carmina ducite Daphnim.* quem novies repeti videmus in eadem ecloga, antequam *v.* 109. sequitur hic epilogus: *Parcite*, *ab urbe venit*, *jam parcite*, *carmina Daphnis*. Qua in re Virgilius imitatus videtur Theocritum, qui & ipse statim *Eidyll.* 1. utitur versu: Ἄρχετε βουκολικᾶς, Μῶσαι φίλαι, ἄρχετ' ἀοιδᾶς. *Incipe bucolicas mecum*, *mea Musa*, *Camœnas*. Et deinde idem eidyllon ita concludit: Λήγετε βουκολικᾶς, Μῶσαι,

Μῶσαι, ἴτε λήγετ' ἀοιδᾶς. *Desine bucolicas mecum, mea Musa, Camœnas.* Similis est versus intercalaris in pervigilio Veneris. *Cras amet, qui numquam amavit, quique amavit cras amet.* ad quem lepidum versum plura notavit Andr. Rivinus *in Not. pag.* 58. *seq.* quibuscum jungenda, quæ disseruit Scaliger *lib.* 2. *Poet. c.* 51. Hein.

INTERCAPEDO pro intervallo. Intercapedo judicato dilationem dare, non lucrum adferre debet l. 3. *D. de usur.* Add. *l.* 3. §. 3. *D. si cui plus quam per Leg. Falcid.*

INTERCEDERE, intervenire, interponi. Sic *intercedere* dicuntur acceptilatio *l. ult.* D. *de accept.* actus l. 1. *C. quand. lic. ab emt.* adpellatio l. 5. §. 12. *D. de his quæ ut indign.* anni ante impletam conditionem *l.* 64. *D. de verb. oblig.* auctoritas tutoris *l.* 8. *D. de adopt.* calliditas l. 9. §. 1. *D. de duob. reis.* capitis deminutio *l.* 2. D. *quib. mod. ususfr. amitt.* captivitas l. 12. §. 5. D. *de capt. & postlim.* caussa l. 35. D. *de solut.* consensus l. 9. *D. de contrah. emt.* contractus l. 25. *D. de pignor.* divortium *l.* 66. §. 1. *D. solut. matrim.* dolus l. 47. *D. de reg. jur.* donatio l. 2. *C. de postlim. revers.* error l. 25. D. *de lib. & postum.* heredes l. 73. D. *de reg. jur.* impendium l. 44. §. *ult.* D. *ad SC. Trebell.* inimicitiæ l. 43. §. *ult.* D. *de procurat.* instrumentum l. *ult. C. de commun. rer. alienat.* mandatum l. 54. D. *mand.* mora l. 3. §. 1. D. *de adim. legat.* nota l. 7. *C. de re milit.* nuptiæ *l.* 7. D. *de condict. causs. dat.* obligatio l. 6. *C. de jur. dot.* pactum l. 63. D. *de fidejuss.* persona l. 30. §. 5. D. *de fideic. libert.* pignus l. 59. *D. ad SC. Trebell.* pollicitatio l. 1. *C. de jur. dot.* provocatio l. 5. *C. de sent. & interloqu.* quæstio l. 24. §. 1. D. *ad Leg. Falcid.* ratihabitio l. 14. D. *de condict. causs. dat.* ratio l. 1. §. 8. *D. de tut. & rat. distr.* res l. 52. D. *de oblig. & act.* satisdatio l. 1. D. *ut in possess.* statutum temporis spatium l. 3. *C. si quis ignor.* stipulatio l. 72. §. 1. *D. de solut.* titulus *l.* 2. *C. ne de stat. defunct.* tutor l. 5. D. *de op. nov. nunc.* vitium l. 8. *C. qui pet. tut.* voluntas l. 2. *Cod. de donat.*

Intercedere, prohibere, impedire. Et ita *Intercedere* dicuntur Prætor edicto suo l. 2. §. 5. D. *ne quid in loc. publ.* Lex l. 87. §. *ult.* D. *de legat.* 2. necessitas l. 6. §. *ult.* D. *ut legator. seu fideic.* pater filio *l.* 3. §. 4. D. *de mun. & honor.*

Intercedere, interjacere. Sic si inter meas, & Titii ædes tuæ intercedant l. 5. *D. si serv. vind.* Vid. & l. *ult.* D. *de serv. rust. præd.* l. 17. §. 2. & §. *ult.* D. *de aqu. & aqu. pluv.* l. 15. §. 15. *D. de damn. infect.* l. 1. D. *de servit. præd. urb.*

Intercedere, fidem suam pro alio obligare, alienamque obligationem in se suscipere, significat l. 2. §. *ult. & passim tit. ad SC. Vellei.* Immo in hoc SCo id vocabulum significationem habet plane τεχνολογικήν, & arti nostræ proprium. Comprehendit enim non modo fidejussionem l. 2. §. 1. l. 25. §. 1. D. *eod. tit.* verum etiam mandatum, ut alter credat l. 6. l. 7. D. *eod. tit.* immo & defensionem l. 2. §. 5. D. *eod. tit.* pignorum pro alieno debito dationem l. *ult.* §. 1. D. *eod. tit.* constitutionemque pecuniæ l. 28. D. *de const. pec.* quatenus fit pro alio, item expromissionem l. 8. §. 9. D. *ad SC. Vellei.* l. 30. §. 1. D. *de pact.* correalem obligationem pro pecunia alii soluta l. 4. l. 19. *C.* l. 8. §. 14. l. 11. l. 12. l. 28. §. 1. *D. ad CC. Vellei.* Hein. Unde & Græci quod animadverterent, nullum esse in lingua sua verbum, quo tam amplam significationem satis exprimerent, ipsum verbum *intercedere* in suam linguam deformarunt. *Intercesserunt* fidejussores, & mandatores *l.* 9. §. 3. *D. SC. Maced.* sive fidejussorio, sive mandatorio, vel quocumque alio nomine pro debitore intercesserit l. 12. *D. de minor.* Mulier, quæ intercedens fundum pignori dedit l. 39. §. *ult. D. de rei vid.* Intercedere non videtur mater, quæ pietatis dans, litem filii præparandam curare maluit *l.* 1. *D. ad bell. recip.*

Intercedere dicebantur Episcopi, cum pro reis, caussa cognita, veniam a judicibus postulabant *Const.* 14. & l. 15. 16. *C. Th. de pœn.* Augustin. *epist.* 52. 53. 54. 228. 230. & *contra Crescent. c.* 47. *seq.* officium quippe sacerdotis esse ducebant, pro iis intervenire, quod si non obtinerent, offendebantur, ut qui, quod erat officii sui, non reportassent. Maxime vero intercedebant pro iis, qui ad ecclesias confugiebant *Concil. Arauf.* 1. *can.* 5. Quibus hoc modo venia concedebatur, iis canonica ab ecclesia imponebatur pœnitentia, quam illi obituros sese ultro spondebant, veniam alias non consequuti *Concil. Remens. caus. can.* 7.

INTERCESSIO pro interventu. Prætor intercessione auctoritatis suæ prospiciet *l.* 1. *C. de abolit* Intercessio, qua quis pro alio intercedit sive fidejussorio, sive mandatorio, sive pignoratitio, sive expromissorio, sive defensorio nomine vel pro alio pecuniam constituendo, ut modo dictum est. Vet. Gloss. Græc. *Intercessio* ἐστὶ ὑπεραλλ παραχεῖν ἐνέχυρον μὴ τὸ ἀ ἀδέναι τὸν κρεώστη τὸ ἐνέχυρον αὐτοῦ, *Intercessio* est, quando quis ab altero pignus accipit, in casum si ille non luat pignus suum. Et iterum: *Intercessio* τὸ ὑποβληθὲν ἐνέχυρον. Aliud Vetus Glossar. Græc. *Intercessionis* αἱ τιμωρίαι ἢ ἐγγύαι. Pignoris igitur datio *intercessionem* facit l. 8. *D. ad SC. Vellei.* Add. l. *ult.* §. 3. *eod. tit.* Et *intercessio* est, quum mulier alieno nomine compromittat l. 32. §. 1. *D. de recept. SC. Valleianum de intercessionibus* vocantur *in* l. 40. *D. de condict. indeb.*

Intercessionis quoque species est subscribere & signare chirographum alienum l. 15. *C. de admin. tut. & cur.*

Intercessio pro exsequutione l. 1. *C. de princ. agent. in reb.* l. 4. *C. Th. eod. tit.* Sic militares intercessiones l. 1. *C. Th. de lucr. offic.* quæ exsequutiones militares adpellantur *ib* l. 1. *C. de offic. milit. jud.* & l. *un. C. Th. eod. tit.*

INTERCESSOR, id est, interventor, fidejussor, mandator, adpromissor l. 23. *D. de hered. vel act. vend.* l. 3. §. 4. *D. de pecul. l.* 11. *C. de except.* l. 20. *l.* 21. *C. de fidejuss.*

Intercessores & pro exsequutoribus accipiuntur l. 1. *C. Th. de pign.* ubi Tribonianus reposuit exsequutores l. 7. *C. quæ res pign.* Adde & l. 8. *C. de offic. rect. prov.*

Intercessores dicuntur Episcopi, qui sede vacante episcopatum administrabant, donec proprius aliquis esset *Concil. Carthag.* V. *ac. III. c.* 8. Capitul. Car. M. *lib.* 7. *c.* 89. Iidem hodie administratores dicuntur.

INTERCIDERE active, & antepenultima producta dicitur, qui aliquid concidit. Sic Incendii arcendi cauſſa vicini ædes intercidunτur *l. 7. §. 4. D. quod vi, aut clam. Intercidere* aquæductum *l. 25. §. 1. D. ad Leg. Aquil.* codicillos *l. 3. l. 24. D. de Leg. Cornel. de falſ.* rationes dominicas *l. 1. §. ult. D. de ſerv. corrupt.* ſextam *l. 4. pr. Cod. Theod. ne ſanct. bapt. iter.*

Intercidere neutraliter, & antepenultima correpta dicitur, quod exſtinguitur, deperit, interit. Sic *intercidunt* actiones *l. 49. D. de hered. pet.* crimen morte *l. 2. C. de teſtam. mil.* exemplum teſtamenti Paull. *lib. 2. Sent. tit. 6. §. 1.* facultas ſolvendi *l. 95. §. 6. D. de ſolution.* fideicommiſſum *l. 16. l. 55. §. 2. D. SC. Trebell.* legatum *l. 59. D. de cond. & demonſtr.* libertas *l. 77. §. 29. D. de legat. 2.* mandatum *l. 57. D. mandat.* materia *l. 2. C. de teſtam.* obligatio *l. 50. D. de fidejuſſor.* operæ *l. 34. D. de oper. libert.* peculium *l. 9. D. comm. divid.* ſpes *l. 2. D. de ſtatul.* via *l. 33. D. ad Leg. Falcid.* voluntas *l. 18. §. 2. D. famil. erciſc.* uſusfructus *l. 60. D. de uſufr.*

INTERCIPERE lucrandi conſilio rem intervertere, vel contrectare *l. 1. §. 1. l. 33. D. de furt.* Sic intercipere argentum *l. 20. D. commod.* bona *l. 43. D. de liberal. cauſſ.* epiſtolam *l. 14. §. ult. D. de furt.* numos *l. 38. §. ult. D. de noxal. act.* ſervos *l. 6. D. de Leg. Fab. de plagiar.* uſumfructum *l. ult. D. ſi cui plus quam per Leg. Falc.*

Intercipere pro impedire, prohibere, intercedere. Intercipere contractum *l. 2. pr. C. de præd. navic. l. 7. C. Th. eod. tit.*

INTERCLUDERE dignitatis aditum *l. un. Cod. Theod. de decur.* viam provocandi *l. 1. D. quand. adpel.* uſum alicujus rei *l. 13. §. ult. D. commun. præd.*

INTERCOLUMNIA in *l. 45. C. Th. de oper. publ.* ſunt ſpatia inter columnas, porticus, eadem forma, qua *interſcalmium*, ſpatium inter remigum ordines, *intertiginium* ſpatium inter duo tigna, apud Vitruv. *lib. 1. c. 2.* & *lib. 4. c. 2.* qui & intercolumniorum paſſim meminit, æque ac Cic. *ad Quint. fratr. lib. 3. ep. 2. c. 2.* Junge Caroli Du-Freſne *Gloſſar. Lat. h. v.*

IMTERDICERE eſt denunciare, & prohibere, ait Juſtinianus in §. 1. *Inſt. de interdict.* Sic interdicitur cui adminiſtratione *l. 14. §. 1. D. de ſolut.* advocationibus *l. 8. D. de poſtul.* aqua & igni *l. ult. D. de legat.* & aliis locis quos ſupra ſub art. *aqua*. Interdicere bonis eſt, adminiſtrationem bonorum ſuorum, curatore dato, alicui adimere ob id, quod neque modum, neque finem expenſarum faciat, cujus interdictionis ſollemnia verba a Paullo referuntur *lib. 3. Sent. tit. 4. §. 7.* Cic. *de Senect. c. 7.* Ut quemadmodum more noſtro male rem gerentibus bonis interdici ſolet. Vid. Valer. Max. *lib. 3. c. 5. de filio Q. Fabii*: Ei Q. Pompejus, ait, Prætor paternis bonis interdixit. Quod ſignificat Horat. *Serm. lib. 2. ſat. 3. Interdicto huic omne adimat jus Prætor, & ad ſanos abeat tutela propinquos*. Lege XII. Tabularum prodigo interdicitur bonorum ſuorum adminiſtratio *l. 1. D. de curat. furioſ.* Prodigo commercio interdictum eſt Ulpian. *tit. 22. §. 13.* Interdicere foro *l. 9. §. 4. D. de pœn.* id eſt, prohibere forenſibus negotiis ſeſe adcommodare, ut *ibid.* teſtimonii officio ei, qui adulterii damnatus eſt *l. 14. D. de teſtib.* ordine *leg. 7. §. 20. D. de interd. & releg.* Cui pomœrio civitatis interdictum eſt, urbe etiam interdictum videtur *l. 5. D. de ſerv. export.*

Intercidere provincia *l. 7. §. 10. & §. 11. D. de interd. & releg.* id eſt, vetare in provincia commorari. Unde *interdicti in rubr. D. de interd. & releg.* accipiendi ſunt, quibus urbe, patria, regioneve aliqua interdictum eſt, aut qui certæ rei interdictione puniti ſunt.

Interdicere aliquando eſt interdicto uti, & experiri *l. 1. §. pen. D. de via publ. l. 3. §. 6. D. de tab. exhib. l. pen. D. ne quid in loc. publ. l. 1. §. 13. D. de vi & vi arm. l. 1. §. 22. D. de aqu. quotid. & æſtiv. l. 8. §. 2. D. de precar. l. 5. §. 10. l. 7. §. 1. D. quod vi aut cl.* Huc pertinent illa Quinctilian. *lib. 3. Inſt. orat. c. 6.* Non debuiſti *interdicere*, ſed *petere*. Sic & auctores noſtri *Interdicturus*, id eſt, interdicto uſurus *l. 3. §. 3. & §. 11. D. ad exhib.* Interdicis mecum *l. 3. §. 6. D. uti poſſid.*

Interdicere alias prætor dicitur, qui interdictum dat, & proponit *l. un. D. ut in flum. publ. l. 1. §. 28. D. de aqu. quot. & æſtiv. l. un. D. de font. l. 1. D. de loc. publ. l. 1. §. 8. D. ne quid in flum. publ. l. 1. §. ult. l. 2. D. de cloac. l. ult. D. de riv. l. 1. D. de loc. & itin.*

Immo & *Interdicit* prætor, quoties aliquid imperat. Ut per locum, foſſam, ſtagnum publicum navigare liceat, interdicam *l. 1. D. de flum. publ.* quamvis & ad *interdictum* recte referatur (id eſt, ad prohibitionem, ne iſta impediantur.) Vid. Scip. Gentil. *de juriſd. lib. 1. c. 30.* Hein.

INTERDICTIO aquæ, & ignis, de qua ſupra ſub art. *aqua*. Interdictio bonorum *l. 18. D. qui teſt. fac. poſſ.* matrimonii *l. 9. D. de jur. dot.* negotiationis, profeſſionis, advocationis *l. 9. D. de pœn. l. 1. §. ult. D. de offic. præf. urb. l. 3. D. de decurion.* certæ rei *l. ult. D. de injur.*

INTERDICTUM, ut Juſtinianus tradit, adpellabatur forma, ac conceptio verborum, qua prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibebat. Quod tum maxime fiebat, quum de poſſeſſione, aut quaſi poſſeſſione inter aliquos contendebatur *pr. Inſt. de interdict.* Cujus adpellationis originem non a prohibitione, ſed quia inter duos diceretur, deducit idem Juſtinianus §. 1. *Inſt. eod. tit.* licet eam etymologiam non contemnendis rationibus rejiciat Menag. *Amœn. jur. civ. c. 38. p. 292.* Iſidorus plane *lib. 5. orig. c. 24.* interdictum definit, quod a judice non perpetuam, ſed pro reformando momento, ad tempus, *interim dicitur*, ſalva propoſitione actionis. Vetus Gloſſarium Græcum *interdictum* διαλεγόμενον μεταξὺ δύο ἀμφισβητούντων περὶ νομῆς, inter-

terloquutio inter duos de possessione disceptantes. Quo adludens Cicero *lib. 7. ad famil. Epist.* 32. Urbanitatis, ait, possessionem, amabo, quibusvis *interdictis* defendamus. Erant nempe Romanis cognitiones, vocatæ *extraordinariæ*, maxime in caussis possessionum, aliisque moram non ferentibus, in quibus ab ordine judiciorum in tantum recedebat Prætor, ut judicem non daret, sed ipse levato, ut vocamus, velo cognoscebat. jubebat vero in talibus casibus ad implorationem actoris, qui *interdicere* dicebatur (non prætor,) vid. Quinctil. *Inst. orat. III.* 6. quem ducentem aquam in fundum vicini, hic prohibuerat, quominus id fieret, & prohibebat hoc modo: *Uti hoc anno aquam, qua de agitur, non vi, non clam, non precario ab alio duxisti, quo minus vis fiat,* veto. Vid *l. 1. D. de aqu. quot. & æst.* aut si v. g. *precario* alter ab altero quid teneret, reddereque id ipsum repetenti denegaret, Prætor jubebat: *Quod precario ab illo habes aut dolo malo fecisti, ut possidere desineres, habere, qua de re agitur, id illi restituas.* Vid. Vutssel. *jurispr. defin.* §. *669.* Interdicta plane & *actionum* nomine vocantur. Et ita actionem quod vi aut clam dicit *l. 43. de fin. D. ad Leg. Aquil.* Et Justinianus interdictum unde vi *recuperandæ possessionis actionem* adpellat in *l. 1. C. si per vim vel al. mod.* Ea porro, ut actiones *accipi, edi, moveri, reddi*, dicuntur. Item *interdicto agere, experiri*, ajunt Jurisconsulti, ut & *interdicto teneri.*

Eorum alia sunt *prohibitoria*, aut *restitutoria*, aut *exhibitoria l. 1. §. 1. D. de interd. §. 1. Inst. eod. tit. l. 6. §. 1. D. de confess.* Rursus *Interdicta* quæ ad rem familiarem spectant, aut *adipiscendæ* sunt *possessionis*, aut recuperandæ, aut retinendæ *l. 2. §. 2. D. de interd. Interdicta* vero retinendæ possessionis *duplicia* adpellantur, quibus uterque possessionem retinere intendit, qualia sunt *interdicta uti possidetis*, & *utrubi l. 2. pr. D. de interd. l. 3. §. 1. D. uti possid. l. 1. §. 26. D. de aqu. & aqu. quotid. l. 1. §. 2. D. de superfic. §. 7. Inst. de interd.*

Interdictum, prohibitio. Contra interdictum accedere *l. 1. C. de tut. vel cur. qui satisd. non deb.* Ita & Horatius *lib. 2. serm. sat. 3. interdicto* pro interdictione bonorum usus est.

Interdictum memoratur in *c. 20. decretal. de verb. signif.* Ut autem differt interdictum ab excommunicatione, vid. *art.* Excommunicatio.

INTERDIU durante die *l. 6. D. de his, qui effud. vel dejec. l. 54. §. 2. D. de furt. l. 14. D. comm. præd.* Interdius pro *interdiu* dixit Plaut. *Asinar. Act. 3. sc. 3. v. 9. Adult. Act. 1. sc. 1. v. 34. Mostell. Act. 2. sc. 2. v. 2. Mercat. Act. 5. sc. 2. vers. 50. Pseudol. Act. 5. sc. 2. v. 8. Rudent. Prolog. v. 7.* Inde *interdiarius*, quo nomine adpellatur junioribus auctoribus is, qui *interdiu* furatur, notante Vossio *de vitiis serm. lib. 3. c. 17.* Glossarium vetus: *Interdiarius*, ἡμεροκλέπτης, *fur diurnus*, cui opponitur ἡμεροκοίτης, *dormiens per diem*, vel *dormitator*, id est, fur nocturnus. Cujac. *lib. 11. Obs. c. 27.*

INTERDUM pro interim *l. 16. §. 1. D. de recept. arb.* Cujac. *in Paull. lib. 13. ad edict. p.* 180. Similiter & *interim* aliquando pro *interdum* reperitur, veluti *l. pen. §. ult. D. de cond. & demonstr. l. 3. pr. D. mand.* apud Quinctilian. *lib. 7. c. 2. lib. 5. c. 10. Declam. 9.* Plautum *Trucul. Act. 4. sc. 4. v. 29.* Senecam *lib. 1. de ira c. 16.* Interim optimum misericordiæ genus est, occidere. Et apud Senec. *tragœd. in Hercul. Oet. v. 481.*

Promiscue ergo *interdum*, & *interim* usi sunt secundi sæculi scriptores, quia *interdum* idem esse credebant, ac *interea dum*. Ita Apuleius *lib. 9. Metamorph. pag. 226.* Interdum, ait, Philasiæterus, cognito strepitu, raptim tunicam injectus, sed plane præ turbatione pedibus intectis procurrit cubiculo. Et *lib. 5. p. 171.* Interdum Psyche errabundo rursus gradu pervenit ad civitatem aliam.. Hæc ille. Nescio an alius ita loquutus sit. Sed quum fas fuerit *interim* dicere pro *interdum*, non video, quid eos prohibuerit pro *interim* INTERDUM usurpare. *Hein.*

INTERESSE. Publice *interest*, quod in commune expedit, & ad totius reipublicæ utilitatem pertinet *l. 44. pr. D. de usurp. & usuc.* privatim, quod ad singulorum utilitatem spectat *l. 65. §. 5. D. pro soc.* Ad exhibendum possunt agere omnes, quorum interest *l. 3. §. 9. D. ad exhib.* quod ut accipiendum sit, vid. *l. 19. D. eod. tit.* In judicio finium regundorum etiam ejus ratio fit, quod interest *l. 4. §. 1 D. fin. regund.* id est, si aliquam utilitatem reus ex eo loco percepit, quam vicini esse adparuit. Si nihil *intersit* actoris *l. 2. §. ult. D. si quis in jus vocat.* id est, si jus ejus non factum sit deterius, ut *l. 8. D. si quis caut. in judic. sist.* vel si nullum ex hoc damnum passus sit. Ibi autem *interesse* peculiariter accipimus, uti in aliis multis locis, inter quos *l. 13. D. de pact.*

Id, quod *interest*, a re, reique æstimatione separatur *l. 1. §. 20. D. de tut. & rat. distr. l. 1. D. de act. emt.* Et proinde id, *quod interest*, & *quanti ea res est*, diversa nostri auctores faciunt *l. un. in fin. D. si quis jus dic. l. 56. D. ad Leg. Aquil. l. 4. §. 7. D. de damn. infect.* His enim verbis verum rei pretium, illis omnis utilitas, quæ modo circa rem consistat, continetur *l. 193 D. de verb. signif. l. 2. §. 3. D. de act. emt.* Unde Paullus in *l. 13. D. rat. rem hab.* in quantum *interfuit*, sic interpretatur, id est, quantum mihi abest, quantumque lucrari potui. Exempla ejus quod *interest* peti possunt ex *l. 21. §. ult. cum seq. D. ad Leg. Aquil. l. 3. D. de condict. furt. l. 8. D. de evict. l. 11. §. 3. D. de edend. l. ult. D. de eo per quem fact. l. 33. D. locat.*

Quorum *interest* pro ad quorum officium spectat *l. 56. D. locat. l. 3. C. de confirm. tut. l. 7. §. 5. C. de advoc. divers. judic. l. 2. C. Theod. ad Leg. Jul. de ambit. l. 4. C. de fabric. l. 3. C. de sport. & sumt. in jud. fac. l. 6. §. 3. C. de adpell. l. ult. C. de aquæd.* Hoc modo & Justinianus Græce loqui solet in Novellis [illegible], pro eo, quod est, *spectabit ad celsitudinis tuæ officium*,

Intereſt, diſcrimen eſt, diſtinguendum eſt *l. 3. D. ad Leg. Aquil.* & paſſim. Verbum *intereſse* novo genere conſtructionis uſurpatum a Paullo in *l. 21. in fin. D. quand. dies legat. ced.* obſervavit Briſſon. ibi: Nec multum, ait, intereſſe tale legatum ab hoc, *ſi heres erit, dato*.

Intereſse pro adeſſe *l. 12. §. ult. D. de adpell.*

INTERFECTUM negotium in *l. 2. C. Theod. unde vi.* dicitur exſtinctum, vel finitum, quod, ut Plautus *in captiv. Act. 3. ſc. 4. v. 7.* & *Menæch. Act. 5. ſc. 2. v. 46.* loquitur, *occiſum eſt*. Idem *in Mercat. Act. 2. ſc. 2. v. 3. 4. Uſusfructus, victus, cultus tam mihi harum arduum Interemtus, interfectus eſt, alienatus eſt, occidit*. Apulejus *interfectam* virginitatem dixit *lib. 5. Metamorph. p. 161.* ſimilique loquendi figura *vulnerata cauſsa, vulneratum negotium* dicitur in *l. 15. C. Th. de apell. & alibi*.

INTERIM. Ex conjunctis dijudicandum, de quo temporis intervallo, cujuſque negotii ſuſpenſione, intelligendum ſit illud. Sic *interim* eſt, pendente die, vel conditione *l. 10. D. de adſign. libert. l. 46. D. famil. erciſ.* & *paſſim.* pendente adpellatione *l. 21. §. 1. D. de adpell. & alibi.* donec ætatem infantis exceſſerit *l. 55. D. de uſufr.* donec ad juſtam ætarem pervenerit *l. 8. D. de condit. cauſs. dat.* intra annum *l. 81. §. 2. D. de legat. 1.* dum conſtituitur *l. 11. D. de pecun. conſt.* dum deliberat heres *l. 9. D. ex quib. cauſs. in poſseſs.* donec dies venerit *l. 16. D. de ann. legat.* antequam dominium auferatur *leg. 36. D. de nox. act.* dum totum emat *l. 36. §. ult. D. mand.* durante furore *l. 11. D. de ſuſp. tut. l. 12. D. de excuſat.* quoad apud hoſtes eſt *l. 6. fin. D. quib. ex cauſs. in poſseſs.* pendente judicio *l. 78. D. de legat. 2.* conſtante matrimonio *l. 5. D. de bon. damnat.* quamdiu nolit *l. 41. §. pen. D. de legat. 3.* quamdiu in ſenatorio ordine manet *l. 27. D. de rit. nupt.* donec poſſumus naſcatur *l. 29. D. de negot. geſt.* pendente criminis quæſtione *l. 8. D. ad Leg. Pompei. de parricid.* quoad res evincatur *l. 29. D. de negot. geſt.* quamdiu res apud eos manet *l. 37. D. de noxal. act.* donec ſucceſſio pupilli locum habet *l. 34. §. 10. D. de legat. 1.* ante tempus *l. 113. D. de legat. 1.* aliquo tempore *l. 242. in fin. D. de verb. ſignif.* ante triennium *l. 56. §. 1. D. ad Leg. Falci.* ventre pleno, & antequam mulier ſit enixa *l. 3. §. ult. l. 5. D. ſi pars hered. pet.* inter vulnus & mortem *l. 51. D. ad Leg. Aquil.*

Interim, pro interdum, aliquando accipi, diximus ſupra in *interdum*.

INTERIMERE, vel, ut in Florentino legitur, *interemere*, occidere *l. 1. §. 17. D. de SC. Silan. l. 11. §. 1. D. ad Leg. Aquil.* Significat etiam perimere, tollere. *Interemta* dilatione, id eſt, ſublata *l. 3. 24. D. de ſtatul.*

INTERIRE, exſtingui, perire. *Intereunt* enim & homines, vel morte, vel maxima, & media capitis deminutione, *vel res*, quum aut nullæ relinquuntur, aut conditionem mutant *l. 63. §. ult. D. pro ſoc.* Sed & *interire* dicuntur & actiones, quando exſtinguuntur, vel finiuntur *l. 10. D. de tut. & rat. diſtrah.* frumentum vel vinum *l. 22. D. de negot. geſt.* fundus *l. 10. in fin. D. de peric. & commod. rei vend.* peculium *l. 19. §. ult. D. D. de conſtit. pecun.* pignora *l. 34. D. de damn. infect.* poſſeſſio *l. 44. D. de adquir. poſseſs.* ſervitutes *l. 11. D. comm. præd.* tabulæ qui interciderunt *l. 1. D. ſi tab. null. exſtab.* uſusfructus *l. 11. §. 5. D. quib. mod. uſusfr.*

INTERITUS actorum *leg. 11. C. de fid. inſtrum.* perſonæ *l. 4. D. de novbt.* rei *l. 11. D. comm. divid.* uſusfructus *l. 15. D. famil. erciſc.*

INTERLINERE. Qui teſtamentum deleverit, *interleverit l. 2. D. de Leg. Cornel. de falſ.* rationes hereditatis *l. 16. §. 5. D. famil. erciſc. l. 11. §. 1. D. de ſerv. corrupt.* Vid. & *l. 12. §. ult. D. de teſtam. mil. l. 5. §. 8. D. commod. l. 27. §. ult. D. de furt. l. 67. D. de legat. 1.*

INTERLOQUI judex, præſes, prætor, immo & princeps dicitur, quum quid inter cognoſcendum pronunciat *l. 2. D. adpell. recip. l. 32. D. de pœn. l. 9. §. 3. 5. v. ex facto. D. quod metus cauſs. l. 38. D. de fideic. libert.* Hinc

INTERLOQUUTIO pronunciatio de plano *l. 1. D. de conſtitut. l. 9. C. de ſent. & interloq. l. 13. l. 17. Cod. ex quib. cauſ. infam. irrog.*

INTERLOQUUTORIA ſententia. Vid. ſub art. *Sententia*.

INTERMINARI vitam apud Plaut. *in Caſin. Act. 3. ſc. 5. v. 28. Interminata* pœna *l. 60. Cod. D. de hæret.* Hinc

INTERMINATIO judicii *l. 8. C. Th.* eod. tit. pœnæ *l. 30. C. Th. de Epiſc.* I*nterminatione* firmata privilegia *l. 36. C. Theod. de navic.* Sub *interminatione* monere *l. 21. C. Th. de diverſ. offic. interminatione* vetare *l. ult. C. de veſtib. olober.* I*nterminationi* ſubjacere *l. 1. C. de oper. publ.* Metu *interminationis l. 6. C. Th. ne ſanct. baptiſm. iter.*

INTERMINUS, A, UM. I*ntermina* ætas *l. 13. Cod. Th. de indulg. debit.* infinita. Prudent. *Cathemer. hymn. 12. v. 37. ſeq.* Illuſtre quiddam cernimus. Quod neſciat finem pati, Sublime, celſum interminum, Antiquius cœlo, & chao. Idem *περὶ στεφ. hymn. 2. v. 298.* ævum interminum, & Sidon. Apollin. *lib. 7. Epiſt. 4.* interminam interceſſionem dixit. Sed apud Apuleium *de mundo p. 57.* legitur, agere ſtellarum choros intermino lapſu. Auſon. *Epiſt. 16. v. 38.* ubi libellum ſuum adloquutus: Perge, libelle, & utere Felicitate intermina. Ex quibus teſtimoniis patet, eſſe hanc vocem cadentis jam Latinitatis, eamdemque

que

quæ in primis Scriptoribus Christianis in deliciis fuisse.

INTERMISCERE actum alienum testamento *l.*21. §. 1. D. *qui testam. fac.*

INTERMISSIONE habet furiosus *l.* 20. §. 4. D. *qui test. fac.*

INTERMITTERE administrationem *l.* 14. D. *de tut. & rat. distrah.* negotia *l.* 21. §. 2. D. *de negot. gest.* *Intermisso* legitimo spatio *l.* 14. D. *de serv. præd. urb.* *Intermissus* furor Paull. *lib. 3. Sent. tit.* 4. §. 5. turpitudo intermissa *l. pen.* D. *de his qui not. infam.*

INTERMORI viæ dicuntur metaphorice *l. ult.* D. *de loc. & itin. publ.*

INTERNECINUM veteribus est, quidquid mortem accelerat. *Internecini* actio, & crimen suspecti, mortis, seu homicidii, de quibus *l.* 14. *C. Th. de accus.* sunt accusationes de morte testatori veneno, incantatione vel alia quacumque defixione magica dolo malo illatæ. Eo sensu & Justinus *lib. 6. c.* 2. & *lib.* 11. *c.* 9. dixit *internecina* odia, & bellum inter necinum *lib.* 26. *c.* 2. & Apulei. *lib.* 5. *metamorph. p.* 164.

Internecinum testamentum, ait Festus, est, propter quod dominus ejus necatus est. Internecinum judicium, quod, interprete Isidoro *lib.* 5. *etymol. c.* 26. in eum dabatur, qui falsum testamentum fecerat, & ob hoc dominum occidit. Plura de internecino testamento, & actione internecini Cujac. *lib.* 1. *observ. c.* 2. differunt.

INTERNOSCERE *l.* 33. D. *locat. cond.* adgnoscere, distinguere ab alio.

INTERNUNCIUS, vel ut in *l.* 2. D. *de obl. & act.* vocatur, *nuncius*, & proxeneta, vel interpres uti in *l.* 1. *C. Theod. de nupt.* adpellatur, per quem aliquid facimus. Sic per *internuncium* jussum fieri potest *l.* 25. §. 4. D. *de adquir. vel omit. hered.* Per internuncium sponsalia recte constituuntur *l. ult.* D. *de sponsal.* Contra actus legitimi & actiones legis, quia procuratorem non admittebant *l.* 123. *pr.* D. *de reg. jur.* per internuncium non jure explicabantur. Et generatim ubi quid per epistolam fieri non poterat, ibi nec internuncius admittebatur, veluti in adoptionibus, auctoritate a tutore interponenda, stipulationibus, acceptilationibus *l.* 4. *C. de adopt.* §. 9. *Inst. de auct. & cons. tut.* *l.* 9. §. 5. D. *eod. tit.* §. 12. *Inst. de inut. stip.* *l.* 3. *l.* 13. §. 10. D. *de acceptil.*

INTERNA vocant veteres interiora, & præcipua negotii alicujus momenta, quibus capiunt substantiam. Sic caussa principalis *interna* *l.* 1. *C. Th. unde vi* *l.* 2. *C. Th. si vag. pet. mancip.* *Interna* negotii *l. un. C. Th. de offic. præf. præt.* Simili translatione indolem, vitamque hominis *interiorem* hominem vocat Plaut. *Asinar. Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 66.

INTERPELLARE est extra judicium petere, denunciare, efflagitare *l.* 23. D. *de oblig. & act.* Non solum autem persona interpellari dicitur, sed & *interpellata* pecuniæ a parte promissoris *l.* 2. D. *de nautic. fœn.* Ita & bona interpellari dicuntur in *l.* 5. *C. de jur. fisc.*

Alias *interpellare* est debitorem adpellare, & in judicio convenire *l.* 45. D. *de admin. & peric. tut.* & alibi passim.

Interpellare, adire, implorare. *Interpellare* judicem *l.* 41. *C. de transact.* præsidem *l.* 6. *Cod. de usur.*

Interpellare interrumpere. Sic interpellari dicuntur jus *l.* 18. §. *ult.* C. *quemadm. serv.* petitio *l.* 6. *C. de adquir. possess.* possessio *l.* 2. D. *pro her.* possessores *l.* 1. D. *de distract. pign.* usucapio *l.* 1. §. *ult.* D. *de usufruct. quemadm. cav.*

Interpellare, impedire. Si ab eo interpellabitur *l.* 33. D. *locat.* id est, frui prohibebitur. Ita interpellare jurisdictionem *l.* 36. §. *ult.* D. *de fideic. libert.* libertatem *l.* 67. D. *qui & a quib.* manumissionem servi *l.* 30. D. *mand.* venditionem *l.* 6. D. *de opt. vel elect. leg.*

Interpellare adpellare de stupro. Qui mulierem, puellamve interpellaverit *l.* 1. §. *ult.* D. *de extraord. crim.* interpellare de stupro dixit Paull. *lib.* 5. *tit.* 4. & 14.

INTERPELLATIO pro judiciaria persequutione *l.* 23. D. *de judic.* Sine interpellatione, id est, sine controversia *l.* 188. D. *de verb. signif.* *l.* 2. *C. de long. temp. præscr.*

INTERPELLATOR matrimoniorum, id est, sollicitator nuptiarum alienæ mulieris, quamvis Cujacius *ad Paull. p.* 439. *edit. Shult.* sollicitatorem ab *interpellatore* ita distinguat, ut ille pudicitiam alienæ uxoris adpellet, hic ejus nuptias adsectet, & adpetat. Rectius Schultingius *ibid.* *sollicitatores* sponsas alienas, *interpellatores* nuptas corrumpere, & earum matrimonia ambire censet. *Hein.* Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 5. *l.* 1. *pr.* D. *de extraord. crim.*

INTERPOLA vestimenta *l.* 23. D. *de contrah. emt.* novis opponuntur. Proinde apud. Isidor. *orig. lib.* 19. *c.* 22. ubi vulgo legitur *intripola vestis illa vocatur, quæ dum sit vetus, ad novam speciem recurratur*, emenda *interpola*. Usi veteres sunt etiam forma *interpolis*, *e*. Unde *interpoles* feminæ, quæ fucum ad tegendam deformitatem inducunt, ut pro vetulis juvenculæ videantur. Plaut. *Mostell. Act.* 1. *sc.* 3. 117. Mulier recte olet, ubi nihil olet. Nam istæ veteres, quæ se unguentis uncitant, interpoles, Vetulæ, edentulæ, quæ vitia corporis fuco occulunt. *cet.*

INTERPOLARE. Quia venalitiarii sciunt, facile decurri ad novitiorum (servorum) emtionem, idcirco interpolant veteratores, & pro novitiis vendunt *l.* 37. D. *de Ædil. edict.* ubi *interpolare* est immutare, novamque formam e vetere fingere.

Plaut. *Amphytr. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 161. Illic homo me interpolabit, meumque os finget denuo. Plin. *lib.* 5. *Hist. nat. cap.* 16. Tectorium albaria interpolatur.

INTERPONERE se dicitur fiscus, judex, magistratus, prætor, senatus, id est, partes suas accommodare, & auxilium impartiri *l.* 5. *C. si mancip. ita fuer. l.* 5. §. 1. *D. de agnosc. & al. lib. l.* 4. §. 9. *D. de damn. infect. l.* 5. §. 6. *D. quæ in fraud. credit. l.* 2. §. 9. *D. de orig. jur.*

Interponere officium suum *l.* 30. *D. famil. ercisc.* suam benevolentiam *l.* 52. *D. de adquir. vel. amitt. hered.* auctoritatem suam *l.* 13. *D. de auct. tut.*

Interponi etiam dicitur acceptilatio *l.* 16. §. 6. *D. de acceptil.* adpellatio *l.* 24. §. *ult. D. de adpell.* & *passim* cautio *l.* 7. *D. de hered. pet.* conditio *l.* 31. *D. de oblig. & act.* contractus *l.* 73. *D. ad SC. Trebell.* decretum *l.* 5. *D. de confirm. tut.* delegatio *l.* 3. *C. de novat.* denunciatio *l. ult. C. debit. vend. pign. non poss.* dolus *l.* 1. *C. de jure dot.* donatio *l.* 40. *D. de mort. causs. donat.* edictum *l.* 7. §. 7. *D. de Carbon. edict.* fides *l.* 10. §. *ult. D. de his quæ ut indign.* fraus l. 3. §. 1. *D. de jur. fisc.* instrumentum *l.* 35. *D. de pact.* jusjurandum *l.* 40. *D. de jurejur.* liberalitas *l.* 2. *C. de dot. caut.* obligatio *l.* 17. *D. de acceptil.* pactio *l.* 25. *D. ad SC. Turpill.* pactum *l.* 1. *D. de distr. pign.* placitum *l.* 7. *D. de transact.* provocatio *l.* 18. *D. de adpell.* satisdactio *l.* 20. *D. de op. nov. nunc.* scriptura *l. ult. D. de oblig. & act.* stipulatio *l.* 35. *D. de act. emt.* testatio *l.* 16. *D. de SC. Maced.* traditio *l.* 1. *C. quand. lic.* transactio *l.* 2. 7. 8. 11. 13. *C. de transact.*

Interpositum, quod intervenit, segregat, & distinguit. Sic Interpositis ædibus alienis *l.* 7. §. 1. *D. commun. divid.* horis *l.* 23. §. *ult. D. ad leg. Jul. de adulr.* inimicitiis *l.* 3. §. 11. *D. de adim. legat.* nuptiis aliis *l.* 21. *D. qui & a quib. manum.*

Interponi etiam dicuntur personæ, quarum opera utimur. Et sic *interpositus* accipitur *in l.* 12. *D. si quid in fraud. patr.* Interposito curatore vendere *l.* 32. §. 2. *D. de admin. & peric. tut.* Si servum interposuit mulier *l.* 11. §. 6. *D. de don. int. vir. & ux.*

INTERPOSITIO decreti *l. ult. C. de præd. & al.*

INTERPRES is, cujus ministerio ad alienam, & extraneam linguam intelligendam utimur *l.* 1. §. *ult. D. de verb. oblig. l.* 5. *in fin. D. de capt. & postl.* Liv. *lib.* 7. *c.* 26. Gallus processit magnitudine, atque armis insignis, quatiensque scutum hasta, quum silentium fecisset, provocat per interpretem unum ex Romanis. Cic. 3. *Verr.* 37. Valentius est in Sicilia interpres, quo interprete non ad Græcam, sed ad furta, & flagitia uti soleat. Idem *pro Balbo c.* 11. Quem apud majores legati nostri, in Græciam proficiscentes, interpretem suum habere voluerunt. Q. Curt. *lib.* 5. *c.* 11. Jussusque propius accedere sine interprete (nam haud rudis Græcæ linguæ Darius erat) Et mox: Interprete Græco relato sermone exemta dubitatio. Plin. *hist. nat. lib.* 25. *c.* 2. de Mithridate: Illum solum mortalium viginti duabus loquutum linguis, certum est, nec de subjectis hominibus ullum hominem per interpretem adpellasse. Firmic. Matern. *lib.* 3. *Mathes. c.* 8. Reddit etiam sic, per noctem colloquutus, Imperatorem, aut potentissimorum judicum interpretes.

Interpres, proxeneta, vel intesnuncius, cujus opera, ac ministerio ad conciliandos contractus, aliaque peragenda negotia utimur *l.* 1. *C. Th. de nupt. l. ult. D. de sponsal.* Plaut. *Mil. gloriof. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 200. *Act.* 3. *sc.* 3. *v.* 36. *Act.* 4. *sc.* 1. *v.* 6. *Curcul. Act.* 3. *v.* 66. Hinc talium etiam interpretum salarium ἑρμηνευτικὸν adpellatur *l. ult. D. de proxenet.*

INTERPRETARI. Beneficium principis quam planissime interpretari debemus *l.* 3. *D. de constit. princip.* Julianus in *l.* 13. *in fin. D. de reb. dub.* Sed proclivior est sententiæ testatoris sic esse interpretandæ. Paullus in *l.* 11. *D. de reg. jur.* in testamentis plenius voluntates testantium interpretantur. Sic & apud Sueton. in *Nerone cap.* 13. Dein precanti tiara deducta diadema imposuit, verba supplicis *interpretata* prætorio viro multitudini pronunciante.

INTERPRETATIO. Interpretatione adjuvanda Lex *l.* 64. *D. de cond. em.* Quamvis adulterii crimen inter publica referatur, quorum delatio in commune omni sine aliqua legis interpretatione conceditur. Sensus est: In aliis criminibus publicis accusationem omnibus promiscue patere, neque ullam esse interpretationem, quæ jus accusandi intra certas personas coarctet. In adulterio vero, ob manifestam Legis Juliæ sanctionem, rem aliter se habere. *Hein.*

Interpretatio pro distinctione. Dierum interpretatione, id est distinctione expulsa *l.* 1. *C. Th. de emendat. servor.*

Interpretatio vox fulguralis disciplinæ propria. Eam autem denunciationem atque interpretationem, quæ de tactu Amphitheatri scripta est *l.* 1. *Cod. Th. de pagan.* Plin. *lib.* 2. *c.* 53. In fulgurum interpretatione eo profecit scientia, ut ventura alia finito die præcinant. Unde & ipsi fulguratores *interpretes* apud Ammian. in *lib.* 23. *c.* 4. Tacit. 15. *Annal. c.* 47. Vis fulgurum non alias crebrior. Et mox: Sequutaque Haruspicum interpretatio. Hæc interpretatio dicitur Sententia in vetere Inscriptione apud Gruter. *Deo Fulguratori arma & locum hunc relig. ex Haruspic. Sent. Publicus Front. Pos. & D.* Vid. Gothofr. *Comm. ad d. l.* 1.

Interpretatio legum est distincta mentis obscurioris

ris legislatoris repræsentatio. Quod si superior eam repræsentet, *authentica*, si Jurisconsultus *doctrinalis*, si consuetudine determinatur, *usualis* adpellatur. Dubitatum fuit, utrum *authentica* interpretationis species jure dici possit? quæ nova lex nonnullis videtur. Quominus dici possit, nullum remanet dubium, optimus dum quilibet verborum suorum interpres, nec absonum obscurius a me dicta aurea, distinctius nunc proponere. Ipse Justinianus *l. fin.* §. *C. de legibus* expressis verbis id docet, quæ lex omnibus iis, qui negant, authenticam interpretationem Imperatori fuisse cognitam, opponenda. Sed illa dubitatio, utrum *interpretatio authentica* ab auctore legis necessario, anne etiam a successore petenda? altioris indaginis videtur. Prius qui defendunt, authenticam hanc interpretationem ab authentico, seu originali derivant, quo sensu hæc vox occurrit in *l.* 2. *D. de fid. instrum. l. fin. D. test. quemadm. aper.* Sed perplacet posterius. Αὐθέντα principem & αὐθεντικὸν id, quod ab auctoritate valentibus profectum, notat: Hinc colligo interpretationem authenticam esse, quæ fit ab eo, penes quem est summa potestas, sive is tulerit legem, sive antecessor ejusdem. Neque putandum est successorem, interpretando legem ab antecessore latam, novam ferre legem. Declarat saltim atque exponit illius voluntatem, quod quum sit interpretari, successor ita antecessoris mentem interpretatur. Sin nova addiderit momenta a prioribus diversa, diversæque obligationis rationem continentia, non interpretatus fuit successor. Consentit nobiscum Gratianus *ad c.* 16. *Caus.* 25. *qu.* 1. scribens: *Ipsi namque soli canones valent interpretari, qui jus condendi eos habent.* Summum vero Pontificem jus habere interpretandi statuta ab antecessoribus, docet Innocentius III. *in c.* 27. *Decretal. de offic. & potest. jud. deleg.* Hæc VVurffel. *in jurisprud. definitiva* §. 17. Esto vero nova lex, quæ circa sensum priori legi tribuendum fertur, non ideo minus hanc novam legem prioris interpretativam dixeris; si quidem lex posterior, vi authentiæ principalis, perinde habenda demum est pro declaratione mentis, quam habuit princeps, ubi priorem legem ferebat, ac si eam declarationem in ipsa illa lege ferenda subjecisset. Ne autem æquivocationem patiamur; tu dic: Nova non est lex, qua legem jam latam interpretatur princeps, si respexeris materiam legis, mentemque interpretantis principis cum mente legis anterioris pro eadem habendam. Nova vero est lex, quatenus per necessitatem sic interpretandi introductam sit, ut ne sub aliquo colore a mente legi priori tributa recedi possit. Differt (pergit VVurffel. ibid.) interpretatio *doctrinalis* ab *authentica* subjecto, quod in authentica princeps, in doctrinali Jurisconsultus est. Hic enim, quum is sit, qui gaudet scientia legum & juris, ea vero in cognitione rationis, ac nexus earumdem consistat, patet, a nemine, si a Principe legis auctore discesseris, tutius legis interpretationem peti, quam a ICtis. Quum vero *doctrinalis interpretatio*, inde, quod ICtus sensum verborum alios doceat, dicta, circa alienam mentem versetur, liquet nonnisi probabilem propositionem ex ea oriri. Hæc vir doctissimus. Liceat heic addere doctrinalem interpretationem non obligare qua talem, quod facit authentica, vel etiam interpretatio judicialis, quæ est pro re judicata. Nempe doctrinalis interpretatio transit in rem judicatam sententia judicis hanc, illamve doctrinalem interpretationem probantis.

Interpretationis usualis fundamentum. VVurffel. *l. c.* ostendit in *l.* 23. 37. & 38. *D. de legibus*, exemplum ejus adfert ex 2. F. 26. *c. naturales*, quo naturalibus, etiam si legitimati sint, denegatur successio in feudis, quod usus ad legitimatos a principe restrinxit. Aliud exemplum in praxi Aug. Cameralis judicii obtinens: Contumax decreto *Proclamate* elapsis sex juridicis florenum Rhenensem, se qui æquivalet 60. crucig. pœnæ loco solvere ministro Cameræ jubebatur, R. D. Spirens. 1600. §. 91. quod usus interpretatus est de 60. crucigeris.

Declaratio mentis legislatoris per verba, verbis ejusdem æquipollentia, sed clariora, *interpretatio declarativa*; declaratio vero mentis legislatoris, rationi moventi, latiori verbis respondens, *extensiva*, declaratio mentis legislatoris rationi moventi strictiori verbis respondens *restrictiva* dicitur. Declarative interpretaturus legem in sola verborum ejusdem obscuriorum expositione subsistit, nec ultra ea divagatur, nec ea arctioribus cancellis constringit. Ejusmodi interpretationum exempla innumera occurrunt, omniaque ICtorum scripta talibus sunt referta. Ita quæ reliquas obscuritate vincunt XII. Tabularum leges interpretati sunt Sex. Aelius. L. Acilius, Antistius Labeo, Caius, Serv. Sulpitius, alii, Edictum perpetuum interpretes habuit Caium, Paullum, ac Ulpianum. E recentioribus interpretandis legibus obscurioribus operam impenderunt, & quidem Aquiliæ Balduinus ac Noodtius, Cinciæ Brummerus, Juliæ Majestatis Gundlingius, Sententiæ Christius, Voconiæ Balduinus, ac Perizonius, Papiæ Poppeæ Heineccius *l.* 9. *D. ad leg. Rhod. de jact.* Jac. Gothofredus *l.* 38. *D. de cond. indeb.* Cujacius Hotomanus, aliique, quorum opera collecta a Frehero *l.* 2. *C. de rescind. vend.* Arias Pinellus, *cet.* Ad interpretationem extensivam pertinet, quod fatente Juliano in *l.* 20. *D. de legib.* non ita leges scribi possunt, ut omnes comprehendant casus, ideoque opus est, ut eos, quos eodem principio niti vides, ejusdem juris esse dixeris. Clarius id ipsum proponit Ulpianus in *l.* 13. *D. de legib.* Quoties, ait, lege aliqua unum vel alterum introductum est, bona

na occasio est, cetera, quæ tendunt ad eamdem utilitatem, vel interpretatione, vel certe jurisdictione suppleri. Exempla cape. Servi si furtum fecerant olim, dominus eorum noxali actione conveniebatur *l. 2. D. de noxal. act.* Antiquum hoc jus correcturus prætor æquitate motus statuebat, id obtinere si familia, h. c. servorum grex, furtum fecisset *l. 1. pr. §. 1. D. si famil. furt. fec. dic.* Quæsitum fuit, anne idem in lege Aquillia pronunciari debeat? & responsum, debere, idque vel ob identitatem rationis, ne sc. ob unius delictum tota familia servorum careret dominus. Ita Caius in *l. 32. D. ad leg. Aquill.* Item Temporibus M. Antonini, & Commodi Impp. senatus consultum conditum fuit de nuptiis senatorum, quod dein ad sponsalia, de quibus nihil cautum, extensum fuit *l. 16. D. de sponsal.* Plura exempla exstant in *l. 7. §. 2. D. de jurisd. l. 4. D. de fund. dot.* Hæc interpretationis species *analogia juris* principium est, quam itaque ratiocinationem ex ratione legis dixeris. Casus vero interpretationis *restrictivæ* est, cum verba legis restringendæ adeo late patent, ut ejusdem ratio omnes sub eis comprehensos casus non admittit. Exemplo est *l. 6. §. 2. D. de jur. patron.* Sancitum erat, Patronum, qui juramento manumissum obstrinxerat, ne nuberet, puniendum esse. Manumisit Cajus servum exsectum, (nescius forsan) exegit ab eo juramentum servandi coelibatus: An pœnam incurret? Negat hoc Paullus in *l. c.* casumque hunc huc pertinere; deficit namque ratio, consummandi sc. matrimonii, procreandæque sobolis. Add. *l. 40. pr. D. de hered. pet. l. 10. D. de in jus voc. rel.* Idem VVurnel *l. c.*

INTERROGARE latrones de sociis, & receptatoribus *l. 6. D. de custod. & exhib. reor.*

Interrogari legibus dicebatur is, cui apud Prætorem accusatio intendebatur, quemadmodum exemplis comprobavit Brisson. *lib. 2. Antiq. select. cap. 1.* Sallust. *de Bello Catilin. c. 18.* P. Antoninus, & P. Sylla designati Consules legibus interrogati pœnas dederunt. Et rursus *eod. lib. cap. 31.* Et ipse lege Plautia interrogatus erat a Paullo. Sidon. Apollin. *lib. 1. Epist. 3.* I nunc, & legibus me ambitus interrogatum senatu move.

Interrogare etiam dicuntur, qui quæstionem habent, adhibitis tormentis *l. 1. §. 21. D. de quæstion.* Sic interrogari (servi dicuntur) in caput Domini *l. 11. §. 1. l. 18. §. 6. D. de quæstion.* itemque in se *l. 7. D. de prob.* Et ita interrogatur familia *l. 17. D. de SC. Silan.* Tacitus *lib. 2. Annal. c. 30. lib. 3. c. 22. & c. 67.* interrogari tormentis, & per tormenta dixit.

Interrogare porro dicuntur, qui quem criminis arguunt, accusatores. Tacit. *lib. 14. Annal. cap. 46.* Damnatus iisdem Coss. Tarquinius Priscus, repetundarum Bythynis interrogantibus. Idem *lib. 16. Annal. c. 21.* Capitonem repetundarum interrogavit.

Interrogare verbum pertinet ad formulam, qua negotia quædam rogatione, & responsione congrua explicabantur. Ita qui adoptat interrogatur, an velit eum, quem adoptaturus sit, justum sibi filium esse *l. 2. D. de adopt.* Interrogatur fidejussor *l. 3. §. ult. D. de admin. rer. ad civit. pert.* Quum ita interrogaretur, id fide tua jubes *l. 75. §. 6. D. de verb. obl.* In jure interrogatus *l. 39. D. de procur. l. 29. D. de donat.* Interrogante Magistratu, id est, populum rogante in Comitiis §. 4. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* his nempe verbis: *Velitis jubeatis, Quirites, hæc ita uti dixi, ita vos Quirites rogo Cic. pro domo c. 18. seq. Interrogare* dicitur, qui stipulatur, interrogari, qui spondet. Qui præsens interrogavit, si antequam responderetur, discesserit *l. 1. §. 1. D. de verb. oblig.* Duos reos (promittendi) facturus, si utrumque interrogavero *l. 6. D. de duob. reis.*

Interrogare testes *l. 3. §. 3. l. 24. D. de testib.*

Interrogari etiam dicuntur, qui de jure consulentibus respondeat. Ita Interrogatus Julianus, Proculus, ait *l. 9. §. 1. D. de reb. cred. l. 17. §. 4. D. de Aedil. edict.*

INTERROGATIO pro rogatione, veluti reorum promittendi *l. 137. D. de verb. obl. l. 6. D. de duob. reis.* Sic Verbo obligatio contrahitur ex interrogatione, & responsu *l. 1. §. 7. D. de oblig. & act.* Add. *l. 7. D. de negot. gest. l. 1. D. de acceptil.*

Interrogatio pro diris quæstionibus. Interrogatio servi in tormentis *l. 1. §. 22. D. de quæst.* Alias *Interrogatio* nuda est, quæ sine tormentis *l. 15. §. 4. D. de injur.*

Interrogatio pro quæstione de crimine. Interrogatio latronum *l. 6. D. de cust. & exhib. reor.*

Interrogationes in jure faciendæ. De his vid. voce sequenti.

INTERROGATORIÆ actiones *rub. D. de interrog. in jur. fac. & de interrog. act.* quæ scilicet in simplici interrogatione versabantur; ex qua judicium inchoabatur. Quas in desuetudinem abiisse Callistratus scribit, quo nemo ante judicium aliquid de suo jure respondere cogatur *l. 1. §. ult.* Alii actiones *interrogatorias* interpretantur, quæ in eos dabantur, qui interrogati in jure aut confitebantur, aut negabant, aut omnino non respondebant.

At fieri vix potest, ut quisquam eam sententiam animo inhibere possit. Quum enim interrogatum aut confiteri, aut negare, aut tacere oporteat, quid faceret reus, si quodvis ex tribus his eligens, nihilominus actionibus interrogatoriis fuisset obstrictus? Potius ergo tenendum est, interroga-

gatorias actiones propter plus petitionis periculum fuisse inventas, interrogatumque, quota ex parte heres sit, vel an possideat, & in quantum possideat, responsione sua se ita obstrinxisse, ut exceptione illa uti non posset, sed ex responsione sua obligaretur in tantum, pro quanta parte se heredem esse, vel possidere, fassus esset, & conveniri posset actione interrogatoria ex illa responsione, quemadmodum confessus *confessoria*, judicatus *rei judicatae* actione. Luculenter id probatur ex *l.* 1. *pr. l.* 4. *pr. l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. §. 3 *D. de interrog. injur.* Hein.

Huc autem non pertinent *positiones*, quæ hodie ab actore respectu actionis vel a reo respectu exceptionis offerri solent, eum in finem, ut præstito *jurejurando dandorum*, quod vocant, adversarius præstet, *jusjurandum respondendorum*, & ad singulas κατηγορικῶς respondeat. Gail. *obs.* 1. 79. *seq.* Illæ enim *interrogationes* in jure faciendæ erant ante litis contestationem *l.* 4. §. 1. *l.* 1. *pr. D. de interrog. in jur. fac.* hæ post illam locum habent. Illæ ad instruendam actionem *l.* 4. §. 1. *l.* 11. §. 5. *D. eod. tit.* ne scilicet actor plus petendi periculum incurreret, atque ita caussa caderet §. 33. *Inst. de action.* hæ probationis suscipiendæ caussa inventæ. Illæ ab usu recesserunt, ubi non sit litis contestatio specialis ad singula libelli capita. Hein. *ad Pand. dictio titulo*.

INTERROGATUS, *us*, pro interrogatione *l. ult.* §. 3. *l.* 83. §. 2. *D. de verb. oblig.*

INTERRUMPERE. *Interruptis* formæ lateribus, atque perfossis *l. ult. C. Theod. de aquaed.* artificiosis obstaculis *l.* 1. *Cod. Th. de domin. rei quae posc.* Interrumpi etiam dicitur possessio *l.* 5. *D. de usurp. & usuc.* servitus *l. ult. D. de serv. praed. rust.* tempus *l.* 4. *C. de vectig.* via publica *l.* 1. §. 6. *D. de itin. actuq. privat.* usucapio *l.* 2. §. 2. *D. de capt. & postl.*

INTERRUPTIO, vel, ut, Florentiæ legitur, *interrumptio* usucapionis *l.* 2. *D. de usurpat.*

INTERTRIMENTUM, & *intertritura* *l. ult.* §. 1. *D. de pign. act.* idem fere ac detrimentum, id est, quod in rei alicujus usu, ac tractatione deperit, ac decedit. Liv. *lib.* 34. *c.* 7. In auro vero, in quo præter manus pretium nihil intertrimenti fit. Idem *lib.* 32. *c.* 2. Argenti intertrimentum. Terent. *Heautont. Act.* 3. *sc.* 1. *v.* 39. Nunc quum sine magno intertrimento non potest haberi. Est ergo vocabulum vere latinum, optimæque notæ, quod & damnum emergens, & lucrum cessans comprehendit. *Hein.*

INTERVALLUM. *Ex intervallo*, & *ex continenti* opponuntur *in Collat. Leg. Mos. & Rom. Tit.* 4. §. 2. sicut *statim*, & post aliquod intervallum *l.* 24. §. *ult. D. de reb. auct. jud. possid.* Dare debitori intervallum *l.* 12. §. 14. *D. mand.* *Intervalla* furoris pro intermissione *l.* 14. *D. de offic. praes.* Intervallum in continuandis honoribus *l.* 18. *D. ad municipal.* id est, vacationum concessa tempora his, qui ad eosdem, vel alios honores, munerave denuo vocantur *l.* 1. *C. de muner.* significaturque *in l.* 12. *D. de vacat. & excus. mun.* Eaque est temporum præscriptio, quam in honoribus repetendis, vel aliis suscipiendis dari ait Papinianus *l.* 17. §. 3. *D. ad municip.*

INTERVENIRE dicuntur, qui in judicio pro aliis, sive intercedente mandato, sive citra mandatum consistunt, quique alienæ litis exsequutionem, vel defensionem suscipiunt *l.* 10. §. 1. *D. de fideic. libert. l.* 17. *D. de damn. infect. l.* 4. §. 1. *D. de adpell. l.* 5. §. 3. *D. judic. solv.*

Intervenire negotiis, id est, interesse *l.* 9. §. *D. de poen.* Intervenit mercede mensor *l.* 1. §. 1. *D. si mens. fals. mod.* Intervenire rebus mariti *l.* 8. *D. de donat. int. vir. & ux.* Interveniunt facto testes *l.* 18. *D. de quaestion.*

Intervenire, auctoritatem interponere. Sic Intervenire dicuntur magistratus *l.* 2. §. 25. *D. ne quid in loc. publ.* prætor *l.* 8. *D. quod met. caus. & passim* principes *l.* 11. §. 2. *D. de minor.* proconsul *l.* 27. *D. de noxal. act.* tutores, qui auctoritatem interponunt *l.* 1. §. 4. *D. l.* 11. *C. de procur. l.* 57. §. *ult. D. de admin. & peric. tut.* Ita & prætoris, tutorisque auctoritas intervenire dicuntur *l.* 1. §. 7. *D. de insp. ventr. l.* 2. *D. de auct. & cons. tut.*

Intervenire etiam dicuntur, qui alienam in se obligationem suscipiunt, ac proinde sæpe hoc verbum idem est, ac fidejubere, intercedere, accessionis nomine promittere, vel etiam novandi animo alienam obligationem in se transferre *l. ult. D. de minor. l.* 3. §. 5. *D. de pecul. l.* 6. §. 2. *D. mand. l.* 11. *l.* 17. §. *ult. D. ad municipal. l.* 1. §. 3. *D. quod juss. l.* 1. *C. de reputat.* Qui non prohibet pro se intervenire, mandare creditur *l.* 60. *D. de reg. jur. l.* 24. *D. de fidejuss.*

Intervenire porro dicuntur variæ res, quæ vel incidunt, vel rem distinguunt. *Sic interveniunt* abolitio *l.* 12. *D. ad SC. Turpill.* accusatio *l.* 1. §. 10. *D. eod. tit.* adrogatio *l.* 44. *D. de usuc.* ædificia *l.* 1. *D. fin. reg.* æs alienum *l.* 66. *D. ad Leg. Falc.* æstimatio *l.* 50. *D. solut. matr.* auctoritas *l.* 1. *C. de acceptil.* capitis minutio *l.* 1. §. *ult. D. quib. mod. usufr. amitt.* caussa *l. ult. si ingen. esse dic.* cautio *l.* 16. *D. comm. divid.* constitutio *l.* 4. §. 8. *D. de manumiss.* culpa *l.* 22. *D. commod.* decretum *l.* 1. §. 1. *D. de tut. & rat. distr.* delictum, vel casus *l.* 17. *C. de lib. causs.* divortium *l.* 57. *D. solut. matrimon.* donatio *l.* 25. *D. de don. int. vir. & ux.* dolus *l.* 17. *D. de cond. & demonstr.* error *l.* 17. *D. eod. tit.* Falcidia *l.* 6. *D. de fideic. libert.* Falcidiæ ratio *l.* 77. §. 2. *D. de legat.* 2. fraus *l.* 7. §. *ult.*

§. *ult.* D. *comm. divid.* fuga *l.* 3. *Cod. de adil. actition.* impedimentum *l.* 37. *D. de statul.* indulgentia *l.* 10. *C. de sent. pass.* inimicitiæ *l.* 9. *D. de his, quæ ut indign.* instrumenta *l.* 9. *C. de fid. instrumenta* loca *l.* 8. *D. de nov. op. nunc.* mandatum *l.* 3. *D. rat. rem. hab.* metus *l.* 9. §. 3. *D. quod met. causs.* momentum *l.* 137. *D. de verb. obl.* mora *l.* 14. §. 2. *D. de pecun. constit.* mortalitas *l.* 2. *D. de pact.* nuptiæ *l.* 58. *D. de jur. dot.* pactum *l.* 5. *C. quæ res pign.* paries *l.* 4. *D. de servit. leg.* pecunia *l.* 1. §. *ult. D. mand.* probatio *l.* 12. *C. de fidejuss.* publicum *l.* 3. §. 3. *D. de aqu. & aqu. pluv.* quæstio *l.* 24. *D. de collat. bon.* ratio *l.* 32. D. *ad Leg. Aquil.* res judicata *l.* 3. D. *de colluf. deteg.* stipulatio *l.* 13. §. 1. D. *de recept. arb.* suspicio *l.* 17. §. 9. D. *ad municip.* turpitudo *l.* 6. *C. de condict. ob turp. caus.* varietas *l.* 6. *C. ne de stat. defunct.* via publica *l.* 4. §. *ult.* D. *fin. regund.*

INTERVENTIO gratiæ *l.* 13. *C. Th. de hæret.* mutui *l.* 1. *C. de his, quæ ex publ. collat.*

INTERVENTOR, qui pro alio intervenit, alienæque obligationi accedit, & alieno nomine obligatur *l.* 13. §. 9. D. *de pecul. l.* 7. *in fin.* D. *de obsequ. parent. & patron. l. ult.* §. *ult. C. de usur. rei judic.*

INTERVENTORES episcopi dicebantur, qui sede vacante episcopatum administrabant: Auguft. *ep.* 163. Vid. *Intercessores.* Dicuntur etiam interventores, sponsores in baptismo, patrini.

INTERVENTUS, *us*, interventio: Si *interventu* arbitri *l.* 7. D. *de tribut. act.* capitis deminutionis *l.* 35. §. *ult.* D. *de usufr.* emancipati *l.* 1. §. 5. D. *de collat.* feriarum *l.* 26. §. 7. D. *ex quib. causs. major.* judicis *l.* 7. D. *de ann. legat.* juris *l.* 2. D. *de nat. rest.* legis Falcidiæ *l.* 82. D. *ad Leg. Falcid.* loci *l.* 14. §. *ult.* D. *de servit.* triumvirorum capitalium l. 2. §. 32. D. *de orig. jur.* tutoris *l.* 68. D. *de solut.*

INTERVERSIO *l.* 12. C. *de suscept.*

INTERVERSOR pecuniæ fiscalis *l.* 8. *C. de jur. fisc.* administrator puta, qui dolo malo dilapidat rem, pecuniamque fiscalem, vel *eversor*, uti vocatur *l.* 2. *C. de palat. sacr. larg.*

INTERVERTERE. Si *intervertendi* (id est, intercipiendi, lucrifaciendique) caussa id fecerit *l.* 19. D. *de solut.* Intervertere aquæductum *l. ult.* D. *de aqu. quotid.* fideicommissum *l.* 34. *D. ad SC. Trebell.* instrumenta *l.* 8. §. 1. *D. quod me. causs.* pecuniam *l. ult. D. de fugit.* Petron. *Satyr. p.* 47. Si mehercule intervertissent pecuniam vestram. Et Plaut. *Asinar. Act.* 2. *sc.* 2. *v.* 91. *seq.* Quid nunc consilii captandum censes, dic. *Lib.* Item istuc ago, Quando argentum intervertam, & adventorem, & Sauream *Intervertere* possessionem *l.* 20. *D. de adquir. possess.* querelam *l.* 87. §. 3. *D. de legat.* 2. rationem fiscalem *l.* 4. *Cod. de episc. & cleric.* rem pignori datam *l.* 20. *D. de furt.* Res non *intervertitur* ei, qui eam sponte abjecit *l.* 43. §. 10. *D. de furt.*

Interverti pro intercidere. Publica jura non interverti constat *l.* 5. *D. de capit. minut.* Legitimæ tutelæ ex duodecim tabulis intervertuntur *l.* 7. *D. de cap. minut.* id est, intercidunt.

INTERUSURIUM commodum usurarum medii temporis adpellatur *l.* 81. *pr. D. de legat.* 2. *l.* 66. *D. ad Leg. Falcid. l.* 9. §. *ult. D. de pecul.* Reditum medii temporis vocat Sueton. *in Calig. cap.* 18. usuras medii temporis *l. ult. D. de rei vind.*

INTESTABILIS, qui testimonii dicendi jus non habet, ut vetus Glossarium interpretatur, μη προσδεκτέος εις μαρτυρίαν, αδόκιμος, και αμάρτυρος, *qui admittendus non est ad testimonium, existimationis expers, intestabilis.* Plane quum lege quis intestabilis jubetur esse, eo pertinet, ut ne testimonium ejus recipiatur, & eo amplius, ut quidam putant, neve ipsi dicatur testimonium, inquit Gellius *lib.* 15. *c.* 13. ubi verba Legis XII. Tabularum, quibus quis intestabilis esse jubetur, recenset. Similiter *l.* 26. *D. qui test. fac. poss.* §. 6. *Instit. de testam. ordin.* Proinde quum SCo expressum esset, ut ob carmen famosum damnatus intestabilis esset *l.* 21. *D. de testib.* ex eo refert Ulpianus, nec testamentum eum facere posse, nec ad testamentum adhiberi *l.* 18. *in fin. D. qui test. fac. poss.* Vetus interpres Horatii *lib.* 2. *Serm. sat.* 3. Intestabilis, ait, cui non licet testamentum condere, vel testamento quid ab alio accipere. Et ita *in l.* 5. §. *pen. D. de injur. l.* 21. *D. de testib.* hoc verbum exaudiendum est. Quo adludens Plaut. *in Curcul. Act.* 1. *sc.* 1. *v.* 30. *Semper curato, ait, ne sis intestabilis, Quod amas, ama, testibus præsentibus.* Quoniam autem invisi erant, intestabiles esse jubebantur, inde factum est, ut pro exsecrando, abominando, & detestabili verbum hoc acciperetur, ut apud Horat. *lib.* 2. *Serm. sat.* 3. *v.* 191. Sacer, intestabilis esto. Salluft. *in Jugurt. c.* 67. Improbus, intestabilisque. Tacit. *Annal. lib.* 15. *c.* 55. Incusat ultro intestabilem, & consceleratum. Plin. *lib.* 30. *c.* 1. de magia: Proinde ita persuasum sit, intestabilem, irritam, inanem esse, habentem tamen quasdam utilitatis umbras. Gell. *lib.* 7. *c.* 18. Et tamen qui ad Hannibalem non rediissent, usque adeo intestabiles, invisosque fuisse, ut tædium vitæ ceperint.

INTESTATO, id est, testamento non facto *l.* 19. *D. de testam. mil. & alibi passim.* Ab intestato *l.* 30. *D. de adquir. vel omitt. her.* Intestato facti codicilli *l.* 16. *D. de jur. codicill.* decedere *l.* 4. *D. und. cogn.* defuncta *l.* 3. *C. ad SC. Orfic.* data fideicommissa *l.* 13. *D. de inoff. test.* here-

reditatem petere *l.* 19. D. *eod. tit.* heres, bonorumve possessor *l.* 13. D. *de inoff. test.* mortuus *l.* 31. §. 1. D. *de fideic.* obire *l.* 77. §. 26. D. *de legat.* rem auferre *l.* 12. D. *de injust. rupt.*

INTESTATUS est non tantum, qui testamentum non fecit, sed etiam cujus ex testamento hereditas adita non est *l.* 64. *D. de verb. signif.* Intestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit, aut id quod fecerat, ruptum, irritumve factum est, aut nemo ex eo heres existit *pr. Inst. de hered. quæ ab intest.* Intestati proprie adpellabantur, qui, quum possent testamentum facere, testati non sunt. Sed & is, qui testamentum fecit, si ejus hereditas adita non est, vel ruptum, vel irritum est testamentum, intestatus non improprie dicetur decessisse. Sed & hos quoque pro intestatis accipere debemus, qui testari non potuerunt *l.* 1. D. *de suis & legit. hered.* Paullus *in Collat. Leg. Mos. & Rom. tit.* 56. §. 3. Intestati dicuntur, qui testamentum facere non possunt, qui ipsi linum, ut intestati decederent, abruperunt, vel hi, quorum hereditas repudiata est, cujusve condictio defecerit. Quinctilian. *Declam.* 308. Neque ego negaverim, non uno genere fieri intestatos. Aut enim is est intestatus, qui non scripsit omnino testamentum, aut qui id scripsit, quod valere non possit.

Intestatus quoque, quantum ad tutelam, decessisse dicitur, qui testamento liberis suis tutores non dedit *l.* 6. D. *de legit. tut.*

INTESTINARIUS, cujus mentio fit in *l.* 2. *C. Theod. de excus. artif.* est artifex, qui *intestinum* opus facit. *Opera* autem *intestina* vocabantur, quæ ex ligno fiebant, sed fabrica elegantiore, quæ minutiaria, hodie adpellantur. Dicta vero sunt *intestina* ideo, quod intra ipsam domum locum tantum habeant, & in interiore ædium parte sita sint, veluti scamna, sedes, fulcra, abaci, armaria, scrinia, quæ pro exemplis adducuntur. Alciat. in *l.* 241. *D. de verb. signif.* Jac. Gothofred. *ad d. l.* 2. *Cod. Theod. de excus. artif.* Car. Du-Fresne *in Gloss. lat. h. v.*

INTEXERE purpuram vestimento *l.* 7. D. *ad exhib.*

INTHRONISTICA. Vide supra Ενθρονιστικα & infra *thronus*.

INTIMARE insinuare actis. *Intimare* cælestes apices *l.* 5. *l. ult. C. de aquæduct.* adrogationem *l.* 2. *C. de adopt.* donationem *l.* 16. 19. *C. de sacros. eccles.* apud magistratus *l.* 13. *C. eod.* Intimata gesta *l.* 12. §. 4. *Cod. de reb. cred.*

Intimari docere, significare, notum facere, indicare. Cunctis per Ægyptum intimetur *l.* 1. *C. Th. de nav. non excus.* Jubemus id nostræ intimari clementiæ *l.* 7. *C. Th. de extraord. & sord. mun.* Lis intimata *l.* 1. *C. Th. de denunt.* id est, denunciata, insinuata, ut *ex ipsa lege & sequent.* Rerum nobis notitia intimetur *l. ult. C. Justin. & Theod. de bon. vac.* Si quando faustorum nunciorum gaudia provincialibus intimantur *l.* 3. *Cod. Theod. ne quid publ. lætit.*

INTIMATIO denunciatio *l.* 7. *Cod. de requir. reis.*

INTIMUS, *a*, *um*. Post nudata intima *l.* 3. §. 1. *D. de recept. arb.* Intima pars domus *l.* 13. §. *ult. D. de usufr.* Intimæ sedis tenebras (id est, carcerem abstrusiorem) pati *l.* 1. *Cod. de custod. reor.*

INTOLERABILIS injuria *l.* 2. *D. de his, qui sui vel al. jur.*

INTONARE dominis dicuntur servi, qui deferunt eos, vel accusant *l.* 2. *C. Th. ne præt. crim. majest.*

INTRA ætatem legitimam *l.* 20. §. 1. D. *de liberat. leg.* Intra annum, & *post annum* opponuntur *l.* 1. D. *de calumniat.* Intra calendas facere quid jussus, an etiam calendis ipsis recte faciat, dubitat Gell. *lib.* 12. *c.* 13. Sed hoc duobus jurisconsultorum locis rectissime definitur. Unus est in *l.* 133. D. *de verb. signif.* alter in *l.* 1. §. 9. D. *de successor. edict.* his verbis: Quod dicimus, *intra* dies centum bonorum possessionem peti posse, ita intelligendum est, ut ipso die centesimo peti possit, quemadmodum intra calendas etiam ipsæ calendæ sunt.

Intra fines agri, imperii *l.* 7. *D. de incend. ruin. naufr. l. ult. D. de capt.* intra horreum *l.* 32. §. 4. *D. de aur. arg. leg.* Intra numerum esse *l. ult. D. de excus. profess.* *Intra* utile tempus *l.* 39. *D. de min.* Intra viam publicam prædia *l. ult. D. de servit. rust. præd.*

Intra pretium emere est minoris emere *l.* 1. §. *ult. D. mand.* Elegantis hujus loquutionis complura exempla collegit Jo. Frid. Gronov. *lib.* 1. *observ. c.* 10. *p.* 94. HEIN.

INTRARE apud judicem *l.* 61. *D. de jur. dot.* portum *l.* 4. *C. Th. de navicul.* in possessionem *l.* 4. *D. de usurp.* in rem debitoris *l.* 7. *D. ad Leg. Jul. de vi privat.*

INTRIBUERE contribuere *l.* 9. §. *ult. D. de tribut. act.* Trajanus apud Plin. *lib.* 10. *epist.* 35. Possumus desiderio eorum indulgere, modo ne quid ideo aut intribuant, aut minus illis in posterum fiat ad necessarias erogationes.

INTRIBUTIO pro collatione, & contributione *l.* 6. §. *ult.* D. *de mun. & hon. & passim.*

INTRICARE peculium *l.* 1. §. *ult. D. de serv. corrupt. l.* 21. D. *de pecul.*

INTRODUCERE actionem *l.* 43. D. *ex quib. causs. maj.* condictionem *l.* 66. D. *de condict. indeb.* exceptionem *l.* 20. D. *ad SC. Vellei.* interdictum *l.* 64. D. *de precar.* jus Ulpian. *reg. tit.* 29. §. 6. obii-

obligationem *l.* 1. D. *de condict. ex leg.* petitionem *l.* 58. D. *de verb. oblig.* postulationem *l.* 4. *in fin.* C. *Th. de princip. agent.* remedium *l.* 2. D. *de usufr. ear. rer.* Senatusconsultum *l.* 5. *p.* C. *de SC. Silan.*

INTROIRE. Domum suam vi introitam esse dicit *l.* 4. D. *de injur.*

INTROITUS militiæ *l.* 102. §. *ult. l. pen.* §. *pen. l. ult.* D. *de legat.* 3.

Introitus, antiphona, qui a choro canitur, dum celebraturus sacerdos procedit ad altare. Institutum illum quidam volunt a Cælestino I. VValafr. *Strab. c.* 12. licet alii jam ante obtinuisse scribant Cassian. *lib.* 4. *de inst. mon. cap.* 11. In introitu antiquitus psalmus integer canebatur, sed postea propter populi tædium detruncatus est ita, ut unicus psalmi versiculus cum replicatione antiphonæ cani cœperit, d. Aug. *Serm.* 115. Missarum introitus alii sunt regulares, qui quotidie ex more canuntur, alii irregulares, qui secundum varietates solemnitatum instituti sunt, Durand. *lib.* 4. *c.* 5. *Honor. lib.* 1. *c.* 87.

Introitus pretium a clericis dignitates, vel functiones ecclesiasticas ineuntibus, patronis ecclesiarum præstandum, a Conciliis vero prohibitum: *Concil. Vienn. an.* 892. *cap.* 4. *Rotomag. an.* 1074. *cap.* 1.

INTROMISSI in arenam *l.* 4. D. *de accus.*

INTRUSUS, adpellatur is, qui obtinuit dignitatem a non habente potestatem illam conferendi, ut *cap. cum venissent de integr. restit. & cap. ex frequentibus de insti.* & gesta per talem intrusum non valent, quantumcumque dicatur toleratus; quia intruso non habet locum tolerantia, ex quo non habuit ingressum ab habente potestatem, ut notat Inn. *in c. qualiter & quando* 2. *de accus.* Intrusus dicitur etiam, qui titulo legitimo non præcedente ingerit se ad administrandum, etsi præcessisset electio. Idem si est præsentatus sine legitimo titulo prius habito, ut notat Inn. supra & Abb. *in cap. cum jam dudum de præbend. coll.* 2. dicit tamen ibi Abb. quod in foro animæ propter reverentiam sacramenti gesta per intrusum valent. Intrusus Episcopus non est habendus pro Episcopo, nec habet executionem 61. *dist. c.* 1. & 63. *dist. super.*

INTUERI jus *l.* 31. D. *pos.* peculium *l.* 19. §. 1. D. *de pecul.* scripturam *l.* 10. §. 1. D. *de test.* tempus *l.* 22. D. *de mort. caus. don.*

INTUITU adfectionis *l.* 67. §. 1. D. *de rit. nupt.* humanitatis *l.* 47. §. *ult.* D. *de fidejuss.* pietatis *l.* 16. D. *de alim. & cibar. leg.*

INVADERE negotia *l.* 5. D. *de oblig. & act.* pecuniam communem *l.* 1. §. 1. D. *de usur.* possessionem *l.* 3. §. 8. D. *de vi, & vi arm.* res mobiles *l.* 57. D. *de adquir. possess.*

INVALESCIT sententia *l.* 12. §. 27. D. *de instr. vel instr. leg.*

INVALIDI, & imbecilles *l.* 5. C. *Theod. de milit. adparit.* Invalidum argumentum *l.* 1. §. 26. D. *de quæst.*

INVASOR locorum *l.* 5. C. *unde vi.*

INVEHERE merces pro navem *l.* 122. D. *de verb. obl.*

Invecta illata modo ἀσυνδέτως a jurisconsultis adpellantur, quæ ab inquilinis in ædes conductas, & in prædia urbana inducuntur, importanturque *l.* 4. D. *de pact. & alibi.* item inducta, invecta, importata *leg.* 32. D. *de pignor.* Si in fundum communem duorum pignora sint ab aliquo invecta *l. ult.* D. *de Salvian. interd.* Tertullian. *de patient. c.* 13. Rector animus facile communicat spiritui invecta cum habitaculo suo.

INVENDITA prædia *l. ult.* §. *ult.* D. *de rescind. vend.*

INVENIRE reperire. Invenire advocatum *l.* 8. §. *ult.* D. *de offic. proconf.* aquam *l.* 10. D. *de serv. rust. præd.* meliorem conditionem *l.* 3. D. *quib. mod. pign.* creditorem *l.* 157. §. *ult.* D. *de verb. oblig.* emptorem *l.* 59. D. *ad SC. Trebell.* fidejussores *l.* 15. §. 3. D. *de re judic.* heredem l. 36. D. *de bon. libert.* instrumenta *l. ult.* §. *ult.* D. *de fidejuss.* obligationes *l.* 38. §. 17. D. *de verb. oblig.* pecunias *l.* 3. D. *de eo quod cert. loc.* nuptias *l.* 64. D. *de condit. & demonstr.*

Invenire deprehendere. Invenire hominem *l.* 1. *pr.* D. *de curat. furios.* id est, talem ex probatione deprehendere. *Inventus* est sui juris *l.* 1. §. *ult.* D. *ut legat.* Si verum non inveniatur *l.* 2. §. 1. D. *de jur. fisc.* Invenitur liber *l.* 11. §. 6. D. *de don. int. vir. & ux.* Quum minor modus invenitur *l.* 42. D. *de act. emt. vend.*

Invenire excogitare. Si invenietur, vel inventa sit ratio *l.* 21. §. 2. D. *de liberal. causs. l.* 5. §. 5. D. *de reb. cor. l.* 1. §. 5. D. *de Carbon. edict.*

INVENTARIUM, repertorium, quod bonorum descriptionem continet *l.* 1. §. 3. D. *de tut. & rat. distr. l.* 7. D. *de admin. & peric. tut. l.* 1. §. *pen.* D. *de ventr. in possess. mitt.* Vetus Glossarium: Inventarium dicitur quidam libellus, in quo omnia bona, quæ apud aliquem inveniuntur, conscribuntur.

Nec bonorum modo, sed & instrumentorum elenchus *inventarium* dicitur *l.* 15. D. *de reb. auct. jud. possid.* Ex inventario debitores convenire *l.* 57. D. *de administr. & peric. tut.*

Ceterum de Latinitate hujus vocabuli dubitat Tabor, & indignatur tamen collegæ, qui vocem, tamquam parum latinam, ausu non minus vano, quam irrito proscripserit. Sed verum tamen est, nec *inventarium*, nec *repertorium* apud bonos scritores reperiri, utrumque tamen tum analogia, tum usu

usu diuturno Jurisconsultorum & satis antiquo, tamquam technicum, recte defendi. Vid. Ducker. *de Latin. Vet. ICtor. p.* 441. Hein.

Inventarii beneficium, quo heres rite confecto inventario, post aditam hereditatem ultra vires hereditatis non tenetur §. *6. inst. de her. qual. & diff.* l. *ult.* §. *2. 3. 4. C. de jur. delib.* Rite autem fit inventarium (1) si intra 30 dies a momento notitiæ inchoetur (2) si intra alios 60 dies, vel in locis dissitis, vel absentibus heredibus, intra annum perficiatur (3) adhibitis tabellionibus (4) citatis iis, quorum interest, veluti legatariis, & creditoribus (5) aut istis absentibus, convocatis tribus testibus (6) repertorio perfecto, heres vel ipse subscribat, & rerum summam exprimat, vel scribendi imperitus tabellionem subscribere jubeat *d.* l. *ult.* §. *2. 3. C. de jur. delib. Nov. 1. c. 2.* §. *1.* Conf. *Hert. diss. de effectib. genuini non confecti inventarii vol. 1. opusc. T. 3.*

INVENTOR thesauri l. *63.* §. *ult. D. de aquir. rer. dom.*

INVERECUNDA inhiatio petentium l. *1. C. de petit. bon. subl. Inverecundum* desiderium l. *22. D. de hered. pet.*

INVERECUNDE desiderare l. 8. §. *6. D. quid. mod. pign.* postulare l. *1.* §. *5. D. de postul.*

INVESTIGARE arbitrum l. *32.* §. *12. D. de recept. arb.* fidem l. *1. C. de fugit.* fugitivum l. *1.* §. *1. D. eod. tit.* maleficia l. *8. C. de quæstion.*

INVESTIGATIO, veritatis l. *1. C. de quæstion.*

INVESTITURA, traditio, missio in possessionem. Fiebat illa non nudo verbo, aut per simplex instrumentum, vel chartam, sed per symbola quædam, quæ rei in alterius dominium translationem factam reapse denotarent. Varii autem *investituræ* modi, ac symbola apud scriptores occurrunt, ex quibus aliquos dabimus per *annulum* in majorum prædiorum, ac dignitatum investituris per *baculum* itidem, per *baculum* & *annulum* ecclesiarum investitura facta, per *bibliothecam* seu *biblia*, per *cambutam* Episcopi investitur Abbas, per *candelabrum*, per *capellum*, per *chirothecam*, per *claves ecclesiæ* cum *cracia* Abbatis, per *communionem*, per *denarios*, per *eleemosynarium*, hoc est, marsupium, per *ferulam pastoralem*, per *funes* seu chordas campanarum Episcopi, & Abbates investiti leguntur, per *lapidem*, per *librum*, per *librum missalem*, vel *collectarium* cum libro *regulæ*, per *lignum*, per *martyrologium*, per *pallium* seu *pallam*, per *pergamenam*, per *scyphum*, per textum *evangelii*, per *virgulam*, vel *virgam*. Hæc & similia symbola asservabantur apud donatarios in rei gestæ memoriam.

INVETERATÆ ἀντιαῖς, id est, tonsillæ l. 14. §. 8. *D. de Ædil. edict.* leges l. *2. C. de suscept.* Inveteratæ militiæ testimonium l. *un. C. Th. qui prohib. tiron.*

INVICEM, reciproce l. *39. D. solut. matrim. & passim.*

INVICTUS princeps l. *23.* §. *5. C. de nupt.* Fuit hoc solemne elogium Imperatorum. Jul. Capitolin. *in Maximo & Balbin. c.* 17. Suscepisse vos rempublicam, a nefarii latronis scelere servandam, reddendamque legibus, domini sanctissimi, & invictissimi Augusti. Add. Sueton. *in Tib. c.* 7.

INVIDENDUM non erit l. 4. *D. de usu & habit.*

INVIDA quodammodo est lex Fusia Caninia *tit. Instit. de Leg. Fus. Can. toll.*

INVIDIA sæpe pro quovis odio accipitur, sæpe pro ignominia, & infamatione. Ad invidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet l. *6. C. de his, qui vi met.* Ad invidiam ejus, qui provinciæ præest, spectat, opprimi aliquem per adversarii potentiam l. *9.* §. *ult. D. de offic. proconf.* Sub quodam potentiæ terrore infimos fatigari, ad judiciorum spectat invidiam *leg. 6. C. Th. de pact. & transact.* Si quis ad invidiam alicujus veste lugubri, aut squalida utatur *leg. 15.* §. *27. D. de injur.* Ad invidiam alterius imaginem Imp. præferre, & portare l. 28. §. 7. *D. de pœn.* l. 38. *D. de injur.*

INVIDIOSA dicendi vox pro criminatione l. *12. C. Th. de accus.*

Invidiosum commentum l. 22. §. 2. D. *de jur. fisc.* Invidiosum est, Imperatorem litis caussa heredem institui l. 41. D. *de her. inst.*

INVIGILARE hereditati l. 25. §. 8. D. *de adquir. vel omitt. her.*

INVINCTUS pro vinctus l. *6.* §. *ult.* D. *de Leg. Fab. de plagiar.*

INVIOLABILIS observatio l. *6. C. de offic. rect. prov.*

INVIOLABILITER custodiantur *Auth. Sacramenta pub. C. si advers. vendit.*

INVISIBILES vocantur ii, qui latitant l. 55. §. 1. *C. de episc. & cler.*

INVITARE ad bonorum possessionem l. 1. D. *und. cogn.* ad cœnam l. 18. D. *commod.* ad fideicommissum l. 77. §. 27. D. *de legat. 2.* ad furandum l. 5. D. *de pact. dot.* ad hereditatem l. 14. D. *de capt. & postl. revers.* ad honores l. *6.* §. 1. D. *de mun. & honor.* ad testamentum l. 71. §. 1. D. *de cond. & demonstr.*

INVITUS aliquando pro nolente, contradicente, ac reluctante accipitur l. 53. §. *ult.* D. *de adquir. vel omitt. hered.* l. 91. D. *de solut. & passim.*

Alias *inviti* etiam dicuntur, qui tametsi non contradicant, vel reluctentur, non tamen consentiunt. Quando invitus procurator non dicitur dari, *invitum* accipimus non eum tantum, qui contradi-

tradicit, verum eum etiam, qui consensisse non probatur l. 8. §. 1. D. *de procurat.* Sed & in servitutibus invitum accipere debemus, non eum, qui contradicit, verum eum etiam, qui consentit l. 5. D. *de servit. præd. urb.* Denique & in eo jure quod dicit, invito patrono libertam, quæ ei nupta est, alii nubere non posse, invitum accipere debemus eum, qui non consentit ad divortium l. 45. *p.* D. *de rit. nupt.* Sic & invito Domino servus stipulatus adquirit l. 46. D. *de jur. dot.* *Invitis* nobis per servos adquiritur l. 32. D. *de adquir. rer. dom.* In invitum redditur judicium l. 83. §. 1. D. *de verb. oblig.*

INVIUM iter l. 4. §. 5. D. *si serv. vind.*

INULTA accusatio l. 7. D. *de accus.* injuria l. 15. §. 35. D. *de injur.* mors l. 39. D. *fam. ercisc.* *Inultum* crimen l. 3. *C. de condict. ob turp. causs.*

INUMBRATA quies l. 18. §. 1. D. *de adquir. possess.* opinata tantum, falso credita.

INUNDARI dicitur prædium, quum uno, eodemque impetu aqua cooperitur l. 7. §. 6. l. 30. §. 3. D. *de adquir. rer. dom.* & aliis locis.

INUNDATIO speciem fundi non mutat l. 7. §. 6. D. *de adquir. rer. dom.*

INVOCARE jus publicum l. *ult.* D. *quod met. causs.* arbitri officium l. 13. §. *ult.* D. *de serv. præd. rust.*

INVOLANTUR anchoræ de mare l. 6. D. *de incend. ruin. naufr.*

INVOLVERE, implicare. Si dominium quoque conscientia talis involverit l. 6. *C. Th. de desert.* *Involuta* criminibus magnis conscientia l. 2. *C. Theod. de repud.* Publicis functionibus involutus l. 183. *C. Theod. de decur.* Viginti librarum auri mulcta & litigatorem & judicem involvat l. 26. *C. Th. quor. adpell.* Publicis, privatisque rationibus involutus l. 3. *C. Theod. de his, quæ ad ecclef.* Et accipientem, & dantem illicitæ transactionis reatus involvat l. 4. *C. Th. trib. in ipf. specieb.* privatarum quoque litium cognitor, itemque mercator, parem capitis ae vitæ, quæ peculatus reos consuevit involvere, cogetur subire jacturam l. 9. *C. Th. ad Leg. jul. repetund.* Professis, testatisque sceleribus involutus *l. ult. C. Theod. de bon. proscript.*

INURERE. Avita elogia inurenda impiis elogiis l. 4. *C. Th. de legit. her.* *Inusti* infamia l. 34. *C. Th. de heret.*

INUSITATA res l. 19. *C. de excuf.* *inusitatum* ministerium l. 17. §. 1. D. *de usufr.*

INUTILE, quod nulli usui, & nullius effectus est. Si is homo in eam valetudinem inciderit, propter quam operæ ejus inutiles factæ sunt l. 79. D. *rei vind.* *Inutilis* acceptilatio l. 8. D. *de acceptil.* actio l. 8. §. 5. D. *mand. & passim.*

Inutile pro noxio. Est inutile fidem frangere l. 1 §. 4. D. *depos.* Inutile est pupillis, si administratio eorum (tutorum) non servatur, nemine scilicet emente l. 12. §. 1. D. *de administr. & peric. tut.*

INUTILITER frustra, sine effectu. *Inutiliter* agi l. 5. D. *de usu & habit.* facta conventio l. 5. *C. de remiss. pignor.* opponitur exceptio l. 96. §. 2. D. *de solut.* fideicommissum relictum *l. 5. C. de fideic.* fidejubere l. 1. §. 5. D. *quod jussu.* institui l. 6. D. *de bon. poss. sec. tab.* intercedere l. 1. §. 1. D. *de migr.* legare l. 30. §. 8. D. *ad Leg. Falcid.* datur libertas l. 4. §. 1. D. *de statul.* obligatus *l.* 29. §. 1. D. *mand.* promittere l. 38. D. *de verb. oblig.* stipulari l. 38. D. *de damn. inf.* concepta stipulatio l. 45. D. *solut. matrim.* factum testamentum l. 97. D. *de adquir. vel omitt. hered.*

JOVINIANISTÆ a Joviniano quodam monacho dicti, afferentes nullam nuptarum, & virginum esse distantiam, nullumque inter abstinentes, & simpliciter epulantes esse discrimen *c. 39. causs.* 24. *Quæst.* 3.

IPSE aliquando exprimit, quod adverbio *omnino* exprimere solemus. Sed si ipsorum viginti annorum erit in l. 66. D. *de verb. oblig.* opponitur illi, si *minor sit viginti annis*. Cicero *Brut.* 15. Cato mortuus est annis *ipsis* 83. ante me Consulem. Et *lib. 3. ad Attic. Epist.* 21. Triginta dies erant *ipsi*, quum has dabam litteras. *Et lib. 5. Epist.* 11. Quum ibi decem *ipsos* fuissem dies, venerat Pontinius. Add. *lib. 2. Epist. lib. 6. Epist.* 8. Sed & Græci ita loquuti sunt, veluti Lucianus in *Hermot. p. 505. Tom.* I. *op.* εἰκοσιν ἔτη ταυτα ἐςὶ *ipsi jam viginti anni circumacti sunt*. Alii scriptores id exprimunt per *solidos*, *totos*, *unos* dies, vel annos. Varro apud Non. Marcell. *c. 15. n.* 451. Ulyssem decem annos solidos erraſſe. Terent. *Adelph. Act. 3. sc. 3. v.* 43. An non sex totos menses olfecissem, quam ille quidquam caperet? Plaut. in Trinum. *Act.* 1. *SC.* 2. *v.* 129. Quia rure dum sum Ego, unos ses dies. Plura notant viri docti ad Ciceronem. *Hein.*

IRA l. 32. §. 10. D. *de don. int. vir. & ux.* l. 5. *C. Th. de accus.*

IRACUNDIÆ calor. Ex quo, quod factum est divortium, non prius ratum est, quam si ex perseverantia adparuit, judicium animi fuisse l. 3. D. *de divort.*

IRE & *ambulare* in jure conjunguntur *l. 1. pr.* D. *de serv. præd. rustr.* ne quis existimaret, ei, cui itineris servitus constituta sit, non posse, nisi urgente necessitate, per alterius fundum ire. Erat enim is juris antiqui rigor, ut servitus solius voluptatis, veluti *spaciandi*, cœnandive in alieno caussa, constitui non posse videretur *l. 8. pr.* D. *de servit.* At qui iter habet, potest & sella, vel lecti-

lectica, puta gestatoria ibi ferri l. 7. *pr.* D. *de serv. præd. rust.* Quod voluptatis caussa factum esse, pluribus ostenderunt Ger. Noodt *de usufr. lib.* 1. *c.* 5. Averan. *Interpr. jur. lib.* 14. *c. ult.* Atqui *ire*, & *ambulare* ita differunt, ut illud sit necessitatis, hoc voluptatis ut recte docuit Auson. Popma *de differ. vere. lib.* 1. *voce ambulare*. Sensu ergo non alius est, quam eum, cui iter debetur, & urgente necessitate ea ire, & voluptatis, vel animi caussa ambulare, spaciari, & lectica, sellave ferri posse. Addatur Ger Noodt. *Comment. in Pandect. lib.* 8. *tit.* 3. *p.* 215. Hein.

Ire & *agere* eo differunt, quod *ire* dicitur, qui pedes, vel eques absque vehiculo incedit, commeat, iter facit l. 12. D. *de serv. præd. rust.* Agere vero est jumentum minare, vel vehiculum agere l. 1. D. *eod. tit. pr. Inst. de servit.*

Ire ad arbitrium, vel ad arbitrum l. 10. l. 37. D. *de recept. arb.* ad cognitionem l. *ult.* §. 1. D. *quod met. caus.* ad fidejussores l. 76. D. *de procurat.* ad interdictum l. 4. D. *de liber. exher.* ad judicem l. 9. 11. 16. D. *de recept. arb.* ad judicium l. 7. §. 1. D. *de hered. pet.*

Ire in bona, id est, in eorum possessionem a magistratu mitti l. 3. §. *ult.* D. *de lib. hom. exhib.* Plane *ire* in possessionem, legimus *in* l. 3. §. *ult.* C. *de adquir. vel emitt. possess.* & alibi passim.

Ire in jus. Vid. infra sub art. *jus*.

Ire in creditum l. 1 j. §. *ult.* D. *ad SC. Vellei.*

Ire defensu adversus creditores l. 18. D. *de pecul. legat.* hæredem l. 1. §. 1. 9. D. *de dot. prælеg.* Quæ loquutio omnino maxime inusitata, & analogiæ vix consentanea est, ut non sit dubitandum, librarios omisisse lineolam ultimæ litteræ imponendam, tamquam signum litteræ M. legendumque adeo utroque loco esse *defensum* pro *defensu*. Hein.

Ire in obligationem §. 3. *Inst. quib. mod. toll. oblig.*

IRENARCHA. Ita adpellabatur, qui disciplinæ publicæ, & corrigendis moribus (*motibus* legendum censet Jac. Gothofr. *ad tit. C. Th. de irenarch.*) præficiebatur, quippe facinorosos homines conquirebat, ac denique qui ad provinciæ tutelam quietis ac pacis stare faciebat concordiam *l.* 6. D. *de custod. reor.* l. *ult.* §. 7. D. *de muner. & honor.* l. *un.* C. *de irenarch.* l. 9. *C. de jur. fisc.* l. *ult C. Theod. eod. tit.* l. *ult.* C. *Th. de patron. vicor.* Euseb. *lib.* 4. *Hist. eccl. c.* 15. ὑπήντα αὐτῷ ὁ εἰρήναρχης Ἡρώδης. Rufinus ita vertit: *Obvius illi præfectus pacis Herodes.* Similique modo Irenarchæ præpositi pacis vocantur *in* l. 49. *C. Th. de decurion.* ubi pro pacis *pagis* legit Jac. Gothofred. *ad. d.* l. Ad eos pertinent, quos D. Augustinus *Epist.* 160. ait: *circumcelliones quosdam, & clericos Donatistas, cura eorum, qui disciplina publica serviunt, præmissa notoria ad judicia, legesque perduxisse.* Et *epist.* 159. *Illorum notoria, ad quos tuendæ pacis vigilantia pertineret.* Utroque enim verborum circuitu vim Græci verbi εἰρηνάρχης exprimere voluit. Etenim ad eorum officium spectabat, nunciare crimina, noxios prehendere, eosque ad præsides, & magistratus deducere. Et ita Polycarpum ab Herode irenarcha comprehensum legimus tum apud Eusebium, tum apud Niceph. *lib.* 3. *Hist. eccl. c.* 35.

IRREPERE. Quum utilitas pignorum irrepserit l. 14. §. 1. D. *de pecun. constit.*

IRREVOCABILIS donatio l. 34. §. *ult.* D. *de donat.*

IRRIGARE agros l. 1. §. 13. D. *de aqu. quot.* l. 17. D. *de serv. præd. rust.* Hinc

IRRIGATIO l. 3. §. 2. D. *de aqu. & aqu. pluv.*

IRRIGUA loca l. 7. §. 6. D. *solut. matrim.*

IRRITARE ad iram accendere l. 11. §. 5. D. *ad Leg. Aquil.*

Irritare in l. 2. *C. de feriis* est irritum facere. Locos quosdam recentiorum, qui ita loquuti sunt, attulerunt Barth. *lib.* 33. *Advers. c.* 8. Voss. *de Vit. Serm. lib.* 1. *c.* 23.

IRRITUM, invalidum, vel quod ratum non est. Sic *irrita* est adprobatio l. 24. D. *locat.* cautio l. 39. §. 5. D. *de admin. & peric. tut.* divisio l. 12. *C. famil. ercisc.* donatio l. 3. §. 4. D. *de don. int. vir. & ux.* emtio l. *ult.* D. *de rescind. vend.* pactio l. 31. §. 4. D. *de don. int. vir. & ux.* sententia l. 6. *C. de sent. interloq.* solutio l. 59. D. *de condict. indeb.* substitutio l. 41. §. 7. D. *de vulg. & pup. subst.* *Irritus* codicillus l. 30. §. *ult.* D. *de fideic. libert.* contractus l. 9. *C. de rescind. vend.* *Irritum* testamentum, de quo vid. infra sub art. *testamentum*.

IRROGARE damnum, aut incommodum l. 1. *C. si adv. delict.* l. 4. *si vend. pign.* deportationem l. 47. D. *de fidejuss.* exsilium *l.* 8. D. *de post.* infamiam l. 1. D. *de sepulcr. viol.* injuriam Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 4. §. 10. mulctam l. 1. *C. de fiscal. usur.* mutationem militiæ l. 6. §. 7. D. *de re milit.* necessitatem l. 23. *C. de rei vind.* pœnam l. 1. D. *de const. princ.* præjudicium l. 2. *C. quib. rei judic.* servitutem l. 26. §. 3. D. *de fideic. libert.* Irrogandum totum alicui ex fidejussoribus l. 48. D. *de fidejuss.*

IRRUMPERE fundum l. 9. D. *de adquir. possess.*

IRRUPTIO fluminis *l.* 8. D. *fin. regund.*

ISAURI. Eorum fit mentio l. *ult.* C. *de fer.* l. *ult.* C. *ad Leg. jul. de vi publ.* l. *ult.* C. *de quæst.* quos infami latrocinio jam inde ab antiquis temporibus nobilitatos ostendit Dio Cass. *lib.* 55. *p.* 567. Ἴσαυροι τε γὰρ ἐκ λῃστείας ἀρξάμενοι, καὶ ἐς πολέμου δεινότητα προήχθησαν, μέχρις οὗ κατεδαμάσθησαν. *Isauri, facto a latrociniis initio, usque ad belli-*

nec-

molem provecti sunt, donec perdomarentur. Confirmat Ammian. Marcellinus *lib.* 14.*c.* 1. Namque & Isauri, ait, quibus usitatum est, sæpe pacari, sæpeque inopinis excursibus cuncta miscere, & latrociniis occultis, alente impunitate adolescentem in pejus audaciam, ad bella graviora proruperunt. Idem *lib.* 19. *c.* 13. eorum furta, & latrocinia, quibus finitimos adflictabant, memorat. Quamobrem a Zonara *Tomo* 3. *p.* 3. ἔθνος αἴχιστον, *pessimus populus* merito adpellatur. Vetus Glossarium Græcum: *Isaurioi* ἁρπαγες, οἱ φονεῖς, καὶ οἱ χοστιαριοι. *Isauri*, *fures*, *sicarii*, *prædones*. Auctor est Vopiscus *in Probo c.* 16. Imperatorem illum, quum Isaurorum loca peragrasset, dixisse, *Facilius esse ab illis locis latrones arceri, quam tolli*, constituisseque, ut Isaurorum filii ab anno octavo decimo, mares dumtaxat, ad militiam mitterentur, ne ante latrocinari, quam militare discerent.

Ισαζον l. 13. *D. de stipul. serv.* Est vero τὸ ισαζον hic æquivalens.

ISGINUS color *l.* 78. §. 5. *D. de legat.* 3. *Quin minus porro coracinum, aut isginum, aut melitum, suo nomine, quam coccum, purpurave designatur?* Est vero color flavus in hyacinthorum similitudinem tingens. Plin. *lib.* 21. *hist. nat. c.* 26. Hyacinthus in Gallia eximie provenit, hoc ibi pro cocco *bisginum* tingitur. Addatur idem *lib.* 38. *c.* 6. Hein.

ISOSTATES æqualitatis recognitor *in l. quoties C. de pond. & aur. collat.*

ITA pro deinde *l.* 47. §. 2. *D. de fideic. libert. l.* 22. *D. de manum. testam. l.* 13. *D. qui test. fac. l.* 36. *D. de cond. & demonstr. l.* 7. §. *ult. D. de jur. patron. l.* 7. *pr. D. si tab. test. null. exst. l.* 38. *D. de judic. l.* 20. *D. de excus. l.* 38. *D. solut. matr. l.* 51. §. 1. *D. de adquir. vel omitt. her. l.* 8. §. 3. *D. de jur. codic. l.* 6. *D. de bon. poss. contr. tab.*

Ita in l. 1. §. 18. *D. de separ.* est illativum apud Plaut. Amphitr. *Act.* 5. *sc.* 1. *v.* 3. Aulul. *prol. v.* 9. *Act.* 3. *sc.* 6. *v.* 27. 29. *Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 2. *Mil. glor. Act.* 4. *sc.* 4. *v.* 44. Hein.

Ita ut sæpe non tam conditionem, quam modum faciunt, *ut l.* 42. *D. de oper. libert. l.* 17. §. 2. *D. de manum. test. l.* 17. *pr.* & §. 1. & 2. *D. de cond. & demonstr.*

ITAQUE *in l.* 3. *D. de reb. dub.* est illativum, idemque sonat ac *ergo*, *proinde*. Hein.

ITALIA *in l.* 9. *D. ad Leg. Rhod.* legitur pro qua rescribit Heineccius Aithalia. Vid. supra in voce *Æthales*.

ITALICENSIS *l.* 27. *D. de pœn.* ab Italica, Hispaniæ urbe. Gell. *lib.* 16. *c.* 13. Hadrianus in oratione, quam de Italicensibus, unde ipse ortus fuit, in senatu habuit. Eutrop. *lib.* 8. *c.* 3. de Hadriano: Natus est ipse Italicæ in Hispan. Spartian. in *Hadr. c.* 1. originem ejus ab Hispaniensibus repetens, majores ejus, Hadria ortos, apud Italicam, Scipionum temporibus, resedisse, refert. Stephanus *de urbin. p.* 425. Ἐστι καὶ ἰταλικὴ πόλις Ἰβηρίας τὸ ἐθνικὸν Ἰταλ κησιος. Est ea Italica urbs Hispaniæ, cujus gentilitium Italicense.

ITALICUM jus *l.* 1. *l. ult. D. de censib.* Istud initio discernebatur a jure Civitatis, Latii, & Provinciarum, & sicuti postremo pinguius, ita prioribus haud paullo deterius erat. Habebant Itali suos magistratus, eaque in re melior eorum erat, quam provinciarum, conditio. Sed & censebantur in civitatibus suis, & pendebant vectigalia, & certum sociorum militum numerum ex fœdere submittebant, neque honorum participes ullatenus erant. Quin ex ipsis Italis quidam in duriorem redacti sunt conditionem, Hannibale Italia submoto, & in his præcipue Brutii, Picentini & Lucani, qui non amplius pro sociis habiti, nec milites amplius, sed servos publicos dabant. Gell. *lib.* 10. *c.* 13. Enimvero ab anno ab V. C. 664. confecto bello sociali, gentes pleræque Italicæ per Leges Juliam & Plotiam jus civitatis paullatim sunt consequutæ. Vellei. Paterc. *lib.* 2. *c.* 16. *seq.* Appian. *de bell. civ. lib.* 1. *p.* 379. participes ex eo tempore juris suffragii, honorum, census, sacrorum, vectigalium, quin & juris privati, si populi fundi fieri vellent. Gell. *lib.* 21. *cap.* 13. Cic. *pro Balbo c.* 8. Ceterum magnam mutationem jus Italicum subiit primum sub Augusto, postea sub reliquis principibus. Ipsi Itali sua quique suffragia in civitate dare cœperunt sub Augusto, Suet. *Aug. c.* 36. post ea tempora vero illud jus suffragii paullatim plane evanuit. Remissa quoque illis sunt munera militaria, Herodian. *Hist. lib.* 2. *c.* 2. Iisdem Hadrianus præfectos præposuit consulares, Spartian. *Hadr. c.* 12. juridicos Marcus Aurelius Antoninus, Jul. Capitolin. *in Marco c.* 11. Severus Italos in trecentesimum ab urbe lapidem præfecto urbi, reliquos correctoribus parere jussit. Quamvis vero ad jus civitatis pridem adspirassent Itali, jus tamen Italicum multis extra Italiam civitatibus dari cœpit, de quibus plura jurisconsulti *in l.* 1. & *l. ult. D. de censib.* Id vero tunc constituit in immunitate a censu capitis, & soli (unde Barcionenses *in d. l. ult.* immunes vocantur,) quam immunitatem contra Cujacium præclare evicit Christ. Gottl. Schwarz. *de jur. Ital.* §. 9. & 10. quocum jungendus Bynkersh. *lib.* 5. *obs. c.* 21. Præterea civitates istæ gaudebant juribus dominii legitimi, usucapionis, præscriptionis, excusationis a muneribus publicis ob numerum quatuor liberorum, similibusque privilegiis, de quibus Ulpian. *Fragm. tit.* 19. §. 1. & Cujac. *Paratitl. C. tit. de usuc. transf.* & *tit. de annal. exc. Ital. contr. toll.* A Diocletiani & Maximiani temporibus etiam coloniæ juris Italici, præter paucissimas, tributa pendere coactæ, vix umbram pristinæ immunitatis retinuerunt *l. un. C. Th. de ann. & trib.* Reliquas etiam præroga-

rogativas evanuisse paullatim, postquam Justinianus soli Italici, & provincialis discrimen sustulit l. *un. C. de usuc. transf.* & l. *un. C. de nud. jur. Quirit. toll.* neminem dubitaturum, arbitramur, *Hein.*

His præmissis tanto facilius intelligetur, qualia sint negotia *Italica* l. 100. *D. de solut.*

Italicum patrimonium l. 35. §. 3. *&* §. *ult. D. de hared. inst. Italica* prædia, quæ provincialibus opposuit Plin. *lib. 6. epist. 9. Italica* res l. 2. §. 2. *D. de curat. bon. dand.* l. 111. *D. de legat.* 1. l. 3. §. 3. l. 39. §. 7. l. 47. §. 2. *D.* §. *ult. D. de admin. & per. tut.* quæ, uti accipiendæ sint, docet l. 35. *pr. &* §. 3. *D. eod. tit.* Opponuntur iis res provinciales *in* l. 16. §. 6. *D. ad SC. Trebel.* l. 2. *C. de excus. tut. Italicum* solum *pr. Inst. de usuc. Italica* terra l. 8. §. 1. *D. qui test. fac. poss.* vel terra *Italiæ*, ut *in* l. *ult. D. de abig.*

ITER pro via, qua privatim, & publice commeamus, & ipso commeandi actu. Sic *iter* pedestre l. 1. §. 14. *D. de flum.* privatum *rubr. D. de itin. actuq. priv.* publicum *rubr. D. de loc. & itin. publ.* Iter facere per publicum, vel per privatum l. 31. *D. ad Leg. Aquil. Iter* agentes, id est, viatores l. *un. in fin. C. furt. adv. naut.*

Iter aquæ l. *pen. D. si serv. vind.* & passim.

Iter navigio deterius fit l. 2. *pr. &* §. 19. *D. de flumin.* Et sic *iter* navibus sæpissime attribuunt scriptores Græci, & Latini. Exempla, quæ hic repetere nihil attinet, habes apud Ev. Otton. *de Tutel. Viat. p.* 255. & 523. *Hein.*

Iter præterea est servitus rusticorum prædiorum, quam auctores nostri definiunt jus eundi, ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi *l.* 1. *D. de serv. rust. præd.* Iter enim est, qua quis pedes, vel eques commeare potest l. 12. *D. eod. tit.* Jumentum vero ducere non potest, qui tantum iter habet l. 7. *D. eod. tit.* Vetus Glossarium interpretatur *το βαδιζειν δικαιον με πεζον δια του σου αγρου* jus, per quod mihi licet pediti per agrum tuum commeare. Varro *lib. 4. de Ling. Lat. Iter via. Quidam iter, quod vehendo teritur, actus, iter in agris, quod agendo teritur. Etiam ambitus, iter, quod circumeundo teratur.* Itineris autem certa, & definita non est latitudo, sed prout demonstrata est, vel ab arbitrio definita ita servatur l. 13. §. 16. *D. de serv. præd. rust.* Iter nihil prohibet sic constitui, ut quis interdiu dumtaxat eat l. 14. *D. commun. præd.* Ceterum de discrimine itineris, actus & viæ legenda omnino epistola erudita Aegid. Menagii ad Car. Hann. Fabrott. inserta *Amœnit. jur. civ. c.* 36.

Interdictum de *itinere*, actuque privato restituendo prohibitorium, ad tuendas tantummodo rusticas servitutes, ei datur, qui proximo anno itinere, actuve, sive jure, sive injuria dies non minus triginta, nec vi, nec clam, nec precario est usus, si eo usu nunc prohibeatur; item ei qui iter, actumve, quo anno proximo est usus, reficere prohibetur, si se usum hoc anno, & jure servitutem illam habere doceat l. 2. l. 3. *D. de itin. act.*

ITERARE restitutionis auxilium l. *ult. C. si sæp. rest. in int.* baptismum *rubr. C. ne sancti. bapt. iter.* honores, munera *rubr. C. de non iter. honor.* l. 14. §. *ult. de mun. & hon.* sacerdotium l. 17. *D. eod. tit.*

ITERATIONE fiebat civis Romanus, qui post Latinitatem, quam acceperat, major 30. annorum, iterum juste manumittebatur ab eo, cujus ex jure Quiritium servus fuerat. Ulpian. *Reg. tit.* 3. §. 4. ex quibus interpretationem recipiunt verba hæc Justiniani *Novell.* 74. *præf.* και τας λατινικας ως απελεις εξεβαλομεν, και τας ιτερατιονας περιττα απεφηναμεν. *Et Latinitates, tamquam imperfectas, exclusimus, & iterationes superfluas demonstravimus.*

ITERUM duas res, auctore Paullo, significat, alteram, qua demonstratur tempus secundum, quod Græci δευτερον dicunt, alteram, quæ ad insequentia quoque tempora pertinet, quæ Græce vocant παλιν l. 7. *D. de edend.* l. 2. §. 7. *D. si quis caut. in jud.* Priore ergo casu est *secundum*, ut quando *iterum* & semel opponuntur l. 7. *D. de ser.* l. 15. §. *ult. D. de reb. auct. jud. possid.* Posteriore *rursum, denuo*, ut l. 1. *D. de jur. patron.* l. 2. §. 7. *D. si quis caution.* Desinit tutor & iterum cœpit esse *l.* 9. §. 2. *D. de tut. & rat. distr.*

JUBENTIUS *Celsus leg.* 7. *D. de op. lib.* l. 27. *D. qui test. fac. poss.* l. 18. *D. de jur. codic.* l. 13. *D. de lib. & post.* l. *ult. C. de serv. reip. manum.* Vide supra art. *Celsus*. At male id nomen scribitur *Jubentius*, quum rectius exaretur *Juventius*. Nam hanc formam & numi præferunt, & impressa Juventiorum denariis Juventæ Deæ figura, argumento luculentissimo est, eos nomen suum non a *jubendo*, sed a *juventute* derivasse. Vide denarium gentis Juventiæ apud Hub. Goltz. *Fast. magistr. & triumph. p.* 134. Hein.

JUBERE imprimis dicuntur superiores, ut principes, magistratus, patres, domini. Sic *jubent* ædiles l. 23. §. 1. *D. de Ædil. edict.* prætor l. 10. §. *ult.* D. *de prætor. stip.* constitutio *l.* 2. D. *de fideic. libert.* dominus, vel pater l. 3. §. *ult.* D. *quod jussu.* judex l. 19. §. 3. D. *comm. divid.* Jubet Lex, utpote cujus virtus est imperare, & præcipere *l.* 7. D. *de legib.* l. 7. D. *de Leg. jul. repet.* prætor l. 1. D. *si quis caut.*

Jubere etiam dicitur testator l. 25. §. 2. D. *ad SC. Treb.* & alibi passim.

Jubere etiam aliquando dicitur, qui permittit magis, quam præcipit l. *ult.* C. *ubi in rem. act.* Restitui debere, & posse hæreditatem, fideicommissum, Apronianum SC. jubet l. 26. D. *ad SC. Trebell.* Nec enim ad eos transire quidquam jubemus l. 1. *in fine C. Th. de legit. hered.* Contra ea non jubere idem aliquando est, ac vetare, vel inhibere,

re, uti *l.* 14. *C. Th. de oper. publ. l. ult. C. Th. quib. equor. usus.*

Immo & *Jubeo* aliquando pro *volo* ponitur. Donat. *in Andr. Act.* 3. *sc.* 3. Cujac. *lib.* 11. *obs. cap.* 25. & Voss. *lib.* 14. *rhet. c.* 10. Vid. Non. Marcell. *cap.* 4.

JUBILÆUM in ecclesia romana denotat plenariam peccatorum indulgentiam iis, qui limina SS. Apostolorum Romæ visitarent tempore jubilæi indultam. Primus fuit Bonifacius VIII. qui quolibet sæculi fine celebrandum jubilæum instituit an. 1300. Jo. Rubens in *vit. Pontif. lib.* 1. *c.* 11. Sed a Clemente VI. an. 1350. ad instar jubilæi V. T. quolibet semisæculo reductum: Contin. Nangii an. 1350. & ab Urbano VI. an. 1389. ad annos triginta tres limitatum. Tandem Sixtus IV. an. 1474. humanæ vitæ brevitatem considerans, ad terminum quinque lustrorum stabilivit, prout postea ad nostra usque tempora observatum fuit.

JUDÆIS tantum filios suos circumcidere permittitur *l.* 11. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* Judæorum fit mentio *l.* 15. *D. de excus. & tit. C. Just. & Theod. de Judæis.*

Per latus judæorum in Pandectis plerumque perstringi Christianos, maxime vero *l.* 15. §. 6. *D. de excus. & l.* 3. *D. de decur.* existimant Andr. Alciatus & Guil. Budæus. Quamvis vero negari non possit, initio nascentis Christianismi satis frequentem fuisse Judæorum, Christianorumque confusionem, de qua viri docti *ad Suet. in Claud. c.* 25. Pith. *lib.* 2. *Advers. c.* 2. & Cas. Barth. *ad Rutil. Numantian. itinerar. lib.* 1. *v.* 159. notius tamen Ulpiani, Paulli, & Modestini temporibus fuit Christianorum nomen, notiorque capitalis illa inter utrosque inimicitia, quam ut sectas parum inter se amicas, concordesque confundere potuerint. Vid. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exerc.* 1. *cap.* 15. *p.* 100. *seq.*

JUDAICE contradicere *l.* 7. §. 1. *D. de summ. Trinit.* in est, pertinaciter.

Judaica nota fœdare, id est, circumcidere *l.* 22. *C. Th. de jud.* Judaica superstitio *l.* 3. §. *ult. D. de decur.*

JUDEX est, qui de re aliqua, vel jure suo, vel magistratus, qui jubendi potestatem habet, auctoritate cognoscit, & judicat. Prætor ipse, teste Livio *lib.* 3. *c.* 55. judex olim adpellabatur. Varro *de ling. lat. lib* 5. *Hinc judex, ait, quod tunc jus dicat, accepta potestate, id est, quibusdam verbis finit.* Et ita qui tribunali præest, vel aliquam jurisdictionem habet, judex vocatur *l.* 1. *D. de judic. rubr. D. de reb. auct. jud. possid.* Tales majores judices *l.* 32. §. 7. *D. de recept. arb.* Hilar. *ad Constantium lib.* 1. *c.* 1. *p.* 535. *edit. Maff.* Provideat, & decernat clementia tua, ut omnes se ubique judices, quibus provinciarum administrationes creditæ sunt, a religiosa observantia se abstineant. Augustin. *Homil.* 49. Non dico judices publicos, non proconsulem, non vicarium. Sic & rectores provinciarum vocantur judices *l.* 2. *l.* 5. *l.* 7. *C. Theod. de oper. publ.* & judices provinciarum *l.* 2. *C. Th. eod. tit.*

Plerumque vero magistratus, & judices separantur, ut *l.* 2. *D. de reg. jur.* Judicumque nomine veniunt hi, qui & *judices dati*, & *speciales judices*, & *pedanei*, & *delegati* adpellantur *l.* 46. *D. de judic. l. pen. D. judicat. solv. l. ult. D. de offic. prat. l.* 4. *D. de tut. dat. l.* 3. *D. ne quis eum, qui in jus voc. l.* 5. *D. de offic. præsid.* Quales judices *postulari*, *dari*, *addici*, *adiri*, *accipi*, & *sumi* dicuntur a litigantibus *l.* 1. *D. de quib. reb. ad eund. jud. l. pen. D. de judic. l.* 2. *C. eod. tit. l.* 6. *D. de fidejuss. tut. l.* 1. §. 1. *D. de usur. l.* 38. *D. mand. l.* 1. *C. de in lit. jur.* Sic intellige Judex inter aliquos *l.* 19. §. 3. *D. comm. divid.* bonæ fidei *l.* 38. *D. de rei vindic. l.* 3. §. 3. *D. comm.* Ad judicem, id est, virum bonum *l.* 137. §. 2. *D. de verb. oblig.* Arbitratu judicis, quasi boni viri *l.* 17. §. 5. & §. 9. *D. de injur.* Judex enim κατ' ἐξοχὴν dicebatur *vir bonus*, quia honestissimi ordinis senatorii, atque equestris viri in judicum decurias legebantur. Vid. infra sub art. *Vir bonus*. Judex edititius. Vid. supra art. *edititius*, compromissarius *l.* 41. *D. de recept. arbitr.* hæreditatis *l.* 50. §. 1. *D. de legat.* 1.

Judex delegatus. Vid. supra *delegatus*.

Quod *judicis* arbitrio, auctoritate, & jussu fit, id per judicem fieri dicitur. Sic: Per *judicem* auferre *l.* 4. §. 6. *D. de dol. mal. except.* consequi *l.* 16. *D. judicat. solv.* exercere actionem *l.* 1. *C. de servit.* exigere *l.* 8. *D. de legat.* 3. solvere *l.* 9. §. 5. *D. de admin. & per tut.* His adversatur *sine judice*, id est, sine interventu judicis, vel non imminente judice. Sic sine *judice* accepta pecunia *leg.* 58. *D. de condict. indeb.* Si prætendentibus aliquid sine judice credatur *l.* 1. *D. de vacat. & excus.* Sine *judice* date paratus *l.* 16. *D. judic. solv.* dari ad bestias *l.* 11. *D. ad Leg. Cornel. de sicar.* dividere *l.* 36. *D. fam. ercisc.* id est, consensu, ut ait *l. ult. D. eod. tit.* exigere *l.* 22. §. 1. *D. rat. rem hab.* possidere *l.* 7. *D. ad Leg. jul. de vi priv.* id est, sine ejus auctoritate, ut *l. ult. D. eod. tit.* reddere dotem *l. ult.* §. 1. *D. quæ in fraud. cred.* redhibere *l.* 23. *D. de Ædil. edict.* restituta res *l.* 18. §. *ult. D. commod.* solvere *l.* 9. *C. de reb. cred.*

Ordinarii *judices* vel a caussis, vel ab officiis definiri possunt. His scilicet modis *ordinarius* est, qui jurisdictionem jure suo, non alieno beneficio habet. Vel aliter: Is est *ordinarius*, qui nativam, non dativam modo jurisdictionem habet, hoc est, qui eam jure magistratus, non mandato speciali obtinet, seu qui jurisdictionem ordinariam habet.

Justi-

Justinianus *Novell.* 112. *cap.* 3. κελεύομεν γὰρ τοὺς ὀρδιναρίους δικαστὰς, ἤγουν τοὺς ἐμβαθμοὺς, μὴ μόνον τῶν κηρύκων φωναῖς. *Jubemus enim ordinarios judices, qui & ambathmi, non solum praconum* vocibus &c. Ac plane Constant. Harmenop. *lib.* 1. *c.* 4. judices ordinarios ἐμβαθμοὺς δικαστὰς, eorumque jurisdictionem ἐμβαθμον ἀρχὴν adpellat. Justinian. *Novell. n.* 20. *c.* 3. Ἡνίκα μὲν τὸ τῆς ἀρχῆς τῆς καλουμένης ὀρδιναρίας εἶχε σχῆμα. Dum solum administrationis ordinariæ habet schema. Et sic ordinarii judices *in l. 6. C. Th. de offic. Rect. prov. l. 5. C. Theod. de proxim. comit. dispos. l. 2. C. Th. ne quis in palat. man. l. 16. C. Th. de cohort.*

JUDICARE invitus cogitur, qui non habet excusationem *l. 13. D. de excus. vel vacat. mun.* Lege Julia cautum, ne minor viginti annis judicare cogatur *l.* 41. *D. de recept. arb.* Judicandi necessitas inter munera personalia habetur *l. ult. §. ult. D. de mun. & hon.* Judicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquisitione discutere *l. 1. C. Th. de judic.* juncta *l. 9. Cod. Just. eod. tit.*

JUDICATUS, *a, um. Judicata* res, vel *judicatum* vocatur, quando caussa finem, pronunciationem judicis, sive absolutoria, sive condemnatoria, accepit. Hinc rei *judicata* auctoritas *l. 7. C. de condict. indeb.* exceptio *tit. D. de except. rei jud.* Res judicata pro veritate accipitur *l. 25. D. de stat. hom.* Et hinc quod semel judicatum, retractari non potest. Hinc eleganter Don. ad *Ter. Andr. Act. 3. sc. 1. v. 75.* & *Adelph. Act. 2. sc. 2. v. 27.* explicans formulam comicis perfamiliarem: *Actum est*, hæc subjicit: Hæc res secundum jus civile dicitur, in quo cavetur, ne quis rem actam apud judicem repetat. Sic ipse in Phormione: *Actum*, aiunt, *ne agas*. Et alibi: *Actum agam*, proverbium est, id est, nihil agam. Quod enim in jure semel judicatum fuerit, rescindi, & iterum agi non potest. *Hein.*

Judicati actio, quæ ex sententia datur *l. 28. §. 8. D. de jurejur.* agere *l. 28. D. de procur.* conveniri *l. 41. §. ult. D. de fidejuss.* Judicatum facere, id est, solvere *l. 6. D. de fer. & passim*. Quæ loquutio ex XII. Tab. manavit, in quibus, teste Gellio *lib. 20. Noct. Att. c. 1.* scriptum fuit: *ni judicatum faxit*. Utitur ea & Cicero *pro Flacco c. 19.* Iste, quum judicatum non faceret, Hermippo addictus, & ab hoc ductus est.

Judicatum solvi stipulatio tres clausulas in unum collatas habet de re defendenda, de judicato solvendo, & de dolo malo *l. 6. D. judic. solv.* Vetus Glossarium interpretatur τῆς κρίσεως λύσιν, *solutionem ejus quod judicatum est*. Λέγει γὰρ ὁ ἄκτωρ πρὸς τὸν ῥέον. ὁμολογεῖς, καταβαλεῖν μοι ὃ ἂν γένηται μετὰ τὸ λυθῆναι τὴν κρίσιν. *Ait enim actor reo: Tunc prastiturum, ais, judicatum, seu soluturum judicatum*. Vid. *cautio*.

Judicatus, condemnatus. Sic *judicatus* contutor *l. 1. C. de contr. tut. jud.* judicio publico calumniæ, prævaricationisve caussa fecisse judicatus *l. 1. D. de his qui not. infam.* Judicatus servus *l. 8. §. ult. D. rat. rem hab. l. 3. C. solut. matr.* Et sic *judicati* accipiendi *l. 51. D. de pecul. l. 1. C. qui bon. ced. l. 3. pr. D. de usur. l. 7. D. de re judic. l. 4. §. 3. l. 6. §. 2. l. 13. §. 6. fin. §. 7. l. 29. l. 34. l. 56. D. eod. tit. l. 1. l. 3. l. 6. pr. §. 3. 3. D. de confess.*

JUDICATIN judicandi facultas *l. 4. §. 8. D. de milit.* Cui judicatio data est *l. 131. §. ult. D. de verb. signif.* Alias *judicatio* est judicatum. Ut sibi ex judicatione satisfiat *l. 30. D. procur.* Hoc verbo usi sunt Cicero *de Invent. lib. 1. c. 13. & 14.* & Quinctilian. *lib. 3. Instit. orat. c. 13.*

JUDICIALIS quæstio *l. 38. D. mand.*

Judiciales stipulationes. Vid. infra sub art. *stipulatio*.

JUDICIARIA conventio, id est aditio judicis *l. un. C. Th. si cert. pet. ex chirogr.* domus *l. 8. C. Theod. de oper. publ.* id est, judicis prætorium, uti in ea ipsa lege, seu publica domus, ut *l. 4. C. Just. eod. tit.* vocatur.

Judiciaria lex *l. 1. in fin. D. de Leg. Jul. amb.* id est, lex Julia judiciorum, ui *l. 2. §. 1. D. de judic.*

Judiciaria, seu lusoriæ naves *in l. un. C. Th. de lusor. Danub.* id est, naves, quæ ultro citroque discurrebant, exploratoriæ, speculatoriæ, & prohibitoriæ, ne qua parte hostis perrumpat, ut ad eam legem pluribus ostendit Jac. Gothofred.

JUDICIUM pro disceptatione forensi, ipsaque actione, quæ in judicium deducitur. Sic judicio absolvi *l. 14. §. ult. D. judic. solvit.* Judicium accipere, vel suscipere dicuntur litigatores *l. 36. D. famil. ercisc. l. 45. §. 1. D. de procur. l. 1. D. de obseq. par.* Accipitur autem judicium litis contestatione, adeoque hæc verba, *accepto judicio*, & *lite contestata* idem significant. Actionem in judicium perducere, vel rem in judicium deducere *l. 31. D. de judic. l. 66. l. ult. D. de procur. l. 13. D. de pact. l. 17. §. pen. D. de jurejur.* Res autem in judicium deducta non videtur, si tantum postulatio simplex celebrata sit, vel actionis species ante judicium cognita re *l. 1. C. de lit. contest.* Judicium capitis, pecuniæve *l. 7. D. de leg. jul. repet.* Judicium dare dicitur Prætor, quum agendi potestatem facit, in eamque rem actionem, & judicem dat *l. 26. D. de dol. mal. l. 1. D. naut. caup. stabul. & passim.* Judicio destringi *l. 16. D. judic. solv.* judicium famosum *leg. 1. §. 10. D. de postul.* Judicio interesse *l. 6. C. de judic.* Judicium manet & pendet, quamdiu sententia dicta non est *l. 60. D. de cond. indeb. l. 43. D. mand. l. 14. D. de interrog. in jur. fac. l. 16. in fin. D. de vi & vi arm.* Judicium proponere *l. ult. D. ne vis fiat ei* red-

reddere *l.* 21. *D. de negot. gest.* Judicium tutelæ *l.* 28. *D. de adpell. l.* 20. §. *ult. D. de tutel. & rat. distrah.*

Judicium bonæ fidei. Vid. supra art. *fides*.

Judicia Dei. Vid. *purgatio canonica vulgaris*.

Judicia duplicia quædam vocantur, quoniam ut in interdictis duplicibus par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipue reus, vel actor intelligitur, sed unusquisque tam rei, quam actoris partes sustinet §. 7. *Inst. de interd.* ita ex eadem ratione *familiæ erciscundæ*, *communi dividundo*, & *finium regundorum judicia duplicia* adpellantur *l.* 2. §. *ult. D. comm. divid.* ex qua decurtato uno verbo desumta est *l.* 13. *D. de judic.* nimirum quoniam & in his uterque actor est *l.* 37. §. *ult. D. de oblig. & act.* & in his singulæ personæ *duplex* jus habent agentis, & ejus, quocum agitur *l.* 10. *D. fin. regund.*

Judicium publicum. Publica judicia non idcirco dicta sunt, quod, ut Justinianus tradit, eorum exsequutio cuivis ex populo, qui modo idoneus sit accusator, detur. Hac enim ratione popularia judicia essent, quod est inconsequens: Sed quod ex Legibus publicorum judiciorum veniat, atque descendant *l.* 1. *D. de publ. judic.* Idque aperte ostenditur *l.* 3. *D. de prævaricat.* ubi prævaricationis judicium, alterum moribus esse indictum dicitur, alterum esse publicum, quod de eo lege Julia publicorum judiciorum caveatur. Verum est tamen, & id ex eodem Ulpiano Justinianus hausit, publico judicio cuilibet ex populo experiri licere, nisi cui lege aliqua publico judicio accusandi non est potestas *l.* 43. §. 10. *D. de ril. nupt.* Unde Joann. Chrysostom. *Homil. in dictum Apostoli: utere modico vino Tomo* 1. *oper. p.* 19. Κοινον ἐξεςιν εκαςω πων βελομεωο κατηγορειν. Commune crimen est, publica injuria, volenti cuique accusare licet. Publicorum vero judiciorum hæ sunt leges, Julia majestatis, Julia de adulteriis, Cornelia de Sicariis, & veneficiis, Pompea de parricidiis, Julia peculatus, Cornelia de testamentis, Julia de vi publica, Julia de vi privata, Julia ambitus, Julia repetundarum *l.* 1. *D. de dublic. jud. pr. Inst. eod. tit.* Quæstiones autem de falso, sicariis, & parricidiis Cornelius Sulla dictator constituit *l.* 4. §. 32. D. *de orig. jur.* Antea L. Piso Tribunus plebis de pecuniis repetundis quæstionem constituerat, ut Cicer *in Brut. c.* 27. *Verrin.* 3. *c.* 84. *de offic. lib.* 2. *c.* 21. De injuriis vero, quemadmodum vitiose in omnibus codicibus (Florentinis exceptis) scriptum est, quæstio publica ab eodem non est constituta. Actio enim ex Lege Cornelia de injuriis privata est, non publici judicii *l.* 42. §. 1. D. *de procur. l. ult. C. de injur.* Natum fuisse hunc errorem, qui libros omnes antehac occupavit, ex eorum imperitia probabile est, qui apud Ulpianum eam actionem pro publica utilitate exerceri legerant: quasi vero non & privata judicia pro publica utilitate exerceantur, quum & jus suum cuique tribui, & qualiacumque nocentium peccata puniri reipublicæ intersit. Raptus porro crimen *publicum* esse dicitur *in l. pen. C. de noxal. act.* *Publica* igitur *judicia* videntur definienda, quibus vindicantur delicta, quorum vindicta directe, & principaliter reipublicæ interest. Vid. *Quæstiones*.

Ab his differunt Judicia privata, quæ ad rem familiarem cujusque pertinent, & per arbitros judicesque datos expediuntur. Cic. *lib.* 1. *de orat. c.* 38. Nam volitare in foro, hærere in Prætorum tribunalibus, judicia privata magnarum rerum obire. Idem *Topic. c.* 17. Privata judicia maximarum quidem rerum in jurisconsultorum mihi videntur esse prudentia. Plin. *lib.* 6. *Epist.* 33. intervenit acribus illis, & erectis frequens necessitas judicandi, ac pene calculos, tabulamque poscendi, ut repente in privati judicii formam centumvirale verteretur. In *l.* 3. §. 1. *D. de crim. Stellion.* ad privata judicia referuntur, quæ ex contractibus competunt. Vid. infra *publicum*.

Judicium ordinarium, extraordinatium. Vid. his vocibus.

Judicii sistendi caussa cautio. Vid. *cautio*.

Judicium pro re judicata. Si non judicium a curatoribus factum sit, id est, si judicatum non solutum *l.* 20. §. *ult. D. de tutel. & rat. distr.*

Judicium pro facultate res discernendi *l.* 3. D. *de divort.* Judicio carent mutus, surdus, perpetuo furiosus, & impubes *l.* 12. §. 2. D. *de judic.*

Judicium pro deliberatione animi: Qui dignitates principis judicio consequuti sunt *l. ult.* D. *de alb. scrib.* judicio animi *l.* 48. D. *de reg. jur. l.* 3. *D. de divort.*

Judicium etiam in specie est testatoris voluntas *l.* 22. *in fin.* D. *de vulg. & pupill. subst. l.* 6. *in fin. D. de legat.* 3. & aliis multis locis. Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 7. Alius judicia patris accusat, quæ mereri satius fuerat, alius cum matre consistit. Sic deficientium judicium *l.* 9. *C. Theod. de infirm. his, quæ sub tyran.* Judicium defuncti *l.* 8. §. 10. *l.* 23. §. 1. D. *de inoff. test.* extremum *l.* 20. *Cod. Th. de episc.* supremum *l.* 20. §. 3. D. *famil. ercisc.*

Judicium pro judice *l. ult. C. Theod. de jurisd. l.* 9. *l.* 10. *C. Theod. eod. tit. l.* 58. *C. Th. de adpell. l. ult. C. Th. de superexact. l.* 1. *C. Th. de repar. adpell.*

Judicium pro rescripto principis *l.* 2. *C. Th. de offic. omn. jud.* Eodem pertinet *l.* 11. *C. de fund. patrim.*

Judicium catholicæ religionis, id est, fides catholica *l.* 28. *C. Th. de hæret.*

JUGATIO agrorum, possessionumve mensuram significat, pro cujus modo certa Cæsaribus pensitatio

tatio præſtabatur *l.* 1. *C. de quib. muner. vel præſt. l.* 10. *C. de ſuſceptor. l.* 1. *C. de impon. lucrat.* Dicta eſt a jugis animalium, quibus poſſeſſiones exercebantur, pro quorum numero ea præſtatio inferebatur *l.* 6. *C. Theod. de extraord. mun. l.* 1. *C. Theod. de impon. lucrat. descript.* Et ita *juga* & jugationes accipe *in l.* 3. *C. Theod. de Epiſc. & cler. l.* 1. *l.* 2. *l.* 3. *C. Theod. de privileg. dom. Aug.* & alibi paſſim. Juſtinianus *in Novell.* 17. *c.* 8. Αναγκασεις, δε τους δημοσιους πρακτορας ητοι τους απαιτητας εν ταις εαυτων αποχαις φανερα ποιειν απαντα, εφ οις αυτας διδοασιν τουτεστι το, τι ποσον των ζυγοκεφαλων η ιογων η ιογαλιων, η οπως δηποτε αν αυτα κατα χωραν καλοιεν, και υπερ τινων αυτα δαι ποιων χωριων απαιτουσι Coges autem publicos exactores in ſuis de ſuſceptis (apochis) manifeſta facere omnia, in quibus ea dederunt, nempe quantitatem Zygocephalorum, aut jugerum, aut jugalium, aut quolibet modo per regiones nuncupantur, & pro quibus hæc, & quælibet a prædiis exiguntur. Sane id agri ſpatium, quod juncti boves uno die exarare poterant, olim in Hiſpania ulteriore *jugum* adpellatum Varro *de re ruſt. lib.* 1. *c.* 10. tradit. Cicero *in Verr.* 3. *c.* 11. Quid qui in ſingulis jugis erant? Caſſiodor. *lib.* 4. *var. c.* 20. Conſtanti ſupplicatione comperimus ſacroſanctæ eccleſiæ, ipſius unum jugum, veterum principum pietate collatum, nunc quorumdam violenta uſurpatione detineri.

JUGERATIO idem, quod jugatio *in l.* 33. *C. Th. de decurion.*

JUGERUM. *Jugera* vineæ, vel oliveti *l.* 4. §. *ult. D. de act. emt.* Jugeribus enim arva, prata, & paſcua metiebantur. Unde Ulpianus: Id arvum, quod in decem annos proximos ſatum erit, quot jugerum ſit, vinea quot vites habeat, olivæ quot ſint jugerum, & quot arbores habeant, pratum, quod intra annos decem proximos ſectum ſit, quot jugerum, paſcua quot jugerum eſſe videantur *l.* 4. D. *de cenſib. Jugerum* autem adpellatum, quod uno jugo boum in die exarari poſſet, Plin. *lib.* 18. *c.* 3. tradit. Varro *lib.* 2. *de re ruſt. cap.* 10. jugerum quadratos duos actus habere, ſcribit. Similiterque Columella *lib.* 5. *cap.* 1. de actu quadrato loquens: Hoc duplicatum ait, jugerum, & ab eo, quod erat junctum, nomen jugeri uſurpavit. Vid. ſupra *Actus.*

JUGIS *e.* continuum. Ejus portionem conſequitur jugi dominio poſſidendam *l. ult. C. Th. de bon. matern.* Litigatio, qua conſultationis ambiguo jugi exſpectatione pendet *l.* 55. *C. Th. de adpell.* Poſt jugis militiæ tempus *l.* 13. *Th. de agent.*

JUGITAS, perpetuitas, copia. Jugitas conceſſa, illibata ſervatur *l.* 32. *C. Th. de curſ. publ.* Mali jugitas *l.* 187. *C. Th. de decurion.*

JUGITER continuo *l.* 4. *C. Th. de medic. & prof.* & aliis multis locis.

JUGULATUS *l.* 1. §. 17. D. *ad SC. Sil.*

JUGUM proprie eſt copula jumentorum *l.* 31. D. *de ædil. edict.* Translate vero ita vocatur quodvis onus. Cervicibus impoſita velut quædam juga *l. un. C. Th. de infirm. pœn. cælib.* Jugum nuptiale *l.* 10. D. *de cond. & dem.* ſervitutis *l.* 8. *C. de poſtlim. reverſ.*

JULIA Lex agraria memoratur *in l.* 2. D. *de termin. mot.* & apud Suet. *in Julia c.* 20. Vid. ſupra art. *agraria.*

Julia Lex de adulteriis coercendis, ad quam librum ſingularem ſcripſit Briſſon. Hanc legem ſignat Juvenal. *Sat.* 2. *v.* 37. quum ait: Ubi nunc lex Julia! dormis. Et Martial. *lib.* 6. *epigr.* 7. Julia lex populis ex quo, Fauſtino, renata eſt, atque intrare domos juſſa pudicitia eſt: Aut minus, aut certe non plus triceſima lux eſt, Et nubit decimo jam Theleſina viro. Idem *lib.* 6. *epigr.* 22. Quod nubis, Proculina, concubino, Et mœchum modo nunc facis maritum, Ne lex julia te notare poſſit. Non nubis, Proculina, ſed fateris. Horat. *lib.* 4. *Od.* 5. *v.* 20. Nullis polluitur caſta domus ſtupris: Mos & lex maculoſum edomuit nefas. Laudantur ſimili prole puerperæ. Culpam pœna premit comes. Sed locos veterum omnes, qui ad hanc legem pertinent, expoſuit, totamque hujus rogationis Juliæ exſequutus eſt Guil. Hoffman. *de Leg. Jul. de adult. c.* 2. Lata eſt hæc Lex anno V. C. 737. C. Furnio, & C. Junio Silano Coſſ. & quidem ex roſtris, & in foro, uti refert Seneca *de benef. VI.* 32. Eamdem in uſum revocavit L. Septimius Severus Imperator, ceu docet Dio Caſſius apud Xiphilin. *lib.* 76. *p.* 869. Ex quo ſimul ratio reddi poterit, cur de adulteriis, & ad Legem Juliam de illis eo tempore certatim ſcripſerint Papinianus, Ulpianus, Paullus, & alii.

Julia Lex de ambitu in id lata, ut qui petiturus magiſtratum, vel provinciam, vel ſacerdotium turbam ſuffragiorum cauſſa conduxerit, ſervos advocaverit, aliamve quam multitudinem conduxerit, convictus, ut vis publicæ reus in inſulam deportaretur: Sueton. *in Aug.* Paul. *Sent.* 5. *c.* 32. Diverſum tamen Dio tradit *lib.* 65. Ut qui magiſtratum ambiiſſent, quinquennium a magiſtratibus arcerentur, quod ipſum Zonaras *lib.* 2. ſequutus eſt. Hanc autem Legem ideo Octavius Auguſtus tulit, quod per Triumvirorum tempora jus creandorum magiſtratuum a populo ablatum fuiſſet, ipſique Triumviri magiſtratus reipublicæ darent. Poſtea tamen creatione magiſtratuum ad curiam principis delata, ceſſavit Romæ hæc lex, ut ait Modeſtinus. Hinc Quinctil. de ambitu loquens *lib.* 6. hoc genus, inquit, noſtris temporibus totum pene ſublatum eſt, cum omnia tutelæ, curæque unius innixa peri-

ri-

ricli*tari* nullo judicii exitu possint, quod & notat Ammian. *lib.* 14.

Julia Lex de annona *l.* 1. *D. de publ. jud. &* §. 11. *Inst. eod. tit.*

Julia Lex *caducaria* est ipsa Lex Julia, & Papia Poppæa, cujus postrema pars de caducis præcepit, ut si nemo sit, ad quem bonorum possessio pertinere posset, aut sit quidem, sed jus suum omiserit, bona publicentur Ulp. *tit.* 18. *l.* 4. §. 17. *D. de fideicom. libert.* Eamdem legem significat Julianus *l.* 96. §. 1. *D. de legat.* 1. Quoties lege Julia bona vacantia ad fiscum pertinent, & legata, & fideicommissa præstantur.

Julia Lex de cæde & veneficio, cujus meminit Sueton. *in Neron. c.* 33. ubi conferri meretur Schubartus *de fatis jurisp. Exerc.* 3. §. 51. *p.* 595. *seq.* Herman. Noordkerk. *disquisit. de lege Petron. p.* 89.

Julia Lex de civitate, lata anno ab V. C. 662. ut civitas sociis, & Latinis omnibus, qui arma deponerent, daretur, Italici belli restringendi caussa; vel sic, ut iis qui bello Italico exorto, in fide manserant (manserant autem omnes Latini) & iis, qui in amicitiam postea rediissent, civitas daretur. Additur *in Orat. pro Balbo*. Qui fundi facti essent. Gell. *lib.* 4. *c.* 4. Appian. *lib.* 1. *de bell. civ.* Vid. & Eutrop. Hujus autem Legis beneficio coloniarum omnium, & municipiorum, quæ in Italia fuerant, æquata jura sunt, non ut legibus Romanis æque uterentur, (nam coloniarum dumtaxat Romanarum hoc fuit, municipia suis legibus, atque institutis vivebant) sed ut æque jus illud civium Romanorum, ferendi scilicet suffragii, & adipiscendorum magistratuum obtinerent, quod antea municipiis, & Romanis coloniis licuerat. Latinis vero Coloniis, & Latino populo non item. Postea sublatam hanc legem licet opinari, cum dicat Suetonius, homini Latino jus Quiritum a Claudio Imperatore propositum, nisi si hoc intelligas, omnibus id propositum, qui jam tum Latii jus habebant, cujusmodi erant omnes extra Italiam Latinæ Coloniæ, omniaque municipia, quæ jus Latii habebant, jus autem Quiritum nondum essent adsequuta. Hujus enim legis beneficium intra terminos Italiæ continebatur. Manutius hanc Legem latam fert a L. Cæsare Consule P. Rutilii collega. Juliam autem dictam, quod solus eam Cæsar, cum ejus collega Rutilius in prælio esset occisus, ex SC. tulit.

Julia lex de bonis cedendis memoratur *l.* 4. *C. qui bon. ced. poss. rubr. C. Theod. eod. tit.* Ad cujus cognitionem sciendum est, moris olim fuisse, ut debitores qui non existerent solvendo, in vincula conjicerentur, addicerenturque creditoribus, quousque ære alieno se liberassent, Gell. *lib.* 20. *c.* 1. Quinctilian. *lib.* 3. *Inst. orat. c.* 6. Postea temporis progressu cœptum est cum illis mitius agi, & Lege Iulia cautum, ut inopes debitores bonis suis cedendo possint evadere carceris molestias, aliasque creditorum vexationes.

Julia lex de fœnore. Quum populus novas tabulas frequentissime postularet, improbam illam spem disjecit Cæsar, lata lege, ut debitores creditoribus satisfacerent per æstimationem possessionum, quanti quasque ante civile bellum comparassent, deducto summæ æris alieni, si quid usuræ nomine numeratum (id est, de domo solutum) perscriptumve (id est, per argentarios) fuisset. Qua conditione quarta fere pars crediti peribat. Sueton. in *Jul. c.* 42. Jul. Cæsar. *de bell. civil. lib.* 3. *c.* 1. Ex quo loco simul colligitur legem hanc perlatam esse Cæsare, & Servilio Coss. an. ab V. C. 507. quum victo Pompeio in urbem victor reverti-sset.

Julia lex de fundo dotali *l.* 1. *l.* 13. *D. de fund. dot.* quæ vetat fundum dotalem alienari, vel oppignorari, ut *l.* 16. *D. eod. tit. & pr. Inst. quib. alien. lic.* pars fuit legis *Juliæ* de adulteriis, uti tradit Paull. *Sent. lib.* 2. *tit.* 21. §. 2. *Hein.*

Julia lex de legibus. Ut ei, qui in sua lege non jurasset, capitale esset. Appian. *de bell. civ.* 2.

Julia Lex judiciaria *l.* 1. *D. de Leg. jul. ambit.* qua duo sunt genera judicum equestris ordinis, & senatorii. Tribuni vero ærarii quod erat tertium sublatum Suet. *in Cæs.* Gell. *lib.* 15. *c.* 14. Eaque lex Juliæ Legis adpellatione exaudienda est *l.* 9. §. 2. *l.* 41. *D. de recept. arbitr.*

Julia lex majestatis, cujus meminit Cic. Philip. I. 9. Ea, quæ in Pandectis explicatur, non Julii Cæsaris, sed Augusti esse videtur: Sigon. *de judic.* II. 29. Quod quidem non satis expeditum esse arbitratur *Hein.* quum contra certissimum sit, legem hanc sæpe sub malis potissimum principibus auctam, & acrioribus pœnis firmatam esse. Tacit. I. *Annal.* 72. Freher. *parerg.* II. 9. De ejus legis capitibus videndi Sigon. *ibid. p.* 429. &, qui singularia ejus legis expendit Gundling.

Julia Lex de maritandis ordinibus, cujus sit mentio *l. un. D. unde vir. & ux. l.* 6. §. *ult. D. de jur. patron. l.* 44. *D. de rit. nupt.* & apud Ulp. *Reg. tit.* 11. §. 20. Ei lex Papia Poppæa propter argumenti adfinitatem in infinitis prope legum nostrarum inscriptionibus connectitur. Complectebatur autem ea Lex totam matrimoniorum inter Pop. Romani ordines pro cujusque statu & conditione contrahendorum rationem. Eam legem, quæ in Pandectis utramque facit paginam, ipsi integritati suæ restituit, & explicuit *Hein.* singulari commentario ad Legem Jul. & Pap. Pars ejus fuit etiam Lex Julia caducaria, de qua paullo ante.

Julia Lex peculatus. Ne quid ex pecunia sacra, religiosa, publicave quis auferat, neve intercipiat, neve

neve in rem suam vertat, neve faciat, quo quis auferat, intercipiat, vel in rem suam vertat, nisi cui utique lege licebit, neve quis in aurum, argentum, æs publicum quid indet, neve immisceat, neve quod quid indatur, immisceatur, faciat sciens dolo malo, quo id pejus fiat. Ulpian. *l.* 1. *D. ad Leg. jul. pecul.* Eadem memoratur *l.* 1. *D. de publ. judic.* Idem de residuis *l. cit.* ne quis pecuniam, quæ in usum publicum erogari, vel in ærarium inferri debuit, privatim retineat.

Julia lex de provinciis, & magistratibus in provincias missis. Tulit Jul. Cæsar consul cum Bibulo anno ab V. C. 691. ut Achaja, Thessalia, cuncta Græcia liberæ essent, neque in iis magistratibus populi Romani jus dicere liceret: Cic. *pro domo sua in Pison.* & *de Prov. consul.* Item ut magistratibus transeuntibus, eorumque comitibus fænum, aliaque ab oppidis, & vicis subministrarentur. *Ad Attic. lib.* 5. & *in Pison.* Item duabus in civitatibus provinciæ suæ magistratibus decedentes rationes suas relinquerent, easdemque totidem verbis ad ærarium referrent Cic. *lib.* 5. *ad famil. c.* 20. *in Pison.* Item ne coronarium aurum iis qui provincias obtinerent, vel decerni, vel ab iis accipi liceret nisi decreto triumpho Cic. *in Pison.* Ne qui cum in imperio essent, injussu populi, aut senatus de provincia exirent, exercitus educerent, aut bellum sua sponte injussu populi, aut Senatus gererent, in regnum alienum accederent. Cic. *in Pison. pro Posthumo.* Ne provinciæ prætoriæ plusquam annum, seu plusquam biennium Consulares obtinerentur Cic. *Philipp.* 1. *&* 3. *&* 8. item Dio *lib.* 43.

Julia lex repetundarum, seu de repetundis, de qua proprio titulo in Pandectis tractatur, & eo amplius in *l.* 10. *§. ult. D. de offic. proconf. l.* 1. §. 1. *D. de calumniat. l.* 12. *D. de senat. l.* 3. *D. de vacat. mun.* Lata a Jul. Cæsare in primo Consulatu anno ab V. C. 695. Cic. *in Vatin. c.* 12. *pro Rabir. c.* 15. *pro Sext. c.* 64. in *Pison. c.* 21. *in Bruto c.* 27. *de offic. lib.* 2. *c.* 21. *in Verr.* 3. *c.* 84. Sueton. in *Jul. c.* 43. Legis quædam capita supersunt in *d. tit. D. ad Leg. jul. repet.* Alia ex Cicerone collegit Car. Sigon. *de judic.* II. 27. *p.* 425. *seq.* Fuit hæc ex Legibus amplissimis, quippe cujus plura quam centum capita fuisse observat Cic. ad *famil. lib.* 8. *epist.* 7. Quum enim multiforme sit hoc crimen, & quod se facile in omnes species commutat, non mirum profecto est, oppositam illi legem capitibus compluribus constitisse. De pœna criminis, hac lege proposita, omnia satis incerta sunt. Quæ tamen de ea dici possunt, omnia occupavit Ant. Schulting. *Jurispr. vet. ante just. p.* 515.

Julia Miscella de testamentis. Ut conjugi superstiti legatum sibi a demortuo ea lege, ne iterum nuberet, ita capere jussum esset, si intra annum (luctui nondum præfinitus erat annus) juraret, se liberorum quærendorum caussa velle nubere. *Tit. C. de dicta viduit. & Lege julia Miscella toll.* & *Novell.* 22. ubi Justinianus Julium Miscellam hujus legis auctorem nominat. At vide aliam de hac denominatione sententiam infra sub art. *Miscella.*

Julia lex de sacerdotiis. Ut in cooptandis sacerdotibus etiam absentium ratio haberetur. Cic. *lib.* 1. *Epist. ad Brutum.*

Julia lex sumtuaria, quam memorat Gell. *lib.* 2. *c.* 24. Postremo, inquiens, lex Julia ad populum pervenit, Cæsare Augusto imperante, qua profestis quidem diebus ducenti (nummi) finiuntur, calendis, nonis, idibus, & aliis quibusdam festis trecenti.

Julia & Sempronia de limitibus, ut per actuarios limites populo eundi jus esset, sicut per viam publicam: Hygin. *in lib. de limit. constit.* Apud Frontinum autem Tiberii Cæsari constitutio legitur, ex qua hæc desumta sunt: Est & aliud monumentum, quod non longe ab ædibus vel itinere publico constitutum, id est juxta legem Semproniam, & Juliam, quod cardinibus, & decumano constitutum esse monstratur, quod rationem finium recipere videtur, id est, concurrentium linearum, atque secantium se invicem, & ordinem in utroque custodit, limitum rationem discernens.

Julia Theatralis. Ut equitibus Romanis, quibus ipsis, parentibusque equester census umquam fuisset, in quatuordecim ordinibus lege Roscia Theatrali constitutis considere liceret. Suet. *in Aug.* Prin. *lib.* 43. *c.* 2.

Julia & Titia lex de tutoribus. Ut provinciarum præsides mulieribus, pupillisve tutores non habentibus, tutores darent *Tit. Inst. de Attilian. tut.* Lata est anno ab U. C. 712. Cæsare Aug. III. & ex Kal. Maiis M. Titio Aulo Coss. Henr. Vales. ad *excerpt. Peiresc.* unam legem duobus nominibus Julia & Titia notari existimat. Hanc sententiam deseruit Aug. Christ. Marche *in dissertat.* de Tutoribus *ex lege Julia & Titia datis*, duas statuens leges, quarum *Titia* antiquior lata sit anno ab U. C. vel 448. vel 526. sive a C. Titio, sive a Q. Titio Tribunis plebis, *Julia* contra a Cæsare Augusto anno 726. Et sunt sane ejus argumenta nonnullius momenti. Urget enim testimonium Theophili *paraph. pr. Inst. de Attil. Tut.* ubi diserte memorat β. ν μυς Ιουλιον και Τιτιανον *duas leges*, *Juliam*, *&* *Titiam*. Urget copula, *&*, quæ interjici non soleat inter collegarum nomina, a quibus lex aliqua cognominetur. Enimvero quemadmodum non adeo classicum videtur Theophili de re tam antiqua testimonium, ita exemplo non caret copulativa *&*, etiam unius legis auctorum nominibus interjecta. Quod ut uno probetur exemplo, notissima est lex Licinia & Mucia constanter ita vocata a Cicerone *pro Balbo c.* 21. *in Bruto c.* 16. & in fragmentis *orationis pro C. Cornelio perduellion.* Hein. *Hist. jur. civ. lib.* 1. §. 164.

Julia Lex de veneno nominatur a Sueton. in *Neron. cap.* 33. Credit tamen Hein. eam potius partem legis de vi publica, & privata fuisse.

Lex *Julia* de vi duplex est, altera de vi *publica*, altera de vi privata §. 6. *Inst. de interd.* Quas leges etiam *Julias privatorum*, & *publicorum* adpellari notandum est *l.* 1. §. 1. *D. de vi & vi arm. l.* 32. *D. de pœn.* Hæc etiam *Julia vis privatæ* vocatur *in l.* 4. *C. und. vi*. Harum legum, earumque aliquot capitum fit mentio in *l.* 3. §. 5. *D. de test. l.* 3. §. 4. *l.* 12. §. 4. *D. de accus. l.* 8. *D. de sepulcr. viol. l. ult. D. de vi bonor. rapt.* §. 2. *Inst. de usuc.*

Julia lex de vicesima. Vid. infra art. *vicesima*.

JULIANUS Salvius Jurisconsultus, de quo infra art. *Salvius*.

JULIUS *Cæsar* dicitur Imperator maximus in *Novell.* 47. *c.* 1.

Julius Pollux æqualis Ulpiani temporum, quem juris peritissimum Lampridius *in Alexand. c.* 69. vocat, Imperatorique Alexandro in consilio fuisse, refert. Hic in auditorio Aemilii Papiniani, præfecti prætorio, agitatam quæstionem proponit in *l.* 40. *D. de reb. cred.* Fuit hic πολυγραφώτατος; scripsit enim, ut ex Pandectis colligimus, Ad *edictum* libros 80. *Quæstionum* libros 26. *Responsorum* libros 23. *Brevium* lib. 23. *Ad Sabinum* libros 16. *Ad Vitellium* libros 4. *Ad Neratium* libros totidem. *Ad leges*, seu *ad Legem* Juliam, *& Papiam* libros 10. *Ad legem Aeliam Sentiam* libros 4. *Regularum* libros 7. *Sententiarum receptarum* libros 5. *Fideicommissorum* libros 3. *Decretorum*, seu *Imperialium sententiarum* in cognitionibus prolatarum libros 6. Vid. supra art. *Imperialium sententiarum*. Scripsit itemque *De adulteriis* libros 3. *Manualium* æque tres, *institutionum* libros 2. *De officio procons.* totidem, *De jure fisci* totidem, *De censibus* totidem, *Ad edictum Aedilium curulium* totidem: Præterea μονόβιβλα, seu libros singulares plures, quos ordine alphabetico recensebimus. Sunt vero sequentes: De adpellationibus, de adsignatione libertorum, de adulteriis, de articulis liberalis caussæ, de cognitionibus, de conceptione formularum, de dotis repetitione, de excusationibus tutelarum, seu tutorum, de extraordinariis criminibus, de forma testamenti, de gradibus, & adfinibus, de inofficioso testamento, de instructo, & instrumento, seu de *instrumenti* significatione, de jure codicillorum, de jure singulari, de juris, & facti ignorantia, ad legem Cinciam, ad legem Falcidiam, ad Legem Fusiam Caniniam, ad legem Velleiam, de liberali caussa, ad municipalem, de officio adsessorum, de officio consulis, de officio præfecti vigilum, de officio præfecti urbi, de officio prætoris tutelaris, ad orationem D. Marci, seu Atonini, & Commodi, ad orationem D. Severi, de pœnis militum, de pœnis omnium legum, de pœnis paganorum, de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur, de publicis judiciis, ad regulam Catonianam, de secundis tabulis, ad senatus consultum Libonianum, seu Claudianum, ad SC. Orphitianum, ad SC. Silanianum, ad SC. Tertullianum, ad SC. Turpillianum, ad SC. Velleianum, de septem viralibus judiciis, de tacitis fideicommissis, de variis lectionibus, de usuris τῶν ναυτικῶν χαρίων: Hoc amplius & Epitomarum, seu Epitomatorum Alpheni digestorum libros 5. scripserat: Notas item ad libros Digestorum Juliani. Ejus quoque Notæ additæ Marcelli Notis ad Julianum citantur in *l.* 14. *D. de in rem vers.* Notas etiam ad libros Quæstionum, & Responsorum Papiniani scripserat, nec non & notas ad Scævolam. Quin & ad Javolenum notas scripsisse eum, testatur *l.* 69. *D. de adquir. vel omitt. her.* Similiterque ad Plautium notas scripsisse illum testatur *l.* 13. *D. de opt. vel elect. legat.* Atque adeo ex XII. ejus ad Plautium libro desumta est *l.* 49. *D. ad Leg. Falcid.* Sed & Labeonis πιθανῶν libros in epitomen eum contraxisse, notis additis, testimonio sunt *l.* 5. D. *de instruct. vel instrum. l. ult. D. de bon. libert. l.* 65. *D. de adquir. rer. dom. l.* 23. *D. de acceptil. l.* 91. *D. de furt. l.* 23. *l. ult. D. de captiv. l. l. ult. D. de usurp. & usucap. l.* 244. *D. de verb. signif.* quæ omnia capita hanc inscriptionem habent *Labeo libro* πιθανῶν *a Paullo epitomatorum*. Citatur ab Herennio Modestino in *l.* 8. *D. de inoff. test. l.* 6. *l.* 13. *D. de excusat. l.* 18. *D. de SC. Silan.* ut & ab Aemilio Macro *l.* 1. *D. de veteran. & milit. succes. l.* 2. *D. quand. adpell.* & *l.* 13. *D. de re milit.* Ipse vero Ulpianum citat in *l.* 43. *D. de act. emt.* Consultum etiam per litteras non semel a Latino Largo, & Nesennio Apollinari indicant *l. ult. D. qui sin. manumiss. l.* 30. §. 1. *D. de except. rei judic. l.* 83. *D. de legat.* 2. *l.* 34. *D. de negot. gest.* & *l.* 22. *D. ad leg. Falcid.* ut & a Licinio Rufino *l.* 4. *D. quib. ad libert. procl.* Vir prudentissimus vocatur a Gordiano *l.* 6. *C. de nupt.* ejusque liber tertius fideicommissorum citatur in *l.* 1. *C. comm. serv. manum.* Ejusdem liber singularis ad SC. Tertullianum laudatur *l.* 14. *C. de legit. hered.* & liber singularis de publicis judiciis *l.* 6. *C. ad Leg. jul. majest.* & notæ ad Papinianum in *l.* 13. *D. de sentent. pass.* & in *l.* 1. *C. Th. de respons. prud.* Citatur & a Justiniano *l.* 5. *C. de recept. arb.* & §. 1. *Inst. de hered. inst.*

Licebit hic quædam, quæ ad celeberrimi jurisconsulti vitam pertinent, per modum spicilegii subjicere. Eum alii Patavinum, alii Phœnicium, alii Græculum fuisse contendunt. Laur. vero Pignorius *Epist. Symbol. l.* 41. & *singulari libello*, ea de re scripto, Romanum fuisse censet. Sed origo vere incerta est, &, si ex orationis, & stili striligine, ubique fermè obvia, judicandum, vix Romæ, vel in Italia eum lucem vidisse credideris. Fuit in Severi Imperatoris consilio *l. ult. D. de jur. fisc. l.* 97. *D. de adquir. vel omitt.*

amitt. hered. eamdemque postea operam navavit Antonino Caracallæ *l.* 38. *D. de minor.* Fuit etiam inter Papiniani adsessores *l.* 40. *D. de reb. cred.* & ab Elagabalo actus in exsilium, sub Alexandro pristinam dignitatem recuperavit. Aurel. Victor. *de Cæs. c.* 24. Quin & ad præfecturam prætorianam sub eo adspiravit. Lamprid. *in Alex. c.* 26. Vapulat plerisque, tamquam optimorum Jurisconsultorum, ipsiusque Papiniani defricator, Balduin. *Jurispr. Mucian. p.* 299. Petr. Faber *ad l.* 145. *D. de reg. jur.* Ever. Otto *in Papin. p.* 294. nec non tamquam Ulpiani obtrectator, Merill. *lib.* 1. *c.* 33. Sunt etiam, qui in eo variationes deprehendere sibi videntur, ut idem Merill. *lib.* 1. *obs. c.* 9. eidemque exprobrant subtilitatem pene ridiculam, tantasque stili tenebras, ut sæpe rem data opera nebulis involvere voluisse videatur. Nos nec adgnoscimus hæc Paulli nostri elogia, & viro de arte nostra immortaliter merito nævos quosdam facile condonamus. Filiam, vel cognatam saltim, habuisse videtur Juliam Paullam γυναικα ευγενεστατην, *illustris prosapiæ feminam*, uti vocatur apud Herodianum *lib.* 5. *cap.* 6. quam Elagabalus aliquandiu uxorem habuit, & cujus numos exposuit Vaillant. *de numism. Imp. p.* 157. *& p.* 269. Hein.

JULIUS AQUILA jurisconsultus incertæ ætatis, cujus ex *Responsorum* libro nonnisi duo supersunt in Pandectis fragmenta, puta *l.* 34. *D. de admin. & per. tut. & l.* 12. *D. de suspect. tut.* Elagabalus uti Juliam Pavillam, de qua paullo ante, ita & Juliam Aquilliam Severam virginem Vestalem in matrimonio habuit. Vaillant. *Numism. Imp. p.* 279. Eam cognatam jurisconsulto nostro fuisse, ex nomine & cognomine colligere par esset, nisi jam illo tempore maxima fuisset gentium familiarumque confusio. *Hein.*

JUMENTUM. Ea adpellatione equus, equa, mulus, mula, & cetera ιπποφορα & dorsuaria animalia continentur. Seneca *Epist.* 76. *Quare fortiu dorso jumenta sint, quæris? Quia eorum hic unus est usus, sarcinam ferre.* Hinc elephanti, & cameli jumentorum operam præstare dicuntur *l.* 2. *in fin. D. ad Leg. Aquil.* Plin. *lib.* 1. *c.* 18. de camelis: *Omnes autem jumentorum in iis terris dorso funguntur.* Columella *lib.* 6. *c. ult.* Jumenta nomen a re traxerunt, quod nostrum laborem, vel onera subvectando, vel arando *juvarent*. At apud veteres aliam verbi hujus significationem & notationem fuisse sciendum est. Gellius enim *lib.* 21. *c.* 1. ex Sex. Cæcilio: Jumentum in XII. Tabulis, uti acciperetur, docet his verbis: Jumentum quoque non id solum significat, quod nunc dicitur, sed vectabulum etiam, quod adjunctis pecoribus trahebatur. Veteres enim nostri Jumentum a *jungendo* dixerunt. Sed & Non. Marcellus: jumentum a jungendo veteres dictum putant, littera in eo nomine adtrita. Nam & vectabulum dicunt, quod nunc vehiculum.

In Aedilium tamen edicto *jumentorum* adpellatione omne pecus non continetur. Nam aliud significant jumenta, aliud significatur pecoris adpellatione. Boves utique jumentorum adpellatione non contineri, sed pecoris, verius est *l.* 37. §. 4. 5. 6. *D. de Aedil. edict.* Boves enim magis *armentorum*, quam jumentorum generis adpellantur *l.* 89. *D. de verb. signif.* ac proinde jumentis legatis boves non continentur, nec contra *l.* 65. §. 5. *D. de legat.* 3.

JUNCIANUM senatusconsultum *l.* 51. §. 8. *D. de fideic. libert.* Conditum est sub Commodo, Aemilio Junio, & Julio Severo Coss. anno ab U. C. 935. *l.* 28. §. 4. *D. eod. tit.* Juncum *Junctum*, & alterum Cos. *Atilium Severum* vocat Lamprid. *in Commod. c.* 4. Immo hic in fastis quibusdam A. Hibius Severus vocatur. Eo SCo cautum fuerat, ut retineret jus patronatus heres, qui non testatoris, sed suum servum manumittere rogatus esset, si vel maxime servus libertatem pronunciatione prætoris esset consequutus. *Hein.*

JUNCTOR servus *l.* 203. *D. de verb. signif.* ubi Cujacius & alii *unctores* pro *junctoribus* substituunt. Goeddeus crasin subesse censet, quasi *junctores* dicuntur pro *inunctoribus*. Alciatus in Commentar. *ad d. l. vectores* legit. Albericus Gentilis junctores interpretatur lecticarios, qui lecticæ gestandæ juncti fuerint. Sed quum alii sint *juncti*, alii junctores, magis est, ut intelligamus servos vectores, qui jumenta vehiculis jungunt.

Unctores pro junctoribus substituit etiam Victorinus *lib.* 37. *var. c.* 1. Sed ipse Cujacius conjecturæ suæ nuncium misit *lib.* 14. *obs. c.* 3. ubi Florentinam lectionem prætulit. Et *junctores* etiam probat. Laur. Pignor. *de serv. p.* 213. Et sane quum voce *adjunctor* usus sit Cicero *lib.* 8. *ad Attic. epist.* 3. quis Latinum negct illud Alfeni *junctor*? Hein.

JUNCTURA in *l.* 6. *C. Th. de scenic.* pro biga equorum. Paull. *lib.* 3. *sent. tit.* 6. §. 91. Carucca cum junctura legata, mulæ quoque legatæ, non multo videretur, propter quotidianam loquendi consuetudinem, ubi Alciat. *lib.* 8. *parerg. cap.* 14. pro simplici negatione *non*, legendum *nec non mul o* existimat. Alias *junctura* est, qua mulæ carrucariæ, boves, aut jumenta ad aratrum junguntur. Jac. Gothofr. in *C. Th. d. l.* 6. interpretatio satis solida videtur. At tanto minus admittenda conjectura Alciati, quamvis quædam veteres editiones habeant *nec non & mulio*. Mulionem enim juncturæ legato contineri, diserte sibi in subjuncta interpretatione negatur.

JUNGERE lignum ædibus *l.* 6. *D. ad exhib.* pupillam filio suo *l.* 66. *D. de rit. nupt.* Jungi enim matrimonio legitimis nuptiis legitur in *l.* 17. *D. eod. tit. l.* 11. §. 12. *D. ad Leg. Jul. de adult.* Jungere inter se litem *l.* 1. *D. de litigios.*

JUNIA *Norbana* Lex de Latinis libertis a M. Junio, & L. Norbano Flacco Coss. quos tempore Tiberii consulatum gessisse Dio Cass. *lib.* 57. *p.* 615. testis est, la-

lata, cujus meminit Justinianus §. *ult. Inst. de libert.* & §. *ult. Inst. de success. libert. l. un. pr. C. de lat. lib. toll. Nov.* 78. *præf.* ut & Ulp. *Reg. tit.* 1. §. 10. *tit.* 3. §. 3. ita Brisson. At

Consules isti, a quibus lex nomen tulit, rectius vocantur M. Junius Silanus, & L. Junius Norbanus, qui fasces tenuerunt anno ab V. C. 771. Hermannum Noordkerkium, qui *in Disquis. de lege Petron. p.* 91. legem hanc centum annis ante, C. Junio Norbano Balbo, & L. Cornelio Coss. latam existimat, refellit Jo. Guil. Hoffmannus *de leg. jul. de adult. c.* 1. *p.* 107. Hein. Hac autem lege fuit constitutum, ut manumissi per epistolam, aut inter amicos, aliisque modis minus sollemnibus non civitatis, sed Latinorum tantum jura consequerentur, ceu locus ex Ulpiano citatus ostendit. Hinc Latini Juniani, quorum eadem erat conditio, ac Latinorum in colonias deductorum, Ulp. *Reg. tit.* 19. §. 4. *Fragm. Reg. ex vet. jureconf. VIII. pag. m.* 805. quales coloniæ passim in orbe Romano exstabant etiam ævo Imperatorum. Ez. Spanhem. *Orb. Rom. Exercit. I.* 9. Libertate igitur gaudebant, participes erant commerciorum, & mancipationum cum civibus. Ulp. *tit.* 19. §. 4. & familiæ emtores, & testes, & libripendes fieri, Ulp. *tit.* 20. §. 8. quin & fideicommissum capere poterant Ulp. *tit.* 26. §. 6. Sed tamen nihil ex testamento capere poterant, nisi intra centum dies a cretione jura Quiritium consequerentur. Nec testari iis licebat Ulp. *tit.* 17. §. 1. nisi forte volentibus, concedentibusque patronis. Nam & domini permittere poterant ipsis servis testamenti factionem, ceu adparet ex Plin. *lib.* 8. *epist.* 18. Vid. infra art. *Latini*.

Junia Petronia lex de libertate memoratus In *l.* 24. *D. de manumiss.* Hanc tulere C. Iunius Cæsonius, Petronius Turpilianus Coss. anno ab V. C. 813. ut si dissonantes pares judicum exstarent sententiæ, pro libertate pronunciaretur. Ab eodem quoque Petronio lex Petronia de servis lata infra memoratur art. *Petronia*.

Junia Velleja lex *l.* 10. §. 2. *D. de testam. tut. l.* 13. *in fin. D. de injust. rupt. irrit.* Et ita emendandum est hoc nomen in §. 2. *Inst. de exher. liber.* ubi vulgo perperam *Julia* legitur. Idemque error est apud Ulp. *tit.* 22. §. 19. Ad eam vero legem Paullum librum singularem scripsisse, index Pisanus testatur. Fit præterea ejus mentio in *l.* 29. *D. de lib. & posthum. l.* 3. §. 1. *D. de injust. rupt. irrit. l.* 6. §. 1. *D. de hered. instit. l.* 2. *D. de vulg. & pupill. subst. l.* 2. *C. de lib. prat. l.* 34. *C. de inoff. testam.* Hujus sententia fuit, ut qui testamentum faceret, omnem virilis sexus, qui ei suus heres futurus erit, cum nascetur, instituendi, exheredandive potestatem haberet, etiam si vivo testatore nasceretur. Item ut si quis ex suis heredibus suus heres esse desineret, liberi ejus, & ceteri in locum suorum sui heredes succederent *d. l.* 29. *D. de lib. & posthum.* Vel sic, ut qui testamentum faceret, omnes eos virilis sexus necessario institueret heredes, qui cum nascerentur, ei heredes sui futuri essent, eorumque in locum liberi succederent, qui nisi instituti essent, aut si exheredati ad exemplum posthumorum essent, testamentum ne valeret. Duplex itaque in hac lege caput fuit, primum, ut mortuo filio nepotes nondum nati, possint institui, item, ut vivente filio, nasci:uri nepotes possint institui, si, avo vivente, & mortuo filio nascentur, ne facti sui, cum nascentur, si se præteritos invenerint, rumpant testamentum. Altero capite cautum est, ut nepotes jam nati, vivente filio, ab avo heredes instituantur, vel nominatim exheredentur, ne forte mortuo post testamentum filio, facti sui heredes, ad exemplum posthumorum restamentum infirment.

JUNIANI Latini apud Ulp. *tit.* 1. *regul.* §. 10. & *tit.* 11. Vid. supra *Junia Norbana lex*.

JUNIORATUS, beneficium ecclesiasticum, quod junioribus clericis dabatur, vel reditus, qui in ecclesiis junioribus clericis adsignabatur.

JUNIORES ludi pœna adfici solent *l.* 8. §. 11. D. *de pœn.*

Juniores pro tironibus in *tit. Cod. Th. de tiron. & agent. in reb.*

Juniores in ordine ecclesiastico sunt ii, qui inferioris gradus sunt, ut diaconus dicitur junior presbytero in *Concil. Emerit. c.* 5. Dein videntur adpellati quivis clerici post subdiaconos, ut sunt lectores, exorcistæ, ostiarii, fossarii in *Capitul. Car. M. lib.* 1. *c.* 21.

JUNIUS *Gracchanus* citatur in *l.* 1. *pr.* & §. 1. *D. de offic. quæstor.* ubi dicitur, eum libros de potestatibus, quorum septimus ibi laudatur, scripsisse. De his vide Guil. Grot. *de vit. jurisc. lib.* 1. *c.* 9. ubi eum e jurisconsultorum numero excludit. Vid. supra art. *Gracchanus*.

Junius Mauricianus jurisconsultus Imperatoris Antonini temporibus, ut adparet ex *l.* 23. D. *de usu & usufr. l.* 47. D. *de legat.* 2. Hic ad Leges, seu ad Legem Juliam & Papiam libros 6. scripsit, De pœnis libros aliquot, ex quibus supra secundum, alius nullus in pandectis laudatur. Atque hic est *Mauricianus*, a quo Julianum recte reprehensum, ait Ulpianus *l.* 7. §. 2. D. *de pact.* Nec uno hoc loco, verum etiam in *l.* 25. §. 1. D. *de usufr.* notatur a Mauriciano Julianus. Fuit hic Junius Mauricianus procul dubio filius adoptivus Junii Maurici, fratris celeberrimi Stoici Junii Aruleni Rustici. Hic enim quum plures filios reliquisset, unum ex his a patruo Junio Maurico fuisse adoptatum, tradit Plinius *lib.* 2. *epist.* 5. ex qua adoptione ipsi nomen adoptivum Junii Mauriciani hæsisse oportet. Hein. ad h. v. & in *Histor. jur. civil. lib.* 1. §. 237. & 309.

JUPITER Tarpeius, inter eos fuit Deos, quibus Romani ridiculo instituto jus liberorum dederant, ut ex testamentis capere possent. Dio Cass. *lib.* 4. *init.* Ulpian. *Reg. tit.* 22. §. 6. Cognomen hic Jupiter ha-

habuit a rupe Tarpeia, cui Capitolium impositum. De eo plura Pet. Faber. *lib. 3. semest. 4. c.* 4. Hein.

JURAMENTUM. Id vocabulum occurrit in *l.* 25. §. 3. *D. de probat.* Sed eum locum a Triboniano esse interpolatum, credit Cujacius. At eodem vocabulo & alibi usus est Ulpianus *l.* 34. §. 5. *D. de jurejur.* quin & Seneca *lib.* 2. *de Clement. c.* 1. ubi philosophus: O vocem in concionem omnium mortalium mittendam, in cujus verba principes, regesque *juramentum* faciant. Quamquam & hoc loco damnarint eam vocem Lipsius, Muretus, Gruterus, & And. Schottus, qui pro *juramentum faciant*, rescripserunt *jurent*. Alias Justiniano usitatissimum est hoc vocabulum. Vid *l.* 1. *pr. l.* 2. *pr.* §. 2. *in fin.* §. 3. §. 8. *C. de jurejur. propt. calumn. l.* 4. §. 1. *seq. C. de recept. arb. l.* 14. §. 1. *C. de judic. l.* 11. *in fin. l.* 12. *pr.* §. 1. 3. 4. 5. *C. de jurejur.* Hæc Tabor: At certum est, id vocabulum ante quartum sæculum a nullo bono auctore esse usurpatum, & nec Senecæ, nec Ulpiani testimonia esse indubiæ lectionis. Vid. Christ. Cellar. *in Cur. poster. sub hac voce*. Hein.

Juramenti vocabulo adpellatur purgatio canonica. Ejus autem effectus est, ut qui impositum delictum a se amoliri vult, id præstito sacramento diluat, cui quidam in rebus haud magni momenti vel accusator desit, aut nullas habeat probationes, aut habeat illegitimas, quæ non admittuntur. Quod si res majoris esset momenti, non solus, sed ut vulgo dicitur, *sola manu sua* jurabat reus, sed alii deligebantur, qui id ipsum, quod ille, perinde jurarent, vel saltem sacramento affirmarent, quæ ille juraverat, vera esse. Horum augebatur numerus pro rei, vel caussæ, de qua agebatur, momento. In sacramento varii observati ritus, ac primo ea peragebantur a jejunis, *Capitula Car. M. incerti anni* 39. in ecclesia *Capitul. Car. M. lib.* 6. *c.* 209. super crucem, super altare, super sancta evangelia *ibid. l.* 5. *c.* 34. super canonem ecclesiæ, super sanctas reliquias & tumulos &c. Plures jurandi modos, & formulas dabit Du-Fresne in *Glossar.*

JURARE de calumnia *l.* 16. *D. de jurej.* id est; jurare, se non calumniæ caussa quid postulare, vel desiderare, ut *l.* 15. *D. ad exhib.* *Jurare* per caput suum, vel filiorum suorum *l.* 3. §. *ult. l.* 4. *D. de jurejur.* conceptis verbis Gell. *lib.* 7. *c.* 11. per Deum *l.* 3. §. *ult. l.* 33. *D. de jurejur.* propositis sacrosanctis evangeliis *l.* 2. *pr. Cod. de jurejur. propt. calumn. Auth. sed judex C. de episc. & cler. & aliis locis*; per genium principis *l.* 13. §. *ult. D. de jurejur.* per salutem suam *l.* 5. *l.* 3L. *D. eod. tit.* Vid. infra art. Jusjurandum.

Jurare in litem *rubr. D. de in lit. jur.* est religione jurisjurandi declarare, quanti æstimetur tota res controversa ab actore. Cum enim judex in hoc juramento adfectum actoris, & fidem sequatur in litis æstimatione propter contumaciam non obtemperantis, merito dicitur jusjurandum *in litem*, quasi in universam æstimationem litis, nulla certa consideratione in unam, aut alteram rem facta. Quemadmodum fere *in factum* agere dicimus, qui in totam facti seriem experitur, nulla specialiter introducta ex facto persequendi formula. Quare alias in litem, alias adfectionis juramentum dicitur *l.* 5. §. 1. *D. ne quis eum, qui in jus voc. l.* 1. *& seq. D. de in lit. jur. l.* 4. *D. eod. tit.* Vide infra *jusjurandum in litem*.

JURATUS pro adjuratus. *Juratus* scripsit *l.* 13. *D. de dot. præleg.*

JURATO promittere *l. ult. D. qui satisd. cog.*

JURGARE. Eutych. *lib.* 2. *de discernend. conjug. p.* 2177. ab eo, quod est *jure urgeo*, deductum, ait, verbum erat XII. Tabularum, ex quibus Cicero *lib.* 4. *de republ.* hæc retulit: *Si jurgant*, subditque, *benevolorum concertatio, non lis inimicorum jurgium dicitur*. Et mox *jurgare igitur lex putat inter vicinos, non litigare jurgentibus*, id est, litigantibus *l.* 6. *C. de postul.* & ita jurgere accipe in *l.* 24. *l.* 30. *C. Th. de adpell. l. un. C. Th. de domin. rei quæ posc. l.* 6. *C. Th. de eurisd. l. un. C. Theod. de dilat. & consens.* Ita

JURGIUM litem, & controversiam significat in *l.* 35. §. 1. *C. de donat.* Apud veteres *jurgia* plerumque a litibus separantur Cic. *lib.* 1. *de divinat. c.* 45. Litibus & jurgiis se abstinere. Idem *lib.* 2. *de legib. c.* 8. Jurgia feriis amovento. Ovid. *lib.* 1. *fastor. v.* 75. Lite vacent aures, insanaque protinus absint *jurgia*.

Jurgium vox veluti propria iis, qui de finibus regundis litigant. Hinc jurgium finale *l.* 4. *l.* 5. *C. Theod. fin. regund. l.* 5. *C. Justin. eod. tit.*

Jurgium quoque iram, & animorum contentionem inter conjuges significat *l.* 27. *D. de pact. dot.* Et ita jurgium a divortio separatur in *l.* 31. *D. de jur. dot.* Juvenal. *satyr.* 3. Semper habet lites, alternaque jurgia lectus, in quo nupta jacet. Sed & in lapide apud Grut. *p.* 963. 2. Irenæus quidam laudat Aureliam Cattam conjugem, *quæ vixit an.* 24. *sine jurgio*.

JURIDICUS, qui jus aliquo loco dicit, ac reddit *l.* 41. §. 5. *D. de fideic. libert.* & apud Jul. Firmic. Matern. *lib.* 3. *Mathem. c.* 12. & Apulei. *de Asin. aur. lib.* 1. *p.* 105. Jul. Capitolin. *in M. Antonin. c.* 11. Datis *juridicis* Italiæ consulit ad id exemplum, quo Hadrianus consulares viros jura reddere præceperat. Atque hoc speciali *Juridici* nomine insignitus fuit is, qui Alexandrinæ jurisdictioni præerat *rubr. tit. D. & C. de offic. jurisd. Alex. civit.* δικαιοδότην vocat Strabo *lib.* 17. *p.* 1147.

Juridicorum vocabulum maxime notum fuit sæculo Christiano secundo, & sequentibus, quibus celebrantur Juridici per Flaminiam, & Picenum apud Gruter. *p.* 1093. 3. item per Apuliam & Picenum *ibid. p.* 465. 5. 6. Asturiæ, & Gallæciæ *p.* 463. 4. Juridicus Alexandrinæ civitatis, qui velut κατ' ἐξοχὴν id nomen tulit non uni illi civitati jus dixit, ceu credidisse videtur Bris-

Brissonius, sed cum Præfecto Aug. universam Aegyptum rexit, cujus actiones videtur simul speculatus ne res novas moliretur. Cujac. *lib.* 20. *Obs. c.* 51. Reines. *ad Inscript. p.* 271. Hinc vocatur *Juridicus per Aegyptum* apud Gruter. *p.* 372. 4. quin ex constitutione Græca, quam laudatus Cujacius eo loco protulit, patet, solum Juridicum Alexandriæ, & Thebaidos Præsidem relegare potuisse in Oasin. Relegare autem in locum, qui ipsi non subesset, nemo poterat *l.* 7. §. 9. *D. de interd. & releg.* adeoque non solum Alexandriam, sed totam Aegyptum, Lybiamque sub ejus non minus, quam Præfecti Augustalis dispositione fuisse oportet. *Hein.*

JURISCONSULTUS. Ita adpellatus, qui jura publice interpretatus est, vel cui a Cæsare jus respondendi datum, & cui permissum jura concedere §. 8. *Inst. de jur. nat. gent. & civ. l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* Cic. *de orat. lib.* 1. *c.* 48. Sin autem quæretur, Jurisconsultus quisnam vere nominaretur, eum dicerem, qui legum, & consuetudinis ejus, qua privati in civitate uterentur, & ad respondendum, & ad agendum, & ad cavendum peritus esset. Theophilus *in* §. 8. *Inst. de jur. nat.* Επετετραπτο δε τουτοις δημοσια νομοθετειν, ηγουν τους νομους ερμηνευειν, οιτινες Jurisconsulti προσηγορευοντο, τουτεστιν, οι περι του νομου ερωτωμενοι, consulere γαρ εστι το ερωταν. Concessum autem erat eis, ut publice jura constituerent, vel interpretarentur, qui & jurisconsulti adpellati sunt, quod de jure consulerentur, nam consulere interrogare est. *Juris* item *auctores*, & *studiosi*, & *juris prudentes* vocantur. Horum partes erant cavere, consilium dare, in consilium adhiberi a magistratibus, iisque adsidere, libellos agere, rescribere, de jure respondere, vadimonia concipere, de quibus singulis suo loco. Testamentis etiam condendis, scribendisque adhibitos esse, constat ex Cicerone *lib.* 2. *de orat. c.* 6. Suetonio in *Neron. c.* 31. aliisque, ad eumque morem respiciens Lucius Titius *l.* 88. §. *ult. D. de legat.* 2. Lucius Titius, inquit, hoc meum testamentum scripsi sine ullo jurisperito, rationes animi mei potius sequutus, quam nimiam, & miseram diligentiam, et si minus aliquid legitime, minusve perite fecero, pro jure legitimo haberi debet hominis sani voluntas.

Admonendi autem sumus, diversus Jurisconsultorum scholas exstitisse. Quæ res originem ab Antistio Labeone, & Ateio Capitone duxit, qui duo, ut ait Pomponius in *l.* 2. §. 47. *D. de orig. jur.* primum diversas sectas fecerunt. Nam Ateius Capito in his, quæ ei tradita fuerant, perseverabat, Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & ceteris operis sapientiæ operam dederat, plurima innovare instituit. Proculus plane, & Sabinus, & Cassius eas dissensiones valde auxerunt. Et inde adpellati sunt partim *Proculeiani*, partim *Sabiniani*, partim *Cassiani*, ut idem Pomponius *d. l.* 2. §. *ult. D. de orig. jur.* scribit. Quarum invicem pugnantium scholarum fit mentio *l.* 11. *D. de adquir. dom.* §. 2. *Inst. de emt. vend.* §. 8. *Inst. de mandat.* §. 25. *Inst. de rer. divis.* & apud Ulpian. *Regul. tit.* 11. §. 28. Earum dissidentes aliquas sententias reperies cum in locis jam indicatis, tum in *l.* 1. *D. de contrah. emt. l.* 7. §. 7. *D. de adquir. rer. dom. l.* 27. *l.* 28. *l.* 138. *D. de verb. oblig. l.* 26. §. 2. *D. de legat.* 1. *l.* 1. §. 14. *D. ad leg. Falcid. l.* 14. *D. de jur. codicilli.* Observandæ etiam sunt dissensiones Jurisconsultorum in *l.* 5. §. 1. *l.* 30. *D. de legat.* 1. *l.* 29. *pr. &* §. 1. *l.* 100. §. 1. *D. de legat.* 3. *l.* 15. *l.* 26. *D. de instruct. vel instr. leg. l.* 6. §. 4. *D. de pecul. legat. l.* 36. *D. de aur. arg. mund. leg. l.* 12. *D. quand. dies leg. ced.* Quin & Proculus, & Pegasius dissentiunt, ut in *l.* 11. *D. de jurisd.* Contra interdum Nerva, & Cassius consentiunt, & a Proculo, & Sabino dissentiunt, ut in *l.* 1. *D. de act. rer. amot.* Successio utique Labeonis scholæ fuit hujusmodi: M. Antistius Labeo. 2. M. Cocceius Nerva pater. 3. M. Cocceius Nerva filius. 4. Sempronius Proculus. 5. Pegasus. 6. Juventius Celsus pater. 7. Juventius Celsus filius. 8. Neratius Priscus.

In alias vero partes discesserunt, diversamque sententiam amplexi sunt 1. Ateius Capito 2. Masurius Sabinus. 3. C. Cassius Longinus. 4. Coelius Sabinus. 5. Priscus Javolenus. 6. Alburnus Valens. 7. Tuscianus. 8. Salvius Julianus.

Cæterum non alienum hoc loco fuerit, juris auctores omnes, qui tam præclaram boni, & æqui artem, divinarum atque humanarum rerum notitiam, justi atque injusti scientiam scriptis responsisque suis excultam ad summum fastigium evexerunt, nomina edere, & sub uno veluti adspectu ponere. Jurisconsulti certe, qui in Pandectis memorantur, fere sunt ii, quos seriem litterarum, non ordinem, rationemve temporum sequutus subjecit Brisson.

Aburnus Valens.
Aelius Gallus.
Aelius Marcianus.
Aelius Tubero.
Aemilius Macer.
Aemilius Papinianus.
Alfenus Varus.
Anteus.
Antistius Labeo.
Appius Claudius unus ex decemviris.
Appius Claudius Centimanus.
Arrianus.
Arrius Menander.
Ateius Capito.
Atilicinus.
Aufidius Namusa.
Aufidius Tucca.
Aulus Cascellius.
Aulus Ofilius.
Aurelius Arcadius Charisius.

Bal-

Balbus Lucillius.
Blaesus.
Brutus.
Coelius Antipater.
Coelius Sabinus.
C. Aquilius Gallus.
C. Ateius Pacuvius.
C. Cassius Longinus.
Caius Juventius.
C. Scipio Nasica.
C. Trebatius Testa.
Callistratus.
Campanus.
Cattilius.
Cinna.
Claudius Tryphoninus.
Claudius Venuleius Saturninus.
Cornelius Maximus.
Domitius Ulpianus.
Drusus.
Flavius Mela.
Flavius Priscus.
Florentinus.
Fusidius.
Fusius Anthianus.
Gaius.
Gallus Aquila.
Granius Flaccus.
Herennius Modestinus.
Hermogenianus.
Julius Paullus.
Junius Gracchanus.
Junius Mauricianus.
Juventius Celsus pater.
Labeo.
Laelius.
Licinius Rufinus.
L. Crassus Mucianus.
M. Manilius.
M. Porcius Cato.
Massurius Sabinus.
Messius.
Minicus.
Nerva, pater.
Nerva, filius.
Octavenus.
Paconius.
Papirius Fronto.
Papirius Justus.
Paullus Virginius.
Pegasus.
Plautius.
Pomponius Priscus.
Priscus Fulcinius.
Priscus Javolenus.
Priscus Neratius.
Publicius Gellius.
Publius Ælius.
Publius Attilius, Sapiens.
P. Juventius Celsus, filius.
Publius Mucius.
P. Rutilius Rufus.
Puteolanus.
Q. Cervidius Scœvola. P. F. Pontif. Max.
Q. Mucius, Volusi auditor.
Q. Saturninus.
Q. Tubero.
Rutilius Maximus.
Salvius Aristo.
Salvius Julianus.
Sempronius Proculus.
Sempronius Sophus.
Servilius.
Servius Sulpicius.
Sex. Ælius.
Sex. Cæcilius Africanus.
Sex. Papirius.
Sex. Pædius.
Sex. Pompeius.
Sex. Pomponius.
Tarunteius Paternus.
Terentius Clemens.
Tertullianus.
Tiberius Coruncanius.
Titus Cæsius.
Tuscianus.
Valerius Severus.
Varius Lucullus.
Venuleius Saturninus.
Vindius.
Vitellius.
Vivianus.
Ulpius Neratius Marcellus.
Volusius Maecianus.
Urseius Ferox.

JURISDICTIO late accepta, quemadmodum & hodie vulgo accipitur, est jus adplicandi Leges factis hominum in civitate summi Imperantis auctoritate. Atque ita imperium etiam, de quo supra suo loco dictum est, significat, & ad caussas criminales pertinet, ceu patet ex *l. 2. C. de privil. schol.* his verbis: In criminalibus controversiis, & publicis tributis congruam jurisdictionem observare. Vid. supra art. *Imperium.*

At *Jurisdictio* in specie Romanis fuit jus cognoscendi absque exsequutione, seu cognitio nec armata. Hanc autem habent & explicant, qui juridicundo præsunt, sive ipsi extra ordinem cognoscant, sive dent judices, eosque judicare jubeant, & idcirco a ne-

notione separatur in *l. 5. D. de re judic. l. 99. D. de verb. signif.* quæ fuit jus a magistratu delegatum in certa aliqua caussa cognoscendi. Qualis erat judicis a Prætore dati, qui cognoscebat saltim, non vero suo nomine pronunciabat, id quod liquet ex formula, sub qua dabatur *Si paret ... condemna*. Vid. *l. 99. D. de verb. signif.* Ulpianus *l. 3. §. ult. D. de jurisd.* Jurisdictio, ait, est etiam judicis dandi licentia τὸ γὰρ διδόναι δικαστὴν δικαιοδοσίας ἐστιν. *Judicem enim dare, jurisdictionis est*, inquit Harmenopulus *lib. 1. tit. 4. §. 1.* Judicem utique dare possunt, quibus hoc lege, vel constitutione, vel SC. conceditur, item hi, quibus id more concessum est propter vim imperii sicut præfectus urbi, ceterique Romani magistratus *l. 12. §. 1. D. de judic.* Jurisdictio ergo est magistratuum, non etiam judicum datorum *l. 5. l. 57. D. de re judic. l. 5. D. de verb. obl. tot. tit. Inst. de divis. stip.* eaque complectitur potestatem in possessionem mittendi, in integrum restituendi, judicem dandi.

Jurisdictio assidua in *§. 1. Inst. de fideicomm. hered.* id est, perpetua extraordinariæ opposita. Ita in *jurisdictionem assiduam conversum* de fideicommissis accipiendum, quod in locum extraordinariæ jurisdictionis perpetua de his prætorum fideicommissariorum jurisdictio surrogata est. Ita Heineccius recedens ab interpretatione Scipionis Gentilis *lib. 1. de jurisd. c. 1. p. 5.* hunc locum comparantis cum *l. 3. §. 1. D. de recept. arb.* in qua quid extra necessitatem jurisdictionis esse dicitur, ut sensus sit, fideicommissa initio libera fuisse, postea homines a magistratibus ea solvere coactos.

Jurisdictio delegata est, quæ in certa aliqua caussa ab eo, qui propriam habet, alteri exercenda datur. Vocabuli *delegare* latinitas immerito in dubium vocatur, idem vero est ac mandare, ita enim laborem alteri delegare Cælius *lib. 8. ep. 1. ad Cic.* scripsit & *l. 32. §. 16. D. de recept. arb.* idem confirmat. Et ita quidem delegata jurisdictio idem est, quæ mandata, de qua mox. Servavit tamen usus, qui juri canonico debetur (vid. *tit. 10. de offic. Jud. deleg.*) neque omnino refragatur *Tit. C. de jud.* ut delegatus dicatur, cui non omnis jurisdictio, sed tantum in aliqua caussa mandata est. Et ab hac diversa est.

Jurisdictio mandata, quam is, qui imperantis nomine exercet, alteri concedit totam. Hæc igitur opponitur propriæ; mandatarius eam enim non suo jure, sed beneficio ejus, cui concessa erat exercet, adeoque mandantis personam repræsentat *l. 1. §. 1. D. de off. ejus cui mand. jurisd.* Scilicet fieri poterat, ut Prætor, Proconsul, aliusve magistratus aliunde evocaretur, quo casu necesse erat, ut alium in locum suum substitueret, qui eo absente jus diceret. Tale factum a M. Æmilio Prætore legimus apud Livium *lib. 34. c. 44.* VVurffel. *jurispr. defin. §. 89.* Mandare autem jurisdictionem is demum potest, qui eam suo jure, non alieno beneficio habet *l. 5. D. de jurisd.* Et illa mandata, ea demum, quæ jure magistratus competant, non item, quæ speciali lege, vel Senatusconsulto, vel constitutionibus Principum tribuuntur, transferuntur *l. 1. D. de offic. ejus, cui mand. jurisd.*

Jurisdictio vero propria est, quam quis suo jure, non alieno beneficio habet, ut ait *d. l. 5. D. de jurisd.* id est, quam ipse magistratus exercet, seu quam a magistratu non accepit, qui habet. Vid. art. *judicis* ordinarii.

Jurisdictio voluntaria dicitur jus confirmandi, id est, legi convenire testandi, ea quæ unus, vel plures inter se fieri volunt. Quæ *confirmatio* vel cum, vel sine conditione fit, illo casu *mixta*, hoc *mera*. *Mixta* v. g. competebat, si quis hominem sui juris adrogare vellet. Ibi antequam populus initio, post magistratus arrogationem confirmaret, inquirebatur in facultates adrogatoris, & adrogandi, aliaque plura. Ita & transactio super alimentis in testamento relictis *leg. 8. pr. D. de transact.* alienatio bonorum minorum *l. 1. D. de reb. eor. qui sub. tut. &c.* non nisi prævia inquisitione confirmantur. *Mera* confirmatio in usu est, cum confirmantur testamenta, contractus, transactiones, unde & talis confirmatio semper fit salvo jure tertii. Hæc autem *jurisdictio voluntaria* nomine venit, quia omnium voluntas hic concurrit, petentium scilicet, & confirmantis.

Jurisdictio contentiosa est jus cognoscendi de factis dissentientium inter se, iisdemque leges adplicandi.

Jurisdictio prorogata dicitur, si cui jurisdictione gaudenti, sed non in personas litigantium, ab his defertur facultas cognoscendi de factis suis, legesque iisdem adplicandi. Inconcinne satis hoc vocabulum, in juris Romani voluminibus nullibi obvium, huic notioni accommodare ICtos, elegans observatio est Perizonii *Animadv. hist. c. 6. p. 229. seq.* Prorogare enim nativo suo significatu notat populi rogatu proferre, vel producere aliquid. Vide infra in verba *prorogare*, adhibeturque solum de tempore *l. 2. §. 2. 3. D. de judic. l. 24. pr. D. loc. l. 19. pr. D. de legat. 1.* ideoque prolatam vel propagatam jurisdictionem eam dicere maluit Perizonius *l. c.* cui subscribit Noodt. de *Jurisd. c. 12.* Est conventionalis. Differt judex prorogatus ab arbitro, qui pariter conventione constituitur, in eo, quod ille jurisdictione, & quidem ea specie, sub quam lis cadit, gaudeat *l. 3. C. de jurisd. l. 61. §. 1. D. de judic.* arbiter vero privatus esse possit. Hinc caussa matrimonialis in judicem secularem prorogari nequit, bene vero ejus arbitrio poterit committi. Vid. VVurffel. *jurispr. defin. 1. 100. & seq.*

Jurisdictio aliquando denotat legem judiciariam, vel edictum perpetuum, ut in *l. 2. C. de test. mil. l. 31. D. de Leg. Cornel. de fals. l. 2. C. de condit. serv.* & aliis pluribus locis. Edictum præterea vocatur forma jurisdictionis *l. 3. §. 1. D. ut legat. seu fideicom-*

com. l. 13. *C. de testam. l.* 9. *C. de legat.* jurisdictionis tenor *l.* 5. *C. de his quæ vi metusv. causs.* modo perpetua jurisdictio *l.* 2. *C. de restit. mil.* Et eo pertinent loquutiones moderari jurisdictionem, itemque eam temperare *l.* 11. *D. de in jus voc. l.* 2. *C. quæ res pign.*

JURISPERITUS. Vid. *Jurisconsultus*.

JUS vocabulum valde πολύσημον pluribus modis dicitur, uno modo jus dicitur complexus legum. Atque aliud est Divinum, aliud humanum. Illud rursus est vel naturale, vel positivum. Hoc est quod ratio humana non assequitur, quodque nisi Deus per se, vel ministros revelaverit, constitutum non intelligitur.

Naturale vero *jus* est, quod assequitur humana ratio ex eo, quod cernit, quid naturæ hominum conveniens quidve ab ipsa recedens sit. Hoc vero est vel primarium, vel secundarium. *Primarium* est, quod homini qua tali simpliciter considerato adplicatur. *Secundarium*, quod hominis factum accedens præsupponit, sub quo hoc, illudve justum est.

Jus Gentium autem dicimus ipsum *jus naturale* negotiis gentium ut personarum moralium consideratarum adplicandum. Ita quidem nos. Jurisconsulti vero Romani, iique stoæ addicti definiebant, *Jus naturale* id, quod natura omnia animalia docuit *l.* 1. §. 3. & 4. *D. de just. & jur.* quod quidem minus late patet ac id, quod modo definivimus, si quidem eo Ulpianus tantum significat, quod naturæ hominis, & brutorum communi respondet; sub nomine *juris gentium* comprehendens id, quod e natura hominibus propria derivatur *leg.* 1. §. 4. *D. eod. tit.* Hocque in *primarium*, & *secundarium* non verbis ipsis, sed ex sententia dividebant, unum dicentes *quod naturalis ratio* (non natura communis omnium animalium, sed propria hominibus) *inter omnes homines constituit*, *& apud omnes peræque custoditur* §. 1. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.* alterum *quod usu exigente, & humanis necessitatibus est introductum* §. 2. *Inst. eod. tit.* vel uti Modestinus *l. pen. D. de Legib. quod necessitas constituit*. Quæ definitiones non abludunt ab iis, quas juris naturalis utriusque *primarii*, & *secundarii* modo adduximus.

Jus humanum alias *civile* est, quod quilibet Imperans in civitate constituit. Vel ut Caius *in l.* 9. *D. de just. & jur. quod quisque populus* (in regimine democratico) sibi constituit, *& cujusque civitatis* (ab eo quolibet constitutum qui leges ferendi jus habet) *proprium est*. Κατ' ἐξοχὴν civile vocatur jus Romanum, vel Quiritium; quemadmodum & Roma κατ' ἐξοχὴν urbs dici solet §. 2. *Inst. de jur. nat. gent. & civ.*

Jus Civile angustiori significatu dictum vide supra in art. *Civile*.

Porro *jus Civile* modo jus publicum denotat, uti *l. ult. pr. C. Th. de collat. donat.* de quo mox dicemus, modo jus privatum proprium illud civium Romanorum, de quo modo dictum.

Jus canonicum, compilatio legum Ecclesiasticarum ab ecclesia in normam recepta. Hujus partes sunt tres. 1. Vetus Codex canonum. 2. Quinque libri decretalium editi a Gregorio IX. sed a Bonifacio VIII. Clemente V. & aliis Pontificibus aucti. 3. Constitutiones Conciliorum generalium, & summorum Pontificum, post libros Decretalium pro tota ecclesia per modum legis præscriptæ.

Jus commune interdum juri proprio cujusque civitatis opponitur, ipsumque illud est, quod alias jus gentium dicunt, nos jus naturale adpellamus. Sic κοινὸν νόμιμον apud Euripid. *in Orat. v.* 496. Aliquando vero jus commune juri singulari, veluti militari opponitur. Vid. supra art. commune.

Jus partitum, cujus libros scripsit Ofilius *l.* 55. §. 7. *D. de legat.* 3.

Jus prætorium, quod prætores introduxerunt adjuvandi, supplendi, corrigendive juris civilis gratia propter utilitatem publicam, quod & honorarium dicitur, ad honorem prætorum sic nominatum *l.* 7. *D. de just. & jur.* Vid. art. *prætorium* jus, & *honorarium*.

Jus publicum pro lege publice constituta, quo differt a lege privata, id est, pactione condictione, quæ in contractibus apponitur, idemque *jus vulgatum* adpellatur *in l.* 32. §. 24. *D. de don. int. vir. & ux.* Et ita accipe *jus publicum* in his quæ sequuntur. Patronus impuberi liberto quosdam ex libertis tutores, aut curatores testamento dedit. Quamvis eos idoneos esse constet, nihilominus *jure publico* potuerunt excusari, ne decreto confirmentur *l.* 30. *in fin. de excus. tut.* An *jure publico* uti possit, & nihilo minus trium filiorum nomine vacationem postulare *l.* 36. *in fin. D. eod. tit.* Patronus quoque tutor liberti sui fidem exhibere debet, & si qua in fraudem debitorum, quamvis pupilli liberti gesta sunt, revocari *jus publicum* permittit *l.* 8. *D. de tutel.* id est, Paulliana actione. Vid. *cit. quæ in fraud. cred.* Ex sententia Senatusconsulti Liboniani tutor non erit, qui in testamento pupillo tutorem scripsit. Cum autem patris voluntas hoc ipsum manu sua declarantis ambigua non esset, eum quamvis alii tutores essent, curatorem dandum respondi, nec admittendam excusationem, quam *jure publico* habebat, quoniam promisisse videbatur, nec ut suspectum removeri *l.* 29. *D. de testam. tut.* Venditionem irritam esse constabit, *jure publico* caussam pignorum integram obtinebis *l.* 7. §. 6. *D. de donat. int. vir. & ux.* *Jure publico* habere excusationem *leg.* 29. *D. de testam. tut.* Ideo autem vocatur jus publicum, quod publica auctoritate, non voluntate privatorum sit introductum, vel etiam quod publica quadam utilitate sit constitutum. Hinc usucapio *publico* jure contingere, & bono publico introducta dicitur *l.* 18. §. 1. *D. de damn. infect. l.* 1. *D. de usucap.*

Quod vero publica lege invectum est *jus*, id vel na-

naturæ ejus eſt, ut poſtulaverit quidem publica utilitas ita ſaltim conſtitui, ut ei juri voluntate privatorum in negotiis obviis alia veluti quadam lege derogari poſſit, modo id fiat ab eo cujus intereſt, cujuſque in favorem conſtitutum eſt jus, ut in exemplis legum modo allatarum videri poteſt. Vel ejus naturæ *jus* eſt, ut ne actus ei contrarii valere ex privatorum voluntate queant, publica poſtulat utilitas, & hoc ſenſu ſpecialiori *publicum jus* intelligitur, cui privatorum conventio non derogat *l.* 45. §. *ult. D. de regul. jur.* Add. *l.* 28. *D. de pact.* Et ita *publici* juris dicitur eſſe teſtamenti factio. Hocque intellectu accipe jus publicum in hiſce: Julianus libro 21. Digeſtorum hujuſmodi ſpeciem proponit. Quidam decedens filiis ſuis dederat tutores, & adjecerat: *Eoſque analogiſtos eſſe volo*: Et ait Julianus, tutores, niſi bonam fidem in adminiſtratione præſtiterint, damnari debent, quamvis teſtamento comprehenſum ſit, ut analogiſti eſſent. Nec eo nomine ex cauſſa fideicommiſſi quidquam conſequi debebunt, ut ait Julianus, & eſt vera iſta ſententia, non enim *jus publicum* remittere poteſt hujuſmodi cautionibus, nec mutare formam antiquitus conſtitutam *l.* 5. §. 7. *D. de adminiſtr. & peric. tut.* Cerdonem ſervum manumitti volo, ita ut operas heredi promittat, non cogitur manumiſſus promittere, ſed etſi promiſerit, in eum actio non dabitur, nam *juri publico* derogare non potuit, qui fideicommiſſariam libertatem dedit *l.* 42. *D. de oper. libert.* Quicumque civis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet, is quantumcumque civi Romano pecuniam jure publico, dare legare volet, jus poteſtaſque eſto, dum ita detur legatum, ne minus quam quartam partem hereditatis ex teſtamento heredes capiant *l.* 1. *pr. D. ad Leg. Falcid.* Frater cum heredem ſororem ſcriberet, aliam ab ea, cui donatum volebat, ſtipulari curavit, ne Falcidia uteretur, & ut certam pecuniam, ſi contra feciſſet, præſtaret. Privatorum cautione legibus non eſſe refragandum conſtitit *l.* 5. §. 1. *D. eod. tit.* Nemo poteſt teſtamento ſuo cavere, ne leges in ſuo teſtamento locum non habeant *l.* 55. *D. de legat.* 1. Ob maritorum culpam uxores inquietari leges vetant. Proinde Rationalis noſter, ſi res quæ a fiſco occupatæ ſunt, dominii tui eſſe probent, *jus publicum* ſequatur *l.* 2. *C. ne uxor. pro marit.* Si inter magiſtratus hoc convenerit, ut alterius tantum periculo tutores darentur, conventiones pupillo non præjudicare D. Hadrianus reſcripſit: Conventione enim Duumvirorum *jus publicum* mutare non poſſe *l.* 1. §. 9. *D. de magiſtrat. conven.* Qui remiſſionem abſentis nomine deſiderat, ſive ad privatum, ſive ad *publicum jus* res pertineat, ſatiſdare cogitur *l.* 5. §. 19. *D. de nov. oper. nunciat.* Neratius quærit, ſi is qui dotem dederat pro muliere ſtipulatus eſt duas partes dotis reddi, tertiam apud maritum remanere, pactus ſit, ne quid maritus in funus conferret, an funeraria maritus teneatur? Et ait, ſi quidem ipſe ſtipulator mulierem funeravit, poſſe eum maritum convenire, quia pacto hoc *publicum jus* infringi non poſſit *l.* 20. *pr. D. de religioſ. & ſumt. fun.* Ad utramque porro *juris publici* notionem illam pertinent verba: Non dubitandum eſt, judicem, ſi quid a litigatoribus, vel ab his, qui negotiis aſſiſtunt, minus fuerit dictum, id ſupplere, & proferre, quod ſciat legibus, & juri publico convenire *l. un. C. ut quæ deſunt advocat.*

Rurſus, quod poſteriori ſenſu accipimus *jus publicum*, id, ubi ad negotia privata immediate ſpectat, ut ex allatis exemplis cernere licet, hoc reſpectu *privatum jus* dici poſſe videtur, *publicum* eo reſpectu tantum, quo utilitas publica in eo maxime eminet, ſed utique diverſum ab alio jure publico, quod ad negotia publica, publicumque intereſſe immediate ſpectat. Quo referenda ſunt verba hæc: *Publicum jus* eſt, quod ad ſtatum rei Romanæ ſpectat, quod in ſacris, in ſacerdotibus, in magiſtratibus conſiſtit, privatum, quod ad ſingulorum utilitatem ſpectat *leg.* 1. §. 2. *D. de juſtit. & jur.* Si quis filius familias ſit, & magiſtratum gerat, patrem ſuum, in cujus eſt poteſtate, cogere poterit ſuſpectam dicentem hæreditatem adire, & reſtituere *l.* 13. *fin. D. ad SC. Treb.* Nam, quod ad *jus publicum* attinet, non ſequitur jus poteſtatis *l.* 14. *pr. D. eod. tit.*

Jus publicum aliquando commune jus ſignificat, & ad differentiam ejus, quo quædam perſonæ utuntur, quodque non cuivis e populo competit, ut quum aiunt *jure publico* adulterii accuſari, non jure viri *l.* 40. *D. ad leg. jul. de adult.*

Jus *ſcriptum l.* 16. *D. de cond. & demonſtr.* & jura ſcripta *in l.* 35. *D. de legib.* Ab his diverſum *jus ſine ſcripto venire* dicitur *in l.* 2. §. 5. *D. de orig. jur. l.* 6. §. 1. *D. de juſtit. & jur.* §. 3. & 9. *Inſtit. de jur. nat. gent. & civ.* Jus autem *ſcriptum* non eſt juriſconſultis in ſcripturam redactum, ſed promulgatum. Sequuntur ea in re Græcos, quibus γραφειν νομυς non eſt *leges ſcribere*, ſed *promulgare*. Hinc Libanius *Tom.* 1. *p.* 47. Lycurgum ait, γραψαι νομυς, *ſcripſiſſe leges*, quum tamen leges ab eo latæ in ſcripturam redactæ non fuerint. Plutarch. *in Licurg. p.* 47. Et Plato, qui apud Laertium itidem jus dividit in γεγραμμενον, και αγραφον, hoc definit, quod ſit νομος κατ' εθη γινομενος, *jus per conſuetudinem conſtitutum*. Itaque diverſa Athenienſium & Lacedæmoniorum inſtituta potuerunt quidem occaſionem dediſſe huic juris partitioni, uti ait Juſtinianus in §. 10. *Inſt. de jur. nat. gent. & civ.* quia Athenienſes omnino jure ſcripto, Lacedæmonii non ſcripto uſi ſunt, ſed tunc alio ſenſu, puta grammatico, diſtinctio iſta accipitur. Occaſionem ergo iſtæ civitates dedere partitioni juris in αγραφον & εγγραφον, ſed non illi acceptioni harum vocum, qua juriſconſultis utuntur. Porro *jus ſine ſcripto* in ſola prudentum interpretatione conſiſtere dicitur *in l.* 2. §. 12. *D. de orig. jur.* Ne putes tamen hac phraſi abſolvi juris nec ſcripti notionem.

Alias

Alias repertæ a jurisconsultis definitiones disputatione fori, ubi usu receptæ erant, vim juris habebant & tum vocari solebant receptæ sententiæ, receptum jus, receptus mos, post multas variationes receptum *l. 215. D. de verb. obl. l. 3. C. in quib. caus. l. 41. D. de reb. cred.* Vid. Noodt *ad Leg. Aquil. vV. p. 106. de Pact. & transact. 19. p.* 718.

Jus singulare est, quod contra tenorem rationis (juris communis) propter aliquam utilitatem auctoritate constituentium introductum est *l. 16. D. de legib. l. 23. §. 1. l. 44. §. 1. D. de adquir. possess. l. 2. §. 16. D. pro emtore l. 44. §. 3. D. de usucap. l. 15. D. de reb. cred.* & respiciens genus quoddam personarum, qua parte dici possunt *beneficia legis specialia*, hac a privilegio differunt, quo quid alicui certæ personæ, vel rei tribuitur ita, ut ad exemplum non trahatur *§. 6. Inst. de jur. nat. gent. & civ.* Vid. art. *beneficium*.

Ipso *jure*, id est, mero jure, sola juris civilis auctoritate, citra prætoris auxilium, interventum, tuitionemve. Ipso ergo jure, vel jure in libris nostris fieri dicitur, quod ipso jure civili, & ipsa legis potestate, & auctoritate, absque magistratus auxilio, & sine exceptionis ope fit. Ac proinde illi adversatur, quod fit jure *prætorio*, vel per tuitionem prætoris *l. 1. D. quib. mod. usufr. amitt. l. 1. in fin. D. de superfic. l. 1. §. 5. & pen. D. quod fals. tut. l. 9. §. usufruct. quemadm. cav. pr. Inst. de perpet. act.* Opponuntur etiam hæc *Ipso jure*, & *per exceptionem leg. 17. §. 1. seq. D. de pact. l. 34. §. 1. D. de oblig. & act. l. 60. D. de fidejuss. l. 38. §. 1. D. de solut. l. 22. §. pen. D. rat. rem. hab. l. 1. §. 7. D. quar. rer. act. non dat. §. 30. Inst. de act. Ipso jure* & *per fideicommissum l. 19. in fin. D. de testam. milit.* Nam institutiones & legata *ipso jure*, id est, directo, & imperative valent, quippe quæ lege XII. Tabularum firmantur, quum fideicommissa sola prætoris fideicommissarii tuitione consistant. Qua ratione & *legitime*, & *ex caussa fideicommissi* separantur *l. 3. D. si usufr. pet. Ipso* ergo *jure* fit, quod ex legibus fit, veluti XII. Tabularum *l. 1. leg. 25. §. 13. D. famil. ercisc. l. 7. C. eod. tit. l. 49. §. 1. D. de fidejuss. l. 26. C. de pact. l. 1. §. 19. D. ut legat. de fideic. causs. cav.* vel ex alia lege, uti ex Falcidia *l. 1. §. 5. D. quod legator.*

Nonnunquam *ipso jure* fieri dicitur, quod fit, etiam si de eo lege nihil cautum sit *l. 17. §. ult. D. pro soc.* Postremo in eo, quod ipso jure fit, partes prætoris cessant, nec se interponit Prætor *l. 16. D. de minor. l. 4. l. ult. C. in quib. causs. in integr. rest. l. 3. C. si advers. libert.* Ceterum *ipso jure*, *communi auxilio*, & *mero jure* idem valent. Et ita intelligendæ loquutiones *Ipso jure* non habere actionem *l. 112. D. de regul. jur.* Ipso jure adcrescit *leg. 2. §. 8. D. de bon. possess. sec. tab.* id est, sine impetrata bonorum possessione. *Ipso jure* ademta *l. 14. §. 1. D. de legat.* 1. id est, vi legis adquisita cautio *l. 1. §. 16. 17. D. quod legator.* id est citra cessionem: *Ipso jure* agere non potest *l. 28. D. de act. emt. l. 4. D. usufr. quemadm. cav.* non committitur stipulatio *l. 40. D. de reb. cred. l. 3. §. ult. D. usufr. quemadm. cav.* non committitur pœna *l. 25. §. ult. D. de recept. arb. Ipso jure* compensatio negligentiæ facta *l. 10. D. de compens.* Non *ipso* jure corporis, sed dotis, fit diminutio. Ibi enim admittimus diminutionem dotis *ipso jure* fieri, ubi non sunt corpora in dotem, sed pecunia. Proinde si æstimata corpora data sint, ipso jure dos diminuetur per impensas necessarias *l. 5. D. de impens. in res dot. fact.*

Jus esse, & *jure* fieri dicitur, quidquid justum est, & juste fit. Et sic pugnant *jus* & *injuria l. 1. D. de injur. l. 1. D. de oper. nov. nunc.* Donat. ad hæc verba Terent. *Andr. Act. 1. sc. 3. Quo jure quave injuria*, ait: *Proverbiale hoc est, qualia sunt, & fas & nefas, velis, nolis.* Attamen alias *jus* & *fas* separantur. Virgil. *lib. 1. Georg. v. 269. fas & jura sinunt.* Tacit. *lib. 3. hist. c. 5. jus fasque* exuere Scholiastes Euripidis *in Hecubam*: Το δικαιον, ωσπερ γενος ο διαιρειται εις οσιον, και δικαιον· και το μεν προς θεους εξ ανθρωπων γινομενον, οσιον καλουμεν, το δε προς ανθρωπους δικαιον. *Jus tamquam genus, in fas & jus dividitur. Nam quæ erga Deos observare decet homines, fas, quæ erga homines, jus adpellamus.* Non jure factum testamentum illud adpellatur, in quo si omnia rite facta essent, jure factum diceretur *l. 6. D. de Leg. Cornel. de fals.*

Jus pro scientia juris. Sic Celso definitur jus, quod sit ipsa ars æqui, & boni *l. 1. §. 1. D. de just. & jur.* Et hoc *jus* a justitia adpellatum dicitur *l. 1. pr. D. de just. & jur.* quod quidem non grammatice, sed moraliter procedit. De qua derivatione videndi Jac. Ræyard. *lib. 1. var. c. 2.* Bachov. in πρωτ. ad *d. l.* Strauch. *Exercit. Justin. 1. Aphor. 1.* & Aegid. Menag. *c. 39. Amœn. jur. civ. p. 294. seq.*

Jus interdum pro facultate homini jure legeque competens. Atque hoc sensu etiam *jus Quiritium* quandoque accipitur, & tunc modo latiore significatu universa jura civitatis Romanæ, tum publica tum privata complectitur, eoque sensu Ulpianus *tit. 3. Regul.* quod §. 1. vocaverat *jus Quiritium*, paullo post §. 6. civitatem Romanam adpellat, adeoque hæc promiscue accipit. Modo illud *Quiritium* jus a *jure civitatis Romanæ* ita distinguitur, ut unum sine altero datum esse animadvertamus, uti apud Plin. *lib. 10. Epist. 4. & 6.* Et tunc prærogativas civium ad jus tantum privatum pertinentes comprehendit, quemadmodum *civitatis Romanæ jura* potius ad jus publicum, veluti jura sacrorum, honorum, militiæ, suffragii, & similia referenda sunt. Qua de re plura notarunt Car. Sigon. *de jur. civ. Rom. lib. 1. c. 6. seq. de antiq. jur. Ital. lib. 2. c. 3.* Ez. Spanhem. *Orb. Rom. exercit. 1. c. 4. seq.* Schulting. *jurispr. vet. antejustin. p. 574.* Hein.

Hoc amplius *jus* in specie potestatem significat. Ex eo personæ quædam *alieni juris*, id est in aliena pote-

testate esse dicuntur *l.* 4. *D. de his, qui sui vel alien. jur.* Et ita in alienum jus transire, vel pervenire *l.* 14. §. *ult. D. quand. dies legat.* Alieno juri subjecta persona *pr. Inst. de his, qui sui vel al. jur.* Contra & *sui juris* sunt *l.* 2. *D. solut. matr.* qui sunt suæ potestatis *l. ult. D. de liberal. causs.* Tales sunt familiarum suarum principes, interprete Ulpiano *tit.* 4. *Regul.* §. 1. Sic *sui juris adfectus* Seneca *lib.* 2. *de ira c.* 12. eleganter vocat liberos indomitos, & nulli subjectos, ut ibi Lipsius interpretatur. *Sui juris* effectus *l.* 195. §. 2. *D. de verb. signif. l.* 38. *D. de bon. libert.* Quum sui juris fuerit factus. Quæ scriptura ex conjectura mentis testatoris interpretationem accipit, ut alias potestatis liberationem, alias pubertatem, alias perfectam ætatem significet *l.* 50. §. *ult. D. de legat.* 3.

Nonnumquam *jus* pro necessitudine dicimus, veluti: Est mihi *jus* cognationis, vel adfinitatis *l. ult. D. de justit. & jur.* agnationis *l.* 38. *D. de pact. jura* sanguinis *l.* 23. *D. de adopt. l.* 8. *D. de regul. jur.*

Jus interdum facto adversatur, ut in *rubr. D. de jur. & fact. ignor.* De quo vide supra sub art. *factum.* Multum interest, conditio *facti* an *juris* esset *l.* 21. *D. de condit. & dem.* Quatenus cujus intersit, in *facto* non in *jure* consistit *l.* 14. *D. de reg. jur.* Probatio traditæ vel non traditæ possessionis non tam in *jure*, quam in *facto* consistit Paull. *lib.* 5. *sent. tit.* 11. §. 2. Illa verba, arbitratu Titii fieri, *jus* significant, & in servum non cadunt *l.* 68. *D. de verb. signif.*

Sed & *jus corpori* opponitur tamquam res incorporalis. Incorporales enim res sunt, quæ tangi non possunt, qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, ususfructus, obligationes quomodo contractæ §. *un. Inst. de reb. corp. & in corp. l.* 1. §. 1. *D. de ver. divis.* Ususfructus in *jure* non in *parte* consistit *l.* 66. §. 4. *D. de legat.* Quæ in jure consistunt, ut immissa, protecta *l.* 15. § *D. de precar. Corporis* Dominus, sive is, qui *jus* habet, ut servitutem *leg.* 13. §. 1. *D. de damn. infect.* Hereditas sine ullo corpore *juris* intellectum habet *l.* 50. *D. de hered. pet. Juris* magis, quam corporis successio *l.* 1. §. 1. *D. de bon. possess.* Hinc legatarius, qui in rem succedit, & in certum corpus, *juris* successor non esse dicitur *l.* 9. §. 1. *D. de edend.*

Jura prædiorum urbanorum, & rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur *l.* 1. *D. de divis. rer. l.* 2. *l.* 6. *D. de serv. præd. urb. l.* 4. §. 4. *D. de alien. jud. mut. Jura* prædiorum rusticorum, veluti iter, actus, via *pr. Inst. de servit.* Interdum latius *juris* hoc sensu nomen acceptum patet. Nam ut dicit Celsus *l.* 86. *D. de verb. signif.* quid aliud sunt *jura* prædiorum, quam prædia qualiter se habentia, ut bonitas, salubritas, amplitudo. Et ita accipiendum illud: Quamdiu aliquid *juri* rei deest *l.* 27. *D. de solut.*

Jus alia significatione dicitur locus, in quo jus redditur, adpellatione collata ab eo, quod fit, in eo, ubi fit. Quem locum ita determinare possumus, ubicumque prætor, salva majestate imperii sui, salvoque more majorum, jus dicere constituit, is locus recte *jus* adpellatur *l.* 11. *D. de just. & jur.* Hinc Victorinus *lib.* 2. *de invent.* & Donat. *in Eunuch. Act.* 4. *sc.* 7. *in jure* interpretantur *apud Prætorem*. Idem Donat. *in Phorm. Act.* 1. *sc.* 5. *In jus*, inquit, *eamus, id est, ad prætoris sellam. Modo enim locum significat.* Hinc *in jure* & *in judicio* separantur *l.* 2. *D. de interrog. in jur. fac.* quandoquidem *in jure* est apud magistratum, *in judicio* apud judicem datum, ut ex *l.* 1. §. 1. *D. de postul.* & *l.* 3. *D. ne quis eum qui in jus voc.* colligi potest.

Nimirum omnis disceptatio aut *in jure* fiebat, aut *in judicio*, aut *apud populum*. Quidquid in judiciis ordinariis ante litis contestationem, vel in extraordinariis cognitionibus peragebatur, id in jure fieri dicebatur. Post litis contestationem res redibat ad judices pedaneos, arbitros, recuperatores, & quidquid apud eos explicabatur, id fieri dicebatur *in judicio*. Denique si quando de capite civis Romani erat judicandum, id fieri oportebat *apud populum* teste Pomponio *l.* 2. §. 16. *D. de orig. jur.* Ad quem fori Romani morem adludens Plaut. *in Menechm. Act.* 4. *sc.* 2. *v.* 18. tria illa eleganter conjungit, Aut ad populum, inquit, aut *in jure*, aut ad judicem res est. *Hein.*

Itaque, quod ait Prætor: *Qui in jure interrogatus responderit*, sic accipiendum esse, Ulpianus ait, apud magistratum populi Romani, vel præsides provinciarum, vel alios judices.

Juri enim tunc saltim locum esse, ubi juris dicundi, vel judicandi gratia consistit *l.* 4. §. *ult. D. de interr. in jur. fac.* Cic. in Muræna *c.* 11. *Quando ego te in jure conspicio*. Plaut. *in Rudent. prol. v.* 14. *Quique in jure abjurant pecuniam*. Cic. *lib.* 7. *ad famil. epist.* 13. *In jure* manus consertum. Quæ verba Gellius *lib.* 10. *c.* 9. manasse docet ex duodecim tabulis, in quibus scriptum erat: *Si qui in jure manum conserant. In jus* produci, id est, vocari *leg.* 23. §. *ult. D. de hered. inst.* Ambula *in jus* Plaut. *Curcul. Act.* 5. *sc.* 2. *Pers. Act.* 3. *sc. ult.*

In jure Cessio. Vid. supra art. *Cessio.*

Aliquando tota disceptatio forensis *jus* vocatur. *Jura* differri debent, natalitiis diebus urbium maximarum quia & ab ipsis nata sunt. Sic *l.* 7. *C. de fer.* Nam in *l.* 1. *C. Theod. eod. tit.* pro *differri* legitur *deferre*. At Justinianeam lectionem, præter codicem Aniani Regium, probant libri Basilicorum, quæ ἀργεῖν τὰ δικαστήρια, *feriari judicia*, habent. Vid. Jac. Gothofr. *ad d. l.* 2.

Jus pro sententia. Attamen *jus dicere*, & *judicare*, & *sententiam proferre* diversa faciunt præceptores nostri in *l.* 4. *in fin. D. de interrog. in jur. fac. l.* 57. *D. de re judic. l.* 1. *C. ne quis in sua causs.* Etenim *jus dicere* est actiones, & judicia dare, eaque omnia facere, quæ ad officium magistratus, vel *jus* dicentis pertinere, scribit Ulpian. *l.* 1. *D. de jurisd.* Ac plane *jus* dicere soli magistratus dicebantur, qui tribunali, & jurisdictioni præerant *l.* 5. *D. de fer. l.* 11. *D. de just. & jur. l.* 2. §. 13. *D. de orig. jur. l.* 3. *D. de offic. ejus cui mand. jurisd. l.* 1. §. 10. *D. de postul.* Judicare autem, & proferre sententiam judicum erat, immo posterius etiam arbitrorum *rubr. D. de*

de recept. arb. Hinc jus dicens & magistratus *rubr. D. si quis jus dic. non obtemp. l. 2. D. quod quisq. jur. in al. stat. l. 13. D. de vulg. & pup. substit. l. 1. D. de jur. delib.* *Jus* dicentis officium latissimum est. Nam & bonorum possessionem dare potest, & in possessionem mittere, pupillis non habentibus tutores constituere, judices litigantibus dare *l. 1. D. de jurisd.* An jus faciat judex *l. 14. D. de adpell.* *Jus* fit ex sententia *l. 17. §. ult. D. de inoff. testam.* *Jus* facit pronunciatio *l. 50. §. 1. D. de legat. 1.* *Jus* proconsulare dicere *l. 25. C. de procur.* id est, jurisdictionem proconsularem exercere.

Privati vero *sibi jus dicere* dicuntur, qui sine auctoritate judicis res debitoris occupant, vel quod deberi sibi putant, non per judicem reposcunt. Aequissimum vero Prætori visum est, unumquemque non sibi ipsum *jus* dicere, occupatis legatis, sed ab herede petere *l. 1. D. quod legatorum.* Quisquis probatus fuerit rem ullam debitoris, non ab ipso sibi traditam, nec ullo judice temere possidere, eumque sibi jus in eam rem dixisse *l. 13. D. quod met. caus. l. 7. D. ad leg. Jul. de vi priv.*

Porro non de re pecuniaria tantum, sed & de capite *jus dici* legimus. Pompon. in *l. 2. §. 23. D. de orig. jur.* *De capite civis Romani injussu populi non erat lege permissum consulibus jus dicere.*

Jus reddere, idem ac jus dicere: Prætor quoque jus reddere dicitur, quum inique decernit, relatione scilicet facta non ad id, quod ita prætor facit, sed ad illud, quod prætorem facere convenit *l. 11. D. de just. & jur.* Prætor in urbe jus reddit *l. 2. §. 27. D. de orig. jur.* Reddere *jura d. l. 2. §. 34. D. eod. tit.* Denique & *jus* repræsentare dicitur præses provinciæ in *l. 1. C. ubi caus. stat.*

Jus legitimum. Vid. infra art. *legitimum.*

JUSJURANDUM est adfirmatio religiosa per divinum numen, vel religionem aliquam interposita, ut Cic. *lib. 3. de offic. c. 29.* docet. Cujus tres species statuuntur. Aliud enim est *voluntarium*, aliud *judiciale*, aliud *necessarium rubr. D. de jurejur. volunt. judic. & necess.* *Voluntarium* est, quod ex conventione partium extra judicium defertur, & suscipitur *l. 17. D. de jurejur.* quo ex pactione ipsorum litigatorum deciduntur controversiæ *l. 1. D. eod. tit.* seu quo ex consensu utriusque partis caussa deciditur *l. 1. C. de reb. cred.* uti in specie *l. 39. D. de jurejur.* *Judiciale*, quod in judicio, imminente adversario, ex auctoritate judicis defertur, vel refertur *l. 1. D. de jurej.* *Necessarium*, quod judex in dubiis caussis, & probationum inopia pro motu suo defert *l. 31. D. l. 3. C. eod. tit.* Quibusdam tamen non sine ratione id, quod vulgo *judiciale* dicitur, *necessarium* magis placet adpellare, & contra *judiciale*, quod *necessarium.* Quorum sententia Græci interpretis auctoritate nititur, cujus verba sunt hæc: Ιουδικαλιος ορκος εστιν ο παρα κριτου διδομενος. Βολουνταριος, ο κατα συναινεσιν αμφοτερων των μερων. Νεκεσσαριος, ο εντος του δικαστηριου εξ αιτησεως του αντιδικου. *Judiciale jusjurandum* est, quod a judice delatum est, *voluntarium*, quod ex consensu utriusque partis præstatur, *necessarium*, quod in judicio defertur ab adversario.

Hæc ad jusjurandum litis decisorium pertinent. Est vero jusjurandum, quod & aliis in negotiis celebratur. Ut igitur res a genere exponatur, dicendum erit, *jusjurandum* in genere esse provocationem divinæ vindictæ in casum, si fides dictis adhibita fallatur. Hinc

Jusjurandum declaratorium, quod adfirmationi, vel negationi cujuspiam adjungitur, *promissorium* quod promissioni connectitur alicujus faciendi, vel non faciendi.

Jusjurandum judiciale est, quod in judicio præstandum, & quidem vel ob litem recte instituendam, vel ad decidendam, & hoc casu dicitur vulgo *litis decisorium*, quod quidem ea intentione utriusque litigantis præstatur, ut secundum id judex pronunciet. Id si alter alteri litigantium defert, *voluntarium* dici potest; si judex imponit, *necessarium*, utrumque ab extrajudiciali diversum, quod alias *voluntarium* adpellari vidimus supra. *Judiciale* vero, quod ab altero litigantium defertur, ideo *voluntarium* dici potest, quod ejus, cui delatum jusjurandum est, arbitrio relictum sit, an jurare, anne vero jusjurandum referre, aut probatione uti velit *l. 34. §. 7. D. de jurejur.* Quod vero judex imponit, ideo *necessarium* dici debet, quod recusari, vel referri non potest, nisi quis caussa cadere velit. Vid. VVursfel. *Jurispr. defin. §. 317.*

Jusjurandum calumniæ memoratur in *l. 8. §. 5. D. qui satisd. cog.* Vid. supra art. *jurare* de calumnia. Hoc promittit quis se litem dolo malo non protracturum esse. Etiam, qui novum opus alteri nunciaverat, jurare debebat, se id non calumniæ caussa facere *l. 15. §. 14. D. de nov. op. nunc.* item qui jusjurandum alteri detulerat, jurabat se non calumniose id deferre *l. 37. D. de jurejur.* Justinianus in principio litis generatim de calumnia jurare litigantes voluit, ita ut hocce sufficeret jusjurandum. Hoc autem DD. vocant *generale* calumniæ, quippe quod super tota caussa præstatur. Idque vel hodie fit in hunc modum, ut juret litigans, (1) se credere, justam se fovere caussam, (2) interrogationem se nolle diffiteri, (3) se nihil dedisse, quo calumnia alteri fieret, (4) se probationibus non nisi legitimis usurum, (5) se nec petiturum dilationes superfluas, nec (6) litem protracturum, & denique (7) si animadverterit, se injustam defendere caussam, ei statim renunciaturum. Quum vero hoc calumniæ jusjurandum interdum a litigantibus non exigatur, vel a judice remittatur, interim tamen suspicio oriri possit, jus canonicum *c. 2. §. f. de juram. cal. in 6.* *speciale* jusjurandum *calumniæ* introduxit, *malitiæque* nomen ipsi tribuit. Hoc autem est, quod in qualibet judicii parte super certo caussæ articulo præstatur. Vid. VVursfel. *jurispr. defin. §. 318.*

Jusjurandum quo quis promittit, se velle ad propositas positiones secundum scientiam respondere, *respondendorum*, quo vero ponens asserit positionum veri-

veritatem, *dandorum* adpellant doctores. Utrumque *malitiæ* species est: jurat enim unus, se non dolo dare, alter se non dolo respondere. Utriusque formulam suppeditat *Ordinatio Cameræ Imp. Cart. 3. tit. 38. in fin.*

Jusjurandum suppletorium est id, quo is, qui semiplene probavit, probationem perficit *c. f. Decretal. de jurejur. Purgatorium* vero id, quod præstat indiciis gravatus, ut liberet se ab eis. Vid. *purgatio*.

Jusjurandum perhorrescentiæ Doctores adpellant, quo litigans adfirmat, se metuere, ne judex contra jus pronunciet.

Jusjurandum in litem. Vid. supra art. *Jurare*. Hocce vero in specie in *veritatis*, *effectionis*, & *singularis interesse* doctores distinguunt. *Veritatis* est, cum quis jurato litem æstimat ex vero rei pretio, tanto scilicet, quod communiter esse potest respectu cujuslibet similem rem habentis, *Affectionis*, cum æstimat magis ex voluptate, quam ex utilitate rei, *singularis interesse*, cum ex utilitate æstimat, quam percipiebat ipse, aut percipere poterat ob adjuncta respectu æstimantis particularia.

Jusjurandum Zenonianum est, quo res vi ablata, vel damnum vi datum æstimatur. Ab Imperatore Zenone nomen accepit, a quo quippe introductum in *l. 9. C. und. vi.*

Jusjurandum dare, id est, præstare *l. 37. §. 5. D. de legat. 3.* & apud Plaut. *Amphitr. Act. 3. s. 3.* Terent. *Adelph. Act. 1. sc. 1.* Dato jurejurando, id est, præstito *l. 5. §. 2. D. de jurejur. l. 9. D. eod. tit.* Aliquando tamen *dare jusjurandum* est dicere formulam jurisjurandi, ut apud Senecam *Rhet. lib. 7. controv. in præfat.* In quodam, ait, judicio centumvirali quum diceretur jurisjurandi conditio aliquando facta ab adversario, induxit (*Albutius rhetor*) ejusmodi figuram, qua ille omnia crimina retegeret. Placet, inquit, tibi rem jurejurando transigi? Jura, sed ego *jusjurandum dabo.* Jura per patris cineres, qui inconditi sunt. Jura per patris memoriam. Et exsequutus est locum, quo perfecto surrexit L. Aruntius ex diverso ait: Accipimus conditionem, jurabit. Clamabat Albutius: Non detuli conditionem, schema dixi. Aruntius instabat. Centumviri rebus jam ultimis se parabant. Albutius clamabat: Ista ratione schemata de rerum natura tolluntur. Aruntius aiebat: Tollantur: poterimus sine illis vivere. Summa rei hæc fuit, centumviri dixerunt: Dare ipsos secundum adversarium Albutii, si juraret, ille juravit.

Jusjurandum deferre, id est, adversario suo jurisjurandi conditionem ferre, eumque veluti judicem caussæ suæ facere *l. 2. D. quar. rer. act.*

Jusjurandum referre, est delatam ab adversario jurisjurandi conditionem in eum transferre *l. 17. pr. l. 24. l. 25. l. 34. §. 6. 7. 8. l. 38. D. de jurejur. l. 8. l. 9. C. de reb. cred. l. 11. §. ult. l. 13. D. de act. rer. amot.*

Jusjurandum remittere est adversario parato jurare, gratiam jurisjurandi facere, contentumque esse voluntate suscepti jurisjurandi *l. 6. D. de jurejur.*

Jurisjurandi religio *l. 1. D. de jurejur. l. 2. C. de reb. cred.* ibi: Jurisjurandi contemta religio satis Deum ultorem habere dicitur. Quod ipsum & Tiberius rescripsit consulibus, Deorum injurias Diis curæ fore, apud Tacit. *lib. 1. Annal. c. 73.* Ceterum an certa olim perjurii pœna fuerit, disquirit Henr. Bern. Reinoldus *Varior. c. 15.*

JUSSIO legis *l. 16. C. ad Leg. Falcid.* patris *l. ult. C. ad SC. Maced.* testatricis *l. 44. D. de manum. test.*

JUSSUM aliquando pro voluntate ac consensu accipimus, ut in *l. 1. D. de his, qui not. infam. pr. Inst. de nupt.* ut adparet ex conjunctione *l. 3. §. 5. D. de bon. possess. contr. tab.* & Paull. *lib. 2. recept. sent. tit. 19. §. 2.*

JUSSUS, *us* est quodlibet præceptum superioris, sive testato quis, sive per epistolam, sive verbis, aut per nuncium, sive specialiter in uno contractu jusserit, sive generaliter *leg. 1. D. quod jussu. Jussum* etiam ejus, qui in potestate habet, non est simile tutoris auctoritati, quæ interponitur perfecto negotio, sed præcedere debet *l. 25. §. 4. D. de adquir. vel omitt. her.*

Quod *jussu* actio adjectitiæ qualitatis datur ei, quocum filius, vel servus patris, vel domini jussu contraxit, contra patrem dominamve in solidum *§. 1. Inst. Quod cum eo, qui in al. potest.*

JUSTE id est jure. At *juste* manumissus apud Ulpian. *Reg. tit. 3. §. 4.* accipi debet is, qui vindicta, vel testamento, vel censu manumissus est.

JUSTINIANEA urbs. *Novell. 28. præf.* Variæ urbes id nomen a conditore, ac instauratore suo Justiniano sunt consequutæ, quarum XVIII. recenset Eichelius *ad Procop. Anecdot. p. 194. seq.* Hæc, cujus in *Novella 28.* fit mentio, fuit in tractu Colchidis, quem Lazii occupaverant, antea dicta Petrea. *Hein.* Justinianarum & Sycorum transitus in *Nov. 59. c. 5.*

JUSTITIA definitur ab Ulpiano constans, & perpetua voluntas suum cuique tribuendi *l. 10. D. de justit. & jur. pr. Inst. eod. tit.* Et probo, ait Triphonianus, hanc esse justitiam, quæ suum cuique ita tribuit, ut non distrahatur ab ullius personæ justiore repetitione *leg. 31. §. 1. D. depos.* De constante autem illa, perpetuaque voluntate notandum est, a Stoicis definitam fuisse virturem constantem, & perpetuam vitæ rationem. Vid. Cic. *de legib. lib. 1. c. 17.* Aristot. *ad Nicomach. V. 1.* Gell. *Noct. Act.* ut perinde se habeat Ulpiani definitio justitiæ, ac si dixerit virtutem *suum cuique tribuendi*. Ut autem virtus philosophica definiri potest, habitus vivendi juxta leges naturales, similiter & *justitia* lare accepta definiri poterit. Et, ut aliud est, quod homini ab homine lege naturali debitum est perfecte, seu jure externo cogenteque, aliud ex mero amore, pudore, ex mera pietate, atque ex lege naturali generaliter accepta; hinc justitia sensu angustiori erit virtus suum cuique tribuendi, quod nempe ex jure externo, cogenteque ipsi debetur, quam alii *particularem* justitiam adpellant, quæ differt ab *universali* ea, qua quis debitum latissime acceptum omnibus præstat.

Sæpe

Sæpe etiam tribuitur *justitia* factis hominum. Et hoc dupliciter. Vel *justitia* est ejus, quod debitum est, & tribuendum. Sic *justitia* animadversionis *l. ult. D. de fugit.* ut enim in sontes animadvertatur, debitum est reipublicæ. Vel *justitia* est ejus facti, quod cum alias debitum non est, tamen nec ei quod debetur repugnat, seu quod ne fiat, debitum non est quemadmodum id factum justum dixeris, quod nec injustum.

Ut porro aliud justum mero jure civili, quodque hoc jure salvo, immo juvante, exigere, vel facere possis, aliud quod etiam ex lege naturali. Hinc videas *justitiam* civili sensu intellectam æquitati opponi, ut in *l. 8. C. de judic.* maxime igitur justitiæ illi universali, quam modo definivimus.

Justitia in casu sexto idem sonat ac jure, & rite, ut in *l. 1. C. Th. si vag. pet. mancip.* his verbis. Qui vaga mancipia juris alieni petunt, si *justitia* eadem probant.

JUSTITIUM, ait Sosipater *lib. 1. Instit. Grammat. p. 19.* est, *quando jus stat.* Gell. *lib. 20. c. 1.* Justitium, juris quasi interstitio quædam, & cessatio. Lucanus *Pharsal. lib. 5. v. 32.* Clausaque justitio tristi fora. Suet. *in Galb. l. 20.* Justitium indicere. Vide plura apud Brisson. *lib. 2. Formul. c. 158. p. 241.*

JUSTUS, *a, um* plerumque pro legitimo accipitur, ut *justus* accusator, quem leges accusare patiuntur *l. 2. §. ult. D. ad Leg. Jul. de adult.*

Justa ætas plerumque 25. annorum accipitur, quippe Lege Lætoria adolescentibus ad rerum suarum administrationem consequendam præstituta *l. 16. D. de jur. f. sc. l. 2. §. 1. D. de vac. & excus. mun.* Ex mente tamen testatoris ad pubertatem solam refertur *l. 50. in fin. D. de legat. 3.* Sed in *l. 8. D. de condict. causs. dat.* justa ætas & duodecim annorum ætatem significat puellis ad matrimonium contrahendum ex Augusti constitutione definitam, ut Dio Cass. *lib. 54. p. 531.* tradit. Fuit hæc legitima, vel justa ætas puellarum ex Lege Julia & Papia. Dio Cassius ibid. Δώδεκα γὰρ ταῖς κόραις ἐς τὴν τοῦ γάμου ὥραν ἔτη πλήρη νομίζεται. *Puellis enim duodecimus annus plenus ad nuptias definita ætas censetur.* Legibus ergo illis definita ad nubendum ætas recte dicta est *legitima*, vel *justa*. Prius certe vocabulum legimus apud Grut. *p. 690.* 4. D. M. Juliæ Secundinæ Filiæ & forma singulari & moribus piissimis doctrinaque super legitimam sexus sui ætatem præstantissimæ *Quæ vixit ann. XI. mens* VIII. *d.* XX. Julia certe illa Secunda vix duobus mensibus adfuit ab anno duodecimo, nondum ætatem legitimam adsequuta, dotibus tamen ingenii moribusque duodecennes longe superasse dicitur. *Hein.*

Justa conjux apud Senecam in *Octav. Act. 1. sc. 3.* Sic & apud Ovid. *lib. 2. de art. amand. v. 597. Quos faciet justos ignis & unda viros*, id est, legitimos, & justis nuptiis conjunctos, eo ritu, quo aqua & igni nova nupta accipi solebat.

Justa conventio *nudæ* opponitur *l. 5. §. ult. D. de rescind. vend.* Justa igitur conventio est, cui caussa aliqua subest præter conventionem *l. 19. D. de jurejur.*

Justa hæreditas, quæ jure legitimo obvenit *l. 3. §. 2. D.* Varro *lib. 2. de re rust. c. 10.* Si hereditatem justam adiit. Cic. *lib. 3. de nat. Deor. c. 35.* Eamdemque potestatem, quam ipse per scelus erat nactus, quasi justam & legitimam, hereditatis loco, filio tradidit. Unde jocus Apuleii *in Apolog. p. 335.* de patruo immerente, sed ad quem lege redibant bona: Etiam, ait, suam spem bonus patruus temperat in isto, & fovet, qui sciat, intestati pueri, legitimum magis, quam justum heredem futurum.

Justa servitus, quæ gentium, vel civili jure consistit *l. 6. D. de stat. hom. l. 28. l. 34. D. de nox. act. l. 34. D. de stipul. serv. pr. Inst. de libertin.* Cic. pro *Cæcina c. 34.* Quum hi, qui in servitute justa fuerint, censu liberentur. Plane apud Terent. *Andr. Act. 1. sc. 1. v. 9.* justa servitus pro facili, humana, & clemente usurpatur, ex Donati sententia.

Justa uxor *l. 31. D. de rit. nupt.* quæ civiliter, id est, secundum juris civilis regulas nupta dicitur in *l. 28. §. 3. D. de lib. & posthum.* alias legitima uxor *l. 4. D. de rit. nupt.* Sueton. in *Calig. c. 24.* Mox L. Cassio Longino, consulari, collocatam abduxit, & in modum justæ uxoris propalam habuit. Idem in *Vespas. c. 3.* Antoniam, libertam, quondam dilectam, revocavit in contubernium, habuitque etiam Imperator pene justæ uxoris loco. At in *l. 13. §. 1. D. ad Leg. Jul. de adult. justa* & *injusta* uxor.

Justa uxor accipienda est, quæ in manum mariti convenerat confarreatione, aut coemtione, aut usu, & sic facta erat mater familias; *injusta* vero, quæ ne usu quidem venerat in manum mariti, sed instrumentis saltim factis dotalibus se marito junxerat, & ne usu caperetur, atque ita in viri manum iret, ante annum finitum, usurpatum iverat, id est trinoctium abfuerat, ut in potestate patris, vel in tutela agnatorum maneret, sine quorum auctoritate in manum convenire non poterat. Quo ritu contracto matrimonio uxor non fiebat *mater familias*, sed matrona Gell. *lib. 18. c. 6.* Et hinc neque succedebat ab intestato marito, neque hic uxoris bona omnia dotis nomine accipiebat. Vocabatur tamen uterque conjux ad bonorum possessionem edicto unde vir & uxor. Utriusque autem generis uxorem, justam scilicet illam & injustam, & quam in manum habet maritus & quam non habet, & matrem familias, & matronam, adulterii accusare jure mariti posse maritum, sententia est Ulpiani in *d. l. 13. §. 1. D. ad Leg. Jul. de adult.* his verbis: Plane sive *justa* uxor fuit, sive *injusta* accusationem instituere vir poterit. Vid. Cujac. *6. obs. 16.* Rævard. *var. lib. 4. cap. 16.* & Brisson. *in libro singulari ad leg. Jul. de adult.*

Justi dies dicebantur, qui judicatis ad solvendum ex Lege XII. Tabularum dabantur, ut est apud Gell. *lib. 20. c. 1. Justi* quoque dies adpellabantur illi, quibus, exercitu imperato, vexillum in arce ponebatur, ut Festus Pompei. *lib. 9.* & Macrob. *lib. 1. Saturn. c. 16.* docent. Justos etiam dies pro statis & sollemnibus dixit Cicero *de Legibus lib. 2. c. 9.* iis verbis: *Prætor Idæ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis stipem cogito.*

Justus filius *l. 3. §. 5. D. de bon. pos. contr. tab. l. 12. D. de adopt. l. 12. D. de stat hom. l. 15. C. de nupt.* Ac justum quidem filium Sophocles δίκαιον γόνον adpellat, ubi *justum*

ſtum pro *vero* Sophoclem dixiſſe Priſcianus *lib.* 18. *p.* 1180. notat. His opponuntur *vulgo quæſiti*, quos μη ορθως γιγνομενους, non recte generatos, vocavit Iſæus υπερ του Πυρρου. Similiter *juſti liberi*, & *vulgo quæſiti* opponuntur *l.* 4. §. *ult. D. de in jus voc.*

Juſtum matrimonium *l.* 13. *D. de his quæ ut indign.* Illud autem, interprete Ulpiano *tit.* 5. *regul.* §. 2. eſt, ſi inter eos, qui nuptias contrahunt, connubium ſit, & tam maſculus pubes, quam femina viri potens ſit, & utrique conſentiant, ſi ſui juris ſint. Cui contrarium eſt *injuſtum* matrimonium *l.* 1. *C. und. vir. & ux.* itemque *pollicatus* apud Juſtin. *lib.* 10. *c.* 1. *& lib.* 36. *c.* 4.

Juſtæ nuptiæ, id eſt, legitimæ, quæ ſecundum jura civitatis Romanæ inter puberes cives contrahuntur *l.* 3. 5. 12. 18. *D. de ſtat. hom. Juſtas* nimirum nuptias inter ſe Cives Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt, maſculi quidem puberes, feminæ autem viripotentes, ſive patres familias ſint, ſive filii familias §. 1. *Inſt. de nupt.*

Juſtus pater, qui ex legitimis nuptiis pater eſt, quem juſtæ nuptiæ demonſtrant *l.* 44. §. 3. *D. de rit. nupt. l.* 25. *D. de capt. & poſtl. l.* 9. *D. ad municip.* in qua *juſtus* pater *naturali* opponitur, ut in *l.* 3. *C. ad Leg. jul. de adult.*

Juſtam perſonam habere, id eſt idoneam & legitimam *l.* 11. *C. qui dar. tut.*

Juſta poſſeſſio. Vid. *poſſeſſio*.

Juſtum etiam dicitur, quidquid rationem habet, vel probabile, & æquitati conſentaneum eſt. Huc pertinent *Juſta* abſentia *l.* 2. *C. quib. non objic.* æſtimatio *l.* 12. §. 1. *D. de jur. dot.* cauſſa *l.* 15. §. 5. *D. quod vi aut clam. l.* 29. *D. de fideicommiſſ. lib.* & *alibi paſſim*, deliberatio *l.* 3. §. 1. *D. ad SC. Trebell.* dubitatio *l.* 68. *D. de fidejuſ.* erogatio *l.* 3. *C. quod cum eo*, ignorantia id eſt probabilis, & excuſatione digna *l. ult.* §. *ult. D. de legat.* 2. infamia *l.* 7. *pr. C. Th. de hæret.* quæ ſcilicet merito irrogatur, interpretatio *l.* 2. *C. de interd. matrim.* inſtigatio, vel *indignatio d. l.* 7. *C. Th. de hæret.* nominatio *l.* 11. *C. de adpell.* provocatio *l.* 6. *C. de adpell.* adpellatio *l.* 1. *C. ſi un. ex plurib.* querela *l.* 11. *D. ad Leg. Corn. de ſicar.* ratio & adprobatio *l.* 5. *D. de ſerv. corrupt.* res *l.* 39. *D. de damn. infect.* retentio *l.* 14. *D. de damn. infect.* ſententia *l.* 3. *C. de ingen. manum.* Juſtum deſiderium *l.* 6. *D. de edend.* privilegium *l.* 15. *C. Th. de tiron.* Juſtus error, id eſt, probabilis, & excuſatione dignus *l.* 2. *D. de minor.*

Juſtus metus, id eſt, non vanus, ſed qui in conſtantem hominem cadat *l.* 7. *D. quod met. cauſ.* timor *l.* 3. *D. ex quib. cauſſ. major. Juſti* ſumtus *l.* 6. §. *ult. D. ſi pars hered.* id eſt, probabiles, uti *l.* 31. §. *ult. D. de negot. geſt.*

Juſtum, quod defectu non laborat, ſuiſque numeris perfectum, & abſolutum eſt: Sic *juſta* arma Tacit. *lib.* 14. *Annal. c.* 32. Juſta claſſis Suet. *in Domit. cap.* 4. libertas, id eſt, plena, abſoluta, & perfecta, ex qua nimirum civitas Romana contingebat, uti eveniebat, quum teſtamento, vindicta, cenſu ab eo, qui & dominus ex jure Quiritium, & major viginti annis erat, libertas ſervis majoribus triginta annorum, & quorum ſtatus non erat extrinſecus ſuſpenſus, dabatur, quemadmodum Cicero *pro Cæcin. c.* 34. Ulpianus *Reg. tit.* 1. §. 6. *ſeq.* & Theophil. *in* §. 3. *Inſt. de libert.* docent. Atque ita verbum *juſtæ* libertatis accipimus in *l.* 26. *D. qui & a quibus* & *aliis locis*. Seneca *de vita beata c.* 24. *Hominibus prodeſſe natura habet, ſervi liberive ſint hi, ingenui, an libertini, juſtæ libertatis, an inter amicos datæ*. Nam qui *inter amicos* manumittebantur, Latini tantum, non cives Romani, fiebant, teſte Ulpiano *ibid.* Sic & apud Sueton. *in Aug. c.* 40. verbum hoc interpretatum eſt, quum ait: Servos non contentus multis difficultatibus a libertate *juſta* removiſſe. Hanc *legitimam libertatem* vocat auctor *fragmenti regularum* §. 6. apud Schulting. *p.* 804. & Imperatores *l.* 1. §. 1. *C. comm. ſerv. manum. majorem libertatem* Juſtinianus §. 3. *Inſt. de libertin.* Juſtæ operæ ſervorum *Coll. Leg. Moſ. & Rom. tit.* 3. §. 3. Juſta ſepultura. Juſtum ſepulchrum. Vid. infra his vocibus, ubi etiam de phraſi *juſta facere*.

Juſtum pretium, quod eſt, quanti res eſt *l.* 66. Vid. infra art. pretium.

Juſtus judex in *l.* 14. §. 13. *D. de religioſ.* eſt æquitatis, & juſtitiæ amans.

JUVARE erogationem publicam *l.* 6. *C. Th. de luſtral. collat.* Proximis juvantibus *l.* 74. *C. Th. de decurion.* id eſt, ſuffragantibus.

JUVENCUS, quem bos peperit *l.* 10. §. *ult. D. de uſurp.*

JUVENILIS facilitas, levitas *l.* 15. §. 6. *D. ad Leg. Jul. de adult. l.* 24. §. 2. *D. de minor.* At in dicta lege 15. §. 6. legitur *juvenalis* in Florentina.

JUVENIS plerumque pro adoleſcente ponitur, qui nondum eam ætatem attigit, qua virilis vigor completur *l.* 17. §. 1. *l.* 25. §. *ult. D. de minor*. Et ita curatorem juvenis intellige *l.* 24. §. *ult. D. de adpell.* At quum quidam codicillis ſuis ita caviſſet: *Omnes juvenes, quos in miniſterio habeo, dari volo*, Marcellus interrogatus, reſpondit, exiſtimari poſſe, juvenem eum, qui adoleſcentis exceſſiſſet ætatem, quoad inciperet inter ſeniores numerari *l.* 69. §. *ult. D. de legat.* 3.

Juvenis etiam dicitur, qui pupillus eſt *l. ult.* §. *ult. D. de adpellat. & relat.*

Juvenes & *clericis* junguntur in *l.* 10. *C. Th. de Epiſc.* Qui quales ſint, non bene conſtare, ait Car. Du-Freſne *in Gloſſar. Lat. voc. juvenes*. Acolythos vero intelligit Jac. Gothofr. *in Comment. ad d. Leg.*

JUVENTIUS Celſus. Vid. ſupra art. *Celſus* & art. *Jubentius*.

JUXTA ædificium, monimentum, id eſt, prope *l.* 13. §. 7. *D. de damn. infect.* At cadente Latinitate & pro *ſecundum* uſurpari cœpit. *Juxta* juris publici auctoritatem *l.* 2. *C. quib. morbo*, conſtituta *l.* 3. *C. qui num. lib.* inventas leges *l.* 8. *C. Th. de ſuſcept.*

FINIS TOMI PRIMI.


UTL AT DOWNSVIEW
D RANGE BAY SHLF POS ITEM C
39 09 01 16 06 019 1